C.7.P/.9.

Digitized by Google

37
9 D
6

-, 912

R
8
8

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES
MINORUM

AUCTORE

A. R.P.F. LUCA WADDINGO

HIBERNO

Ejuſdem Ordinis Chronologo.

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNALES MINORUM

SEU

TRIUM ORDINUM

A S. FRANCISCO INSTITUTORUM

AUCTORE

A. R. P. LUCA WADDINGO HIBERNO

S. T. Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo.

TOMUS SEXTUS

Editio ſecunda, locupletior, & accuratior

OPERA, ET STUDIO

R.[MI] P. JOSEPHI MARIÆ FONSECA AB EBORA

S.T.Lect. Jub. S.& U.Inquiſit. Conſultoris, S.C.Conſiſtor.Vot. Epiſcop. Examinat. Ord.Min.in Ciſmont.Fam.tam Obſerv.quam Refor.& Diſcalc.Cōmiſs.Gen.&c.



ROMÆ Typis Rochi Bernabò MDCCXXXIII.)(Superiorum permiſſu.

CUM PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.

Digitized by Google

SANCTISSIMO

D. N. D.

CLEMENTI XII.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO

FR. JOSEPHUS MARIA FONSECA EBORENSIS
Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia
FELICITATEM

SOLENT *eſſe*, BEATISSIME PATER, *quæ minus exſpectantur, lætiora: nihil tamen iſta, qua Minorum familiam nuper auxiſti, honoris declaratione neque magis exſpectatum a nobis, qui Tua ſtudia*

in hoc Ordine ornando jampridem novimus, neque jucundius, aut lætitiæ majoris umquam fuit. Quippe in tanta negotiorum mole, quam ſuſtines, cum ſuſceptam familiæ procurationem etiamnum geras, TROJANUM AQUAVIVAM Romanæ Eccleſiæ Cardinalem ampliſſimum, eximia generis nobilitate, religione, prudentia Tibi probatum, in ejuſmodi munus, atque laborem Tibi ſuccedere, deſerendamque abs Te provinciam olim ſuſcipere decreviſti. Ex quo profecto intelligimus, eo ſpectare conſilia Tua, non ut anguſtis paucorum annorum terminis Tuæ fructus beneficentiæ definiatur, ſed ut ad poſteros quoque perveniat. Siquidem eum virum delegiſti, quem optimis monitis, exemplisque ſic ipſe inſtitueres, ut pro ſalute, ac dignitate familiæ aliquando excubaret, ejuſque muneris partes obire omnes cum laude poſſet; cum Te nimirum vita perfunctum educet Deus ex hac rerum humanarum denſa caligine (id quod pro ſumma ipſius Dei erga

nos

nos bonitate ſero futurum confidimus) & in illa ſempiterna luce collocatum cum illo bonis omnibus circumfluente cæleſtium animorum cœtu conjunget. Equidem fateor, pro mea tenuitate opportunam maxime mihi, ejuſdem Ordinis præfecturam gerenti, Tuam iſtam benevolentiæ ſignificationem accidiſſe. Sed omnino unum illud multo mihi jucundiſſimum fuit, graviſſimo viro, omnibuſque virtutibus, omni pietatis officio, omni cultu humanitatis noſtra ætate longe præſtanti id munus delatum, ut in ejus videlicet patrocinium, ac fidem Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſeſe Ordo conferret. Jam vero nemo unus dubitat, quin eum, quo nunc ornatur, honorem ornaturus aliquando ſit; eximia ſua gloria bono publico conjuncta. Vixit ille quidem ſemper antea laudabiliter: fuit in adoleſcente pudor: eſt in viro probitas, eſt perfecta plane ratio, & expetendarum, vitandarumque rerum ſcientia. Verumtamen deſiderari videbatur, in qua ſe oſtenderet, occa-

Digitized by Google

occaſio. Delata divinitus eſt omnium maxima ſingulari conſilio ſapientiſſimi Pontificis CLEMENTIS XII; *qui cum principes viros incredibili quadam complecti caritate conſueverit, cum* Trojanum Aquavivam *ſemper maximi fecerit; tamen in eo boneſtando alia quædam ſecutus eſt. Cum enim Romanæ Eccleſiæ Cardinalem creavit, cum Franciſcanæ ſodalitatis, per orbem terrarum late diffuſæ, patronum conſtituit, dedit honorem non familiæ nobilitati, ſed ejuſmodi viro, qui familiæ nomen ſtudet illuſtrare; &, quo modo principia ſe dant, ſtudium comprobabit eventus. Habet ille profecto campum, in quo virtus parta vigiliis, bene agendi conſuetudine jam confirmata, excurrat. Hæc eſt illa, ad quam ſe exercebat, ejus ingenio, ejus optimis cogitationibus, ac ſtudiis digniſſima provincia. Nunc ex animo promet illa præclara, quæ, ut antiquum gentis ſuæ decus, ac domeſticam præſentem virtutem referret, a pueritia collegit. Et cum*

ſe

ſe dabit occaſio, inde illa manabunt ad ornamentum Ordinis univerſi, quæ quam paucis contingant omnia, ignorat nemo; in conſilio gravitas, in laboribus patientia, nihil in poteſtate inſolens, nihil in opum abundantia diſſolutum; ſeveriſſimis omnia continentiæ legibus adſtricta: ut ab ejus perſonæ, quam ſuſtinet, dignitate numquam oculos deflectere, ſed illud perfectum, abſolutumque decorum, cujus & ſtudium, & ſplendor magna ex parte jam obſolevit, aſſidue ſpectare videatur. Jure igitur nos in ejus viri clientelam, quaſi portum quendam in tantis horum temporum tempeſtatibus tutiſſimum, ac ſalutarem ſperantes, confugere jubes. Illius erit, egentem patrocinio communem cauſam ſuſcipere; & opinari, quod Tu jampridem perſuaſum habes, egregieque præſtitiſti, duas maxime res a principe viro poſtulari; unam, ne quid reprehenſione dignum committat; in quo is excellit omnium conſenſu; alteram, ne quid laude dignum prætermit-

tat:

tat : quod aliquanto eſt optabilius, atque præſtantius. Nam, vacare culpa, eſt illud quidem, his præſertim moribus, egregium; ejuſmodi tamen, ut in privati hominis conditione ſubſiſtat, ad principis ornamenta non perveniat. Vera virtus actionem requirit; eoque ipſo alitur, & augetur: ceteræ enim res, cum communicantur, minuuntur; ex virtute quantum ad alios manat, tantundem ad ipſam accedit. Quæ Trojano Aquavivæ de Aragonia, *cujus in fide, atque tutela ampliſſimus Ordo conquieſcet, ſæpe in mentem venerunt; neque hæc melius cujuſquam oratio, quam ille vita exprimit. Me tamen cum incredibilis quædam erga eum obſervantia, ut hæc Tibi commemorarem, adduxiſſet, eadem impulit obſervantia, & ſingularis mea in hunc Ordinem pietas, uti ceteris, qui hæc legent, quid nobis omnibus exſpectandum ab illo, quid ab excellentibus ejus animi bonis ſperandum eſſet, ſignificarem.*

ERU-

ERUDITO LECTORI.

CUm variorum eventuum, rerumque multarum ſeries hoc volumine ſexto continetur, tum duobus præcipue non modo cum fide, curaque enarrandis, verum etiam egregie defendendis Waddingi induſtria deſudavit. Alterum eſt, Joannis Dunſii Scoti, optimi, graviſſimique Philoſophorum, ac Theologorum Magiſtri vitæ deſcriptio, & ab quorumdam malevolorum obtrectationibus magna cum ingenii, & eruditionis laude acerrimà vindicatio. In quo ſane argumento tanta felicitate verſatus hic Auctor eſt, ut reliquos omnes, qui illud ipſum antea pertractarunt, differendi ſubtilitate, & copia longe antecellere videatur. Alterum eſt Fratricellorum origò, nefaria dogmata, mores, vitæque inſtituta flagitioſiſſimæ ante oculos poſita; tum eorum, qui ejuſmodi peſtes, atque hominum monſtra e Franciſcana Sodalitate profecta eſſe ſcripſerunt, repulſa calumnia, & cum ſincera noſtrorum hominum probitatis, ac fidei prædicatione fracta temeritas. Habes, candide Lector, in quo magnopere delecteris. Nam & viri ſapientiſſimi, qui Scholas omnes Chriſtianorum magna nominis fama occupavit, acta percurrere jucundum erit; & Minorum familiam ſanctimoniæ, ac litterarum præſidio eouſque progreſſam, uti ſuos alumnos non modo incolumes ab omni labe præſtaret, ſed etiam rebus omnibus ad pugnandum inſtructos adverſus hoſtes Eccleſiæ in aciem dimitteret, non ſine animi voluptate legendo cognoſces. Vale.

REIM-

REIMPRIMATVR

Si videbitur Reverendiſsimo Patri ſacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

N. Baccarius Epiſcopus Bojanenſis Vicesgerens.

REIMPRIMATVR

Fr. Jo. Benedictus Zuanelli Ordinis Prædicatorum ſacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

AN-

ANNALES MINORUM.

ANNO CHRISTI 1301.	BONIFACII VIII. ANNO 7.	ALBERTI IMP. ANNO 3.	RELIGIONIS MINORUM ANNO 94.

ARGUMENTUM.

Frater Liberatus Maceratenſis & ſocii ſub titulo Eremitarum Cœleſtini V. domicilium ſibi conſtituunt in Achaja, & Congregationem ordiuntur a Religionis corpore ſeparatam. Id ægre ferunt Patres Provinciæ Romaniæ, eoſque ad Ordinis unitatem modis omnibus conantur revocare. Moriuntur apud Gualdenſes beati Martius, & Salvetrus fratres germani. Matthæus Aquaſpartanus Cardinalis ex Ordine Minorum amandatur Legatus & Rector Romandiolæ: alii ejuſdem inſtituti aſſumuntur ad infulas Pontificias. Porchetto Spinolæ Minoritæ Archiepiſcopo Genuenſi plura committuntur negotia. Varia conſtruuntur domicilia.

Tom. 5. an. 1294. num. 9. Marian. lib. 4. c. 1. Angel. Claren. tribul. 4.

Frater Liberatus cum ſociis Achajæ commoratur.

I. DIXIMUS alias, quoſdam Fratres ad arctiorem Regulæ obſervantiam & ſolitariam vitam, a turbis remotam, aſpirantes, obtento privilegio Apoſtolico a Cœleſtino V. cum fratre Liberato Maceratenſi, ad partes Achajæ transfretaſſe, ut moleſtias conſodalium, qui ægre ferebant eorum conatus, facilius declinarent. Sub hoc tempore, poſtquam Theſſalonicam & Achajam peragrarunt, obtinuerunt a quodam heroe Thoma de Sola parvam inſulam pro ædificando ſibi habitaculo. Poſtquam aliquoto tempore ſpiritu alacres, & mente pacati illic abſque querela, Deo inſervirent, Romaniæ Provinciæ Patres ut reſciverunt eorum ab Ordine ſeparationem, & ſibi ipſis novam ſtatuiſſe congregationem, conati ſunt modis omnibus eos ad unitatem Ordinis revocare. Illi conſtanter reſtiterunt, objicientes ſe licite, & ex Pontificio indulto ſub nomine Eremitarum Cœleſtini V. novam ſibi formulam vitæ elegiſſe, neque ab illa aliquando receſſuros. Animoſe nimis ſtatuerunt quidam eos ab inſula deturbare, & religioſam, qua gaudebant, confundere quietem. Uſi ſunt ad hæc conſequenda indignis calumniis, objicientes his pauperculis Eremitis errores & ſuperſtitiones Manichæorum, quos propterea dicebant a carnibus abſtinere, vinum abhorrere, & hominum conſortia vitare, quia cum Manichæis (quorum ſecta ſub illa ætate numeroſa) hæc

Revocantur ad ad gremium Religionis.

Multis calumniis traducunt.

mala eſſe credebant. Inſuper addebant, eos perraro ad Miſſæ ſacrificium convenire, & male de Chriſti corpore ſentire, necnon de Eccleſiæ Romanæ, & Summi Pontificis auctoritate. Inculcaverunt has ſuas impoſturas viris Principibus, & Eccleſiarum Prælatis, quorum intererat remedium adhibere. Illi, ne rem gravem & periculoſam negligere viderentur, miſerunt in prædictam inſulam viros doctos & pios, qui cum Fratribus converſarentur, eorumque mores & vitam explorarent. Compererunt omnia eiſdem objecta impudentiſſima eſſe mendacia; viderunt enim quotidie Presbyteros rem ſacram reverenter facientes, divinum Officium devote perſolventes, pro Papa & Eccleſiæ Romanæ felicitate continuo orantes, & cetera piorum hominum munia integre obeuntes. Quod vero a carnibus, vino, & hominum externorum abſtinebant converſatione, perceperunt id magis corporis mortificationi & virtuti, quam vitio ulli, aut corruptæ fidei tribuendum. Dum hæc referrent exploratores Epiſcopis & Dominis, a quibus miſſi erant, evocatos ad ſe, benigne & humaniter exceperunt, monueruntque, ut ad tollendam omnem ſuſpicionem, & convincendam adverſariorum calumniam, in Eccleſia matrice Miſſæ ſacrificium celebrarent, in publicis concionibus ſuæ fidei rationem redderent, & ad prandium invitati libere comederent carnes, vinum biberent, nec quidquam abhorrerent, quod ceteros diſcumbentes viderent manducare. Fecerunt ita, per quod odium omne in detractores converterunt, conciliaruntque ſibi Principum & Prælatorum favorem. Adverſarii videntes nihil ſe apud Græcos Prælatos perfeciſſe, rem proſequendam coram Pontifice Romano judicarunt, ſtatueruntque nullum non movere lapidem, donec exciſam hanc partem a corpore Religionis ad unitatem ejuſdem reducerent. Quibus vero artibus id præſtiterunt, alias dicemus opportunius.

Illi has extergunt.

Anno 1301.

Moritur beatus Martius.

II. Obiit hoc anno beatus Martius ſancti Franciſci egregius ſectator, & diſcipulorum conſocius, quorum aliquos, qui vitam agebant Eremiticam, imitatus eſt. Breviter ejus acta deſcribit vetuſtus hujus temporis Chronologus Anonymus, necnon beatus Odoricus de Forolivio, qui hiſtoriam produxit a principio mundi uſque ad annum MCCCXXXI. quam compendioſe & diligenter exaratam habeo penes me MS. verba ejus tranſcribo: *Apud eremum ſancti Laurentii, quod in convalle Apennini montis ſitum eſt ſupra Gualdum, in Epiſcopatu Nucerino, anno Domini* MCCCI. *octavo die exeunte Octobris, migravit ad Dominum vir Dei ſanctus Martius ſolitarius Eremita, qui ſociorum ſancti Franciſci Fratrum devotorum, ipſe devotus fuit imitator & confrater & conſervus. In eodem eremitorio, quod Fratres primi a principio Ordinis ædificaverunt, & in quo beatus Franciſcus prædicavit & moram traxit, habitabat Martius, & unum ſanctum Fratrem, qui in antro ipſius montis morabatur, ſecum aſſumpſit in ſocium & confratrem. Cum enim Fratres poſt ſacrum obitum beati Franciſci ipſum eremitorium dimiſiſſent, & juxta novum caſtrum Gualdi locum accepiſſent, vir Dei Martius ipſum eremitorium a Gualdenſibus impetravit, & cum germano ſuo fratre Salvetro, & aliis devotis eremicolis, ibidem ferventer & fideliter Domino noſtro Jeſu Chriſto ſervivit per annos ſexaginta, ſine calceamentis ſemper incedens, cum aſpera tunica, jejuniis, orationibus & vigiliis ſemper intentus, amorem Chriſti in corde & corpore portans, verbo & exemplo ad ſalutem & pœnitentiam omnes inducens. Et fama ſanctitatis ejus per regionem diffuſa, odorem virtutis in mentibus fidelium reſpergebat, & plurimi peccatores ejus ſacris mo-*

Ejus vitæ ratio.

Digitized by Google

monitis & exemplis a malo in bonum converſi fuerunt . Et ipſe vir Dei ſicut pauper vixerat , ita & verus pauper obiit Evangelicus , locum ſibi commodatum Gualdenſibus reaſſignans , migravit in pace ad Chriſtum , & Dominus ipſum plurimis decoravit ſignis , & Sanctum verum eſſe declaravit miraculis , & de tota patria illa , & civitatibus , & caſtris per annos plures populi accurrunt , & vadunt ad venerandum ſanctum Dei Martium , & honorandum Deum in Sancto ſuo , per quem mirabilia in infirmis & ægris operabatur . Germanus vero ejus frater Salvetrus ante ſanctum Martium obiit ſanctitate ornatus . Et frater Philippus Sacerdos eorum conſimilis in ſanctitate beato Martio , vir admirandæ abſtinentiæ & orationis , diu poſt beatum Martium obiit , & miraculis claruit . „ Martius porro natus eſt

Salvetrus frater. Philippus ſacerdos.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

B. Martii vitæ compendium.

„ in villa Plebis de Compreſſeto , caſtro tunc territorii Gualdi , nunc
„ Comitatus Peruſini , Diœceſis Nucerinæ . Natus ſub annum MCCX.
„ Patre Agricola . Deum timere cœpit , mundana ſpernere , virtutes
„ ſectari . Fabri cœmentarii vitam exercens , quidquid lucri ſui exili
„ ſupererat neceſſitati , pauperibus diſtribuebat ; quidquid temporis
„ labori ſubtrahebat , viſitandis infirmis , fovendis miſeris impendebat .
„ Anno ætatis XXXI. ſupradictam vitam aggreſſus , ſimul cum præfatis
„ Fratribus , & fratre Leonardo , in ea ſectanda annis perſeveravit ſe-
„ xaginta in ſumma humilitate , pœnitentia , & patientia per aliquot
„ annos oculis captus . Tamdem in Domino obdormivit anno ætatis
„ nonageſimo primo . Crebris miraculis confirmata ſanctitate, Eccleſiam
„ ad D. P. ab oppido diſtantem , in qua ſepultus eſt ſubtus altare , ab
„ ejus nomine circumvicini populi appellarunt ſancti Martii . Ea tam-
„ dem temporis injuriis diruta, Verginius Florentius Epiſcopus Nuceri-
„ nus anno MDCVII. curavit corpus transferri ad Templum ſancti Rocci
„ extra Gualdum conſtructum .

III. Matthæus Aquaſpartanus Cardinalis ex Minoribus aſſumptus , uti ſuo loco recenſuimus , etiam hoc anno fungebatur dignitate Legati , & Rectoris Lombardiæ & Romaniolæ , ubi ultra alia præclare geſta , & a nobis ſub compendio anno proxime præterito relata , Jacobum Paganum Epiſcopum Aretinum, ob male indidem adminiſtratam Provinciam , jubente Bonifacio Pontifice , Epiſcopatu privavit , & ſtrenuam navavit in Etruria operam pro confirmanda Italiæ pace , ſtabiliendiſque contra invaſores juribus Eccleſiæ . „ Pacificatis multis civitatibus , & ad obe-

Tom. 5. an. 1288. num. 2.

Card. Aquaſpartan. Legatus.

Tom. 5. an. 1300. num. 2.

Rub. in hiſt. Raven. lib. 6. anno 1301.

Reg. Vatic. ep. 70. & 71.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ dientiam Eccleſiæ Romanæ reductis , Bononiam profectus , ſummo ho-
„ nore exceptus eſt : ſed dum poſt dies tres Ravennam regreditur , lit-
„ teras accipit Bonifacii Pontificis, quibus amandatur Provincia Floren-
„ tinos civili & exitiali bello factionum Alborum , & Nigrorum , in
„ quas diviſus erat populus, poſt extinctam alteram Guelfæ , & Ghibel-
„ linæ gentis , inter ſe dimicantes , pacificandi . Abiit , increpavit al-
„ ternas cædes , implacabiles iras , quotidianas rapinas ; Urbem ſacris
„ interdixit , aliarum communione privavit ; donec tamdem proprio
„ ſanguine ſatiati , fœdera pacis inierunt .

IV. Epiſcopos, creavit hoc anno Minoritas aliquos Bonifacius Pontifex : Guillelmum de Cuna Caſſanenſi Eccleſiæ in Calabria , ab omni juriſdictione Archiepiſcopali exemptæ , & per translationem Richardi ad Tricaricenſem vacanti , præfecit : *Ad univerſalis Eccleſiæ* . II. Kalen. Martii . Feſulanæ in Etruria ſub Archiepiſcopo Florentino , per reſignationem Angeli Epiſcopi vacanti , Bartholomæum Provinciæ Tuſciæ Miniſtrum : *Ex incumbenti nobis* . XII. Kalend. Aprilis . Emporienſi in Sar-

Guillelmus Epiſcopus Caſſanen.

Bartholomæus Feſulanus.

Bartholomæus Emporien.

Sardinia ſub Turritano Archiepiſcopo, per obitum G. Epiſcopi dudum vacanti, Bartholomæum a Piſis (alium ab auctore conformitatum, qui circa annum MCCCC. floruit) a Turritano ex Pontificis commiſſione ad hoc munus electum: *Vacante dudum*. VII. Idus Maii.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Tom. 5. an. 1292. num. 17.

Fr. Petrus Arch. Rheginus.

„ Fuiſſe hoc tempore Archiepiſcopum Rhegienſem in Calabria fratrem Petrum Minoritam indicavi alias probari ex monumentis Regii Archivii Neapolitani, in quibus per hos annos ſæpe illius occurrit memoria. Legitur & alius frater Petrus ejuſdem Eccleſiæ Antiſtes ſub annum MCCCXXI. electus opera Roberti Regis, cui dum Carolus, Roberti filius Dux Calabriæ jubet, ut tradantur a Regiis, & ſuis Miniſtris omnia, quæ ad dictam ſpectant Eccleſiam, eum vocat Patris ſui Roberti domeſticum, conſiliarium, familiarem, & fidelem, & ſuum dilectum. Cujus autem fuerit inſtituti an Prædicatorii, an noſtri adhuc aperte non potui percipere. „

Porchettus Archiepiſcopus Genuenſis.

Januenſis Archiepiſcopatus dignitatem Porchetto Spinolæ, cui alias renunciaſſe diximus, reſtituit: *Inter cetera*. XV. Kalend. Septembris.

Epiſt. 147.

Plura committuntur Porchetto.

In append. ep. 1.

V. Eumdem fratrem Porchettum jam reſtitutum Archiepiſcopatui, collectorem inſtituit decimæ in Civitate, Diœceſi, & Provincia Januenſi, & Riparia, territorio & diſtrictu eorumdem, per triennium impoſitæ ad proſequendum bellum Siculum contra Fridericum Aragonium. Amplam dedit ei commiſſionem, civitatem Januenſem Friderico adhærentem, Eccleſiæ reconciliandi, & a civibus juramentum ſuſcipiendi de non præſtando deinceps auxilium, conſilium, aut favorem Friderico, vel Siculis contra Romanam Eccleſiam, & Carolum Siciliæ Regem. Quod, dum multi in manibus Porchetti præſtarent, Poteſtas, Abbas, Antiani, Conſilium, & Commune Januen. ſe oppoſuere, neque ſacramento ullo ſe obſtringi Bonifacio volebant, alia inſuper addentes, quæ hæreſis notabili nota non carere Pontifex affirmat.

Ibid. ep. 2.

Ut ergo Porchettus & Inquiſitor hos ad ſaniorem mentem reducerent, alio diplomate ſcribit Pontifex; quod ſi corrigi nolint, jubet ut contra eos procedatur. Eidem injunxit, ut nobile & admirandum matronarum Januenſium opus, quo decretis multis aureorum millibus pro ſcribendo plurimo milite in ſubſidium Terræ ſanctæ, ipſæ etiam ſtatuerunt in obſequium bellatorum transfretare, omnibus propalaret, ut fierent hæ nobiles mulieres Principibus & Regibus in exemplum; & eo libentius ad ſacrum bellum indicendum concurrerent, quo verecundius videbant ſe a piis fœmellis ſuperari.

Bzov. anno 1314. n. 18. & 21.

Hæc illa magna vis pecuniarum, quam Bzovius dicit, Raymundum Lullum ab his matronis corroſiſſe, & ſibi emunxiſſe: ille enim eas ad hanc pietatem excitavit, ſed pecuniam penes ipſas reliquit. Multa de hac re Pontificia diplomata do in regeſto, quæ rem omnem manifeſtabunt,

Conventus Luceriæ Sarracenorum.

VI. Indulſit hoc anno Pontifex Miniſtro & Fratribus Provinciæ ſancti Angeli ut accipere poſſent a Carolo Rege Siciliæ domos quaſdam in civitate Luceriæ Sarracenorum (in quam, atque in Nuceriam Paganorum eos introduxit Fridericus II. Imperator) expulſa jam inde illorum perfidia, ut eas ſibi coaptarent in Monaſterium: *Inter ceteros Ordines*. II. Kalend. Martii.

Conv. S. Dominici de Silos.

Ex alio ejuſdem diplomate directo Petro Burgenſi Epiſcopo circa impendendam Monachis Benedictinis oppidi ſancti Dominici de Silos, tunc ſub eadem diœceſi, & ſub Archidiaconatu de Palenzuelas ſiti, abſolutionem a cenſuris, propter deturbatos Minores a domo, quam occuparunt intra præfatum oppidum, & alia illata gravamina, conſtat tunc eoſdem illic obtinuiſſe domicilium ſub nomine ſan-

ctæ

ctæ Mariæ de Valle paradiſi; ait enim Pontifex: *Quod cum Guardianus* Reg. Vatic. ep. 182.
& Fratres Ordinis Minorum ſanctæ Mariæ de Valle paradiſi extra muros
prædicti loci ſancti Dominici de Silos tuæ diœceſis, quamdam domum ſitam
in prædicto loco ſancti Dominici ad prædictum Monaſterium Ordinis ſancti
Benedicti pertinentem, occupaſſent &c. Nunc ad Epiſcopatum Oxomen-
ſem locum hunc pertinere monet Gonzaga; neque de vetuſtate, aut *Gonza. in Prov.*
fundatione quidpiam aliud ſciri, quam quod ad cuſtodiam Numantinam, *Concept. Con.14.*
ſeu, ut habet Piſanus, Sorienſem olim pertinuerit. *Piſan. confor.11.*

VII. Sequentes Conventus Provinciæ Hungariæ ſanctæ Mariæ ſub *Idem in Provin.*
hoc anno reponit Gonzaga: Sicambrienſem, ſacram prius ædiculam Fra- *Hung. S.Mariæ.*
tribus conceſſam, & piorum eleemoſyuis in Monaſterium pro eiſdem Conven. Sicam-
coaptatam: quinqueeccleſienſem per illuſtrem Cherodorium familiam brien.
fundatum, a quo integra cognominabatur Cuſtodia: Bachienſem a Tem- Conv.Quinque-
plariis, uti ferunt, prius inhabitatum, olim ad Cuſtodiam Girmienſem eccleſien.
ſpectantem: Banenſem a Cruciferis ad noſtros devolutum ſub eadem Conv. Bachien.
Cuſtodia: Variſdienſem ab eiſdem Cruciferis, ſed ſub Cuſtodia Quin- Conv. Banen.
queeccleſienſi, acceptum, vivente adhuc, ut volunt, ſancto Franciſco; Conv.Variſdien.
ſub quo etiam tempore erectum ferunt Varadienſem ſub Cuſtodia Conv.Varadien.
Agrienſi, necnon Conventum Zagrabienſem, & ſanctum Inſtitutorem Conv. Zagrabie.
locum hunc perſonaliter viſitaſſe. Ab hoc vero Conventu Cuſtodia Za-
grabienſis cognomen accepit; & vetuſtate collabentem reſtaurarunt fra-
tres Gregorius Cuſtos, atque Ortolſus. Nitrieuſem ſub Cuſtodia Stri- Conv. Nitrien.
gonienſi: Trincienſem a pluribus annis præexiſtentem ſub aliorum do- Conv. Trincien.
minio, cujus tamen mentionem non invenio apud Piſanum, niſi fortaſ-
ſis ſit error in nomine, & velit dicere Tinchinienſem, uti habet Piſanus
ſub Cuſtodia Strigonienſi: Faurienſem ab aliis acceptum ſub hoc anno, Conv. Faurien.
& mox a fratre Joanne Senenſi reformatum. Neque hunc habet Piſanus,
niſi fortaſſis ſub nomine Laverienſis, a quo prima Cuſtodia illius Provin-
ciæ denominata eſt. Mirum eſt, tot Monaſteria unius Inſtituti viros in
uno hoc anno obtinuiſſe, niſi fortaſſis contenderint inter ſe de pietate &
favendis Minoritis, Andreas Venetus, Carolus Martellus, Venceslaus
Polonus, & Lsdislaus, qui propter varias conſanguinitatis rationes,
hæreditariaque jura, inter ſe in ipſo Hungariæ regno, in varias ſactiones
diſtracto, contendebant; vel, quod credibilius eſt, non uno hoc anno,
ſed circa hunc annum omnia hæc domicilia obtigerunt Minoritis.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. CArolum Valeſium in Tuſcia Alborum, & Nigrorum inteſtinæ
„ diſcordiæ fatigabant, quando Matthæus Aquſſpartanus tole- Matthæus Aqua-
„ rantius agens plura loca Eccleſiæ conciliabat, quamobrem & huic ſuo ſpartanus agit cũ
„ Apoſtolico Legàto iis in partibus ſummus Pontifex breve direxit: Guelfis, & Gi-
„ *Cum a nobis &c.* vt. Nonas Decembris: at Valeſius tædio præteſus, belinis.
„ Tuſcia relicta, Neapolim adiit, ubi feliciori ſorte Conſobrini ſui Ca- *Indic. ex Oder. n.14.*
„ roli Neapolis, & Friderici Siciliæ Regum diſcordias inter eos verten-
„ tes, ſtabilitis conventionibus, compoſuit, dum in Columnenſes Ro-
„ mæ durius ageretur, ac Pariſiis Terræ ſanctæ res, quæ promoveban-
„ tur, ſiniſtre procederent: in omnibus tamen Pontifex viriliter age-
„ bat: Fratri Porchetto ex noſtris Archiepiſcopo Januenſi Apoſtolicas
„ plures litteras expedivit hoc anno ſolerter exequendas, ut: *Vidimus* *Ex Vatic.*
„ *quæ &c.* Et *Per tuas &c.* ambas vtt. Kal. Febr. & *Accepimus nuper &c.*

ac:

„ ac: *Cum tibi collectionem &c.* ambas XIV. Kal. Aprilis: &: *Apoſtoli*
Ex Oder. n.31. „ *ſcriptura &c.* Kal. Septembr. &: *Manſuetudo ſedis &c.* Nonis Decem-
„ bris. Fratri etiam Pagano pro rebus ſanctæ Inquiſitionis ſcripſit:
„ *Sancta Mater &c.* Idibus Maii: & in eumdem finem in Provincia ſan-
Ex Vatic. „ cti Franciſci: *Dudum &c.* V. Idus Aprilis: Guardiano vero Aretii, ut
„ ſuſpenderet quaſdam cenſuras, executorialem direxit: *Dudum dile-*
„ *ctis &c.* XVI. Kal. Octobris: & Bullam Clementis circa miſſionem ad
Ex copia. „ Infideles ſuo diplomate confirmavit: *Ex Apoſtolicæ Sedis &c.* XIII. Kal.
„ Julii: ſed tamdem Philippo Regi Franciæ pro Terræ ſanctæ negotio
Ex Oder. n.35. „ ſcripſit: *Occulta Fili &c.* Nonis Decembris, cum alia ejuſdem tenoris
„ ſub dat. VIII. Idus Decembris.

„ II. Pauca nunc reſtant, quibus ſuppeditari Annalia poſſint, ac ea
„ non magni ponderis, ſi viros doctrina conſpicuos, & religioſitate
„ non contemnenda ornatos excipias: & quidem (nec enim piget ali-
„ quem prodere) inter hujuſmodi noſtros excelluit hoc tempore qui-
Joannes Ægidius Zamorrenſis vir probus & doctus. „ dam Joannes Ægidius, patria Zamorrenſis, Provinciæ ſancti Jacobi
„ in Hiſpaniis alumnus. Hic moribus undequaque probatis, omnibus
„ amabilis, cum eſſet doctiſſimus, ab Alphonſo X. Hiſpaniarum Rege
„ in Magiſtrum & Præceptorem filio ſuo Sancio, & in Regno ſucceſſori
„ electus fuit. Regi eruditiſſimo, & Mathematicarum doctiſſimo, non
„ ob aliud cariſſimus extitit, niſi quod probatæ vitæ omnium diſciplina-
„ rum, tam rationalium, quam naturalium, ac hiſtoricarum cultor mi-
„ rabilis eſſet, in iiſque omnibus apprime verſatus. Ad tantum munus
„ aſſumptus Joannes, ut ſe tanto Regi gratum oſtenderet, præter fide-
„ lem & diligentem operam in erudiendo Sancio exhibitam, quem com-
„ poſuit librum de præconiis, ſive laudibus Hiſpaniæ, eidem ſuo Mæ-
„ cenati dedicavit: opus adeo dignum, ut eo uti Abulenſis in quibuſ-
Alphon. Toſt. Abul. in prol. lib. Joſue q.18. „ dam quæſtionibus ſuper ſacram Scripturam non dubitaverit: legen-
„ dum cito Abulenſem in quæſtione 18. prologi Joſue tom.1. Scripſit
„ inſuper hiſtoriam naturalem, eccleſiaſticam, & civilem: univerſam hi-
„ ſtoriæ molem ſex ingentibus voluminibus complexus eſt, quorum in-
„ ſignia exemplaria in membranis exarata, in noſtra Bibliotheca Zamor-
„ renſi adhuc conſervata, licet jam hiſtoricæ rei magna jactura plures
„ temporis perpeſſa injurias, Hiſpanorum docti quamplures hiſtorici ea
„ frequentant, ſuiſque in operibus cum honore commemorant. Præfa-
„ tis alium Tomum addidit, quem prænotavit Archivum omnium ſcri-
„ pturarum, in quo eruditionis Eccleſiaſticæ optima quæque argumenta
„ ad præcipua capita reduxit. Fuit Joannes Ægidius robuſto corpore,
„ integra ſemper valetudine, adeo ut extremam fere attigerit ſenus
„ ætatem. Scribit Alphonſus Toſtatus Abulenſis Epiſcopus, quem jam
„ ſuperius citavimus, ad tantam perveniſſe ætatem, quod quamvis
Jacet in Conventu S. Franciſci Zamorræ. „ (inquit ipſe) plura volumina tam hiſtoriarum, quam ſapientialium
„ ſcripſiſſet, nihilominus nec litteras cognoſceret, nec ſciret ſe eſſe,
„ qui libros illos edidiſſet. Floruit anno MCCCI. jacet in Conventu
„ S. P. Franciſci Zamorrenſi.

AR-

ARGUMENTUM.

Joannes de Muro Miniſter generalis , indictis Comitiis , agit de reſtituenda Ordinis diſciplina , ſed paulo poſt aſſumitur ad Cardinalatum . Duo alii Cardinales Minoritæ moriuntur , & Conſtantia Aragonum Regina . Severe animadvertitur in pauperes Eremitas Achajæ . Plures fiunt Epiſcopi . Florent ſub hoc tempore Angli Doctores . Multiplicantur Cœnobia .

I. JOANNES de Muro Miniſter generalis quibuſdam abuſibus contra paupertatem in Ordine ſerpentibus obviare , & qui jam introducti erant de medio tollere volens, indixit Conventum generalem Januæ, in quo præter cetera ſtatutum eſt, ut feſtum ſanctæ Mariæ ad Nives deinceps fieret ſub ritu duplicis majoris ; & celebrarentur per univerſum Ordinem conſecrationes Eccleſiarum ſancti Salvatoris, &SS. Petri & Pauli Apoſtolorum . Etenim tria hæc feſta celebrabantur ſub illo tempore Romæ dumtaxat , uti ex Rodulpho Decano Tungrenſi , illius ætatis auctore, obſervavit perdoctus vir , amicus noſter Bartholomæus Gavantus , veterum Eccleſiæ rituum diligens obſervator & elucidator . Deinde prædictus Miniſter clamoribus & querelis zelatorum paupertatis excitatus , ſequenti encyclica miſſa epiſtola, rigoroſe præcepit , ut abdicarentur omnes proventus annui ; neque aliquis Fratrum auderet ſe ingerere commiſſionibus perpetuis , ſeu curandis aliorum poſſeſſionibus . Docta & pia epiſtola laudabiles explicat boni viri conatus , & quo in ſtatu res noſtræ verſabantur , oſtendit .

Marian. cit. Marc. pa. 2. l. 6. c. 23.

Capitulum 33.

Tungren. de canon. obſerv. propoſ. 22.

Gavan. in comment. ad Miſſale & Breviar. ſect. 7. c. 10. & 11.

Joann. Miniſter generalis paupertatem commendat.

In Chriſto ſibi cariſſimis univerſis Provincialibus , Miniſtris , Cuſtodibus , Guardianis , ac Fratribus omnibus aliis præſentibus pariter & futuris , frater Joannes Ordinis Fratrum Minorum Miniſter & ſervus , ſalutem & pacem in Domino ſempiternam .

II. *INter cæleſtium inſignia gratiarum , quibus almus Chriſti Confeſſor Franciſcus noſtri Ordinis inſtitutor , ſe Chriſto conformem , hoſti horribilem , ac nobis ſe præbuit exemplarem , paupertas ſanctiſſima vendicat principatum . Hac nempe omnes ſupergredi , hac ſingulariter gloriari , hac nos a Religioſis diſcernere ceteris , a mundo ſecernere , a vitiis elongari , & Chriſto totaliter inſervire conabatur . Hanc filiis tamquam ſpiritualis ſtructuræ primordium , pretioſam Evangelii margaritam , olim abſconditam arrham regni Cæleſtis , & ſortem hæreditariæ portionis tam vivens , quam moriens præcipue commendavit . Quam ſuis Sanctis inhærentes veſtigiis venerabiles Patres in Ordinis regimine incedentes , mira ſollicitudine tam in ſe , quam in ſubditis coluerunt , nihil paupertatis læſione moleſtius , nihil ejus inobſervantia gravius arbitrantes . Generali proinde miniſterio (divino , quamvis occulto judicio) deputatus , ab ipſorum zelo , & ſtudio diſcrepare non valens abſque Religionis periculo , & ſalutis propriæ detrimento , anxia cura ſollicitor, Fratres & filios , juxta dies antiquos intra paupertatis altiſſimæ limites contineri , totiſque præcordiis inardeſco ſanctæ paupertatis offendicula tollere , & correctionis falce præcidere , quæ in ipſius præjudicium conſpicio pullulaſſe . Cum itaque loca nonnulla noſtri Ordinis , quaſi ſit abbreviata manus Domini (jumenta paſcens & volucres , quæ*

Paupertatis encomia.

Perpetua cura Minorum ſervandæ paupertatis.

quæ non ſeminant, neque metunt, neque in horrea congregant) ne ſuis poſſit pauperibus providere, agros, domos, & vineas, ſeu penſiones perpetuas annuatim de proventibus habere reperiam eorumdem. Necnon & Fratres, qui mundo deberent penitus crucifigi, in ſuæ profeſſionis perniciem, & in ſcandalum aliorum, non ſolum annuos redditus perſonales habere; verum etiam commiſſariarum perpetuarum onera ſuſcepiſſe: ex quibus inevitabili neceſſitate conſequitur, ut circa procurandas terrarum culturas, & proventus fructuum colligendos curis extraneis diſtrahantur, proſecutiones & actiones intentent, civilibus litigiis implicentur, & nonnulla ſequantur hujuſmodi, quæ non poſſunt abſque proprietatis ſpecie exerceri. Et diſſimulare non valeo quin hæc paupertatis venena, avaritiæ fomites, materias jurgiorum ſpiritualium, viſcos pennarum, maculas gloriæ noſtræ, ex quibus Deus offenditur, Ordo vileſcit, minoratur devotio, & animarum perditio procuratur, acrioris diſtrictionis ſarculo ſtudeam extirpare. Paterno igitur affectu & zelo juxta mei officii debitum, vos moneo, excito, & induco, omnes & ſingulos adjurando per impretiabile pretium effuſi pro nobis Sanguinis Salvatoris, ac per ipſius ſacra ſtigmata, quæ in corpore beati Franciſci Patris noſtri mirabiliter claruerunt, inhibendo nihilominus ſtatuens, & ſtatuendo inhibens per obedientiam ſalutarem, ſub pœna excommunicationis, quam fero in his ſcriptis in contrarium facientes, ne quemquam inducatis de cetero, ſeu induci per alios procuretis, ut ulli Fratri, Conventui, ſive loco noſtri Ordinis poſſeſſiones, aut redditus annui, ſive eleemoſinæ de proventibus eorumdem perpetuæ aſsignentur. Nec ullus ex nunc Commiſſariæ perpetuæ fungatur officio, & maxime ubi teſtator perpetuo, ſeu ad vitam Fratri, vel Fratribus deputatas poſſeſsiones relinquit. Nec ulli qui jam Commiſſarias hujuſmodi ſubiiſſe noſcuntur, ſe de ipſis amodo intromittant, nec in poſterum cultores conducere, aut fructus poſſeſsionum præſumant colligere taliter relictarum. Quin potius ſub præmiſſæ diſtrictionis cenſura præcipio tam vobis Miniſtris, quam vobis Cuſtodibus, Guardianis, & Fratribus aliis, tam illis, quibus talia ſunt relicta, quam illis, quorum mediatio in hoc videbitur opportuna; quatenus diſsimulatione & dilatione vitatis, bona fide inſiſtere curetis, ut poſſeſsiones hujuſmodi, ſive in domibus, ſive in agris conſiſtant, ſeu vineis, non ſolum locando, vel ad ſpatium vitæ vendendo, ſed, ſi poteſt fieri, abſolute & ſimpliciter diſtrahantur. Nec aliquis coram perſona ſeculari, vel Eccleſiaſtica, pro hujuſmodi relictis præteritis vel futuris, ſi forſitan inſciis Fratribus legarentur, in judicio audeat experiri. Ne ſecus agentes ut canes reverſi ad vomitum, dimiſſa repetere, & manu miſſa ad aratrum poſt terga reſpicere, de Dei domeſticis, mundo cives effecti, exules Patriæ, & prævaricatores mandatorum ipſius (cujus judicium nec irrideri poteſt, nec falli) reputari poſſitis. Hæc autem ſtatutoria littera cum conſtitutionibus legatur in publico, & in locis ſingulis reſervetur, ne aliqui Fratres impoſterum, quod per altiſſimæ paupertatis propoſitum Deo voverunt, irritum facientes, tanto ſeveriorem damnationem incurrant, quanto, divino timore poſtpoſito, inventi fuerint contemptores. Valete in Domino Jeſu Chriſto, & orate pro me. Data Januæ tempore Capituli generalis anno Domini MCCCII.

Diſſolutio hujus temporis.

Eam tollere curat Miniſter generalis.

III. Valde profuit in multis Provinciis hoc Miniſtri Generalis mandatum, parumque abfuit, quin eradicarentur ab Ordine poſſeſſiones & proventus annui, dum diligenter huic reformationi intenderet bonus Primicerius, donec menſe Decembri proxime ſequenti creatus eſt a Boni-

Miniſter generalis fit Cardinalis

nifacio Papa Cardinalis tituli ſanctæ Ruffinæ, & Epiſcopus Portuenſis. Ejus creationem & merita ita deſcribit Ciacon: *Magiſter frater Joannes Minius de Muro Vallium Firmanæ diœceſis, Picenus ex provincia Marchiæ, Ordinis Minorum, Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, & ſanctæ Ruffinæ. Hic in ſacra Theologia Doctor eximius fuit: aliquandiu in Cœnobio Murri vixit, quod* Tuba Miraculorum *ab hiſtoricis ejus Religionis vocatur, tamdem Romæ a Nicolao IV. accerſitus, ſacri Palatii Lector conſtituitur; inde Anagniæ, præſente Bonifacio VIII. Generalis Miniſter eligitur in locum Raymundi mortui XIV. in Ordine Præfecti. Jottum Florentinum, clarum ſui ævi pictorem, Aſſiſium duxit, ac triginta duas hiſtorias beati Franciſci eleganti penicillo exprimi curavit. Romam reverſus, beatum Ludovicum filium Regis Caroli primogenitum ad Ordinem & Religionem recepit: & ob doctrinam & vitæ ſanctitatem, S. R. E. Cardinalis creatur, ac ſui Ordinis Protector. Inde ob prudentiam, in tractandiſque negotiis acumen & dexteritatem, a Bonifacio VIII. in magnis arduiſque, ac pene deſperatis S. R. E. negotiis in Galliam Legatus de latere miſſus eſt. Bonifacii VIII. memoriam, quam Philippus Francorum Rex tamquam hæreticum damnari a Pontifice petebat, Theologica facultate ſe defenſurum in Concilio Viennenſi obtulit, & impiam Regis temeritatem repreſſit. Paulus Corteſius valde eum commendat a Theologica doctrina, a quo multa in Theologia ſcripta fuiſſe commemorat, quæ vel jam, inquit, obruta ſunt vetuſtate, vel minoris a faſtidioſa juventute fiunt, quam æſtimari prudentia conſiderata debeant.*

Ciacon. ſub Boniſ. VIII.

Ejus acta.

Corteſ. in elogiis Cardin.

IV. Attamen licet Pontifex ad tantam dignitatem Joannem evexerit, noluit, ut omnino Ordinis curam deponeret, ſed ſub titulo Vicarii eamdem gubernaret, donec in plenis Comitiis & conſueto modo alter eligeretur Generalis Miniſter. Hac ratione conſultum voluit Pontifex Religioni, in qua reſtauranda Joannis zelum habuit compertum. Et certe vel hoc argumento ſuum affectum erga hanc ſodalitatem monſtravit, atque alio manifeſtiori ex eadem creando quatuor, quos ſuis locis nominavimus, Cardinales, Jacobum Thomaſium Caetanum, Andream Anagninum, Gentilem de Monte-florum, & Joannem hunc Minium ejuſdem Ordinis Generalem Miniſtrum.

In Cardinalatu retinet Ordinis regimen.

Tom. 5. an. 1295. n. 9. & 10.
Anno 1298. n. 4.

V. Præter hos, alios duos a Bonifacio creatos Cardinales ex Ordine Minorum, refert Petrus Rodulphus fratrem Reginaldum Archiepiſcopum Rothomagenſem, prius Lectorem ſacri Palatii, deinde Cardinalem Epiſcopum Portuenſem, & ſanctæ Ruffinæ, quem, ait, ſuper ſententias ſcripſiſſe, & poſt acceptam dignitatem parum ſupervixiſſe: deinde, fratrem Leonardum Patraſſum de Guercino Alatrinatem, Bonifacii avunculum, ab eodem creatum Epiſcopum Cardinalem Albanum anno MCCC. & Avenione obiiſſe. Attamen ego alium non invenio auctorem qui primum faciat aut Archiepiſcopum, aut Cardinalem. Inter Archiepiſcopos Rothomagenſes a nullo recenſetur, neque a Joanne Chenu, neque a Claudio Roberti, neque ejus mentio occurrit in tabulis Democharis. Imo juxta Chronologiam Claudii Roberti, neque fuit, neque potuit eſſe illius Eccleſiæ Præſul. Etenim Oddoni Rigault Minoritæ ſucceſſorem tradit Guillelmum de Flava-Curia ab Eccleſia Lingonenſi, ſive potius Lincolnienſi, ad Rothomagenſem translatum anno MCCLXXVIII. & obiiſſe aſſerit anno MCCCV. Ita ut toto tempore Pontificatus Bonifacii ſedes hæc paſtorem habuerit; & Reginaldum hunc ex Umbria & provincia ſancti Franciſci non niſi anno MCCXCVIII. ab eodem Bonifacio factum Lectorem ſacri Palatii, vacante hoc officio per aſſumptionem fratris Gen-

Fr. Reginaldus an fuerit Cardinalis?

An item Leonardus Patraſſus?

Chenu de Epiſc. Galliæ.
Claud. Rob. in Gallia Chriſtiana.
Demochar. tom. 2. c. 20.

Gentilis a Monte-florum ad Cardinalatum, nos ſub illo anno monuimus. Adde quod neque in ſerie Cardinalium apud Panvinum, aut Ciaconum Reginaldus hic habeatur, neque in Catalogo Cardinalium Minoritarum ejuſdem meminerit Bartholomæus Piſanus ejuſdem ferme temporis auctor. Quod ad Leonardum Patraſſum attinet, omnia recte ſe habent, præter unum illud de Inſtituto Minorum, neque enim qui de Cardinalibus ſcribunt, eum noſtris adjudicant, neque noſtri Scriptores eum inter ſuos commemorant.

Tom. 5. ann. 1298. n. 4.
Moritur Card. Aquaſpartanus.
Tom. 5. an. 1288. n. 2.
Gian. centur. 1. lib. 5. c. 4. 5. 11. & lib. 6. c. 2.
Protector Servitarum.
Ciacon. citat.
Obiit etiam beatus Andreas Anagninus.
Tom. 5. an. 1295. n. 10.
Et Conſtantia Regina.
Zurita 1. p. lib. 5. c. 55.
Joan. Marian. lib. 15. c. 1.
Indices lib. 2. an. 1302.
Epiſt. 3. ann. 7.
Tom. 5. an. 1290. n. 23.

VI. Mortuus eſt tamen hoc anno alius hujus inſtituti Cardinalis Matthæus Aquaſpartanus, de quo latius egimus ſuperius, ſepultuſque eſt in æde Aracœli ad lævam ingredientis in ſacrarium, tumulo alto, pro illius temporis conſuetudine magnifico, gentilitiis inſignibus non ſemel decorato, abſque ullo tamen epitaphio, uti alias enarravimus. Ejus interitu valde contriſtatum Ordinem Servorum beatæ Mariæ Virginis, ſcribit Archangelus Gianius, cujus Protectorem a Nicolao IV. deſignatum fuiſſe dicit, eumque valde hoc ſanctum Inſtitutum promoviſſe, cujus etiam graves cauſas eidem ante Cardinalatum commiſſas commemorat. Obiit etiam, teſte Ciacono, ſub hoc tempore alter deſtinatus Cardinalis Andreas Anagninus, quem diximus nuncium remiſiſſe. Hoc item anno obiiſſe Conſtantiam olim Siciliæ Reginam, Manfredi Siculi filiam, Friderici II. Imperatoris neptem, Petri Aragonii conjugem, indicare videntur Zürita & Joannes Mariana, & Indicea rerum Aragoniæ: ſed compertum habeo defunctam fuiſſe anno præterito; quippe ex diplomate Pontificio ad Epiſcopum Valentinum miſſo, dato xv. Kalend. Maii anni præcedentis conſtat, Pontificem conceſſiſſe ad inſtantiam Jacobi Regis Aragonum, ut cœnobium Fratrum Saccitarum Barchinonenſe converteretur in hoſpitale egenorum: *quod pro remedio animæ claræ memoriæ* (inquit Pontifex) *Conſtantiæ Reginæ Aragonum matris ſuæ Rex fundare deſiderat*. Eam in habitu Clariſſarum, quem poſt mortem Petri Regis ſui mariti aſſumpſiſſe alias diximus, ſepultam ſcribunt citati auctores apud Minores Barcinonenſes, licet ſint qui velint eamdem cum Joanne Prochita Romæ ſive religionis ſtudio, ſive rebus feſſos, Siciliæ caſum miſeratos hæſiſſe, atque ibidem defunctos. Verior tamen ſententia eſt, Barcinone defunctam & tumulatam, cujus adhuc cum inſcriptione viſitur ſepulcrum: indeque confirmatur, quod eam ſub anno MCCC. ſecum Salerno duxiſſe Barcinonem filium Jacobum Regem notanter ſcribit Zurita. Chriſtianiſſimam item fœminam fuiſſe commemorat, & Eccleſiæ obſequentiſſimam uſque adeò, ut Fridericum filium pro Siculo Rege ſe gerentem, nullatenus Regis nomine in ſuo teſtamento donarit, nec quidquam ei legaverit, præter jura ſua in Cellarum & Ponzari oppidula, idque adhibita cautione, ut prius ad obedientiam Summi Pontificis reverteretur, Siculis rebus abdicando.

Zurita cit. c. 39.

Marian. cit.
Marc. cit. c. 27.
Curant Fratres reduci Eremitas Achajæ.

VII. Ad Fratrum Comitia redeat oportet noſtra narratio, ut quid circa Fratres Theſſalonicenſes & Achajæ decretum ſit, enarremus. Actum cum Generali Miniſtro per Fratres provinciæ Romaniæ, & in pleno conſeſſu concluſum, debere omnino præcaveri Ordinis ſchiſmati, & omni arte elaborandum eſſe ut revocarentur ad Ordinis unionem illi, qui ſub Cœleſtinorum Eremitarum appellatione, ſed Ordinis habitu, ab eodem ſe ſepararunt. Viſum de hac re agendum cum Pontifice, a quo dum peteretur, ut Ordini aggregarentur, revocarenturque Cœleſtina privilegia (propter quæ & bonam de eiſdem conceptam opinionem in fini-

finibus Achajæ, non poterant a ſuperioribus provinciæ Romaniæ ad unitatem reduci) reſpondiſſe Pontificem fertur, debere in ſuæ ſtrictioris vitæ propoſito permitti, ſibique certo relatum, perfectiores eſſe Regulæ obſervatores iis quos moleſtos ſentiebant perſecutores. Quid vero hos excogitaſſe putes ut Pontificis animum flecterent? ſuggeſſerunt hos tamquam Cœleſtini germen, omnino Cœleſtino ſemper adhæſiſſe, & Cœleſtinam excogitare factionem, neque ſuam ſanctitatem apud eoſdem verum reputari Pontificem, quem doloſe dicebant ad ſacram dignitatem perveniſſe. Nihil ægrius audiebat Bonifacius quam vel leviſſime de ſua auctoritate & canonica electione dubitari, eo præſertim tempore, quo Gallorum Rex Philippus Pulcher, propter graves ſimultates, aſpere & temere nimis hoc fricabat vulnus, convocato contra Bonifacium concilio Cleri Gallicani. Quod ſi hæc perículoſa altercatio ſuos etiam in Oriente haberet fautores, timendum erat valde ne majores aſſumeret vires, quam quæ deinde poſſent ſuperari. Annuit itaque ut revocarentur ad Religionis obedientiam, datis litteris ad Petrum Conſtantinopolitanum Patriarcham, & Athenarum ac Patrarum Archiepiſcopos, ut ſollicite circa hæc inquirerent, & errantes corrigerent. Conſtantinopolitanus tunc hærebat Venetiis; miſſæ ſunt itaque litteræ ad Archiepiſcopos. Athenienſis dum exploraret aliquos a diverſis Provinciis apoſtatantes, & diſciplinam regularem declinantes, qui ſe his adſociarunt, ita aliquando pronunciaſſe; præcepit Thomæ de Sola Inſulæ, in qua morabantur, Domino, ut eos ab eadem omnino expelleret. Ita fecit tempore magnæ inediæ & famis, quam eo majorem ſenſerunt expulſi, quo a Latinis, per quorum dominia tranſibant, tamquam ſchiſmatici repellebantur. Tranſierunt itaque ad dominium Græcorum, in quo per biennium commorati, poſtea ſenſerunt moleſtias Patriarchæ Conſtantinopolitani, poſtquam illuc Venetiis pervenit, qui bis in Nigro-Ponto ad requiſitionem Fratrum Romaniæ publicam excommunicationis ſententiam in eos tulit, niſi ad obedientiam Ordinis accederent. Hinc non modica inter Fratres Vicariæ Orientis, & hos Eremitas turbatio: habebant enim hi plures, qui contra illorum moleſtias ipſos defenderent, præſertim Patrarum Archiepiſcopum, qui indignationem non modicam concepit adverſus horum perſecutores.

Agunt de hac re cum Pontifice.

Tamdem ille annuit.

Turbantur Eremitæ.

VIII. In initio harum perturbationum volentes adverſariis cedere frater Jacobus de Monte & Thomas Tolentinas, peragrata Armenia, in Italiam transfretarunt, & præſtita obedientia Miniſtro Generali, ſimul cum Conrado Offidano, licentiam petierunt in Orientem ad partes infidelium abeundi cum duodecim ſociis, allegantes, ſe dum in illis partibus converſarentur, perſpexiſſe meſſem eſſe copioſiſſimam, & ſegetes jam albas ad meſſem, neque quidquam deeſſe præter operarios. Facile annuit pro deſiderio Primicerius, permiſitque ut ipſi, quos probos, & perfectos viros eſſe cognoſcebat, duodenos illos ſocios eligerent, præficiens eis in Vicarium & Patrem fratrem Jacobum de Monte, virum venerabilem, puritate & pietate eminentem. Electis ſociis, dum abire vellent cœlitus monetur Offidanus ut remaneat, ceteri vero transfretantes applicuerunt Nigro-Ponto, deinde Thebis. Perceperunt hic tumultus excitatos inter Fratres illos Eremitas & Provinciæ Romaniæ, & rogati ſuam interpoſuerunt operam ut diſſidentes conciliarent. Suſcepit in ſe laborem omnem frater Jacobus Præfectus, atque illuc abiit, ubi Eremitæ deliteſcebant. Illi ad ejus conſpectum ſumme gaviſi, dein-

Aliqui cedunt & veniunt in Italiam.

Redeunt in Orientem.

de auctoritate & conſilio commoti, illud admiſerunt temperamentum, ut ſub ſua obedientia Ordini uniti, cum eo ſimul abirent ad partes infidelium. At ne propria auctoritate hæc feciſse videretur Jacobus; ſcripſit Miniſtro Generali, jam ad Cardinalatum aſsumpto, & Miniſtro Romaniæ, ut ſibi liceret fratrem Liberatum, Eremitarum, ut diximus, Præfectum, ejuſque ſocios in ſocietatem admittere, & ſuis congregare; vel ex eo maxime, quod hinc pendere videretur pax Provinciæ Romaniæ, cederet item in maximam populi & cleri ædificationem, & Ordinis incrementum. Noluit petitioni ſubſcribere Cardinalis, quantumvis eamdem urgerent Conradus Offidanus, magnæ apud eum æſtimationis, & frater Thadæus ſuus ſocius, & a ſecretis, quem ſumme diligebat; cupiebat enim ut reverterentur in Italiam, & ſub diſciplina Prælatorum omnem removerent opinionem diviſionis, & ſchiſmatis timorem. Nihilominus frater Thadæus eam ſibi ſumpſit licentiam, ſcribendi fratri Jacobo, ut, quantumvis obſtiterit Cardinalis, non omitteret hanc occaſionem Eremitas reconciliandi, præſertim cum etiam in animarum cederet lucrum, & prædicationis Evangelicæ incrementum, plures ſibi aggregare operarios. Tutius tamen duxit frater Liberatus, renitente Cardinale Ordinis Primicerio, in Italiam reverti, coram ſummo Pontifice calumnias ſibi, ſuiſque impoſitas detergere, & coram probare, omnes ſuos ſectatores eſſe veros Eccleſiæ filios, ſuæque ſanctitati addictiſſimos. Applicuerunt itaque ſub anno ſequenti ad quemdam Apuliæ portum, dum motus illi horrendi, execrandique excitati ſunt a Gallis & Columnenſibus Anagniæ in captione Bonifacii. Moram ibidem trahentes, a quodam heroe Andrea de Segna obtinuerunt pauperculum locum in quodam deſerto, in quo hæſit cum ſuis frater Liberatus. Angelus vero de Cingulo, quem ex horum numero fuiſſe alibi diximus, abiit in Marchiam, ubi juxta flumen Clarenum inter Aſculum & Nurciæ Alpes, aliud domicilium acquiſivit, in quo cum quibuſdam ſuis diſcipulis pacifice vixit, a quibus poſtea orta congregatio Clarenorum, cognomine a flumine adlabente deſumpto.

Reliquos cupiunt Ordini aggregare.

Tom. 5. an. 1294. n. 9.

Sed fruſtra.

Angelus de Cingulo cum diſcipulis abiit in Marchiam.

Tom. 5. an. 1294. num. 9.

IX. Præter Joannem Miniſtrum Generalem, quem diximus ad Cardinalatum & Epiſcopatum Portuenſem promotum, alios ad Pontificias infulas hoc anno Pontifex provexit. Fratrem Matthæum ad Epiſcopatum Immolæ, olim Forum-Cornelii dictæ in Romandiola, & ditione Pontificia ſub Archiepiſcopo Ravennate, per translationem Joannis Epiſcopi ad Eccleſiam Reatinam vacantem: *Apoſtolatus officium*. Nonis Auguſti. Fratrem Thomam ad Veglenſem in Dalmatia, ſeu Iſtria ſub Archiepiſcopo Jaderenſi, per obitum Matthæi Epiſcopi vacantem: *Regimini univerſalis*. Idibus Auguſti. Fratrem Paulum ad Nepeſinum in Provincia Romana per obitum fratris Angeli Epiſcopi: *Suſcepti curæ regiminis*. II. Kalend. Septembr. Fratrem Robertum ad Terra-albenſem in Sardinia ſub Arborenſi Archiepiſcopo, per translationem Oddonis ad Eccleſiam Polenſem: *In excelſo Sedis Apoſtolicæ*, Kalend. Septembr. Fratrem Guillelmum Gareſburgum ad Wigornienſem in Anglia ſub Archiepiſcopo Cantuarienſi, per mortem Godefridi Giffardii (quem præceſſit, non ſubſequutus eſt Walterus Cantilupius, uti putavit Harpsfeldius) & non per obitum Walteri, uti ſcribit Matthæus Weſtmonaſterienſis: *Ad regimen univerſalis*. IV. Kalend. Novemb.

Hoc ann. n. 3.

Matthæus Epiſcopus Immolen.

Thomas Veglen.

Paulus, Nepeſin.

Robertus, Terra alben.

Guillelm. Wigornien.

Harpsfeld. ſecul. 13. c. 21.

Weſtmonaſt. an. 1301.

Lelandus Pitſæus de ſcriptor. Angl. ad ann. 1302.

X. Florent. ſub hoc tempore tres viri doctiſſimi in Anglia, Robertus Cruſius, apud ſuos Miniſter Provincialis, vir vitæ integritate, inge-

genii ſubtilitate, & non contemnenda doctrina clarus, Philoſophicis ſtudiis uſque ad multam ætatem totus immerſus, vix tandem poſtremis vitæ ſuæ annis ad Theologiam ſe contulit, ſpeculativas etiam in rebus ſacris ſubtilitates ſolertius inveſtigans, quam litteralem ſenſum indagans. Joannes Wallius ex diœceſi Wigornienſi oriundus, quem hoc ſeculum valde illuſtraſſe ſcribit Harpsfeldus, & Theologiam Lutetiæ Pariſiorum magno cum auditorum applauſu atque fructu perlegiſſe, libris item multis nomen ſuum poſteritati commendaſſe. Richardus Midietonus, ſeu de Media villa (etſi hunc non tam Anglum, quam Scotum velit Sixtus Senenſis, communior tamen opinio Anglum facit) de quo nos ſæpius præcedenti volumine ſermonem inſtituimus. Oxoniæ operam Theologiæ & Doctoratus lauream accepit. In jure etiam Pontificio & doctrinis ſecularibus apprime eruditus, vetus & novum Teſtamentum totum ſæpe percurrit, & maxima ex parte commentariis illuſtravit. Pariſiis inter Doctores celebriores magnum nomen conſequutus his titulis: *Doctoris ſolidi, copioſi, fundatiſſimi etiam & authorati*, cohoneſtatus eſt. In difficillimis ſacræ ſcripturæ locis exponendis adeo fuit exercitatus, ut ætate ſua vix quiſquam repertus fuerit, qui abſtruſos & reconditos ſenſus acutius penetraverit, ſubtilius diſcuſſerit, clarius expoſuerit, promptius quæcumque dubia occurrentia diſſolverit. Illud etiam ad ejus laudem accedit, quod Coloniæ Agrippinæ, in circuitu tumuli Joannis Scoti, cum aliis quatuordecim Ordinis ſui præcipuis Doctoribus, nomen ejus ære inciſum ſic legatur: *Magiſter Richardus de Media villa*. Multa ſcripſit copioſe, erudite, & ultra omnes ferme ſui temporis ſcriptores clare & dilucide, a quo ubertim juniores Theologi multa in ſua ſcripta tamquam ex abundanti fonte corrivant. Circa annum MCCC. obiiſſe affirmat Pitſæus; hoc vero tempore ſuperſtitem judicaverim, & ad illud perveniſſe, quo acriter diſceptatum eſt de Conceptione beatæ Virginis paulo ante Scoti obitum; monet enim Henricus Willottus jam ſenem de hac controverſia peculiarem edidiſſe tractatum.

Florent Robertus Cruſius.
Joann. Wallius.
Harpsfeld. citat.
Richard. de Media villa.
Sixtus Senenſis lib. 4. biblioth.
Laudatur a multiplici doctrina.
Willot. in Athenis Minor.

XI. Diximus alias promiſcue conſtitutos Inquiſitores in Marchia Tarviſina Prædicatores & Minores, his vero obtigerunt præ ceteris locis civitates Vicentina & Patavina, in quibus poſt alios pios & prudentes Inquiſitores minus recte ſuum exercuerunt officium frater Boninſegna de Tridento, & Petrus Bonus de Broſeminis Patavinus, minus humiliter, quam illorum ſtatum deceret, ſe opponentes auctoritati Diœceſanorum, nullatenus eos admittentes ad Inquiſitiones ullas prædictorum locorum, cum tamen de jure & præſcriptis formulis Innocentii IV. quas alias dedimus, Epiſcopis inquirere liceret. Circa hæc & alia, de quibus accuſabantur, examinanda, miſſus eſt ex Urbe ad illas civitates Gaufredus de Archiaco Epiſcopus Xantonenſis, & tamdem depoſitis his, commiſſa fuit Prædicatoribus utrinſque loci Inquiſitio. Primam hanc lego a noſtris ad alios translatam Inquiſitionem; ſed & aliæ mox defecerunt ſupino torpore, & gravi culpa Prælatorum Ordinis, qui vel affectu, vel aliunde indigne adducti, non ſecundum Deum, ſed ſecundum peculiares ſuos fines promovent ad publica munia non quos decet, ſed quos volunt.

Tom. 3. an. 1254. n. 7. 8. & ann. 1277. n. 8.
Transferuntur duæ Inquiſitiones ad Prædicatores.
Tom. 18. ann. 1254.
Reg. Vatic. ep. 189. 190. 497. & 408.

XII. Ex commiſſione facta Epiſcopo Limiricenſi & Guardiano Minorum Buttavalenſi circa quaſdam controverſias Eccleſiæ Tuamenſis, comperio jam ſub hoc tempore extitiſſe Conventum Buttiſaniæ, aliis But-

Epiſt. 135.
Conventus Buttiſaniæ.

Buttevantiæ, Piſano corrupte Bachoniæ, Rodulpho Bathoniæ in provincia Hiberniæ cuſtodia Corcagienſi, & oppido Hiberniæ *Killnamullagh* nuncupato, olim magno & frequenti, nunc tenuiori & humiliori, atque eo præcipuo nomine memorabili, quod illuſtres duæ familiæ Barrorum, ſive de Barry, & Lombardorum ſuas ibi habeant & conſervent domus originarias, Conventum hunc antiquiſſimum, & inter vetuſtiores totius Provinciæ connumerandum cenſent oppidani, fundatumque ferunt alii ab heroe quodam familiæ Barrorum, alii a Domino Prendergaſt; ſed priorum opinioni adſtipulatur horum Magnatum monumentum in medio chori magnifice erectum; & totius familiæ pietas erga Fratres numquam interrupta. Adhuc præter alia ampliora quam proportionata ædificia monaſterii, ſupereſt Eccleſia, in qua multa conſpiciuntur nobilium ſepulcra. Mirum eſt quanto ſtudio curaverint Fratres reparari aliquas domicilii ruinas, & in ipſo perſecutionis ſervore multoties illic delituerint, ædiſque ſacræ dignitatem conſervarint, licet parum diſtet ab oppido Malloy & civitate Corcagiæ, ex quibus frequentes Anglorum illac fiunt excurſiones, teneaturque ſub magna mulcta pecuniaria illuſtris heros D. Joannes Barry, alias Catholicus, cui Monaſterium a Rege Anglorum dono datum eſt ſub hac conditione, non permittere ut hic habitent Religioſi. Ab hoc oppido Buttifaniæ M. P. VIII. Lymericum verſus diſtat aliud oppidum Killoci, alias *Kilmalog*, in quo ſub anno MDLXXVIII. & Guillelmo Drury Hiberniæ Prorege glorioſum conſummarunt martyrium fratres Patritius Helius Epiſcopus Mayonenſis, & Connacius Orvairk Minoritæ, de quibus latius ſub illo anno ſermonem inſtituemus.

Conv. Daren. — *Flasbur. in Chron.*

XIII. Ante hoc tempus extructum etiam alium Conventum ejuſdem Provinciæ in urbe Epiſcopali Darenſi, ſive Kildarienſi, ſub Cuſtodia Dublinienſi, mihi conſtat ex Chronicis Philippi Flasburii, in quæ nunc incidi, in quibus habetur: *Anno* MCCLXXXVI. *die* XX. *Julii Eduardum filium Mauritii Dominum de Offaly obiiſſe apud Rathmore, & ſepultum eſſe in Monaſterio Minorum de Kildare.* Nunc nihil pene ſupereſt domicilii, licet locus fuerit ſatis opportunus & commodus Fratrum habitationi; circumvicinus enim populus Catholicus eſt, pius, & Fratribus addictus. Hujus ædis alumnus frater Daniel Obeghan, ſive, ut habet Petrus Rodulphus, Donaldus Obechan anno MDXL. XVI. Julii aſſumptus eſt in præfatæ urbis Epiſcopum.

Rodul. fol. 214.

Conv. Meliti. — *Rodul. fol. 179.*

XIV. Sub hoc tempore inchoatum Conventum Meliti in Provincia Calabriæ & Cuſtodia Regii, colligitur ex eo, quod ſcribit Rodulphus, Pontificem hunc Bonifacium facultatem conceſſiſſe illum extruendi D. Juliæ de Azarolis tunc Comitiſſæ Melitenſi, quæ ſibi illic extruxit ſacellum ſub invocatione ſanctæ Mariæ de Miſericordia, & hoſpitale adjunxit pro peregrinis adventantibus.

Conv. Civitatulæ. — *Gonzag. in Prov. Majoric. Conv. 3.* — *Tom. 4. an. 1438. n. 17.*

XV. Ad hoc etiam tempus referendus eſt Conventus Civitatulæ inſulæ Minoricenſis, Provinciæ Majoricarum, ſi verum eſt, quod ex incolarum traditione habet Gonzaga, ante tercentos annos a tempore, quo ipſe ſcribebat, fuiſſe extructum ab oppidanis, & Epiſcopo Sima Minorita, quem alias diximus Eccleſiam Conventus urbis Majoricenſis reddidiſſe auguſtiorem. Translatus eſt a Patribus Conventualibus ad Obſervantes anno MCCCCXCIV. ſub Alexandro VI.

Monaſt. Triesti.

XVI. Extitiſſe hoc tempore Monaſterium Clariſſarum in civitate Tergeſti, quod Epiſcopalis urbs eſt in Carnorum Maritima ſub Patriar-

cha

cha Aquilejenſi, & dominio Principum Auſtriæ, vulgo *Trieſte*, conſtat ex diplomate Bonifacii, quo acriter reprehendit Epiſcopum illius loci, quod auſus ſit ingredi interiora Monaſterii, Fratrum Minorum curæ commiſſi, ab Ordinariis exempti, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti: *Felicis recordationis*. 11. Kalend. Februarii. Et acquiſitum hoc anno alterum earumdem Clariſſarum Monaſterium in urbe Beneventana, in Regni Neapolitani umbelico ſita, docet aliud ejuſdem Bonifacii monumentum, quo committit fratri Jacobo de Gordiano Minoritæ ſuo Pœnitentiario, ut Monaſterium ſanctæ Mariæ illius urbis Ordinis ſancti Benedicti nimis in ſpiritualibus & temporalibus deformatum, reformet ſub inſtituto & habitu ſanctæ Claræ: *Inter ceteras ſollicitudinis*. VI. Idus Junii. Monaſt. Beneventanum.

XVII. Acriter valde ſub hoc tempore cauſam agebat Joannes de Lavelot Equeſtris Ordinis contra Walterum Gravim Epiſcopum Conventrenſem, & Lichfeldenſem, ſive Caſtrenſem in Anglia, eumdem de homicidio, adulterio, & aliis criminibus (quorum mihi ſubeſt copia in depoſitione a Joanne facta) tam in Anglia, quam Romæ coram Summo Pontifice accuſans. Propter hæc & ſimultatem cum Roberto Winchelſejo Archiepiſcopo Cantuarienſi, bis oportuit Epiſcopum in Urbem venire, cujus cauſa Cardinali fratri Gentili ex Ordine Minorum aſſumpto, commiſſa, ſcriptis deinde multis & variis litteris, quarum penes me exemplar, ad ipſum Cantuarienſem Archiepiſcopum, & Provinciales Minorum & Prædicatorum, ut impoſitorum criminum veritatem indagarent. Quod illi ita chriſtiane fecerunt, ut pro innocentia Epiſcopi ſententia pronunciata, famæ priſtinæ, abſterſa omni macula, quæ per malevolos nomini illius inſederat, integre ſit reſtitutus. Calumniæ vero architectus Joannes non ita multo poſt divinam ſenſit vindictam, in carcere moriens Pontificio. Gravis alia commiſſio facta fratri Raynerio de Samaritanis de Bononia viro prudenti & circumſpecto (in quo tantam ſe collocaſſe fiduciam ait Pontifex, cui plane confidat, quæ corde intimo reſiderent, & quæ erant magni ponderis committeret) ut pacem & concordiam, quam inter Magnates Romaniolæ, ſanguinolente inter ſe contendentes, urbes, populoſque evertentes, frater Matthæus Aquaſpartanus Epiſcopus Cardinalis Portuenſis Minorita inchoaverat, dum Rectorem ageret illarum partium, uti diximus ſuperius, & mox profecutus eſt Cardinalis Gerardus Epiſcopus Sabinenſis, ille ſua prudentia concluderet, & dexteritate ſtabiliret, ac cenſuris innodatos abſolveret.

Commiſſiones factæ Minoritis. *Ex ep. 110. 111. 116. & in appendice ep. 14.* *Cod. MS. Vatic. n. 586.* *Reg. Vat. in append. ep. 3.*

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. Summus Pontifex Bonifacius Inquiſitoribus Minoritis per Marchiam Tarviſinam plures hoc anno epiſtolas direxit, quas Petrus de Alva & Aſtorga indicat, quarum initia ſunt: *Ab exordio &c.* cum alia ejuſdem tenoris, & ſub eadem data, ſcilicet XI. Kal. Februarii. Item: *Ad puniendos &c.* Kal. Junii. Item: *Et ſi exceſſus &c.* Idibus Junii. Scripſit pariter Inquiſitoribus Paduanis & Vicentinis: *Cum te &c.* IV. Kal. Julii: commiſſionaleſque etiam dedit fratri Porchetto Archiepiſcopo Januenſi: *Quia fide digna &c.* X. Kal. Junii. Executoriales autem plures diverſis perſonis miſit, ut Guardiano de Montibus Cameracen: *Dilecte fili &c.* Nonis Februarii. Fratri Raynerio de Samaritanis: *Experta tuæ &c.* II. Idus Februarii. Provincialibus Mi-

Litteræ Pontificis ad Inquiſitores. *Indicul. ex Vatic. omn.*

„ Minoribus in Regno Angliæ: *Ad audientiam &c.* Kal. Martii. Item „ ad eoſdem: *Dudum Gualterum &c.* Item: *Nuper nobis &c.* VIII. Idus „ Aprilis. Guardiano Reatino: *Cum nuper &c.* XVIII. Kal. Octobris: „ ſed Joanni Cardinali pro Fratribus: *Cum te &c.* VIII. Kal. Octobris: „ & Archiepiſcopo Piſano pro Roberto: *Cum nuper &c.* Kal. Octobris. „ Ad Epiſcopum Cantuarienſem: *Ad regimen &c.* ad Regem vero Angliæ pro eodem Epiſcopo: *In amore &c.* IV. Kal. Novembris. Tamdem „ pro fratre Thoma Epiſcopo: *Cum nos nuper &c.* IV. Nonas Septembris: & pro reſignatione Theodoſii: *Quia ad frugem &c.* II. Nonas „ Julii. Ceterum expedita bulla in favorem Fratrum, ut ſcilicet poſſint „ audire confeſſiones, & ſepelire defunctos abſque licentia Parochorum: *Expedita nobis &c.* XVII. Kal. Julii; & alia pro concionibus „ eorumdem: *Cupientes olim &c.* XII. Kal. Januarii. Cauſa cujuſdam „ litis inter Prædicatores, & noſtros vertente, diploma expedivit: „ *Suam ad nos &c.* XIII. Kal. Aprilis.

Aliæ in favorem Fratrum particularium.

„ II. Richardus Porlondus natione Anglus, patria Norfolcenſis, „ cœnobii Norvicenſis alumnus, ſanctitatis & eruditionis clarus titulis, „ acutus ingenio, judicio ſolidus, & ſermone politus, ad Theologiæ doctoratum pervenit; unde profeſſor Theologus inter ſuos, feriatis diebus ad Fratres, feſtivis autem, ac Dominicalibus ad populum ſermones habere conſuevit. Plura ſcripſit non contemnenda, quæ diu ſervata fuerunt in Notvicenſi Benedictinorum Bibliotheca, uſque ſcilicet „ ad Catholicæ religionis in Anglia exterminium, poteſtate tenebrarum „ prævalente. Floruit autem Richardus Porlondus anno MCCCII.

Richardus floret.

Biblioth. Vir. illuſt. Ord. Minor. fol. 306.

„ III. Poſt præfatum Richardum libet cujuſdam Minoritæ, licet „ Anonymi, caritatem commendare. Philippus dictus Pulcher, Galliæ „ Rex miſit in Flandros Robertum Artbeſienſium Comitem cum validis „ copiis, quas inter Brugas, & Cortracum ad fluentum, quod medium „ inter ſe & hoſtes erat, diſpoſuit: dicata prælio die, a Brugenſibus devictus, multis vulneribus acceptis, cum magna ſuorum copia occubuit: & quidem in eo prælio referuntur, præter ipſum Robertum, „ periiſſe genere inſignes viri Godefridus Brabantinus, cum ſuo filio „ adoleſcente, Comes Danſmallus, Joannes Hannoniæ Comitis filius, „ Reginaldus de Nella, Franchus Comeſtabilis, Guido Caſtrenſis Mareſcallus, Jacobus de ſancto Paulo, Joannes Brulliacus, Baliſtariorum „ Præfectus: & alii numero ducenti, quorum nuda cadavera inbumata, „ triduo feris, avibuſque patuere, donec ex Ordine Minorum quidam „ fraterculus Roberti Artheſienſis corpus triginta vulneribus confoſſum, in proximo Virginum Monaſteriolo terræ condidit. Occiſorum „ millia duodecim referuntur.

Viri inſigniores qui perierunt.

AR-

ARGUMENTUM.

Moriuntur beatus Paulus vir ſanctus, frater Philippus Bonaccurſus Inquiſitor, & ſanctus Ivo Presbyter, cujus acta largius referuntur. Capitur & moritur Bonifacius VIII. Succedit Benedictus XI. Sancti Franciſci virtus miraculo commendatur. Extruuntur Minorum domicilia.

I. MORITUR hoc anno, vel circiter, venerabilis Dei ſervus frater Paulus laicus in Conventu Aquaſpartano, ſito in Ducatu excellentiſſimæ & pientiſſimæ familiæ Cæſiorum, & diœceſi Tudertina. Virtutibus omnibus perquam illuſtris, obedientia maxime & paupertate excelluit, infirmorum curæ perpetuo addictus. Neſcio an hunc ipſum, vel alium fratrem Paulum laicum, ſepultum aſſerat in Conventu Arquatæ Piſanus, & Jacobus Oddo Peruſinus, in morte miraculis clarum, quem continuis efflorere prodigiis ſcribit Piſanus. Ego in eam potius inclino ſententiam, ut Arquatæ ſepultus ſit, neque enim apud eos, qui de Conventu Aquaſpartano ſcribunt, hujus ſancti Viri comperio memoriam.

Monum. MSS. Prov. S. Franc. — Moritur beatus Paulus. — *Piſan. in Prov. Franc. & Cuſtod. Regni. Oddo in ſpeculo c. 2.*

II. Obiit hoc anno die XVIII. Decembris frater Philippus Bonaccurſus, alias Bonacolſus, Epiſcopus Tridentinus, quem patre Oprandino, & illuſtri familia Arrivabeni, vel, ut aliis placet, Bonaccurſorum, item nobili progenie ſatum, ad hunc gradum evectum fuiſſe a Nicolao IV. alias admonuimus, a quo etiam Præfectus Sacrario Apoſtolico. Egregie adminiſtravit tam ſpiritualia, quam temporalia ſui Epiſcopatus, conſtanterque ſe oppoſuit Comiti Maniardo Eccleſiæ jura invadenti; a quo multa paſſus, gladio ſpirituali cenſurarum in eum animadvertit, deinde ſe contulit Francofurtum, opem petiturus ab Imperatore Adolpho. Hinc amplis privilegiis munitus Romam abiit, ubi per aliquantulum temporis a Bonifacio VIII. detentus, demum Mantuam ſuam patriam perrexit, inde ad ſuam Eccleſiam tranſiturus. Roma ſecum tulit pretioſiſſimas reliquias, quas dono dedit Conventui Minorum Mantuano, quarum quinquaginta ſunt particulæ veſtium Chriſti Domini, inſtrumentorumque ſuæ Paſſionis, & guttulæ aliquæ pretioſiſſimi Sanguinis ejuſdem. Viginti aliæ particulæ veſtimentorum aliarumque rerum, quæ ad beatam Virginem attinebant. Et ultra quadringentas numerantur variorum ſanctorum Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, & ſanctarum Virginum, quæ decore reconditæ ſunt, aureis inſcriptionibus diſtinctæ ex utroque latere Altaris majoris. Omnium nomina longa ſerie tranſcripſit Illuſtriſſimus Gonzaga, a quo ſciri poterit earum qualitas & numerus. Quater in anno populo ſolemniter & devote oſtenduntur, in Natalitiis Domini, in Paſchate Reſurrectionis, Pentecoſtes, & in feſto ſancti Franciſci. Tandem & ipſe Philippus ibidem obiit hoc anno, ſepultuſque eſt in pavimento Sacelli majoris coram ſummo Altare, affixo marmoreo lapidi in muro hoc Epitaphio:

Obiit Philippus Bonaccurſus. — *Tom. 5. an. 1289.* — Epiſcopus Tridentin. & Sacriſta Apoſtolicus. — *Hippol. Doneſm. in hiſtor. Mant. lib. 4. ad hunc ann.* — *Gonzag. in Prov. S. Ant. Conv. 8.*

Reverendus in Chriſto Pater & Dominus, Dominus Philippus Bonacolſus Mantuanus Ordinis Minorum, Epiſcopus Tridentinus; Palatii Apoſtolici Sacriſta, qui hoc Altare pretioſo ſacrarum reliquiarum theſauro exornavit, hic ſepultus jacet: Obiit autem anno Domini MCCCIII. *Die* XVIII. *Decembris.*

III. Ubi noto non adeo reprehendendum auctorem libri Cæremo-

Rocca lib. de Apoſt. ſacrario fol. 27.

niar. capellæ Pontificiæ, uti velit Angelus de Rocca, quia dixit: *Sacriſta Apoſtolici Palatii, quod eſt officium perpetuum, ſemper conſuevit eſſe Prælatus, nec conſuetudo aſtringit ad aliquem Ordinem Religioſorum, ut aliqui aliquando dixerunt*. Etenim Philippum hunc Epiſcopum præter alios, vidimus Sacriſtam fuiſſe Palatii Apoſtolici; quod tamen officium

An Auguſtiniani ſemper Apoſtolici Sacriſtæ.

prædictus Angelus ita ſuo Inſtituto Eremitarum ſancti Auguſtini ab ipſa origine appropriare vult, ut aſſerat, quod *longa ſeculorum ſerie numquam intermiſſa ex hoc Ordine ſemper aſſumptus ſit Sacrarii Apoſtolici Præfectus, ita ut de illius initio, ſive de ipſo contrario memoria hominum nulla exiſtat: & jam inde ab anno* MCCC. *ad hæc uſque tempora Fratres Auguſtiniani, nullo unquam tempore interrupto, exercuerint, nec ulla ante annum* MCCC. *extet memoria, quæ Auctori prædicti libri Cæremoniarum poſſit favere*. Jam nos hanc offerimus hujus Philippi Epiſcopi ex Epitaphio, illo ipſo tempore appoſito. Quod vero Angelus, ait, tunc Auguſtinum Thermiſanum ex ſuo Ordine Sacriſtam fuiſſe ſub Nicolao IV. Cœleſtino V. & Bonifacio VIII. nullo ſtabili fulcitur fundamento, neque aliunde probat, quam ex eo quod Nicolaus IV. petierit a Clemente Auximano Priore generali Eremitarum: *aliquem ex ſuo Sodalitio, qui in curia continuus aſſiſteret* (utor verbis Joſephi Pamphili) *pro audiendis confeſſionibus*

Pamphil. in chro. fol. 13.

& pœnitentiis imponendis, & conſtitutus eſt Auguſtinus hic, cognomento Novellus: quod eodem modo narrat Jordanus de Saxonia: *Nicolaus*,

Jordan. in vitis Fratrum.

inquit, *IV. petiit a Priore Generali unum fratrem idoneum pro confeſſore ſeu pœnitentiario in curia præſentari &c.* Hinc autem deducit Angelus, Pontifici ipſi a ſecretis confeſſionibus fuiſſe, & conſequenter Sacrarii

Habetur in cod. MS. Vatic. num. 1308.

Apoſtolici Præfectum, quia ex Rituali antiquo ſub Alexandro V. ad annum MCCCCIX. conſcripto, confeſſor Pontificis cuſtos etiam erat ſacræ ſupellectilis.

An idem Sacriſta & Apoſtolic. Pœnitentiarius.

IV. At valde decipitur in eo, quod judicet propterea Pontificis confeſſiones excepiſſe, quia inſtitutus erat confeſſor & pœnitentiarius in Curia, atque hoc ſolum omnes ab eo citati dicunt Auctores. Etenim plurimi erant Pontificis Pœnitentiarii in Curia, ſicuti modo ſunt, per præcipuas Baſilicas diſtincti, qui Pontificia fulti auctoritate a gravioribus reatibus abſolvebant, & qui tunc ſolebant ad ſanctum Petrum in Palatio vivere, quibus proprias ædes in Vaticano conſtruxiſſe Nicolaum III. alias præmonuimus ex illius temporis hiſtorico. Atque ex his

Tom. 5. an. 1280. n. 5.

plurimos eligi ſolitos a Pontificibus, præſertim ex Dominicano & noſtro Inſtituto, utriuſque Ordinis Annales aperte declarant, & priores noſtri Tomi ubique abunde offerunt hujuſmodi pœnitentiarios; & anno proxime elapſo duos ex his commemoravimus, quos ſuos Pœnitentiarios vocat Bonifacius; & alios plures dedimus ſuperius. Non ergo omnes Pœnitentiarii Pontificis, ipſius excipiunt confeſſiones, neque ex Pœnitentiarii in Curia officio ſufficienter deducitur, Auguſtinum hunc trium Pontificum Nicolai, Cœleſtini & Bonifacii fuiſſe confeſſarium.

V. Adde etiam, poſſe aliquem objicere ex ipſo eodem Rituali ſub hoc annorum curriculo *Sacriſtæ* nomine non confeſſarium, ſed ejus ſocium intelligendum eſſe, quippe integro poſt ſeculo, quo conſcriptus eſt prædictus Cæremoniarum liber, ita ejus auctor admonuit: *Item eſt attendendum, quod propter incumbentia officio ipſius confeſſoris, quæ multa ſunt, ſolet habere unum ſocium, qui vocatur Sacriſta, eo quia ornamenta ſacerdotalia, aliaque neceſſaria pro divino officio celebrando, de mandato, ſeu voluntate ipſius Confeſſoris habet miniſtrare*. Quidquid tamen ſit de nomine,

ne Sacrarii Præfectorum, nullus eſt ex vetuſtis hiſtoricis Auguſtinianis, qui eam huic Auguſtino Novello dicat amandatam; neque Jordanus, neque Bergomas; imo Pamphilus primum deſignat Sacriſtam Jacobum Camertinum: *Ordinis*, inquit, *in Romana Curia Procurator poſt Auguſtini Novelli ab ea diſceſſum, Romanorum Pontificum Pœnitentiarius, & Sacrarii Apoſtolici cuſtos deſignatur*, & addit: *Hinc officia Sacriſtæ & Procuratoris Ordinis in Romana Curia, quæ hodie ſunt ex primariis in Ordine dignitatibus*. Et Onuphrius Panvinus libro de Eccleſia Lateranenſi apud me MS. cap. 16. ait, primum Sacrarii Apoſtolici præfectum ex Ordine Auguſtiniano aſſumptum fuiſſe Joannem Lemovicenſem Gallum, a Joanne XXII. uti ſtatim ſubjiciemus, creatum. Demum his adjungas Cæremoniale Alexandri V. ab ipſo Angelo citatum ita expreſſe habere: *In eodem Palatio eſt officium confeſſoris, quem ſummus Pontifex ſolet eligere pro libito ſuæ voluntatis, qui debet in Palatio cameram habere*. Quod concordat cum altero illo Cæremoniali Sixti IV. dum dicit: *Nec conſuetudo aſtringit ad aliquem Ordinem Religioſorum, ut aliqui aliquando dixerunt*. Si ergo idem erat, juxta Angeli ſententiam, & Cæremoniale Alexandri V. confeſſarium eſſe Pontificis & Sacriſtam, ex utroque Cæremoniali habetur liberam fuiſſe penes Pontificem perſonarum electionem, nec conſuetudinem præſcripſiſſe, ut neceſſario ex hoc vel illo Ordine aſſumeretur. Pamph. fol. 34.

VI. Damus itaque, quod Angelus deſiderat, ante annum MCCC. hanc memoriam Præfecturæ Sacrarii, alii præterquam Auguſtiniano commiſſæ. Sed & poſt annum MCCC. commendata eſt hæc Præfectura ſanctiſſimo huic Inſtituto. Etenim Onuphrius Panvinus vir doctiſſimus ipſius Inſtituti Auguſtiniani, dum in libro citato de rebus Lateranenſibus agit de Bibliothecariis Apoſtolicis, ait uſque ad tempus Clementis V. Vicecancellarios Sedis Apoſtolicæ ſemper fuiſſe ejuſdem Bibliothecarios, & ultimum qui utroque functus eſt officio ſub Bonifacio VIII. Benedicto XI. & Clemente V. enumerat Papinianum Sub-Alpinatem, Epiſcopum Parmenſem, Canonicum regularem. Deinde addit: *Poſt hunc nullus Vicecancellarius præfuit Eccleſiæ Lateranen. ſed Romana Curia trans Alpes in Gallias a Clemente V. traducta, novaque Bibliotheca Pontificia Avenione conſtituta, Vicecancellarii munus a Bibliothecario diſtinctum eſt, factuſque eſt novus Bibliothecarius, qui Vicecancellarius non eſſet*. Mox ſubjungit ſeriem præfectorum Sacrarii Apoſtolici ex Ordine Eremitarum ſancti Auguſtini aſſumptorum in hanc formam.

VII. *Joannes Papa XXII. qui Clementi V. ſucceſſit, Ordini Eremitarum ſancti Auguſtini tria in Romana Curia officia, quæ conjunxerat, conceſſit. Hæc fuere. Munus cuſtodiendi Sacrarii Pontificii (quod hactenus Fratres dicti Ordinis retinent) Bibliothecæ Palatinæ, & confeſſionis Pontificis pro tempore exiſtentis audiendæ. Primus qui his tribus officiis ab eodem Pontifice, Avenione, ex dicto Ordine præfectus eſt, fuit M. Joannes Lemovicen. Gallus Theologus, Bibliothecarius, Sacriſta, & Confeſſor ejuſdem Joannis XXII. Benedicti XII. & Clementis VI. creatus circa annum Domini* MCCCXVI. *obiit vero anno* MCCCXLVI.

M. frater Raymundus de Arono ex Monaſterio Apamiarum diœc. Toloſanæ, Gallus Theologus ex Epiſcopo Farolivien. Epiſcopus Apamiarum ſub Clemente VI. & Urbano V. Bibliothecar. Sacriſta & Confeſſor eorumdem Pontificum.

M. frater Petrus Amelii de Brenato Lemovicen. ex Provincia Toloſana Gal-

Gallus Theologus ex Epiſcopo Senogallien. Archiepiſc. Tarentinus, & Patriarcha Graden. demum Patriarcha Alexandrinus ſub Urbano V. Greg. XI. & Bonifacio IX.

M. frater Petrus Appamienſ. primus Epiſcopus Montisflaſconis ſub Urbano V. creatus Bibliothec. Sacriſta & Confeſſor Clementis VII. in ſua obedientia nuncupati.

M. frater Petrus Aſſalbiti Lemovicen. Gallus Theol. ex Oloren. Epiſcopus Condoven. Deinde Electen. ſub Bonifacio IX. Innocentio VII. Greg. XII. Alexan. V. Joann. XXIII. Martino V. & Eugenio IV. obiit plenus dierum anno MCCCCXL.

M. frater Rodulphus Lemovicen. Gallus (Rocca Italum & civem Tifernatem facit) Epiſcopus Tifernas ſub Eugenio IV. Nicolao V. Calixto III. & Pio II.

M. frater Joannes Tifernas ex Epiſcopo Tifernate, Maſsen. ſub Pio II. & Sixto IV. Quo mortuo Sixtus V. Papa nova in Vaticano Bibliotheca, de qua alibi dicemus, constructa, officium Bibliothecarii a Sacriſtæ munere diſtinxit &c. Hucuſque Panvinus qui alia de hac re ſubjungit, quæ conſulto omitto.

VIII. In gratiam rei hiſtoricæ, & veræ feriei præfectorum Sacrarii Apoſtolici hæc placuit adnotare. Ceterum ſanctiſsimum hoc Inſtitutum, ob præclara merita, & S. R. E. præſtita obſequia, majores paſsim fortitur honores, atque hunc quem digniſsime obtinuit, honorifice conſervavit, exhibitis ſemper huic muneri Viris doctiſsimis, quorum feriem recenſet prædictus Angelus, & numerum claudit Reverendiſsimus Dominus Portunatus Scacchus amicus noſter, vir græce, & latine eruditus, quod plene probant ejus opera, præſertim ſacrorum Elæochriſmaton Tomi duo, in quibus ex ſacris & profanis litteris plurima profert & explicat myſteria.

IX. Sed, ad hujus anni res memorabiles ut redeat oratio, hoc ipſo eſt vita functus ſanctus Ivo presbyter in Britannia minori, in pago ſancti Martini, non longe ab urbe Trecorenſi, parentibus nobilibus, patre Aheloro, Cancieri militis filio, & matre Azone, illius oppidi dominis, anno MCCLVIII. progenitus. Quam vero Deo carus eſſet futurus, matri dormienti divinitus fuit revelatum. Ab ipſa infantia cœpit Deum timere, & eidem in ſimplicitate cordis ſervire, neque uſque ad ultimum vitæ halitum omiſit, juxta doctrinam Apoſtolicam: *ſobrie, caſte, & pie in hoc ſeculo converſari*. Ubi ad quartum decimum ætatis annum pervenit, cupiens, *in lege Domini meditari die ac nocte*, atque eamdem perfecte callere, Lutetiam abiit, pro amore Dei parentum & conſanguineorum ſolatia contemnens. Humanioribus litteris ſufficienter inſtructus, ut ſacræ Theologiæ & Juris Pontificii gravioribus ſe traderet ſtudiis, Lutetia Aureliam ſe contulit, ubi a vino, lautioribus ferculis, vitæque hujus oblectamentis, quantum potuit abſtinuit, & corpus variis modis maceravit. Ob oculos habebat illud ſapientis oraculum: *In malevolam animam non introibit ſapientia; nec habitabit in corpore ſubdito peccatis*; quare omni cura corporis & animi pudicitiam tueri conabatur. Abſolutis ſtudiis, a quodam Redonenſi Archidiacono accitus, ut judicis Eccleſiaſtici officio apud illum fungeretur, memor illius propheticæ ſententiæ: *Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore*, eam functionem gratis in ſe recepit, & quæ facienda erant benigne, amanter, & abſque dilatione exequi conatus eſt: nec tamen committere voluit, quin

Naſcitur ſanctus Ivo.

Marian. lib. 4. cap. 1. Surius ad 19. Maii. Petr. a Natal. lib. 5. c. 21. Tit. 2. 12. Breviar. Minor. ad 27. Octobr. Pſalm. 1. 2. Marc. 2. par. lib. 6. c. 24. Legen. MS.

Pie traducit adoleſcentiam.

Sap. 1. 4.

Pſalm. 105. 3.

Judex fit Eccleſiaſticus.

quin ſacræ Theologiæ prælectioni quotidie intereſſet, & corpus ſuum multiplici abſtinentia afficeret. Orphani, afflicti, calamitoſi homines ejus fovebantur humanitate & patrociniis; inter diſcordes conciliabat pacem & amicitiam, eos, qui carceribus tenebantur, hortabatur ad patientiam, & cum proferenda eſſet ab ipſo in judicio ſententia, ſine lacrymis id non faciebat. Eccleſiaſticam libertatem & immunitatem pro viribus tuebatur, in miſericordiæ opera totum ſe impendebat, jamque toto tempore cœpit ea, quæ ſunt hujus mundi, deſpicere, & ardenti deſiderio cœleſtibus ſemperque manſuris bonis inhiare.

X. Interim autem fama ejus ad Trecorenſis Epiſcopi aures perlata, ab eodem Epiſcopo generalis eſt Judex, ſive Officialis, ut vocant, inſtitutus. *Judex etiam generalis Epiſcopi Trecorenſis.* Sed neque ſic immemor fuit eorum, quæ ante diximus; immo vero ad ſublimiora pietatis ſtudia ſe accingens, ibat de virtute in virtutem, & ſemper ſeipſo melior evadere nitebatur. Cum autem id officii aliquandiu ſtrenue & fideliter eſſet exequutus, cuperetque totum ſe dare contemplationi rerum divinarum, & vivendi perfectiorem ſectari modum, eo officio ſe abdicavit, atque ad Eccleſiam de Lohaneto, cujus erat moderator, ſe contulit, totumque ſe divinis mancipavit rebus, beatiſſimæ Mariæ Magdalenæ illectus exemplo, quæ *partem optimam elegit* & Dominum habuit ſui inſtituti approbatorem. *Lucæ 10. 42.* Ibi tum veſtes molles, & delicatas, quibus pro ratione ſui ſtatus antea fuerat uſus, illico abjecit, *Totum ſe dat contemplationi.* pannoque colorio ſive albo, aut fuſco, eoque rudi & exigui pretii contentus, inſtar pauperum Monachorum, ſive ut habet legenda MS. & Marianus ad inſtar pauperum Religioſorum beati Franciſci de tertio Ordine, ſculponeis utebatur. *Veſtes ſumit humiles.* Carnem vero edomabat cilicio, quod induſio craſſiſſimo tegebat, ne ſub cujuſquam conſpectum veniret. Porro jejunia omnia ab Eccleſia inſtituta & indicta ita obſervabat, ut pane & aqua contentus eſſet. *Rigide jejunat.* Eſcis delicatis ſemper abſtinebat, rudi cibario pane & pulmento viliſſimo veſcebatur. Quando erat domi, numquam non orationi & contemplationi clam vacabat, neque tum alimenti alicujus corporei percipiendi ulla ei cura inerat, quemadmodum ſequentia docebunt.

XI. Accidit enim quodam tempore, ut in cubiculo ſuo ſeptem dies ſolus maneret, perpetuo in precibus perſeverans, neque ullum expetens, neque ſumens cibum corporeum: at nihilominus bona corporis habitudine & facie jucunda poſtea inde exivit, perinde ac ſi diebus illis opipare victitaſſet. Non patiebatur ullum ſibi præterire diem, quo non ſummo cum deſiderio & animi devotione ſacrificaret, niſi legitime eſſet impeditus. *Quotidie ſacrificabat.* Quodam die, illo ſacrificium offerente, cum ex more ſacram Hoſtiam elevaret, globus igneus magni ſplendoris ipſam ambiebat hoſtiam, caliceque elevato, ac rurſus depoſito, repente diſparuit. Preces horarias, quas horas Canonicas vocant, ſtudioſe perſolvebat, media nocte cum Propheta ſemper ſurgebat, preces nocturnas, quæ matutinæ dicuntur, Deo offerens, neque a ceteris diurnis Canonicis precibus abeſſe volebat. *Pſalm. 118.* Somni erat parciſſimi, raro vel numquam illi indulgens, niſi vel lectione, vel itinere fatigatus: tunc enim neceſſitate adactus, detractis calceis, dabat membra quieti ceteris veſtibus indutus. *Somnus ei parciſſimus, & durus lectus.* Cubabat autem vel in nuda humo, vel glebis, craſſis, nodoſiſque virgis, vel ſtipitibus conſtratis: molliſſimum capiti cervical ſupponens, nempe aut Biblia ſacra, aut ſaxum prædurum. Hoſpitalitatis erat præcipue ſtudioſus, ita ut raro, vel numquam a menſa ſua pauperes & hoſpites abeſſe *Hoſpitalis, & erga pauperes miſericors.*

vo-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

voluerit. Hominem quemdam inopem cum uxore, & quatuor liberis ejus plus minus novem annis habuit domi ſuæ, iiſque ea quæ ad victum, cultumque corporis pertinent, benigne ſuppeditavit. Erat ſane cum primis miſericors & liberalis, & ad præſtandas eleemoſynas valde attentus. Ex quo benignitatis fonte manavit, quod etiam alienigenas, pauperes, item egenos, mala affectos valetudine, deformes, haud ſecus atque Fratres ſuos humaniter excepit, affabilem, comem familiarem ſe illis exhibuit, ad menſam ſuam ſibi aſſidere voluit, de cibis ſuis illis appoſuit, lectos apparavit, propriis manibus illorum pedes abluit. Ejuſmodi autem pietatis officiis certas aſſignarat ædes, in quibus iis ſemper vacare poſſet.

Sibi neceſſaria pauperibus largitur.

XII. Et ut caritati, qua fervebat, abunde ſatisfaceret, ipſe ſibi ultro ſubtrahebat vitæ degendæ res neceſſarias, & ut pauperibus benigne faceret, veſtes & alimenta ſua illis impertiebatur. Accidit quandoque illis in locis magna frumenti penuria, nec erat beato viro plus, quam unus panis. Quem cum vellet pauperibus elargiri, Vicarius ejus rogavit eos, quos Vir ſanctus invitarat, ne id permitterent, eo quod nullum alium panem domi haberent. Ut ergo ſenſit Vir Dei murmur Vicarii ſui, mox dimidium panem dedit illi, reliquam partem pauperibus diſtribuit. Cum jam ad menſam eundum eſſet, & Vicarius dimidium panem apponere vellet, quæſitum diligenter eo loco, quo eum repoſuerat, reperire non potuit. Ecce autem nutu divino muliercula quædam illico adeſt, tres magnos apportat panes, offert eos ſervo Dei, & ejus menſæ imponit, nec ultra a quoquam videri poteſt. Alio die complures inopes ab eo ſtipem petiere: ſed cum non haberet niſi paucos panes, divino implorato auxilio, omnibus abunde ſatisfecit. Alio rurſus tempore cum viro Dei non niſi unus eſſet panis exigui pretii, & multi ad eum confluxiſſent pauperes, illo uno pane, divina favente gratia, omnibus fecit ſatis. Viſitabat quandoque parœciam ſuam: occurritque illi homo egentiſſimus petens ab eo ſtipem: ſed cum nihil haberet, quod illi largiretur, capitium, quod pro more aſſumpti ab eo tertii ſancti Franciſci inſtituti, gerebat, ſibi detraxit, & pauperi dedit. Vix dimidii autem milliaris confecto itinere, capitium illud ſuo ſenſit capiti reſtitutum. Injunxit quandoque duobus familiaribus ſuis, ut quamdam ciſtam frumentariam in ſuos & pauperum Chriſti uſus ſervarent. Poſtea autem illi apertam eam viderunt & ſeram prorſus amotam; parumque in ea frumenti relictum. Mox igitur ad beatum virum id referunt, qui ſic eis reſpondit: *Faceſſat timor: Deo benigne nobis opitulante, ſatis habebimus*. Redeunt inde ad ciſtam, & eam conſpiciunt frumento plenam.

Id miro modo Deus compenſat.

Capitium pauperi datum recipit mirabiliter.

XIII. Multum compatiebatur vir pius ægrotis, præſertim pauperibus, eoſque libenter viſitabat, & pro illis Deum fideliter deprecabatur. Matrona quædam nobilis male valebat, nec potuit medicorum arte reſtitui. Itaque non parum ſibi pollicens de precum, & meritorum beati Ivonis efficacia, illum invitat ad convivium. Cernens autem Vir ſanctus eam cibum capere non poſſe, panem miſit in calicem aquæ, unde ipſe potabat: cumque ad Deum fudiſſet preces, panem illum obtulit Matronæ. Comedit illa, & uſque adeo repente convaluit, ut poſtea annis viginti ſupervixerit.

Ægrotam precibus ſanavit.

XIV. Alius quidam triennio graviter laboravit, & a dæmone per illum loquente, mire vexabatur. Eum igitur beatus Ivo ad ſe curavit adduci, & nocte illa apud ſe manere juſſit. Mane ſurgens dæmoniacus,

Item dæmoniacum.

ſe

ſe liberatum ſenſit, Deoque & beato Ivoni gratias egit. Conſolabatur Vir Dei afflictos omnes pro viribus, eiſque, quantum licuit, ſubveniebat. Volebant quidam pontem facere in flumine magno, quod multi illud non ſine præſenti periculo, quotidie tranſirent. Jam trabes multæ & varia materia ex artificum conſilio comportata & præparata erat, ſed prorſus inutiliter. Ubi hoc reſcivit beatus Ivo, illorum damnis afflictus, preces fudit ad Dominum; & ecce ligna, quæ nullum viſa erant uſum habitura ad pontem efficiendum, mox apta & opportuna cernebantur. Miraculoſè ligna aptat ponti ſtruendo.

XV. Domum quamdam vaſtabat flamma vorax. Accurrebant vicini & propinqui, ut adferrent remedium, ſed nihil efficere potuere. Indicatur periculum viro Dei, & ille precibus furentes extinguit flammas. Incendium extinxit. Pacis conciliandæ, Eccleſiaſticæque libertatis aſſerendæ fuit perquam ſtudioſus, adeo ut ejus cauſa non dubitarit mortis adire diſcrimen. Maligno concitante dæmone, inter mulierem quamdam, & ejus filium atrox emerſit diſcordia, nec ullis amicorum precibus potuit inter eos concordia farciri. Audivit hoc Vir ſanctus, mox ſacrificium offert pro pace inter eos reformanda: & ecce ambo ſe permittunt ejus arbitrio & voluntati, ipſiuſque opera pax redintegrata eſt. Pacem reparavit.

XVI. Venerunt quandoque miſſi a Rege Franciæ ad urbem Trecorenſem, qui ab Epiſcopo, & ejus collegio ſubſidii nomine quippiam extorquerent. Eccleſiæ defendit immunitatē. Formidante autem Epiſcopo & Canonicis, ne Eccleſiæ theſauros illi aſportarent, ſanctus Ivo ad ſacrarium ſe contulit, illos theſauros defenſurus. Cum autem Miniſtri Regis ex Epiſcopi domo equum abſtuliſſent, eumque vellent abducere; beatus Ivo illos adiit, & equum ex illorum manibus ereptum ad Antiſtitis ædes reduxit, cum prius acriter illos objurgaſſet, quod ea facerent, quæ ipſos minime decerent. Abjerunt autem illi nec quidquam ex eis, quæ diximus, tulere ſecum. Pupillos & orphanos egregie tuebatur, & eorum cauſa diverſis in locis adibat judicia, patronum ſe illis exhibens: neque id tamen ſpe alicujus muneris aut præmii, ſed pietate & juſtitia permotus: immo vero ſuis impendiis illorum cauſas defendebat apud Judices, ut poſſet a Domino audire: *Quod uni ex minimis meis feciſti, mihi feciſti*. Inde adeo factum, ut in illa regione merito appellatus ſit *Advocatus pauperum*. Advocatus pauperum. Matth. 25. v. 40.

XVII. Fuit vero etiam inſignis concionator, & verbi Dei zeloſus. Concionatur frequenter. imprimis ſeminator: neque in una ſua parœcia ipſius curæ commiſſa, ſparſit verbum Dei, ſed in tota illa regione. Ibat autem non ſublimis equo, ſed pedibus ſuis, Chriſti exemplo inductus, de quo Scriptura dicit: *Quam pulchri pedes annunciantis & prædicantis pacem*. Eſai. 52. v. 7. Ibat quandoque cum famulo ſuo, per diverſa loca diſſeminans verbum Dei. Venit autem ad quoddam magnum flumen, per cujus pontem tranſire ſolebat: ſed eum jam aquæ plane operuerant. Edit igitur Crucis ſignum, & aquæ ſe dividunt, liberumque prebent iter tranſeunti cum famulo; rurſuſque ad priſtinum redeunt locum, poſtquam illi a ponte abierunt. Crucis ſigno per aquas viam aperit. Gentes autem ejus regionis cum ejus conciones audiviſſent, converſæ ſunt.

XVIII. Erat præterea contemplator egregius. Non raro accidit ut cum eum putarent alii rebus terrenis occupatum, animo totus eſſet ad cœleſtia ſuſpenſus. Sæpe etiam a beatis ſpiritibus viſitabatur. Sedebat quodam die ad menſam: ſupervenit autem quidam, ut videbatur, pauper miſerabilis, vili habitu indutus, quem ille comiter, & cum multa humanitate excepit, ſibique in menſa aſſidere, atque ſua ſcutella cibum capere voluit. Pauperis habitu Angelum ad menſam ſuſcipit. Sed cum pauper ille parum ſumpſiſſet cibi, mox ſurrexit a

menſa

menſa, & dixit: Dominus vobiſcum; & ecce qui viſus fuerat abjecto habitu, & deformis, jam pulcherrimus, & multa luce conſpicuus, candidaque veſte amictus conſpicitur, ita ut ejus lumine tota illa ſplenderet domus, ſeque eorum aſpectibus ſubduxit.

XIX. Alio die, ſedente beato Viro in ſacrario Trecorenſis Eccleſiæ, columba quædam advolavit mire illuſtris, cujus ſplendore tota Eccleſia, una cum ſacrario mirifice illuſtrabatur. Sedebat quandoque ad menſam cum multis pauperibus: & ecce inſidet ejus capiti avis quædam exigua, ad pectus colore niveo, ad tergum viridi: apprehendit autem eam Vir ſanctus, & manibus blanditer demulcens, paulo poſt dimittit, dicens: *abi in nomine Domini*: & illa confeſtim diſparuit. Receptus hoſpitio a quodam viro nobili, & honoris gratia ſtrato ei lecto in cubiculo, quo ſolebat ille dormire: in noctis medio divinitus monitus heros, ut exploraret quid faceret Ivo, acceſſit ad cubiculum, neque inventum, Ivonem ubique perquiſivit, donec in concava rupe, quæ non procul ab ejus domo aberat, ſe flagellantem invenit.

Columba ad eum volat.

Item alia avis.

XX. Jam multis jejuniis, & laboribus intolerandis, cruciatuque multiplici Vir beatus corpus ſuum valde extenuarat, cupiebatque cum Apoſtolo *diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. Itaque divinitus præſtitum eſt illi, ut obitus ſui tempus ante præſciret. Quæ cauſa fuit ut etiam tum, cum ſe ſentiret plus ſolito viribus debilitari, nullum vellet remedium admittere, ſed perinde ac ſi recte valeret, humi cubaret, non multis ſubſtratis paleis, verſuſque ad Crucis imaginem, quam perpetuo in ſuo aſſervabat cubiculo, cum multis lacrymis & ſuſpiriis Dominum precaretur. Cum autem Extremæ-unctionis Sacramentum percepiſſet, Crucis ſigno ſe munivit, ſpiritumque ſuum præpotenti Creatori humiliter commendans, deinceps nihil locutus eſt. Tota autem nocte Sabbati, uſque ad diem ſequentem oculis apertis, & in Crucis imaginem defixis tacitus jacuit. Illuceſcente Dominica die, qui tunc fuit proximus ab Aſcenſione Chriſti, & incidit in XIX. Maii diem, ſpiritum reddidit, ejuſque ſacrum corpus in Trecorenſi Eccleſia humatum eſt.

Philipp. 1. 23.

Mortem præſcivit.

Sancte moritur.

XXI. Infinita autem poſt ejus obitum facta ſunt miracula, Deo ejus meritis eximia reddente teſtimonia: viſitaturque ſepulcrum ejus quotidie cum multa devotione, etiam ab illis, qui aliunde ex diverſis orbis regionibus ad illud confluunt, propter multa beneficia, quæ ſancti Viri meritis & precibus illic divinitus conferuntur. Surdi enim audiunt, cæci vident, claudi ambulant, muti loquuntur, leproſi mundantur, ad vitam mortui revocantur, profligantur ex hominum corporibus nequam ſpiritus, ad pœnitentiam promoventur peccatores, res amiſſæ recuperantur, bella ſopiuntur, captivi ex infidelium manibus eripiuntur, in cuſtodias & carceres conjecti ſubito expediuntur; inter diſcordes ſarcitur pax, malignæ conſpirationes diſſipantur, qui navigant mare ad portum incolumes pertingunt. Nimium prolixum foret, ſingula recenſere.

Multis claret miraculis.

XXII. Clemens ejus nominis VI. Romanus Pontifex, eo tempore, quo Clemens V. & Benedictus XII. Romanæ Eccleſiæ præerant, ſæpe diligentem navavit operam, ut beatus Ivo in Sanctorum numerum referretur. Ei iter agenti apparuit Vir ſanctus, ſcipionem manu tenens, juſſitque ut ſuſceptum illud negotium accuraret, & ad effectum perduceret. Itaque admodum ſolemni ritu, poſtea acceſſit ad aſcribendum illius nomen catalogo Sanctorum, eumque pro Sancto habendum pronunciāns,

Canonizatur a Clemente VI.

cians, ſolemniter canonizavit anno MCCCXLVII. die XIX. Maii, ipſo eodem die, quo vita functus eſt. Canonizationis bullam ſub illo tempore lectori miniſtrabimus. Gravi tum morbo affectus erat nepos ejus Pontificis, idemque Archiepiſcopus Narbonenſis, ſpemque vitæ ejus medici & periti homines abjecerant. Sed cum illius amici Dei, & beati Ivonis opem imploraſſent, certumque votum beato Ivoni nuncupaſſent, ſtatim illi inſtaurata ſalus eſt.

XXIII. Vitam ejus ſcripſerunt Surius, Petrus a Natalibus, Marianus, Auctor Anonymus MS. Marcus Uliſſypponenſis, & poſtremus omnium Petrus de la Haye nobilis Juriſconſultus eamdem copioſius edidit idiomate Gallico duobus libris diſtinctam, extractam ex veruſto codice MS. latino, & ex antiquis monumentis, ex proceſſu ante canonizationem efformato, atque ex relatione vitæ, & miraculorum ejus a tribus Cardinalibus in Conſiſtorio facta, compactam. Libro priori c. 13. narrat quatenus Gaufridus presbyter in proceſſu ſub juramento ſolemni deponit ſe ſancti Viri confeſſionem generalem triduo ante ejus mortem excepiſſe, neque in toto ejus vitæ decurſu peccatum ullum mortale, aut contra caſtitatem (cujus ſolertiſſimus erat cuſtos) reatum ullum, vel venialem deprehendiſſe. In ſequenti libro innumera refert miracula ab eo ante & poſt mortem patrata, articulis centum diſtributa, inter quæ ſexdecim enumerat defunctos ad vitam revocatos, ultra viginti a naufragio liberatos, & plurimos a variis morbis curatos. Celebris eſt ejus memoria per univerſam Europam; propriam habet ſui nominis dicatam Eccleſiam in Urbe in regione Campi-Martii, ubi ſolemniter quotannis celebratur ejus memoria in die natalitii. Multis etiam in urbibus Italiæ devote colitur, inſtitutis in ejus honorem confraternitatibus; in Academia Salmanticenſi magna habetur in veneratione, & in Ordine Minorum, ob ſuſceptum Tertii Ordinis Inſtitutum, ex præcepto Capituli generalis Lugdunenſis anno MCCCLI. habiti, celebratur ejus feſtivitas die XVII. Octobris, quo translatum eſt corpus ejus ad ſepulcrum honorifice præparatum. In Britannia vero utrumque feſtum tam Natalitii, quam Translationis habetur in populis ſolemne. In Breviario Card. Franciſci Quignonii dies ejus feſtus agitur die XXI. Maii, quia dies XIX. ejuſdem menſis, quo obiit, impediebatur alia feſtivitate. Quinam ejus vitam ſcripſerunt.

XXIV. Bonifacius Pontifex hunc annum ſatis infelicem expertus eſt, miſſis a Philippo Pulchro Gallis & Italis, præſertim Guillelmo Nugareto Aquitanico, & Sciarra Columnenſi, qui per Anagnienſium quorumdam Cardinalium, & Pontificiorum proditionem, in vigilia Nativitatis Virgineæ eum ceperunt nihil tale ſuſpicantem, Anagniæ. Tertio captivitatis die per ipſos Anagninos, ſui ſceleris, & admiſſæ conſpirationis pertæſos, libertati reſtitutus, generoſi & magnanimi ſe oſtendit pectoris, etiam in ipſa cuſtodia, deinde Romam delatus, ſuis traditoribus chriſtiane pepercit. At tantam, & tam indignam injuriam ſibi & Sedi Apoſtolicæ illatam, omnino & undequaque ferre non valens; dum ex toto Orbe Concilium ad Lateranum convocare, & Carolum Siciliæ Regem in partem contra ſuos hoſtes excitare conſtituit; ſciens ſuas interceptas litteras a Cardinale Neapoleone, neque adhuc ſublatam aut ſuppreſſam hoſtium factionem, ſed ſubmiſſos alios a Philippo, qui plura in eumdem molirentur, ingenti animi dolore ex tanta calamitate concepto, ſenio etiam confectus, in gravem incidit ægritudinem, qua per plures dies ſtomachabundus, cum eſſet corde magnanimus, exceſſit e vita in Bonifacius VIII. capitur. Moritur.

Palatio Vaticano ad IV. Idus Octobris, quarto & trigeſimo die poſt inſignem illam perpeſſam injuriam, tumulatus honorifico ſepulcro quod ſibi vivens erexit. Fuit hic Pontifex doctrina, prudentia, & rerum experientia præſtantiſſimus, ab excellenti ingenio, acri judicio & memoria ſingulari commendatiſſimus, excelſi animi vir, jurium Eccleſiæ conſtantiſſimus aſſertor, & ejuſdem libertatis defenſor acerrimus; in amicos effuſus & liberalis, erga inimicos, præſertim auctoritatis Pontificiæ contemptores, implacabilis, culpas tamen agnoſcentibus, & veniam petentibus facile condeſcendens. Ditionem Eccleſiaſticam tum amplificavit, tum contra invaſores defendit, Baſilicam Vaticanam, adjunctis pluribus Miniſtris, auctaque ſacra ſupellectile, plurimum exornavit; & multa alia præclare geſſit. Ex duabus tamen cauſis minus recte audiebat, quod Cœleſtinum ad Pontificatus abdicationem inſtigaverit, ſeque ſubſtitui ſollicitius curaverit; & vehementius quam æquum eſſet, in diſcordia illa cum Philippo Gallo proceſſerit. Verum Cœleſtinum Eccleſiaſtico regimini minus idoneum fuiſſe, tum omnes fatentur, tum experientia ipſa probavit: quod vero huic perſuaſerit ut Eccleſiæ bono conſuleret renunciando, potius laude, quam opprobrio dignum, dummodo indigne non fecerit, neque eo ſolo fine ut ipſe ſubſtitueretur; quod & ſi hic affectus acceſſerit, parcendum humanæ conditioni, quæ ad excelſas quaſque dignitates natutaliter aſpirat; & qui ab hoc effectu omnino liber eſt, primus in eum lapidem mittat, factumque condemnet. Quod vero cum Philippo ſeverius egerit, & ſi in principio mitius & cautius res peragi potuerit; tamen tantum ſui contemptum, & violatæ Eccleſiaſticæ auctoritatis publica probra non potuit non ulciſci. Celſæ poteſtates gravius contemptum ferunt, atque *in magno animo revolvente iras, etiamſi impetus offenſionis languet, valet memoria*. Adde, *quod nulli iraſcenti ira ſua videtur eſſe injuſta*. Fidit fortaſſis plus æquo potentiæ & auctoritati Pontificiæ, dum adeo ſevere ageret cum Regibus. Sed hæc ejus calamitas aperte oſtendit ſacra & Eccleſiaſtica imperia vita magis immaculata, fama integra, in ægenos beneficentia, atque ex his orta fidelium reverentia, & religionis metu, quam viribus & armorum potentia conſtare.

Laudatur.

Tacit. lib. 4. Annal.

Aug. ep. 36.

XXV. Quod de Bonifacio ſcribit Piſanus, & ex eo Marianus, nimirum eum cogitaſſe de noſtro abolendo Inſtituto, atque Sciarram Columnenſem inventas inter ceteram direpti ſpolii ſupellectilem, plures bullas ejuſdem tenoris, quibus extingui volebat Minores, in platea Anagnina combuſiſſe, neſcio unde hoc acceperit; etenim hujuſmodi ſuſpicio cadere non poteſt in hominem univerſo Inſtituto amiciſsimum, qui quotannis plurima beneficia eidem contulerit, multos ex eo Epiſcopos crearit, & quatuor ad Cardinalitiam provexerit dignitatem. Neque ullum legimus diſsidium, aut odium eidem cum Religione interceſsiſſe, aut ulla in re, præterquam in illa Dominicano & noſtro Inſtituto communi, cum clericis diſcordia circa ſepulturas, prædicationes, & confeſsiones, & portionem canonicam, vel leviter diſplicuiſſe. Illud itaque non de univerſo Sodalitio, ut minus recte judicarunt citati Auctores, ſed de Eremitis illis Cœleſtinis, a Religione diviſis, & Pontifici inviſis (quorum aliquos diximus de ejus legitima aſſumptione ad Pontificatum dubitaſſe) verius intelligendum, atque propterea, uti ſcribit Philippus Florentinus, illius ferme temporis auctor, præſcribere voluiſſe Prælatis Orientis, ubi prius degebant, necnon Siciliæ & Calabriæ, ut vel ad Ordinem reducerentur, vel omnino abolerentur, quorum aliqui imminens

Piſan. confor. 5. Marian. cit.

Ordinem Minorum dilexit.

An. 1302. n. 4. Philipp. Flor. in ſuis recoll.

nens præſentientes exitium, redierunt ad gremium Religionis, præſertim frater Simon Donateni Pratenſis, & frater Franciſcus germanus frater ejuſdem, qui publice errorem ſuum confitentes, pacifice & fraterne recepti ſunt ad Prælatorum obedientiam in Provincia Etruriæ.

XXVI. Novendialibus Bonifacii abſolutis, Cardinales ad ſucceſsoris electionem Conclave ingreſſi, Pontificem crearunt XI. Kalend. Novembris fratrem Nicolaum Bocaſium Tarviſinum, Ordinis Prædicatorum, Cardinalem Epiſcopum Oſtienſem, humili genere obſcurum, ſed vita, pietate, litteris clarum, qui ſuſcepto nomine Benedicti X. aliis XI. coronatus eſt in Baſilica Vaticana VI. Kalend. Novembris per Matthæum Rubeum Urſinum Diaconum Cardinalem ſanctæ Mariæ in Porticu, S.R.E. Archidiaconum. Tres Cardinales ex Ordine Minorum ejus electioni interfuerunt, frater Joannes Minius Epiſcopus Cardinalis Portuenſis, frater Jacobus Thomaſius Cardinalis tit. ſancti Clementis, & frater Gentilis de Monteflorum tituli SS. Silveſtri & Martini in Montibus. Tres etiam creavit Benedictus ex ſuo Inſtituto Cardinales in prima ordinatione menſe Decembris, Nicolaum Pratenſem Tuſcum, & Guillelmum Marleſeldium Cantuarienſem Anglum, qui dum jam vita exceſſiſſent ante creationem, ſecunda creatione in capite Quadrageſimæ ſubſtituit Anglum alterum Gualterum Winkterburnum Saresbirienſem, Regis Eduardi Confeſſarium, & ſui Ordinis Priorem Provincialem; quos ſolos in ſuo Pontificatu creavit Cardinales.

Creatur Benedictus XI.

Tres Cardinales Minoritæ ſuperſtites.

XXVII. Fratrem Guillelmum de ſancto Marcello hoc anno Inquiſitorem hæreticæ pravitatis fuiſſe in Provincia in Gallia per Sedem Apoſtolicam deputatum, mihi conſtat ex diplomate Bonifacii Pontificis, quo injungit eidem, ut modis quibuſcumque curet in libertatem reſtitui Matthiam de Theate Rectorem Comitatus Venayſini juris Pontificii, captum in bello a nobili viro Rsymundo de Medullione, contra quem duxit gentem non modicam pro defenſione jurium & bonorum prædicti Comitatus. Fuiſſe item hoc anno Epiſcopum Venetum fratrem Jacobum Contarenum Minoritam, ſcribit Petrus Rodulphus, cui conſentit Catalogus Epiſcoporum Venetorum apud Leandrum Albertum, qui eumdem ſub hoc anno reponit, licet taceat Inſtitutum.

Guillelm. de S. Marcello Inquiſ. in Provincia.

Epiſt. 127.

Jacob. Contar. Epiſc. Venetiarum.

Rodul. fol. 271. *Leander in deſcript. Venet.*

XXVIII. Rem miram hujus temporis narrat Marianus, quod in illis bellis, quæ indefeſſo ſtudio gerebat his ipſis annis Eduardus I. Anglorum Rex, cum gente Scotorum, quæ narrant Thomas Waſingamus, Hector Boetius & alii; quidam Vaſco nobilis, nomine Amanerius de Lebreto, prædicto Regi valde carus, reportavit præmium eximiæ ſuæ devotionis erga ſanctum Franciſcum, ejuſque Sectatores. Nam in cruento bello narrat, apparuiſſe ſanctum Patriarcham, ſuumque amicum interpoſita manu a pleriſque ſpiculis & ſagittis in eumdem contortis, liberaſſe. Deinde fugato Regio exercitu, Rege ipſo in quodam tugurio deliteſcente, ad cladem ſuorum ingemiſcente, jacturam tanti viri & cari amici, quem occiſum judicabat, deplorante; ecce ex alio latibulo hominem inimicis circumdatum, equo lethaliter vulnerato inſidentem, per medios hoſtes, parta victoria, lætantes, Vir ſanctus tutiſſime ducit ad Regis conſpectum; ubi ad miraculi commendationem ad ipſum oſtium equus, cujus inteſtina ex vulnere defluebant, ſubito expiravit, & Dux itineris diſparuit.

Marian. citat.

S. Franciſcus ſibi addictum a multis liberat periculis.

XXIX. Dum hæc bella perlegerem, incidi in memoriam Conventus Dunfriſiani in Scotia Ordinis Minorum, dum in eodem Boetius, & Leſlæus,

Boet. lib. 14. *Leslæus lib.* 6. Conv. Dunfriſii.

leus, narrant, Joannem Cumenum proditionis nomine a Roberto Bruſio anno MCCCV. gladio transfixum. Hujus regni domiciliorum, & virorum illuſtrium illius Provinciæ raram offerimus memoriam; nullam enim potuimus adipiſci ab indigenis, quamvis ſæpiſſime & inſtantiſſime a nobis rogatis, & reſpondentibus, omnia ſua periiſſe monumenta partim bello & incendiis, partim hæreticorum invidia, qui ſummo conatu res Eccleſiaſticas, præcipue regularium, peſſundederunt. Ne ergo quiſpiam attribuat vel ignaviæ, vel tepidiori in gentem amicam & vicinam affectui, quod rerum Scoticarum pauca in his noſtris Annalibus inveniat veſtigia; aliena non potuimus circa hæc terere, & nova non licet adinvenire. Jejuni & ſteriles ſunt in rebus noſtris quos hueuſque potui conſulere rerum Scoticarum Scriptores. Damus hujus dumtaxat Monaſterii originem ex Thoma Demſtero, quam ille tribuit Alano Devorgillæ, a quo, ait, Monaſterium hoc omnium Scoticorum Franciſcanorum primum, anno MCCLXII. conſtructum.

Demſt. in apparatu hiſt. Scot. lib. 1. tit. de relig.

XXX. Ex alio Bonifacii diplomate patet jam ſub hoc tempore apud Rheggium Julii, totius Calabriæ metropolim in Italiæ humero, ut ait Plinius, prope Charybdim e regione Meſſanæ, Siciliæ urbis notiſſimæ, ſitum, Minoritas habuiſſe domicilium. Litteræ diriguntur ad Guardianum, ut curet quaſdam pecunias reſtitui nobili viro Rogerio de Lauria Regnorum Siciliæ & Aragonum Amirato, quas lucro dedit dum pro Petro Aragonio ageret contra Carolum Andegavenſem & Pontificios. Ab hoc Conventu Cuſtodia Rheggina in Provincia Calabriæ nomen obtinuit, ſæpius locus hic dilapidatus & combuſtus fuit a Turcis; & monumenta omnia combuſta.

Epiſt. 58. *Conv. Rheggii.*

XXXI. Ex litteris etiam Benedicti Pontificis hoc anno ſcriptis ad Epiſcopum Papienſem, habetur eumdem conceſſiſſe licentiam viro nobili Antonio de Fuxiraga Monaſterium Clariſſarum ædificandi in civitate Laudenſi in proprio fundo; jubeturque Epiſcopus, ut dum omnia parata fuerint, Clariſſas introducat, in Monaſterii formam omnia reducat, & Ordini Minorum curet incorporari: *Pia deſideria*, nonis Novembris. Ex litteris datis ad Abbatiſſam & Conventum Monaſterii ſanctæ Claræ Ravellen. in regno Neapolitano apparet, eas ſub hoc tempore incepiſſe vivere ſub diſciplina regulari, uti ipſe Pontifex enarrat, dum concedit ad petitionem ipſarum, ut ſubjiciantur Miniſtro Generali, & Provinciali Terræ Laboris: *Religionis in qua*, IV. non. Novembris.

Monaſt. Laudæ. *Monaſt. Ravellen.*

XXXII. Propter frequentes querelas Regularium circa moleſtias & gravamina ſibi illata a Rectoribus Eccleſiarum, ex occaſione conſtitutionis Bonifacii circa ſepulturas, prædicationes, & portionem canonicam, recurrerunt Prædicatores & Minoritæ ad Benedictum Pontificem, qui datis litteris ad Abbatem Monaſterii ſancti Manſueti extra muros, Tullen. & alios, temperavit bullam Bonifacii: *Dudum felicis recordationis*, IV. Kalend. Decembris. Cujus tenoris aliam dedit epiſtolam ad Epiſcopum Firmanum. Inſerviet hoc diploma ad dilucidationem Clementinæ: *Dudum*, de ſepulturis.

Têperatur bulla Bonifac. de ſepulturis.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

» I. Sciarram Columnam Roma exulem, Maſſiliæ piratarum mancipium in compedibus Rex Franciæ Philippus a Bonifacio ex-
» communicatus, regnoque privatus, non tamen ſine cauſa, liberat, eo

Indic. ex Vatic.

in

,, in Pontificem uſurus: at interim Pontifex, pro immunitate Fratrum
,, decrevit: *Cupientes olim &c.* VIII. Kal. Februarii; & Guardiano civi-
,, tatis Rheggii quamdam executorialem expedivit: *Expoſcit nobis &c.* Oder. n. 29.
,, XII. Kal. Maii: at Piſanis pro Terra ſancta ſcribens: *Tamquam diſcre-*
,, *tionis &c.* ſub data eadem; fratri Guillelmo Inquiſitori Provinciæ
,, ſcripſit: *Grave gerimus &c.* XII. Kal. Junii: & contra celebrantes tem-
,, pore interdicti: *Ad audientiam &c.* III. Kal. Junii: pariter etiam con-
,, tra Inquiſitores Marchiæ Taruiſinæ: *Dudum &c.* IV. Nonas Junii; &
,, contra Archiepiſcopum Thomaen. *Ad reformandam &c.* XIII. Kalend.
,, Auguſti: pro ſepulturis vèro Fratrum conſtituit: *Interdictos &c.*
,, III. Idus Auguſti; & Guardiano Mediolanenſi pro electione Abbatiſ-
,, ſæ executorialem direxit: *Ad proviſionem &c.* VII. Kalendas Septem-
,, bris.

,, II. Interea Sciarra Columna ſecreto expeditus a Rege, cum Nuga- Sciarra Columna.
,, reto Gallo Romam pervenit, taciteque & expedite congregat ſuos, cum
,, quibus poſtea Anagniæ, ubi moras trahebat, rerum inſcius Papa, ma-
,, gno & inexplicabili ſacrilegio, armato brachio captivavit, & Romam Captivat Pontificem Anagniæ.
,, duxit, in carceribuſque conjecit, ubi triginta quinque dierum ſpatio
,, mœrore confectus interiit; V. ſcilicet Idus Octobris, in Baſilica Vati- Qui Romæ obit in carceribus 11. Octobris.
,, cana ſepultus: cumque vacaſſet Sedes dies decem, Benedictus X.
,, dictus XI. creatus fuit: ſacri Ordinis Prædicatorum Magiſter, frater Dogl. p. 4. f. 187.
,, Nicolaus Bocaſius antea vocatus, de Vico ſancti Bartholomæi Taruiſii
,, Venetiarum, Patre Bocaſio, Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis: & Velli-
,, ternus creatus Romæ XII. Kalend. Novembris, & coronatus VI. Kal.
,, ejuſdem menſis. Statim ac ad Pontificatum aſſumptus fuit Benedi-
,, ctus, pacem & concordiam inter Principes Chriſtianos deſiderans,
,, reconciliavit Franciæ Regem Eccleſiæ: Joanni, & Jacobo Columnen-
,, ſibus ablata per Bonifacium reſtituit, etiam ſubinde Cardinali- Bened. XI. excommunicat Sciarram & Nugaret.
,, tium galerum: excommunicavit nihilominus. Sciarram, & Nugare-
,, tum cum iis Anagniæ, qui complices captivitatis Bonifacii fuerant.
,, Expedivit etiam hoc anno nonnulla, ut Guardiano N. pro Epiſcopo Dogl. ſup. cit.
,, Perpiniani executorialem: *Venerabilis frater &c.* IV. Kal. Novem-
,, bris: pro concionatoribus, & Confeſſoribus Minoritis: *Dudum &c.* Indic. ex Vatic.
,, IV. Kal. Decembris: pro magiſterio Fratris Alexandri: *Dum fœcun-*
,, *ditatem*: & pro Monaſterio ſancti Silveſtri de Urbe: *Dum fælicis &c.*
,, X. Kal. Januarii, ſed Beatrici ut poſſet ingredi Monaſteria licentiam
,, fecit: *Ex tuæ magnitudinis &c.* VI. Idus Novembris.

,, III. Monaſterio ſanctæ Claræ Yporediæ, opera Alberti Epiſcopi
,, ejuſdem Urbis cæpto anno MCCC. adeo favit Altiſſimus, ut hoc anno
,, magna civium, & cleri conſolatione & gaudio ſpirituali conſtructum,
,, & omnimode conſummatum, auctoritate Cardinalis Protectoris Ordi-
,, nis, Mediolanenſi Provinciæ noſtrorum Fratrum adſcriptum, ſive in-
,, corporatum non tantum fuerit; ſed etiam a ſacris virginibus profeſſis,
,, ac tironibus inhabitari cœperit; ut publica inſtrumenta, quorum co-
,, piam libenter exhibemus, nos docent.

,, IV. *In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno a Nativitate ejuſ-*
,, *dem* MCCCIII. *indictione* I. *die Mercurii*, III. *Kalendas Martii. Cum*
,, *Reverendiſſimus Pater Dominus Matthæus divina providentia ſanctæ*
,, *Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, curam gerens, & regimen ex*
,, *Apoſtolicæ Sedis mandato, Ordinis ſanctæ Claræ, ſuas tranſmiſerit litteras*
,, *ſuper incorporatione, ſeu ædificatione unius Monaſterii, quod Venerabi-*
lis

,, lis Pater Dominus frater Albertus, gratia Dei Epiſcopus Tporegen. con-
,, ſtrui fecit in eadem civitate ob ſpecialem affectum, quem oſtendit ad Or-
,, dinem ſanctæ Claræ, Miniſtro Provinciali Fratrum Minorum in Provin-
,, cia Mediolanenſi, Viſitatori Monaſteriorum ejuſdem ſanctæ Claræ in ea-
,, dem Provincia, Cuſtodi & Lectori Fratrum Mediolanen. dicti Ordinis;
,, quarum litterarum tenor talis eſt.
,, Matthæus miſeratione Divina ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconus
,, Cardinalis, dilectis in Chriſta filiis Miniſtro Provinciali Fratrum Mino-
,, rum in Provincia Mediolanenſi, Viſitatori Monaſteriorum Ordinis ſan-
,, ctæ Claræ in eadem Provincia.... Cuſtodi & Lectori Fratrum Mediola-
,, nen. dicti Ordinis, ſalutem in Domina.
,, Fuit expoſitum nobis, quod venerabilis in Chriſto Pater Dominus
,, Albertus Dei gratia Tporegienſis Epiſcopus, ob divinam reverentiam &
,, amorem, ac ſpecialis devotionis affectum, quem oſtendit ad Ordinem ſan-
,, ctæ Claræ, fecit conſtrui in Civitate Tporegien. quoddam Monaſterium
,, ſive locum, ubi deſiderat, quod per Sorores Ordinis ejuſdem Sanctæ,
,, virtutum Domino ſerviatur: propter quod humiliter nobis per ſuas litte-
,, ras ſupplicavit, quod mandaremus incorporari Ordini dictæ Sanctæ: &
,, ut facilius id obtineri poſſit a nobis, ibidem mulieres aliquas, nullam ha-
,, bentes regulam, collocavit.
,, Nos igitur loci, in quo hujuſmodi Monaſterium debet conſtrui, vel
,, ipſius jam conſtructi conditiones & circumſtantias neſcientes, de veſtra
,, prudentia & circumſpectione confiſi, vobis ſuper hoc, & ſuper negotium
,, ipſum pertinentibus, quantum ad nos ſpectat committimus vices noſtras:
,, ita tamen, quod ad ea, quæ ex hujuſmodi noſtra commiſſione duxeritis fa-
,, cienda, tui Provincialis Miniſtri, ac diſcretorum Fratrum Conventus
,, Tporegien. & Provincialis Capituli veſtræ Provinciæ conſenſus accedat:
,, diſcretionem veſtram hortantes attente, quatenus de ipſius Monaſterii
,, conſtruendi, vel jam conſtructi conditionibus ſtudeatis perquirere dili-
,, genter; & utrum ejus fundationem Deo gratam eſſe putaveritis, & tam
,, Ordini ſanctæ Claræ, quam veſtro videritis expedire: locumque ipſum,
,, ſive Monaſterium ratione ſitus & ædificiorum factorum, vel faciendorum,
,, necnon ratione proventuum, unde poſſit ſuſtentari Conventus, aptum vi-
,, deritis ad obſervantias, quæ in ejuſdem ſanctæ Claræ regula ſunt expreſ-
,, ſæ; & utrum ædificari & incorporari poſſit, vel ſit ædificatum ſine juris
,, alieni præjudicio; & an ad id conſenſus Epiſcopi, & Capituli Tporegien.
,, & Parochialis Presbyteri acceſſerit, vel accedat; & nihilominus omnia
,, alia rite concurrant, ex quorum conſideratione vobis plenius illuceſcet,
,, quod concedendum, vel denegandum fuerit in præmiſſis. Poſtquam vero
,, in partem incorporationis, vel ædificationis inclinaveritis mentes veſtras,
,, ipſamque de conſenſu tui Miniſtri, & dictorum Diſcretorum Fratrum,
,, & Provincialis Capituli incorporationem duxeritis concedendam, & locus
,, ſive Monaſterium fuerit præparatum, ædificatum, & clauſum, prout
,, requirit regula dictæ Sanctæ, duas vel tres Sorores de Monaſterio veſtræ
,, Provinciæ ipſius Ordinis ſanctæ Claræ, quas ad hoc idoneas eſſe noveritis,
,, ad ipſum Monaſterium Tporegien. procuretis transferre, inibi moraturas,
,, ad ceteras, quas illic admitti contigerit, inſtruendas, quauſque de ipſis
,, aliud fuerit ordinatum, proviſo quod earum translatio fiat prout perſo-
,, narum & Ordinis condecet honeſtatem. Datum Laterani VIII. Idus
,, Martii.
,, Frater Romerius Miniſter Fratrum Provinciæ Mediolani, frater
Pro-

,, *Prothaſius Viſitator Monaſter. Ordinis ſanctæ Claræ in eadem Provin-*
,, *cia .... frater Jacobus Cuſtos, frater Guillelmus Lector Fratrum Me-*
,, *diolanen. dicti Ordinis, cum omni reverentia cupientes adimplere manda-*
,, *ta dicti Domini Cardinalis, de conditionibus ipſius Monaſterii conſtruendi,*
,, *vel jam conſtructi diligenter perquirere ſtuduerunt: & putantes ejus.*
,, *fundationem Deo eſſe gratam, ac tam Ordini ſanctæ Claræ, quam Fratrum*
,, *Minorum expedire videntes; ipſumque locum, ſive Monaſterium ratione*
,, *ſitus, & ædificiorum factorum, necnon ratione proventuum, unde poſſit*
,, *ſuſtentari Conventus aptum videntes ad obſervantias, quæ in ejuſdem ſan-*
,, *ctæ Claræ regula continentur, & quod poſſit ædificari, vel incorporari,*
,, *vel etiam ſit ædificatum ſine juris alieni præjudicio, & omnia alia rite*
,, *concurrentia, nihilominus quod accedente conſenſu dicti Domini Epiſcopi,*
,, *& Capituli Yporegien. ut conſtat per publicum Inſtrumentum traditum &*
,, *ſcriptum anno Domini* MCCCII. *Indictione decimaquinta die Veneris ſe-*
,, *ptima menſis Octobris per Bonaventurinum Domini Brunamontis de Man-*
,, *tua, Imperiali auctoritate Notarium publicum, & inſuper accedente*
,, *conſenſu Presbyteri Joannis Rectoris, & Miniſtri Eccleſiæ ſancti Mauri-*
,, *tii de Burgo Yporegien. ut patet per Inſtrumentum publicum traditum*
,, *& ſcriptum anno Domini* MCCCIII. *Indictione prima per ſupradictum*
,, *Bonaventurinum Notarium, ut ſupra, accedente etiam conſenſu Fra-*
,, *trum Conventus Yporegien. & Fratrum Capituli Mediolanenſis Provin-*
,, *ciæ anno nuper tranſacto celebrati; præfatum Monaſterium de Ypore-*
,, *gia, auctoritate ſibi commiſſa, & etiam de multorum conſilio diſcreto-*
,, *rum, in præſentia infraſcriptorum Fratrum, & teſtium ad hæc ſpecialiter*
,, *rogatorum, ad honorem Dei, & beatæ Virginis Mariæ, beati Franciſci,*
,, *beatæ Claræ, & omnium Sanctorum, uniunt, & incorporant Ordini*
,, *ſanctæ Claræ, ita quod de cetero eidem Ordini ſit in omnibus counitum.*
,, *Actum Cumis in domo Fratrum Minorum, in Camera prædicti fratris*
,, *Romerii Miniſtri. Interfuerunt ibi teſtes frater Omniabene de Brixia*
,, *Cuſtos Vercellenſis, frater Rogerius de Caſſiano Cuſtos Cuman. frater Mi-*
,, *chael de Lucino Guardianus, & frater Martinus de Lucino Lector Fra-*
,, *trum Conventus Cumani, & frater Creſcius de Menaxio ejuſdem Con-*
,, *ventus.*
,, *Ego frater Florius Ordinis Minorum, filius quondam D. Bartholo-*
,, *mæi de Vicomercato Civitatis Mediolani Portæ Cumanæ, Parochiæ ſancti*
,, *Thomæ in Cruce Sicariorum, qui fui in ſeculo Notarius publicus, &*
,, *Scriba ſacri Palatii in Civitate eadem, ex præcepto præfati fratris Ro-*
,, *merii Provincialis Miniſtri, interfui, tradidi, & ſcripſi, & meum*
,, *ſignum conſuetum appoſui.*

,, V. Provinciæ igitur Mediolanenſi Fratrum Minorum incorpo-
,, rato Monaſterio ſanctæ Claræ Yporegiæ, ut oſtenſum eſt, e Novarienſi
,, altero ejuſdem Ordinis & Provinciæ primæ juvencularum e cæno
,, mundi fugientium, Monaſticæ diſciplinæ Magiſtræ ac directrices acitæ,
,, atque cum debito honore & reverentia ad iſtud translatæ fuerunt ſo-
,, ror Agneſina filia Rainerii de Mommo, ſoror Maria de Cabaliacis, &
,, ſoror Benevenuta de Aleprandis; quarum prima ſpeciali virtutum
,, prærogativa & regulari obſervantia conſpicua, Abbatiſſa inſtituta,
,, uſque ad annum MCCCXIV. laudabiliter Monaſterio præfuit; ſub ejuſ-
,, que regimine plurimum incrementi accepit: primæ verò ibidem Chri-
,, ſto ſponſo cœleſti initiatæ, fuerunt Tyſina & Magdalena nobiliſſimæ
,, Virgines de domo Soleria, quas ſequutæ ſunt aliæ.

Adducuntur Moniales ex Monaſt. Novarienſi.

Ex manuali ejuſd. Monaſt.

Sup. ad an. 1300. n. 5. & infra ad an. 1324.

Primæ Moniales de domo Soleria.

A R-

ARGUMENTUM.

Occiditur beatus Jacobus de Caſtro Plebis; moriuntur beatus Pilingottus Urbinas, & beatus Raynerius Aretinus. Celebrantur Comitia generalia Aſſiſii. Inſtituitur feſtum ſacrorum Stigmatum ſancti Franciſci. Floret ſub hoc tempore Joannes Scotus, cujus pleraque acta ſerio referuntur. Moriuntur Benedictus Pontifex, & Jacobus Thomaſius Cardinalis. Extruuntur aliqua Cœnobia.

Occiditur B. Jacobus de Caſtro Plebis.

Marian. citat. Legenda MS. Marcus 2. par. lib. 6. c. 26.

I. IN ipſo hujus anni limine, xv. menſis Januarii occiſum refert Marianus pium Sacerdotem tertii Inſtituti ſancti Franciſci Sectatorem, beatum Jacobum de Caſtro Plebis (quod nunc vocatur Civitas Plebis Epiſcopali dignitate a Clemente VIII. donata, a Cluſio urbe in Etruria ad M. P. VII. in Ortum recedens, inter Peruſium & Oropitum ſita, inde diſtans xx. hinc xv. P. M.) pro defenſione quorumdam jurium Eccleſiæ, cujus curam gerebat. Natus eſt in prædicto loco, patre Luca Antonii de Villa, & matre Meſtiola. Hæc cum adhuc infantulum geſtaret in alvo, viſa eſt ſibi parere puerulum Eccleſiam humero portantem, & pro eadem pugnantem; necnon ſub ipſo veſpere puerperii oſtenſum eſt ei proditurum ex ejus ventre lilium rubeum. Quibus viſionibus indicatum eſt, intrepidum fore Eccleſiaſtici juris defenſorem, illibatæ caſtitatis per lilium deſignatæ conſervatorem, & demum ſanguinem pro Eccleſia ſparſurum; idque genitrici prædixit Eremita quidam piæ converſationis, & magnæ opinionis in populo, cui illa prædictas enarravit viſiones. Puerulus Eccleſias frequentabat, Miſſas devote audiebat, & continuis vacabat orationibus. Duodennis alio miſſus, ut humaniores litteras diſceret, brevi magnos fecit in his atque in Juriſprudentia progreſſus; ita tamen inter juvenes & conſodales converſatus, ut conſervandæ caſtitatis magnam curam egerit, quam illibatam per totam vitam conſervavit. Adoleſcentior factus audiens, quæ Chriſtus ſuis dixit Apoſtolis: *Qui non renunciat omnibus, quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus.* Domum rediens portionem paternæ facultatis, quæ eum contingebat, inſtanter petiit & obtinuit; quam mox vendidit & pauperibus erogavit. Erat extra Caſtri portam, quæ Vacciana dicebatur, hoſpitale vetuſtum cum Eccleſia derelicta, quæ Jacobus in pauperum uſum reparavit, ubi ſe illorum dedicavit obſequio, continuis mortificationibus & pœnitentiæ operibus carnem macerans, & ſpiritui ſubjiciens; plures etiam dies panem dumtaxat & aquam manducans. Humilitatem impenſe coluit in verbis, inceſſu, & veſtitu, rudiori panno griſeo contectus, capitium in capite portans ad modum Fratrum Pœnitentum illius ætatis, ut viſum eſt in ſancti Ludovici Regis, & ſancti Ivonis vitis ſuperius deſcriptis, in quibus hujuſmodi commemorantur capitia, nodoſo fune præcinctus. Mira flagrabat caritate & compaſſione erga proximos, in pauperibus Chriſtum contemplans, egenis ſui Xenodochii neceſſaria quæque ſumma cura & publica quandoque mendicitate conquirens. Lavabat egenorum pedes, ſaniem leproſorum extergebat, vulnera fovebat, lectos ſternebat, & viliſſima quæque infirmis præſtabat obſequia. Præter hæc cum eſſet Juriſprudentia ſufficienter inſtructus, cauſas defendebat pupillorum, viduarum & pauperum, propter quæ valde diligebatur in populo, & liberaliter omnes currebant ad Xenodochii

Ejus parentes.

Cœleſtibus prænunciatur indiciis.

Illibata ejus caſtitas.

Luca 14. 33.

Omnia ſua pauperibus diſtribuit.

Plurimæ ejus virtutes.

Tom. 3. an. 1254. n. 19. An. 1303. n.

dochii ædes ampliandas, ac neceſſitates ſublevandas.

II. Ex antiquis ſchedis, quæ forte occurrerunt, proſpexit quædam prædia olim attinentia ad prædictum Xenodochium, ab Epiſcopo Cluſino fuiſſe contra fas menſæ Epiſcopali adjudicata. Egit itaque humiliter cum illo ut Xenodochio reſtituerentur; quod dum non poterat precibus obtinere, in forum contentioſum deduxit negotium, cauſam agens modo apud Judices Cluſinos, modo Peruſii, & demum in Curia Romana, ubi tamdem evicit. Ægre hoc ferens Epiſcopus, deteſtari hominem cœpit, & vitæ inſidiari. Diſſimulato odio, quadam die invitavit ad prandium, dimiſſum vero verbis pacificis, expectarunt apparitores ab eodem præmiſſi, qui in ſemita, qua ad Caſtrum Plebis a Cluſio reditur, in capite non ſemel percuſſum, occiderunt. Ille autem dum verbera & vulnera patienter ferebat, pro percutientibus inſtanter orabat, atque in hac oratione ſpiritum reddidit Creatori. Lictores ut homicidium occultarent, cadaver longius a via ſublatum, juxta pirum quamdam ſilveſtrem in foveam ramis & vepribus contectam, projecerunt. In Caſtro dum poſt aliquot dies ſummo deſiderio ab omnibus perquiritur, placuit Deo mirifice ſanctum corpus revelare. Paſtores illac ſuos minantes greges vident media hyeme pirum pulchre florere, deinde propius accedentes conſpiciunt etiam vepres, & ramos acervatim conjectos, floribus contectos; quod dum prodigio aut cœleſti adſcribunt ſigno, trementes retrahunt veſtigia. Prodiit tamen ex ramorum cumulo vox blande dicens: *Nolite timere; ego ſum presbyter Jacobus pro defenſo jure Eccleſiæ nuper occiſus: me hinc extrahite.* Tunc illi animoſe ramis amotis, corpus ſanctum pluribus vulneribus affectum invenerunt, & celeriter abeuntes, Caſtri incolis quid acciderit, enarrarunt. Concurrerunt in magna multitudine utriuſque ſexus & omnis ætatis ſpectatores, qui Deum in ſuo ſervo glorificarunt. Differtur aliquantulum ejus translatio, dum omnia publici ſcribæ excipiuntur teſtimonio; oriturque interim magna contentio circa locum ſepulturæ. Cluſini contendebant ſuum eſſe diœceſanum, Peruſini allegant in ſuis terminis occiſum, Caſtri Plebani vero ſuum aſſerunt accolam, apud ſe natum, & educatum. Committitur lis decidenda cuidam Juriſconſulto; ille vero a judicio ſe retrahit, dicens; non auſim in pia hac cauſa inter nobiles litigantes ſententiam proferre: illud tamen judicaverim, ut ſanctum pignus imponatur plauſtro juvencorum indomitorum, & quo illi pertraxerint, credendum eſt, ibi velle ipſum Dei Servum requieſcere. Placuit omnibus conſilium, & exequi curant feſtinanter. Impoſitum currui corpus recta deducunt juvenci verſus Caſtrum Plebis, & ad ipſum Xenodochium, pro cujus jure defendendo fortiter occubuit, mirabiliter conſiſtunt. Tanto miraculo exultarunt ſummo gaudio Caſtriplebani, ſummas gratias Deo referentes ob immenſum donum ſibi mirabiliter conceſſum. Solemnibus itaque præparatis exequiis, magno apparatu ſanctum corpus ſepelierunt, & Eccleſiam in ejus honorem refecerunt, Deo interim pluribus miraculis ſancti Viri magnificante virtutem.

Curat reſtitui Xenodochio bona ablata.

Id ægre ferens Epiſcopus Cluſinus, facit occidi.

Occultum corpus Deus revelat.

Caſtro Plebis miraculoſe corpus adjudicatū.

III. Poſt annos centum ſeptuaginta quatuor exhumatum ſanctum corpus, inventum eſt integrum, manifeſte apparentibus in capite vulneribus, honorifice propterea judicarunt oppidani alto loco reponendum in ligneo loculo, circulis ferreis optime munito. Ad hujus presbyteri manus pervenit cingulum illud, ſeu chorda ſancti Franciſci, quam ſanctus Bonaventura ait, virum quemdam de Caſtro Plebis religioſum ac timen-

Corpus poſt multos annos integrum.

Bonav. in legen. S. Franc. c. 12.

timentem Denm apud ſe habuiſſe, & per illam multa patraſſe miracula, quem ferunt patruum fuiſſe hujus noſtri Jacobi. Ejus mentionem facit Philippus Ferrarius in novo Catalogo Sanctorum ad diem VII. Julii ſub his verbis: *Apud Caſtrum Plebis in Etruria beati Jacobi Laici, Ordinis Servorum, Martyris*. Deinde in ſubjectis annotationibus refert ex Chronicis ſui Ordinis, & Annalibus Archangeli Gianii ad annum Domini MCCCXII. fuiſſe occiſum. Multa hic diſcrepant a noſtra narratione, annus, dies, ſtatus, inſtitutum. Annum hunc ego excepi ex vetuſto monumento MS. & Mariano Florentino. Dies non concordat cum iis, quæ etiam Annales ſui Ordinis ab ipſo citati, habent, qui in menſe Januarii rem eveniſſe narrant: quod etiam ex miraculo arboris frondentis comprobatur; non enim adeo admirabile judicaretur, ut revireſceret & fronderet in menſe Julii ſicut in menſe Januarii, quando omnia erant nivibus cooperta. Fortaſſis ſub illo die Julii agitur memoria Translationis. Status vel conditionis ait laicalis, ſeu converſum ut vocant, quod tamen haud verum eſt, cum undique in legenda dicatur presbyter. Inſtituti fuiſſe Servorum largius refutat Marianus, aſſeritque pura & integra acta ad ſuas manus perveniſſe, corruptaque paulo ante, cum Eccleſia prædicta fuit commiſſa curæ cujuſdam Patris Servitæ, qui depingi eum fecit in habitu ſui Ordinis, cum pileo tamen ſeu birreto hoſpitalis ſanctæ Mariæ della Scala civitatis Senarum, quod griſeum eſt, & chorda ſancti Franciſci. At teſtatur Marianus, ſe habuiſſe in manibus capitium quod geſtabat, ejuſdem omnino coloris & formæ cum eo, quod Fratres Minores ſolent portare, & ſe locutum fuiſſe cum aliquibus, qui ejus translationi interfuerunt, qui teſtati ſunt veſtes fuiſſe griſeas, quamvis diuturnitate temporis attritas, vel conſumptas; & ſuo adhuc tempore communem famam in illo Caſtro fuiſſe illum Franciſcano ſe addixiſſe Inſtituto. Peculiare hoc refert prædictus Gianius, Illuſtrem Principem Franciſcum Balleonum cogitaſſe ſanctum corpus Peruſium transferre: ſed mulum, cui impoſitum erat ſacrum pignus, & agaſonem tota nocte incedentes, illuceſcente die prope Xenodochium appáruiſſe, cum veredarius putaret ſe eſſe prope mœnia Peruſina; & ſanctum corpus eodem in tumulo, eodem in loco, eodemque modo, quo diu jacuerat, fuiſſe repertum. Quare non ſunt auſi amplius illud contingere.

Ferrar. in catal.

Contendunt aliqui fuiſſe Ordinis Servorum. *Gian. cent. 3. lib. 2. c.17.*

IV. Ejuſdem Inſtituti obiit hoc anno Kalendis Junii, in Civitate Ducali Urbini venerabilis Dei ſervus Pilingottus, patre natus mercatore, pinguis facultatis. Ab infantia Chriſtum gerebat in pectore, mundi aſpernatus delicias, & puerilia fugiens oblectamenta. Igniculus divini amoris, qui vigebat in corde, ad majora juvenculum perurgens, ita perfecte ejus animam diſponebat ad Dei voluntatem in omnibus ſequendam, ut quaſi cera liqueſcens, ſolum divinum nutum expectaret, ut quam vellet formam, imprimeret. A patre duodennis addictus officinæ mercatoriæ graviter ferebat ſe circa mundana diſtrahi, & applicari rebus caducis mundi, quas reputabat ut ſtercora, neque tam curabat advenientibus venales pannos exponere, quam ſalutaria exhibere conſilia; Itaut Apotheca pannorum, facta ſit ſchola virtutis. Valde diſplicuit patri videre filium a ſua arte alienum, cœpitque retrahere eum a rebus ſpiritualibus, quibus videbatur totus immerſus. Ille vero bonorum omnium Auctori ſe ex corde commendans, obtinuit ne patris ultra procederent obſtacula. Cordis & corporis munditiam deinde cœpit magno ſtudio conſervare, nihilque per totam vitam contra ſanctam ad-

Marcus citat. c. 26.
Marian. in append. lib.4.
Legen. M. S.
B. Pilingotti, virtutes.

A mundanis animum abducit.

admiſit caſtitatem . Religioſum colebat ſilentium , divinum recitabat officium , orationi , quam verum animæ cibum vocabat , inceſſanter vacabat , & Eccleſias omnes ſuæ urbis frequenter inviſebat magna eum reverentia ; tamquam ſacrata Dei domicilia . Cum vero ex frequenti oratione deſiderii cœleſtis in eo flamma ſuccreſceret , & pro amore patriæ cœleſtis omnia vileſcerent , cœpit tanta Chriſti abundare dulcedine , ut ſolum hunc ſemper ſitiret .

V. Incœpta quadrageſima in jejunio & contemplatione , dum ad Dominicam Paſſionis pervenit , tanto ipſum Spiritus ſanctus ardore inflammaverat , ut veluti ebrius ſpiritu humana contemnens & ad divina aſpirans , cinereo ſuperinducto ſacco , fune ad collum alligato , ad matricem Eccleſiam perrexerit , & ante Virginis Mariæ altare genuflexus ſe incuſaverit , quod ſummum bonum tarde cognoverit , & tepide dilexerit . Deinde Virginis implorans auxilium , magna deinceps ſtatuit ſecum in Dei obſequium peragere . Dum in hac meditatione perſiſteret , tanta fuit illius anima divini amoris dulcedine repleta , ut per octo horas ibi permanſerit immobilis , & abſtractus , videretur que in cœleſtibus habitare . Acceſſerunt plurimi utriuſque ſexus ſpectatum hominem tot horis divinis contemplationibus immerſum : venerunt & parentes domum reducturi : plurima ei dicebant , & manus apponebant ut e loco ſurgeret , & in ſemet rediret ; neque quidquam proficiebant , anima dulciter ſuo conjuncta creatori . Tamdem in ſe reverſus , parentibus inquit : *Nolite mihi moleſti eſſe de cetero , jam enim inveni theſaurum hucuſque mihi abſconditum , quem , venditis omnibus , cupio acquirere , & acquiſitum diligenter conſervare : inveni quem diligit anima mea Dominum , qui eſt pretioſior omni lapide , pulchrior omni luce , ſuavior omni odore , dulcior omni ſapore , melior omni theſauro , & excelſior omni virtute .* Videns pater aliter ſe non poſſe eum domum revocare , firmiter promiſit , nullatenus ſe illum applicaturum mundi negotiis , & de facultatibus ſuis ei liberaliter daturum , quæ in Chriſti pauperes poſſet erogare . Profunde rapitur ad divina contemplanda .

VI. Hac admiſſa conditione , abiit cum progenitoribus domum , in qua ſolitarius ſedens levavit ſe ſupra ſe , humanum exoſus conſortium , ſoli Deo vivere , & placere cupiebat . Dum ad Miſſarum ſolemnia pergebat , mente in cœlum , oculis in terram defixis , feſtinanter incedebat , ne humano colloquio , aut vano quovis aſpectu ſpiritus teperet . Alloqui volentibus frequenter reſponſum non dabat ; & ut amicorum importune adventantium moleſtias fugeret , deſiderabat in eremum ſecedere . Vetuere hoc parentes , quibus ille erat obſequentiſſimus ; quare ſub propriis ædibus ſtatuit vitam ſequi Pœnitentum Tertii Ordinis ſancti Franciſci , & in omni humilitate & virtute Deo deſervire . Frequenti diſciplina & cilicio carnem edomabat , aliquando ſe virgis & flexibilibus arborum virgultis per totum corpus ita flagellans , ut ſanguinolenta caro fortiter contuſa , nihil auderet per plures dies contra ſpiritum moliri . Aqua & pane ter in hebdomada contentus , aliis diebus ſi quid obſonii admittebat , cineris vel aquæ admixtione reddebat inſipidum . Si quid ſibi ex appoſitis cibis abſtrahebat , ſtatim ipſe deferebat pauperibus , dicens , illud in tempore famis reddendum cum fœnore . Valde compatiebatur egenis , & quorum ſublevare non poterat miſerias aſſidebat eis , & dulci ſolabatur eloquio . Mollitiem fugiebat veſtimentorum , ſaccina & ſegmentitia indutus , humi cubabat , illud

Eremi fervor deſiderio .

Suſcipit tertium S. Fran. inſtitutum .

Rigide corpus caſtigat .

dumtaxat temporis ſomno indulgens, quod naturæ ſubtrahere non poterat, intempeſtiva nocte ſurgens ad orationem.

Cupit contemni. VII. Magnam de ſe conceptam ſentiens in populo opinionem, valde dolebat, cepitque excogitare qualiter illam averteret. Statuit ſecum fatui perſonam induere, & die quodam veneris contemplans Chriſti paſſionem, ſummo mane tempore intenſiſſimi frigoris abiit ad publicum forum, ubi ſe catenis ligavit ad columnam in loco, quo ſolent malefactores & fures ad publicum ſpectaculum exponi. Hic per integras ſtetit horas, donec præ frigore pene exanimem parentes domum retulerunt. Matrem babebat valde infirmam, cui diu noctuque in omni humilitate, & caritate ſerviebat, quaſi ſervus emptitius, propriis manibus omnia peragens obſequia. Spiritualibus obſequiis valde delectabatur, quibus dum accendebatur, ſtatim prorumpebat in Dei laudem, & verba intrinſecos animi motus ſignificantia. Dum ſemel cum viris piis manducaret, & menſa ſpirituali, potius quam corporsli cibo condiretur, & de rebus cœleſtibus jugiter tractaretur, Vir Dei tanto fervore meruit repleri, ut in vehementes proruperit voces dicendo: *Hic eſt, hic eſt Chriſtus*.

Spiritu mirifice fervet.

VIII. Sic autem ipſius anima per orationis frequentiam,& paſſionum tolerantiam Chriſto ſuo redemptori erat unita, ut jam Spiritu ſancto edoctus futura in viſione cognoſcens, frequenter ipſa clare prædiceret. Admonitus in Eccleſia ſancti Franciſci, multos piis ejus operibus detraxiſſe, murmurantes quod humanam auram ſectaretur, paulifper hærens oculis in altum erectis, quaſi divinum expectaret reſponſum, inquit: *Vere, fratres, tempus veniet, quando cunctis innoteſcet ex operibus, utrum Dei Filii legitimi ſimus, an ſpurii*: his verbis veluti inſinuans, quod Deus poſt mortem ejus eſſet facturus. Fratrem habuit carnis operibus adeo addictum, ut cum ſcandalo totius urbis tamquam ſus lota in volutabro, laqueis peccatorum quotidie ſe irretiret, & abſque diſcrimine mulieribus ſe commiſceret. Quidam deſperatum juvenis ſtatum deplorabant, quibus ille hilari facie reſpondit: *Nolite timere; per Dei gratiam vitam emendabit in meliorem, & ad Deum vere convertetur*. Quod paulo poſt verum eſſe laudabilis adoleſcentis converſio comprabavit. Alteri fratri germano ſecretum ſcrupulum, quo valde anxiebatur,& nulli mortalium propalavit, Dei ſervus detexit, & præſens remedium adhibuit.

Multa prædicit.

IX. Quamvis his & aliis virtutibus fulgeret, nihil tamen magis curabat quam eaſdem ab hominum oculis abſcondere, & apud omnes deſpectui haberi. Attamen, quo magis ille ſe demittebat, eo magis ſervum ſuum Dominus magnificabat, juxta Evangelicum eloquium: *Qui ſe humiliat exaltabitur*. Romam venientem ad lucrandas ſacras Indulgentias anno Jubilæi a Bonifacio VIII. promulgati, in itinere obviam factum qnibuſdam, qui numquam hominem antea viderunt, indicavit unus reliquis ſuæ peregrinationis ſociis: *hic eſt ille Vir ſanctus Urbinas*. Quod dum ille audivit, alio vultum convertit, & flevit amare. In Urbem ut pervenit, quædam matrona nobilis per ſuas ædes tranſeuntem compulit, ut apud ſe remaneret cum ſociis, & tamquam ſibi valde familiarem, vel a multis annis cognitum amice & perumaniter tractavit. Cui cum magna reverentia dixit, a quadraginta & pluribus annis hominum nullum ſub tectum ſuum admiſiſſe, nec hoſpitio donaſſe; ad illius vero conſpectum & alloquium tanta lætitia animam ſuam fuiſſe perfuſam, ut aliquid

Honores fugiebat.

Matth.23.12.

Sed a Deo multipliciter honoratur.

quid cœleſte in eo latere omnino ſibi perſuaſerit . Non potuit Dei ſervus hæc audire abſque rubore , & vanæ gloriæ timore , quare ſecreto a piis ædibus dilapſus , abiit ad Vaticanum , ubi dum Pontificis benignitate eleemoſyna diſtribueretur pauperibus & peregrinis , hic cum ceteris ſedit , aliquid recepturus . Diſpenſator aliquid ſingulare in homine conſpicatus , juſſit ut honeſtius ſeparatim reficeretur , qui ultra communem ſortem peculiarem præferebat venerationem . Alias panem & aquam dum manducaret , pia quædam fœmina voluit ex devotione aquam ex ejus cipho delibare : ſed ſenſit mox vinum optimum , quam ille ex vicino fonte paulo ante frigidam deſumpſit . Quod dum illa inſinuaret , rogavit hic , ut taceret , neque cuipiam diceret , dum ipſe viveret . Non tamen potuit illa hoc celare , quin omnibus propalaret , atque ita per hujuſmodi facta ſervus Dei glorioſus evaſit invitus . Nihil magis fugiebat , quam laudes humanas , inter quas , uti de ſe refert Auguſtinus , tremebat , & tamen ab omnibus laudabatur , ille ſe abſcondebat , ſed ab aliis manifeſtabatur ; inglorius eſſe cupiebat , ſed vel inde glorioſus evaſit . Familiare eſt hoc ſervis Dei : *gloriam fugiendo , gloriam mereri , quæ virtutem quaſi umbram ſequitur , & appetitores ſui fugiens , appetit contemptores .*

Aug. ſerm. 5. de verb. Dom.

Hieronym. in vita D. Paulæ.

X. Tamdem ad cœleſtia ſuſpirans , & terrena faſtidiens , petivit animæ ſuæ , ut moreretur . Preces ſui ſervi Dominus exaudivit , immiſſa gravi infirmitate , qua dum per aliquot dies laboraret , amiſſa loquela, ad extremum vitæ terminum pervenit . Sed dum circumſtantes Dei gratiam & dignationem erga ſuos ſervos commendarent , & Dei magnalia , quibus hunc pium Virum mirificavit devote connumerarent , reſumpta loquela, vehementi ſpiritu in Dei laudes prorupit . Paulo poſt , dum e corporis ergaſtulo puriſſima anima egredi vellet , avis quædam miræ pulchritudinis & velut nix candida circa ejus faciem continuo avolabat , quantumvis eam abigere vel capere conarentur circumſtantes : crediderunt itaque vere ſub illa volucris ſpecie adſtitiſſe Angelum cuſtodem , ſanctam animam ex corpore exeuntem excepturum . Maligni autem ſpiritus agonizantem perturbare non deſtiterunt , quibus ille ſæpius reſpondebat : *Ut quid mihi hæc objicitis ? quæ nec patravi , nec iis , vobis etiam importune ſuggerentibus , ullatenus conſenſi .* Tamdem illis devictis & confuſis , alta voce dixit : *Amodo jam ſecuri eamus* . Interrogavit unus de circumſtantibus : *Quo vis bone pater abire* ? Cui ille reſpondit : *Per Dei gratiam , ad gloriam paradiſi .* Quibus dictis , pulchra facta eſt facies ejus , & membra omnia , nullo componente , per ſeipſa ordinate diſpoſita ſunt : deinde placide ſubſidens , ſanctum emiſit ſpiritum .

Sanctiſſime moritur.

XI. Paulo ante rogavit , ut corpus ſuum ſepeliretur in Eccleſia ſancti Franciſci , quia ab illo in morte noluit ſeparari , quem in vita diligenter ſtuduit imitari . Concurrente itaque univerſo populo , & clero , funus ſummo cum honore curatum eſt , ſed data ſepultura in communi cœmiterio . Tot vero & tanta hic patravit miracula , concurrentibus popolis ad ejus ſepulcrum , ut hinc elevatum ſanctum pignus tranſtulerint Fratres ſolemniſſime cum hymnis & canticis ad altare novum in hunc finem conſtructum , ubi aſſiduis fulget miraculis ; nam cœcis , ſurdis , mutis , claudis , hydropicis , & paraliticis ſalutem , naufragis portum , & captivis libertatem frequenter ſolet elargiri . De eo ſcripſerunt Marian. Florentinus , Marcus Ulyſſipponen. Auctor Anonymus M. SS. & cives Urbinates aliam mihi miſerunt vitam longiorem vetuſto cha-

Sepelitur in cœmeterio S. Franciſci.

Marian. citat. Legen. M. SS. Rodulf. fol. 128.

charactere ſcriptam, incerto auctore, additis multis & variis miraculis.

Marc. 2. p. lib. 6. c. 26.
An. 1280. n. 2.
Moritur beatus Raynerius Aretinus.
Multa patrat miracula.

XII. Moritur etiam hoc anno ſummo mane feſti Omnium Sanctorum beatus Raynerius Aretinus frater laicus, ſocius beati Benedicti Aretini, de quo ſupra egimus, ſepultus ad Burgum ſancti Sepulcri. In ipſo tirocinio propoſuit ſibi Chriſti vitam, quoad homini licuit imitandam, perfecte deinceps ſectatus ejus humilitatem, paupertatem, obedientiam, & patientiam. Vir ſanctiſſimus evaſit & patrator plurimorum miraculorum, quorum aliqua excerpta, examinata, & approbata per dominum Orlandinum de Burgo Judicem, conſcripta fideliter per Cortonutium Bentevegnie de Peruſio Notarium, ad hoc per dicti Burgi Rectorem nobilem virum Gerardum Domini Rubei de ſancto Miniato deſignatos; hic breviter ſubjungam. Salvutius de Regno & comitatu Caſtelli ex alta cadens arbore, confractis renibus, per ſèx menſes contractus, & adeo curvus baculi auxilio incedebat, ut caput inclinaret ad genua, ſed ad cadaver ſancti Viri adhuc inſepultum II. die Novemb. orans, & manus ejus contrectans, repente concupitam obtinuit ſanitatem, recto corpore exiliens & laudans Deum. Similiter accidit IV. die Novemb. Claræ Pulienſi adoleſcentulæ per quinque annos ex renium confractione valde incurvatæ. Alter Barfutius nomine, quinque annos habens in continua infirmitate, ſenſibus privatus delatus eſt ad Raynerii ſepulcrum III. die Novemb. & ſubito convaluit a ſenſuum torpore & infirmitate. Eodem die mulier, Femenutia appellata, a longo tempore aridam manum habens, juxta ſepulcrum prædictum repente ſanata eſt. Ciſcus Joannelli de Latignano cruris dolore vexatus, abſque baculorum adminiculo ambulare non poterat, donec in eodem loco orans, a malo mirabiliter convaluit. Gandiana de Maſſa Tribaria a manus contractæ dolore ad loculi, in quo conditum eſt corpus, contactum liberata eſt. Idem accepit beneficium Joannes Pauli a longo tempore dextram habens manum contractam. Domina Ricca Philippi de comitatu Caſtelli filia a dœmone, a quo per XII. annos vexabatur: domina Vana de Chiaſiay ſeptem annis obſeſſa: Omedeus Boni, ab intenſiſſimis inteſtinorum doloribus liberati ſunt. Vicia filia Joannis Angeli de Curia Campſi per ſex menſes cœca; & ſimiliter ejuſdem ſoror Clara oculos dolens, Omedeus Bentiſſegne de Largine per XX. annos oculo dextro cœcus, voto emiſſo, ad ſervi Dei ſepulcrum perfectum viſum receperunt decimo die Novembris. Eodem die Amatutia pede contracta, & domina Decca de monte Jovis, comitatus Aretii paralitica, necnon aliæ tres mulieres a diverſis doloribus ſanantur. Vanes puer, domina Illuminata de Mercatello, Guido Magaloti de Caſtello, & Deodata de Caſtello, a diverſis infirmitatibus curantur. Talliaſerrus de Soldanis civis Florentinus cum aliis LXXXIX. viris Florentiæ fortiſſimo carceri mancipatus, emiſit votum de viſitando ſepulcro, & ſtatim ceciderunt compedes de pedibus ejus, & ſocii ſe Viro ſancto commendantes, rupto muro, ſecure abierunt. Dinus puer quadriennis filius domini Bonajunctæ Militis, & Legum Doctoris de civitate Caſtelli, vita deſperata, jam derelictus a medicis, emiſſo a parentibus voto, ab omni infirmitate convaluit. Similiter bis evenit cuidam Raynerio ejuſdem civitatis, matre votum vovente beato Raynerio. Domina Viola uxor Andreæ de Burgo per tres dies inſantulum mortuum in ventre geſtatum cum magno dolore, enixe invocare cœpit beatum Raynerium, cujus meritis fœtus oſcitare, deinde vagire cœpit, mox integram aſſequi ſalutem. Ad eumdem ferme modum

dum ſuceſſit Venturellæ de Caſtro Calcenæ. Quinquaginta novem habentur ejuſdem miracula publico inſtrumento ſignata & tranſcripta in quodam libro, qui cuſtoditur prope venerandas ejus reliquias, quæ brevitatis cauſa relinquo. Ejus corpus ſerico indutum habitu, integrum & incorruptum oſtenditur in Conventu Burgi ſancti ſepulcri ſub ara majori.

Capitulum generale 14.
Eligitur in Miniſtrum generalem frater Gondiſal. Balboa.

XIII. Hoc anno in feſto Pentecoſtes celebratum eſt Aſſiſii Capitulum Generale trigeſimum quartum, præſidente Cardinale Joanne de Muro, Ordinis Vicario. Electus eſt in Miniſtrum Generalem frater Gondiſalvus de Valle-bona, vulgo Balbo a Gallæcus, uti aliqui volunt, Luſitanus vero Ulyſſiponenſis apud Willotum, provinciæ ſancti Jacobi alumnus, ſed provinciæ Caſtellæ Miniſter, vir probus & doctus, ſacræ Theologiæ Magiſter. Hic ſtatuta & ordinationes ſuorum prædeceſſorum, præſertim quæ ad regulæ & paupertatis obſervantiam tendebant, confirmavit. Stricte etiam præcepit ut vineæ, ex quibus vinum colligebatur in uſum Fratrum, vel ut venderetur, omnino demolirentur, vel alienarentur. Ad preces quorumdam Miniſtrorum ſtatuit ut magna cum circumſpectione & reſtrictione mitterentur Fratres ad ſtudia generalia, quia Conventus erant nimium gravati. Denum juſſit ut in ſingulis provinciis ſuffragia & collectæ fierent pro fratre Jacobo filio & hærede Regis Majoricarum, nuper defuncto. De hujus Jacobi in Ordinem ingreſſu nos ſuperius præfati ſumus, cumque ſancte in eodem vixiſſe, & verbo ac vitæ exemplo multum profeciſſe, ſcribit Rodulphus. Hujus etiam meminerunt Chronica antiqua Ordinis, Bartholomæus Piſanus, Jacobus Oddo Peruſinus, Hieronymus Zurita, Hieronymus Platus, & Sereniſſima ejuſdem ſoror Sancia regina, in litteris datis ad Capitulum generale ſub anno MCCCXXXIV. ſub quo nos eaſdem tranſcribemus. Hujus Jacobi nepotem Regis Belearium filium paulo poſt in Ordinem receptum Neapoli, & in eo ſancte vixiſſe, ſcribit ex Piſano Marianus. Receptus eſt etiam in hoc Capitulo ad habitum & Ordinis inſtituta frater Alvarus Pelagius J. U. Doctor celeberrimus Hiſpanus, Compoſtellanæ Diœceſis Clericus, ab inſigni illo opere de Planctu Eccleſiæ notiſſimus. Ita enim ipſe aperte inſinuat dum ab hoc Miniſtro Generali Gondiſalvo in civitate Aſſiſii, ſe initiatum ſcribit; ad quam ex fama Capituli generalis, in quo novitii potiſſimum recipi ſolent, credibile eſt Bononia veniſſe, ubi ſub celeberrimo Archidiacono Juriſprudentiam diſcebat.

Fr. Jacob. Regis Majoricarũ filius moritur.
An. 1299. n. 9.
Rodul. fol. 211.
Chron antiq. ſub General. Gondiſalvo.
Piſan. confor. 8.
Oddo in ſpeculo cap. 11.
Zurita tom. 2. lib. 6. c. 17.
Platus lib. 2. de bono ſtatus relig. c. 26.
Ejus nepos fit Minorita.
Ex reg. Vat. Boniſac. VIII. an. 2. n. 90.
Alvar. lib. 2. c. 31.

XIV. Expleto Capitulo, abiit novus Generalis Miniſter Peruſium, rationem redditurus omnium, quæ in comitiis peracta erant, ſummo Pontifici Benedicto XI. qui tunc ibi commorabatur. Ratam & gratam habuit Pontifex optimi viri electionem; & ſi quæ erant regimini neceſſaria, liberaliter conceſſit. Illud vero præcipuum indulſit, ut de ſancti Franciſci Stigmatibus officium fieret Eccleſiaſticum ſub ritu duplici, & anniverſaria colerentur ſolemnitate. Hanc neſcio quomodo lapſam in Martyrologio Romano, ad diem XVII. recenſeri Sixtus V. mandavit, & Paulus V. anno MDCXV. die XXVIII. Auguſti, ex magno in ſanctum Franciſcum affectu feſtum extendit ad univerſos Chriſti fideles. Propter varios caſus, dubiamque interpretationem illorum verborum, quæ habentur in Regula circa ingreſſum in Monaſteria Monialium: *Et ne ingrediantur Monaſteria Monacharum præter illos, quibus a Sede Apoſtolica conceſſa eſt licentia ſpecialis*; petiit Primicerius explicari, vel adnumerari caſus & cauſas, propter quæ poſſunt Fratres ad prædictas ædes accedere,

Inſtituitur Feſtũ Stigmatum ſancti Franciſci.
Baron. in notis ad 17. Septemb.
Mar. t. p. l. 2. c. 59.
Regula c. 2.

Quando liceat Fratribus clauſuram ingredi Monialium.

re, & ad interiora tranſire. Annuit Pontifex, & caſus expreſſit, quos per ſuas litteras ad ſingulos Miniſtros directas Generalis mox intimavit; quotidie etenim variæ offerebantur ubique controverſiæ circa hunc ingreſſum, dum Pontificii legati viri Principes, quibus per Pontificium diploma patebat acceſſus, volebant ut Fratres eos intra clauſuram comitarentur. Exemplar litterarum ad Provincialem Etruriæ datarum, hic ſubjungo.

In Chriſto ſibi cariſſimo fratri Antonio Miniſtro Provinciali Tuſciæ, frater Gandiſalvus Ordinis Minorum Generalis Miniſter & ſervus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

XV. *Quia interdum oportet & expedit Fratres mitti ad Monaſteria, quæ non ſunt Ordinis ſanctæ Claræ; habita ſuper hoc ſpeciali commiſſione a ſummo Pontifice Domino Benedicto Papa XI. oraculo vivæ vocis, concedo tenore præſentium, quod ad ipſa Monaſteria tu ipſe accedere, & Fratres mittere valeas pro quibuslibet emergentibus piis cauſis: proviſo quod abſque multum rationabili cauſa acceſſus hujuſmodi arctius evitetur. Intrare vero ad Monaſteriorum ipſorum interiora poſſitis, tam tu, quam Fratres illi, quibus pro ſua maturitate & idoneitate duxeris committendum in caſibus infraſcriptis, videlicet: Quando communis proceſſio fiet cleri & populi; cauſa funeris, vel prædicationis; Cauſa ſociandi aliquas perſonas nobiles, utpote Epiſcopos, Archiepiſcopos, Duces, Marchiones dumtaxat & Comites, ac uxores eorum, & liberos eorumdem, Fratrum ſocietates tunc temporis requirentes. Ita quod ſicut cum intrantibus intrent, ita cum exeuntibus, exeant; nec ibi exiſtentes ab invicem ſeparentur. Pro confeſſione quoque audienda alicujus Monialis tam graviter infirmantis, quod ad exteriora exire nequeat, poterit ſecundum ſuam diſpoſitionem cum uno, vel duobus Fratribus aliquis diſcretus Confeſſor intrare, in loco ſcilicet tam patenti, quod & Confeſſor, & confitens, & ſocius, vel ſocii poſſint ſemper libere, & mutuo ſe videre, tribus vel quatuor perſonis aliis ibidem exiſtentibus, donec confeſſio terminetur. Sanarum vero & earum Monialium, quæ ad exteriora exire poterunt, confeſsiones, ſi quando talis caſus acciderit, exterius in loco patenti ſolummodo audiantur, ſervato in hujuſmodi caſu, tam de licentia, quam de mutua viſione confeſsionis & ſocii, ſtatuto Capituli generalis. Vale in Domino, & ora pro me. Data in loco ſacro Alverniæ* VII. *Kal. Auguſti anno Domini* MCCCIV.

Marian. lib. 3. c. 15.

Cauſa largius ſcribendi Scoti vitam.

XVI. Sub hoc anno hujus Miniſtri Generalis litteras datas ad Guardianum Pariſienſem invenio, quibus a ſe valde commendatum Joannem Scotum cognomento Duns, ſive de Dunis, uti habet Marianus, in ſacra Theologia laureari conceſſit. Non itaque immerito præcipua ejus acta hic recenſeamus, cetera & mortem ad ſequentes annos remiſſuri. Illa breviori compendio delibare placeret, niſi eadem probris & dicteriis quidam liberioris, quam par erat, calami obſcuraſſent. Quibus eo animi candore occurrendum duxi, ut illis inoffenſis, ſuus Scoto maneat honos; & abſque calumniis calumniæ refellantur: neque enim illorum vituperio, ſed hujus laudi ſtudeo, cujus vitam ſincere ſcribendam, non æmulorum ulcera acerbius fricanda in animum induxi. Tanti viri decor ab aliorum dedecore non pendet, neque illorum ignominia ingeniorum Phœnici quidquam advehit excellentiæ. Scotus ſupra omnem

nem invidiam eſt; emulatoriæ mentes uti invidere poſſunt, ſed nocere
non poſſunt: ita fulgentiſſimo ſyderi nubes opponuntur, ſed non impo-
nuntur; & dum diſcutiuntur, ingenitæ luci nihil accedit claritatis. Sol
aliquando laborat, ſed ſub ipſo nitet labore, ſemper idem ſive conſti-
pentur aeris paſſiones, ſive diſſipentur. Qualis itaque fuerit Scotus,
fulgentiſſimum ſapientiæ & pietatis jubar, non qualem eum quidam eſ-
formant, ſeu deformant, ſerio deſcribam; & quidquid alii in quæſtio-
nem vocarunt, abſque quæſtionum contentione vel clarius diſſolvam,
vel tamquam probabilius exponam. Patria, ætas, mors, hæc plus cete-
ris incerta; neque in his nos quidquam plus certi ſtatuemus, quam quod
ratio, ſive auctoritas ingenuis viris velit eſſe perſuaſum.

XVII. De patria certant Hiberni, Angli, Scoti; tanti namque viri
gloria deſiderium excitat, ut unaquæque ex his provinciis civem aſſerat
Scoti patria quæ?
ſuum; non aliter quam Græciæ urbes olim pro Homeri natalitiis acriter
pugnarint, uti teſtatur Cicero pro Arch. *Homerum*, inquit, *Colophonii*
civem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæ
Cicero.
vero ſuum eſſe confirmant; itaque etiam delubrum ejus in oppido dedicave-
runt: multi alii præterea pugnant inter ſe atque contendunt. Alias enu-
Antipater.
merant urbes Antipater, Actius ſincerus, Sanazarius in ſuis Epigramma-
Sanazar lib. epigram.
tibus, & Plutarchus in Homeri vita. At pro Scoto ſibi vendicando non
Plutar.
oppida ſed regna, non urbes, ſed integræ decertant Provinciæ. Stu-
dium laudo, gloriam non invideo, nulli genti quod ſuum eſt, detractum
velim; neque me æque quis condemnabit, ſi aliis non adjudicaverim,
quod meum eſſe multi proclamant. Domeſticos teſtes miſſos facio; cau-
ſam enim agunt ſuam, Cavellum, Connæum, & ſi quos alios noſtrates;
externos convoco, ex adverſa claſſe produco Anglos, qui cauſæ cedant
ſuæ, Scotos a judicio repellant, & Scotum Hibernis adſcribant. In
Chronicis Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Anglico idiomate editis fol. 487.
Non eſſe Scotum dicunt plures.
in initio catalogi Scriptorum Scotiæ, ita inquit Chronologus: *Antequam*
hujus quod tractaturus ſum, diſcuſſionem aggrediar, oportet (non ut quid-
quam detraham gloriæ Nationis Scotiæ) dicere quid cenſeam, de quibuſ-
dam Scriptoribus Scotis, pro talibus habitis per multos Scotorum hiſtoricos,
qui obſervantes multos eruditos Scriptores vocari Scotos, omnes transferunt
in ſuam Scotiam; ſed in ea mihi videntur nimis avari, aliis auferentes,
quod ipſis jure debetur: quia (ut vere ſuppono) multi eorum qui Scoti vo-
cantur, in Hibernia ſunt nati; nam (ſi me non fallit memoria) uſque ad
recentia tempora, paulo ante conqueſtum, Hiberni vocabantur Scoti; &
hinc eſt, quod Scoti & Hiberni Duns (doctorem ſubtilem intelligit) Co-
lumbanum, & alios utrique ſuos eſſe contendunt; aliis aſſerentibus eos in
Scotia natos, aliis Hibernos eſſe affirmantibus, & Scotos reprehendentibus,
quod eos ſibi prætenderent. Nam licet Scoti ex Hibernia venerint, & Hi-
berni Scoti dicti fuerint, rationi diſſonum eſt vocare Scotum in Hibernia na-
tum nomine Scoti in Scotia nati, ut faciunt nonnulli Scriptores ſub am-
phibologico nomine Scoti. Deſcriptionem Hiberniæ olim a Richardo Stani-
Staniburſt.
burſto, Anglo genere, etſi in Hibernia orto, profeſſore publico in Academia
Oxonienſi, concinnatam, Anglice edidit cum iconibus Raphael Holinshed
Eliſabethæ Reginæ Chronographus; in qua ita habetur: Nomen Scotia
non ita pridem ſumi cepit pro illa Britanniæ parte, quæ modo Scotia, Hi-
bernis Albania, dicitur. Varii antiqui Hiberni Scriptores putantur in Sco-
tia, id eſt Albania nati, quorum tamen natale ſolum vere Hibernia eſt.
Famoſus ille Magiſter Joannes Duns Scotus, alias Doctor ſubtilis a ſubtili-

bus quidditatibus in ſcholaſticis controverſiis, ſic nominatus, in Hibernia natus eſt, pro Scoto tamen habetur. Aliqui putant natum in oppido Tathmon non procul a Wexfordia; ſed alii verius natum aſſerunt in Dun, pervetuſta civitate in Boreali Hiberniæ parte ſita, indeque autumant cognominatum Duns. Ita Annales Anglici; atque illi in Anglia vernaculo ſermone conſcripti judicant de Scoto ut Hibernis, non Anglis, neque Scotis debeat adjudicari.

Vernul. Hibernus adjudicatur.

XVIII. Tertium addo teſtem Belgam, is eſt ornatiſſimus vir Nicolaus Vernuleus, celeberrimus Lovanii eloquentiæ Profeſſor, qui in Panegyrico æternæ memoriæ & famæ Scoti dicato, dum eum Anglis & Scotis negat, Hibernis aperte aſſerit ſub his verbis: *Tuus vero eſt o Hibernia, tuus ille Scotus, quem tibi celeberrima, ac pervetuſta urbs Dun, tamquam æternæ gloriæ pignus quoddam, & ingeniorum omnium miraculum genuit.* Quartum do Italum Paulum Amalthæum, qui circa annum MCCCCXC. in Epigrammate, quo laudat commentarios Scoti in Metaphyſicam Ariſtotelis, per Mauritium de portu Hibernum Archiepiſcopum Tuamenſem caſtigatos, ita canit.

Amal.

Aſſertor meus eſt, præſentis gloria ſæcli,
Mauritius conſors ingenii, & patriæ.

Conterraneos ſeu ejuſdem patriæ conſortes Scotum facit & Mauritium; quod & ipſe prædicat Mauritius in Epiſtola operis nuncupatoria: *Quantum*, inquit, *rem Chriſtianam juverit Joannes Scotus, conterraneus meus.* Neque ſolum ejuſdem regni, ſed & regionis, ſeu populi vult cum eodem conſortium, paulo namque inferius ſubjungit: *Ego non quia melius quam ceteri id præſtare poſſum, ſed officium potius & pietatem ſequutus, cum nuper in hæc Scoti popularis mei monumenta incidiſſem &c.*) Populum autem vel locum nativum Mauritii Portum eſſe a quo cognominatur de Portu, a Duno verſus Adriam duabus vel tribus leucis diſtantem, autumat Cavellus, vir doctus illius regionis. Littus ſane multis viculis conſitum ſcribit Camdenus: Dunumque in extremi Promontorii Lecaliæ Iſthmo vetuſtæ memoriæ oppidum, mox Sedem Epiſcopalem, ſanctorum Patritii, Columbani, & Brigidæ tumulo nominatiſſimum floruiſſe. Sed Portum hunc Mauritii verius, alii in Momoniæ provincia conſtituunt. His adjungo ex eadem Metaphyſica non leve argumentum, ipſis Scoti verbis conceptum; nam ut explicaret mentem Philoſophi dicentis in definitione accidentis copulati ponendum eſſe neceſſario determinatum ſubjectum; ſubdit iſtud exemplum: *Sicut*, inquit, *in definitione ſancti Franciſci vel ſancti Patritii ponitur neceſſario homo.* Occurrerunt enim ex affectu mentis Religionis & Nationis patroni, Franciſcus inſtituti, & Patritius regni: ita namque in conſuetudinem abiit, ut quos ferventer amamus, facilius ſermone compellemus, & quos corde fovemus, exprimamus affectu.

Cavel. in vita Scoti c. 1. Camden. in Comitatu Dunenſi.

XIX. His adnecte traditionem populi Dunenſis, indigne ferentis, ſi quis ſibi perſuaderi permittat contrarium. Adde etiam conſpirationem totius regni, & innatam univerſis Hibernis ad Scoti dogmata propenſionem: neque enim Franciſcanis dumtaxat, & profeſſis doctrinæ aſſeclis, verum & omnis inſtituti viris (ſolos illos excipias, qui jurarunt in Divi Thomæ doctrinam) inditum hunc Scoticæ ſubtilitatis conſpicies affectum, & deſiderium ingens præferendi gentilis ſui dogmata quibuſcumque doctrinis externis. Demum coronidis loco eam produco rationem,

Unde dict. Duns.

con-

convenire patriæ, quam præſcribimus cognomen Duns, & agnomen Scoti, ut illud a civitate, vel oppido nativo, hoc a regno vel familia deducatur. A Duno Duns contracte pro Dunſius, vel Dunſenſis, à regno quod etiam Scotiæ nomine, uti & Hiberniæ non ſolum per priora ſecula, uti multi Viri docti pluſquam aperte, productis manifeſtis teſtimoniis & optimis monumentis demonſtrant; verum & hac ipſa Scoti ætate audiviſſe ultro liquet ex Provinciarum partitione a ſancto Bonaventura præſcripta, quam ſupra ex vetuſtis MSS. Ordinis monumentis in gratiam antiquitatis & primarum Provinciarum notitiam produximus in lucem. Etenim vigeſima ſexta ita inſcribitur: *Provincia Hiberniæ ſive Scotiæ* cum tamen Monaſteria regni, quod nunc Scotiæ nomine inſignitur, coaluerint ob ſuam paucitatem ſub Provincia Angliæ, & Cuſtodia Novicaſtri; ſi tamen ita eſt, quod ſub illa Bonaventuræ partitione aliquem habuerint tunc Scoti Conventum: nam ſi verum eſt, quod ſcribunt Thomas Demſterus, & ex eo Matthæus Ferchius Veglia: *Monaſterium Dunfriſii omnium Scoticorum*, inquit Demſterus, *primum*, *nonniſi anno* MCCLXII. *Alano Devorgillæ conditum*, *ſub illa diviſione facta anno* MCCLX. *nullum erat Monaſterium Minorum in Scotia*: *atque ita nulla facta eſt inter Provincias*, *neque inter cuſtodias Scotiæ Albionum memoria*; *ſed Hiberniæ Provincia ſub utroque nomine & Scotiæ & Hiberniæ recenſita eſt*. Atque vel hoc ſane teſtimonio mihi magis probatur, quod Gerardus Mahu Ordinis ſancti Benedicti ſcripſit in vita ſancti Stidani die XXXI. Auguſti, & in additionibus ad eamdem, quæ habentur in ſequentibus, nimirum optimos quoſque auctores, uſque ad annum DCCC. imo milleſimum, abſoluto nomine Scotiæ abſque alio addito intellexiſſe Hiberniam, quod ille pluribus deductis teſtimoniis ex vetuſtis & probatis monumentis plus ſatis probat.

Hibernia dicta Scotia.

Tom. 4. an. 1260. n. 14.

Demſter. in appar. hiſtor. Scot. lib. 1. tit. de relig. Veglia in vita Scoti cap. 2.

XX. Moneo obiter, me dixiſſe alias, introductos Minoritas in Scotiam anno MCCXXIV. Aſſertionis enim habui auctorem Illuſtriſſimum Dominum Franciſcum Gonzagam: ſed hunc annis ſeptem lapſum ipſe aſſerit Demſterus citatus, idque ex fide Codicis MSS. quem ſub nomine Scoti-chronicorum paſſim legentibus objicit, ubi ait reperiri, Minores Scotiam penetraſſe anno MCCXXXI. Quod ſi ita eſt, meum non conſtabit aſſertum, quo alias dixi per plures annos prius Minores Scotiam, quam Hiberniam penetraſſe: etenim ſaltem hoc anno, quem aſſignat Demſterus, vel alio anteriori largius probavi, eos in Hiberniam perveniſſe; ſed & aliorum retuli opinionem, qui volunt prius illuc tranſmiſſos, idque mihi omnino perſuaſum vellent Patres Provinciæ Hiberniæ, qui dicunt ſibi de his ſuppetere non infirma monumenta, quæ tamen adhuc non protulerunt. Horum fidem meo dubio infringi ego nolim, neque auctoritatem enervari: nihil tamen undequaque certum, omniſque dubii expers invenio circa originem Minorum in hoc, vel illo regno: iſtud dumtaxat mihi certum eſt plures & breviori tempore ſibi ſtatuiſſe ſedes in Hibernia, quippe quæ ante Capitulum Narbonenſe ſub ſancto Bonaventura coaluerint in integram Provinciam, in Cuſtodias quinque diviſam, quam in Scotia, quæ etiam anno MCCCLIX. uti tunc dicam, pauca domicilia habuerit ſub nomine dumtaxat *Vicariæ*, & anno MCCCXCIX. quo ſcripſit Bartholomæus Piſanus librum confirmatum, recenſebantur Monaſteria Scotiæ ſub prædicta Cuſtodia Novicaſtri, videlicet Conventus Dunfriſii, Bervici, Adingtonæ, Dundæ & alii, quod dum obſervaret Ferchius citatus, ſubjunxit: Quare ab Anglis religio migravit ad

Tom. 2. an. 1224. n. 42.

Minores quando Scotiam ingreſſi.

Scotichron. lib. 9. c. 47.

Tom. 4. an. 1260. n. 16.

Tom. 2. an. 1230. n. 19.

Tom. 1. an. 1214. n. 11.

Piſan. confor. 11.

Ferch. Veglia citat.

Scotos, & Franciſcanorum Monaſteria Scotorum Anglicanæ Provinciæ aggregata ſunt & unita.

XXI. Ut vero ad propoſitum regrediamur, nullum firmum aut indelebile video ſubeſſe Scotis argumentum, ut Joannem Scotum civem aſſerant ſuum. Quod enim præcipuum adduci ſolet ex agnomine Scoti, facile eludi poteſt ex affixa etiam Hiberniæ per tot ſecula eadem appellatione: & traditioni, qua in Provincia Marchiæ, in vico Dunſeo natus aſſeritur, alteram opponunt Hiberni, qua in Provincia Ultoniæ urbe Duni vetuſtiſſima ortum contendunt. Scoti etiam cognomen a familia, non a natione aut regno derivari pòtuit; nam & hæc Scotorum ex familiis deducta appellatio creberrima eſt tum in Hibernia, tum in Belgio, & in Italiá. Quod vero maximum ab Anglis, Lelando præſertim, aſſertur, ex inſcriptione quam paſſim, ait, in codicibus Bibliothecæ Martonenſis Oxonii comparere nimirum: *Explicit lectura Doctoris ſubtilis in univerſitate Oxonienſi ſuper libros Sententiarum, ſcilicet Doctoris Joannis Duns nati in quadam villa de Emylden vocata Dunſtane (contracte Duns) in comitatu Northumbriæ pertinente ad Dominium Scholaſticorum de Marton Bavule in Oxonio, & quondam dicte domus ſocii*, non adeo irrefragabile eſt, ut in ſcriptorem, vel Scoti originis neſcium, vel adſcititiæ gloriæ cupidum, rejici non poſſit. Et pari ratione reſponderi poſſit ad eos, qui in ea Piſano, vel aliis dicunt, Provinciæ Franciſcanorum Anglicanæ Scotum fuiſſe, namque vel ex diuturno tempore, quo in prædicta vixit Provincia, ita potuit quis ſuſpicari, vel revera potuit, uti paſſim, & quotidie fit, ex Hibernia ad Anglicanam Provinciam tranſmeare, vel etiam quod ſi dicam, in eadem initiari, & prius in prædicto Collegio Martonenſi, ob ſingulare & rarum acumen ingenii, licet externus, contra commune quod objicitur collegii ſtatutum, admitti. De hominis origine contenditur, quam vel ipſos Anglos jam diximus ſuperius Hibernis adjudicare. Certe ipſum ejuſdem Epitaphium, quod in omnium ore verſatur, contra Anglos ultimam fert ſententiam.

Scotum non eſſe Anglum.

Scotia me genuit, Anglia me ſuſcepit.
Gallia me docuit, Colonia me tenet.

Anglia, inquit, ſuſcepit vel ad ſacri Inſtituti rationem, vel ad ſcholaſticam capeſſendam aut efformandam diſciplinam.

XXII. Tamdem vero ita hæc pro Scoto Hibernis vendicando ſincere congeſſi, ut minime me cauſam contra alios omnino eviciſſe putem; non enim tantum mihi tribuo, ut qui aliorum argumenta dixerim ſolubilia, mea judicaverim reſponſionem omnem reſpuere. Novi enim non defuturos, qui his meis rationibus alias opponant, & ulteriori conatu Scotum repetant, civemqne aſſerant ſuum. Id per me liceat, dum urbane & Chriſtiane abſque livore & felle amaritudinis cauſam egerint: uti enim Scoti gloriæ eſt, tot vindices habere, ita illis ignominiæ vertetur, ſi modeſtiæ fines tranſiliant. Hoc interim adjiciam: quod ſi in cauſa dubia ferenda ſit ſententia, potiorem habendam eſſe Hibernorum rationem. Etenim ſi pro meritis præmium, & pro labore merces adſcribenda ſit, nullis niſi Hibernis adjudicandus eſt Scotus. Quis enim aliquando ex Scotis, aut Anglis in Scoto illuſtrando, aut operibus ſuis caſtigandis operam publicam inſumpſit, aut laborem impendit? quis eorum a calumniis defendit? Ultra omnes laboraverunt in hoc genere Hiberni: Mauritius Hibernus Archiepiſcopus Tuamenſis, in Academia Patavina multorum annorum publicus profeſſor, ejus opera elucidavit, terſit,

Hibernis merito debetur Scotus.

com-

commentariis explicavit. Hugo Cavellus Hibernicus Archiepiſcopus Armachanus, & Hiberniæ Primas eadem denuo expolivit, ad autographorum veritatem reduxit, ſpuria a genuinis diſtinxit, adjectis notis marginalibus, citatiſque Doctoribus, pulchriora fecit, & inſertis ad omnes dubias, obſcuras, aut ab aliis impugnatas ſententias doctiſſimis ſcholiis pro omnium votis, cum omnium laude, ultra quam dici poſſit, egregie clarificavit, ita ut ſummo deſiderio & pretio conquirantur, quæ prius negligebantur, & dum aliæ priores editiones ubique proſtabant abſque emptore, hujus poſtremæ non ſit invenire volumen. Denique cum Scoti manes agitaret Abrahamus Bzovius, atque ultra omnes, quotquot præceſſerunt, famam denigraret; quis ex Scotis, aut Anglis ejus defenſionem ſuſcepit? quis pro conterraneo pugnavit? Soli Hiberni, tamquam pro ſuo cive, cauſam ſuſceperunt, ſtylum acutum in Bzovium retorſerunt, Scotum ab injuſtis calumniis palam & docte vendicarunt. Primus ſe oppoſuit prædictus Cavellus, magiſtrum ſequutus eſt Hugo Magneſius, etiam Hibernus, editis in Bzovium, ejuſque defenſorem Nicolaum Janſenium binis Apologiis: mox diſertiſſime & ſolide totam rem peregit Auctor Nitelæ Franciſcanæ item Hibernus, ad ſingulas injurias minutim reſpondens, calumnias omnes veritatis pondere, veluti ſole nubes diſcutiente, mira dexteritate refellens. Hi omnes Hiberni, hominis innocentiſſimi integritatem, & a detrectatoribus illatam injuriam omnibus manifeſtam voluerunt & fecerunt. Itaque ſi Hibernorum calami & doctæ elucubrationes Scotum illuſtrant, quos potius quam Hibernos illuſtrare debet Scoti nativitas? Scoto honorem diligenter impertiunt, ab ejus ortu honorem ſibi debitum viciſſim repoſcunt. Quare ſi ipſa cauſæ evidentia non evincunt, ſaltem meritorum titulo ſibi Scotum adjudicandum non deſperant. Suus eſt ex meritis Scotus, ſuus etiam erit ex proborum judicio.

Scotus quando natus.

XXIII. His prolixius pro Scoti incunabulis præmiſſis, reliquam brevius vitam proſequemur. Natus eſt anno MCCLXVI. ſi verum eſt, quod Andreas Thevet ſcribit, obiiſſe ſcilicet anno MCCCVIII. annum agentem quadrageſimum tertium. At, ſi quod alii volunt, annos vixit dumtaxat triginta quatuor, ejus nativitas incidit in annum MCCLXXIV. quo etiam mortuus eſt Seraphicus Doctor ſanctus Bonaventura, mira Dei providentia ita ſuaviter diſponente, & puſillo Minorum gregi conſulente, ut uno doctrinæ ſole occidente, alter Minoribus oriretur. Puerulus, uti refert traditio, dum litteris incumbit, non tamen ſine labore & tædio ob mentis ſtuporem, & ingenii hebetudinem, quadam die ſub arbore ſolitarius Virginem ſacratiſſimam Dei genitricem, multis lacrymis & precibus orat, ut intellectum illuminare, vivum & vegetum, & ad ſcientias capeſſendas facilem efformare dignetur. Cui mox ſomno correpto, Deipara dignanter apparet, ſcientiarum copiam, & multam in eiſdem addiſcendis, exprimendiſque facilitatem promittit, eo tamen impoſito onere, adhibitaque conditione, ut ſibi per eaſdem, ubi occaſio ſe obtulerit, ſtudeat inſervire. Expergefactus, ſummam concepit de tanta apparitione & illuminato intellectu lætitiam, creſcente in eo quotidie ſapientia, & ad doctrinæ menſuram erga Virginem ſacratiſſimam devotione. Adoleſcentulum jam Grammaticis initiatum, Oxonium ductum a duobus Minoritis, ſcribit Joannes Major, atque in Minorum æde gratia iſtorum Fratrum converſatum, Inſtituto nomen dediſſe. Circa initiationis locum diſcrepant auctores, Hiberni Dunum, Scoti Dunfriſium,

Cavell. cap. 1.

A B. Virgine bono donatur ingenio.

Major de gen. Scotorum lib. 4. c. 16.

Fit Minorita & ubi

Pit. Scrip. Angl. ad ann. 1308. Ferchius cap. 2. Piſan. & Rodul. in Cuſtodia Londin.

ſium, Major Oxonium, Joannes Pitzeus apud Novum Caſtrum in Nortumbria, Matthæus Ferchius Ware Cuſtodiæ Londinenſis, Idque ex Piſano & Rodulpho aſſignat: ſed Piſanus & Rodulphus illinc prodiiſſe Scoti magiſtrum, non autem Scotum ipſum aſſeverant. Ego vero in tanta ſententiarum varietate initiationis locum reputo incertum.

Scoti magiſt.

Scot. in lib. 5. Met. q. 1. Maurit. ibid.

Tom. 4. an. 1270 n. 15. Trithem. de ſcript. Senen. lib. 4. biblioth. Bzov. ann. 1294. n. 8.

Non fuit diſcipulus Alenſis.

An. 1245. n. 19.

XXIV. Oxonii ſive ibi, ſive alibi initiatus, gravioribus litteris operam dedit; præceptore Willelmo de Warra, ſive Guillelmo Varrone; uti alii appellant. Joannem vocat Piſanus, ſed vel error eſt, vel alius fuit etiam Scoti Magiſter. Dum enim bis ipſe Scotus in ſuis operibus Willelmi de Warra mentionem agit, adnotat Mauritius Hibernicus Scotum ſuum citaſſe magiſtrum; eique communiter Scriptores hunc tribuunt præceptorem; imo & in circuitu ſepulcri ejuſdem Scoti apud Colonienſes inter quindecim Doctores, quorum nomina & cognomina in ære ſunt inciſa, ſcriptum eſt ita: *Magiſter Guillelmus Varro Præceptor Scoti*, uti alias admonuimus, & encomia ejus ex aliis produximus auctoribus. Hujus opera erudita valde in libros ſententiarum aſſervantur apud Minores Conventuales Chamberii in Sabaudia. Quod vero Trithemius, Sixtus Senenſis, & Bzovius Scotum dicant Alexandri Alenſis diſcipulum planus error eſt; etenim Alenſis prius vitam abſolvit, quam eandem Scotus inciperet. Annum, quo natus eſt Scotus, jam deduximus ſuperius ex certo & ſtatuto ab omnibus mortis tempore: Alenſis vero deceſſit anno MCCXLV. uti ſuo loco largius docuimus; anno ſaltim uno ultra viginti ante Scotum natum; vel ſecundum aliorum opinionem, annis ferme triginta. Quare & duas claſſes Doctorum inter Alenſem & Scotum numerare licet, videlicet DD. Bonaventuram & Thomam, deinde horum diſcipulos Ægidium Romanum, & Richardum de Media-villa; Scotus tertia poſt Alexandrum claſſe ſucceſſit. Hinc ipſe Bonaventuram ſub antiqui Doctoris appellatione recenſet.

Scot. in 1. d. 26. q. 1.

Omnes ferme poſſedit ſcientias.

Idem in 2. d. 2. q. 9. In 2. d. 14. q. 2. & in 4. d. 41. q. 3. In 4. d. 11. q. 1. & 4. d. 10. q. 9. In 4. d. 6. q. 1. Ibid. q. 8. q. 7. q. ult. & d. 13. q. 2. d. 21. q. 1.

XXV. Adeo vero in ſtudiis profecit Oxonii, ut brevi Magiſter in omnibus ſcientiis evaſiſſe videatur. Nulla enim eſt ex liberalibus, quam non ſe plene poſſediſſe paſſim in ſuis operibus oſtendat. Logica tam acute uſus eſt, ut nihil ultra fieri poſſe videatur. Quapropter a non percipientibus ejus acrimoniam (quod imperitorum eſt proprium) Sophiſta captioſius arguitur. Phyſicam calluit, ut quam maxime, & eam frequentiſſime accerſit ad res Theologicas enucleandas. Metaphyſicam perfectiſſime tenuit, adeo ut quidam auſi fuerint eum in Metaphyſicis Ariſtoteli præponere. Alii volunt ejus Philoſophiam Peripateticam ſingularem eſſe, atque ad Philoſophos Ariſtotelicos contra fidem ſeſe armantes, retundendos efficaciſsimam, ut cum multi Theologorum adverſus hæreticos polleant, Scotus adverſus Philoſophos tamquam Princeps prælium ducat. Mathematicam poſſedit egregie. Geometrices peritiam tam luculenter demonſtrat, ut ad Scotum intelligendum nemo niſi peritus Geometer ſufficiat. Aſtrorum notitiam oſtendit, necnon & Optices callentiſsimum ſe probat. Juris civilis rara in ejus operibus dicta, Canonici vero apprime multa; aliquando acute refellit Gloſsatorem, aliquando plura proferens ſacrorum Canonum loca, ut ſuam ſententiam maxime circa res morales ſtabiliat. Theologiæ præſtantiam in ejus Commentariis ad quatuor libros Magiſtri ſententiarum adeo plerique admirantur, ut *Theologorum Principem* vocitare non vereantur. Divinarum Scripturarum cognitione ita enituit, ut plures ex ſacro codice libros Commentariis illuſtraverit.

XXVI. Non

XXVI. Non me diſpliciturum puto Lectori ſi de ejus eruditione tanta, & fœcundiſſima ſcientiarum comprehenſione unum aut alterum proborum virorum teſtimonia ſubjiciam: *Fuit*, inquit Pitſeus, *vir ingenio plane ad litteras facto, & ad miraculum ſubtili, atqae acuto, ut non tam hominem acie mentis ſtupendum, quam inter argutos Philoſophos, quemdam dixeris Deum*. Hiſtoria univerſalis Hartmanni Schedelii: *Joannes Scotus Ordinis Minorum Theologus ſubtiliſſimus, anno Domini* MCCC. *vel circa, velut alter Apollo floruit, vel præ cœteris Theologis ſubtiliſſima quædam opera edidit*. Cardinalis Bellarmin. *Vir fuit acutiſſimo ingenio præditus*. Hector Boetius: *Tantæ eruditionis Theologus, ut ejus ingenio illud ſeculum cenſeri poſſet indignum*, Sixtus Senen. *Vir admirandæ eruditionis ſubtilitate præditus*. Trithem. *Vir in divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in Philoſophia Ariſtotelica doctiſſimus, & adeo profundus, ut ejus ſcripta paucis ſint penetrabilia, & ob id quoque minus uſitata*. Alphonſus Ciaconus: *In divinis ſcripturis, & Philoſophia Peripatetica verſatiſſimus ob ingenii acumen, & rerum abditarum accuratiſſimas interpretationes* Doctor ſubtilis *vocitatus*. Jacob. Philip. Bergomen. *Theologorum ſubtiliſſimus, per hoc tempus velut alter Apollo floruit, & præ ceteris Theologis ſubtiliſſima edidit; quantum valent ejus Commentarii in divinis codicibus abſque noſtro teſtimonio ipſi oſtendunt*. Joannes Rioche: *Vir omni ſcientia profundus & peritus, unde & Doctor ſubtilis nuncupatur*. Joannes Leſlæus Epiſcopus Roſſenſis: *Tanto fuit ingenii acumine, judicii in doctrinæ cognitione, ut Theologiam illam reconditiorem, quam ſcholaſticam vocant, multis ſubtilitatibus exquiſitis feliciſſime auxerit; in quibus quod multa, quæ in obſcuro poſita latebant, e tenebris acerrima ingenii perſpicientia eruerit, qui ejus vitam, ac doctrinam avidius conſectantur; imo qui quæſtionis alicujus intimam rationem ad vivum reſecant, ac ſubtilius perſcrutantur, Scotiſtæ ſumma tanti ingenii laude vocantur; quaſi nihil ſit, aut tanta difficultate interceptum, aut tam denſa caligine involutum, quod Scoti ingenium non potuerit penitus inſpicere ac clare aperire*. Verum hoc illius gloriam aliquantulum imminuit, quod quæ inveſtigavit ſapienter non ita orationis cultu illuſtravit, quod tamen puto non tam hominis, quam ætatis, quæ cultiorem loquendi formam aſpernata eſt, vitio accidiſſe.

Alia de ejus Doctrina encomia.
Pitſ. cit.
Sched. 6. mundi ætate fol. 321.
Bellar. de ſcript.
Boet. lib. 5. hiſt. Scot.
Senen. lib. 4. bibliot.
Trith. de ſcript.
Ciacon. in vita Clem. V.
Bergom. in ſupplem. chron.
Rioche in compend. temp. l. 4. c. 84.
Leſl. lib. 7. de rebus Scot. ad an. 1310.

XXVII. Verum eſt, eam ætatem non ita orationis cultui ſtuduiſſe; ita tulit illud ſeculum, in quo Theologi & Academici non tam in verbis nitide proferendis, quam in rebus ipſis clare explicandis, & rite intelligendis operam omnem impenderunt. Atque divina illa myſteria, neſcio, quid habent majeſtatis, ut comptulos modos humanæ ſpernant eloquentiæ; & venerandæ ſimplicitatis, ut fucum omnem politi abhorreant ſermonis: proinde viri magni, qui hujuſmodi perſcrutantur arcana, non qualiter dicant, ſed quid dicant, reverenter attendunt. Peculiarem ſuum habent loquendi modum, qui eo clarius, quo demiſſius ſecreta pandunt divina. In hoc dicendi genere ſimplicitas hæc, eloquentia eſt: *quæ viros ſumma auctoritate digniſſimos, planeque divinos decet. Hac illi locuti ſunt, nec ipſos decet alia, nec alios ipſa: ipſis enim congruit, alios autem quanto videtur humilior, tanto altius non ventoſitate, ſed ſoliditate tranſcendit*. Res divinæ *non perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis* explicantur, & dum veritatem dumtaxat proponunt, non expetunt phaleratos ſed ſimplices ſermones: *Quæ veritati operam dat oratio, incompoſita debet eſſe & ſimplex*. Nihil ergo detrahit

Res divinæ facundiam ſpernunt humanam.
Aug. lib. 4. de doct. Chriſt. c. 6.
1. Cor. 2. 4.
Seneca epiſt. 40.

trahit Scoti laudibus, neque gloriam ejus minuit, quod peculiari illo Theologorum loquendi genere, candido & ſimplici ſit uſus ſermone. Lege Picum Mirandulanum, qui in præfatione ornatiſſimus eſt, in deſcriptione ſcholaſtica nudus & jejunus. Sane ſcholaſticæ ſubtilitates & anfractus vix nitorem patiuntur.

Supra n. 22.

XXVIII. Tanto itaque Oxonii litterarum incremento enituit in ipſa adoleſcentia Scotus, ut humanas vires, & communem naturæ curſum tranſcendiſſe viſus ſit, & verum eſſe probaverit, quod ſupra retulimus de peculiari Dei dono concedendo per Virginis Deiparæ ſibi apparentis interceſſionem. Tantum porro lumen ſui Inſtituti Rectores non ſub modio abſcondendum, ſed ſuper candelabrum ponendum decreverunt. Quare evocato ex Academia Oxonienſi ad Pariſienſem Guillelmo Varrone, ejus uti diximus præceptore, ad cathedram Theologalem regendam Scotus ſuffectus eſt præceptori. Utroque hoc viro adeo floruit Univerſitas Oxonienſis, ut catervatim illuc confluxerint auditores, & ultra cenſum communem trium millium ſtudioſorum, ſub anno MCCC. quo tempore illic legit Scotus, triginta millia illic fuiſſe recenſita ſcribit Pitſæus. Concurrebant enim, teſte Rodulpho, ex finitimis cunctis Civitatibus, & & pene ex omni mundi angulo plurimi ad eum videndum & audiendum, quem tamquam quoddam cœli oraculum venerabantur. Nihil enim tam occultum, inquit prædictus auctor, & obſtruſum, quod perſpicax ejus ingenium non penetraverit, & e tenebris eruerit; nihil denique tam nodoſum, quod ille, quaſi quidam Oedipus non diſſolverit, nihil inquam adeo erat difficultate interceptum, vel denſa caligine involutum quod Scoti ingenium non potuerit explicare.

Supra n. 22.
Legit Scotus Oxonii.
Pitſ. de Acad. Oxoniens. c. 6. Rodul. in vita Scoti. Pitſ. de ſcript. cit.

XXIX. Scripſit autem Oxonii, ultra Philoſophica, eruditiſſimos Commentarios in quatuor libros Sententiarum, profundius in primum, diffuſius in quartum. Incepiſſe autem hoc opus poſt annnum MCCC. conſtat ex ſecunda quæſtione prologi, ubi ait, anno prædicto multos Mahometi cultores occiſos fuiſſe, & plurimos fugatos. Hæc dixiſſe putem de Caſſano Tartarorum Rege, qui deſponſata ſibi Regis Armenorum Chriſtiani filia, Chriſtianam ipſe ſuſcepit fidem, & devictis Perſis, pulſoque Ægyptiorum Imperatore, Syriæ jura dabat; huic indicto Romæ Concilio, Bonifacius validum miſit ſubſidium: quo adductus, fortiter egit contra Mahumetanos. Secundo citat Scotus Decretalem, qua Bonifacius VIII. approbat librum ſextum decretalium; data eſt VI. Nonas Martii anno IV. Pontificatus, qui incidit in an. Chriſti MCCXCVIII. Tertio citat bullam Benedicti XI. qui anno MCCCIII. XI. Kalen. Novembris ſuffectus eſt Bonifacio. Quare poſt hæc tempora hos ſcripſit Commentarios, niſi fortaſſis prius opus abſolverit, & poſtea id ſuis locis inſeruerit. Similiter occurrendum eſt eis, qui ſcrupulum moverint ex eo, quod ſcriptum Oxonienſe dicatur; Scotus vero Pariſiis habitaverit anno MCCCIV. uti conſtabit ex litteris proxime adducendis, quo tamen probabilius eſt, Benedictum XI. non niſi ad finem anni præcedentis electum, dediſſe litteras quas Scotus dicit ſe legiſſe: uti namque diximus, potuit Pariſiis diploma vidiſſe, & dum ſcripta percurreret, commodo loco dubium intexere. Hoc autem opus, etſi auctoris immatura morte ab incudibus ablatum, omnes ſummis laudibus extollunt. In eo monſtravit, quod fuerit ingenio perſpicaciſſimus, ait Ferchius citatus, & in rerum abditarum perſcrutatione patientiſſimus, non contentus exteriore quadam ſuperficie doctrinæ, ſed ad veritatum profunditatem aſpirans,

Scripſit ibidem in 4. libros ſententiarum & quando.
Scot. in prolog. q. 2. §. De ſept.
Æmil. in Phil. Pulcbro.
Scot. in 4. d. 6. q. 8.
Idem in 4. d. 25. q. 1.
Laudantur ejus Commentarii in Magiſtrum.
Ferch. cit. c. 6.

rans, ſicut diſceptationum ejuſdem prolixitas, opinionum expenſarum varietas, & argumentorum congeſtorum pluralitas commonſtrant. Duabus in rebus excelluit: Prima quidem, in famoſis propoſitionibus valde accuratis, & univerſalibus eruendis, ad quas tamquam ad principia reſolvit ſubtiliſſime theoremata quæque; unde fit, ut illis, ceu firmiſſimis munimentis, Scotiſtæ tum arguendo, tum reſpondendo evadant robuſtiſſimi. Secunda, in rerum propriis rationibus vel eſſentiis, ſive, ut Scotiſtæ loquuntur, quidditatibus & rationibus formalibus indagandis, eſt imcomparabilis; cum enim a rerum eſſentiis accidentia, ſive communia, ſive propria ea ſint, pendere noſcantur, præcipuus Doctorum ſcopus in entium quod quid eſt noſcendo conſiſtit. Accedit nativa quædam Scoticæ ſubtilitatis longanimitas, quam & in propoſitionibus & ſpeculationibns conſtantem diſcernis: ob idque requirit lectorem valde attentum & laborioſum, alioquin fructu vacuum dimittit. Commentarios hos redegit in locos communes magno ſtudio & labore Hieronymns Ferrarienſis Ordinis Predicatorum, quos teſte Paſchalino Regiſelmo Veneto, cenſuit fœcundos amenoſque hortos felicium arborum excelſarum contemplationum in agro Eccleſiæ ſatarum.

Paſchal. in epiſt. operis nuncupatoria.

XXX. Illud autem ultra cetera potiſſimum in hoc opere, atque in reliquis item elucubrationibus ejus admirandum. Quod cum neminem ſibi propoſuerit ſectandum, neque in ullius verba juraverit, ſed in veritatis gratiam modo hunc, modo illum Doctorem, etſi nominatiſſimum, etſi doctrinæ & ſanctitatis titulo conſpicuum, pro ſcholaſticorum more refellens, & ſancti Thomæ doctrinam multis nominibus illuſtrem, & comuni calculo commendatam, plurimis in locis impugnaverit, præſertim vero, quæ in prima parte ſanctus Doctor edocuit, uti ad eamdem Cajetanus præfatur, dicens: *Theologi complures, neque adeo contemnendi, magnum ſibi nomen ingenii ac doctrinæ facturos hinc ſe eſſe putarunt, ſi veluti munitiſſimas arces fortiſſimi Duces ſolent; ita illi partem hanc primam ſuis machinationibus oppugnarent. Joannes vero Scotus egregia præter ceteros hac in re laboravit ſubtilitate & copia, quippe qui ſingula ejus partis verba labefactare contendat.* Attamen ita modeſte & religioſe fecit, ut ne verbum ullnm injurioſum exciderit, aut quod juſtam offenſam generare poſſit, minus caute protnlerit. Adde, quod majus eſt, hominem catholicornm virorum, & orthodoxorum Doctorum ſcripta convellentem, nihil minus orthodoxum, nihil non catholicum dixiſſe; ita ut ejus doctrina per tercentum & plurium annorum intervallum, nullo vel minimo ſuſpectæ, aut minus ſanæ nævo communi Eccleſiæ, aut ullius ex tot Conciliis, quæ toto hoc tempore celebrata ſunt, judicio ſit affecta. Utramque & candidam mentem & ſanam doctrinam in eo ſincere laudavit Antonius Poſſevinus: *Scoti*, inquit, *doctrinæ grave teſtimonium extat, quod ejus libri abſque ullo erroris nævo uſque in hanc diem tercentos circiter annos in Œcumenicis Conciliis inviolati permanſerint*. Certe cum illud D. Auguſtini de laude caritatis verum ſit: *Ille tenet quidquid latet, & quidquid patet in divinis ſermonibus, qui caritatem ſervat in moribus*: haud mirum fuerit ſi ingenium Doctoris ſubtilis, modeſtia & caritate præditum, altiſſimos ſenſus ernere potuerit ad veritatem indagandam. Nnmquam enim ſuam ſententiam profert in aliorum injuriam vel depreſſionem: quin quorum aut errores convellit, aut opiniones excutit, tam id modeſte, & adeo plerumque ſuppreſſo nomine facit, ut Chriſtiano pectori hæſiſſe a Domino ſapientiam

Modeſte aliorū refellit opiniones.

Cajet. in præfat. 1. par.

Omnes ejus opiniones Catholicæ.

Poſſevin. in appar.

Aug. ſerm. 39. de temp. ad med.

Vorilon. in fine 4. ſcript. Rodul. cit. Barg. in prol. 1. ſent.

(certe integram mentem) conjici poſſit. Guillelmus Vorilongus eumdem Doctorem compellans ait: *Mirum tot ſublimia ſcribens, quod in errore non es comprehenſus aliquo*. Similiter fere adnotarunt Petrus Rodulphus & Bargius. Quare non immerito ſacræ Inquiſitionis generalis Romæ Tribunal ante annum MDCX. præcepit doctrinarum aut librorum cenſoribus, ut quidquid Scoti eſſe conſtaret, intactum inviolatumque pertranſirent. Certe, qui ad ejus ſcriptæ oculos converterit, facile videbit, quod non modo pietas Chriſtiana Orthodoxo Doctore digna, verumetiam doctrina & humilitas pari greſſu in eiſdem incedunt. Diſſeruit ille quidem quod magis ex veritate eſt viſum, ea tamen animi moderatione, ut ſine cujuſquam præjudicio veritas ſuas ferat partes, & illi, quorum ſententia impugnatur, debitam reverentiam. Nec enim ſua ita lectori inculcare ſtuduit, velut ſine omni hæſitatione ſequenda; imo ne eumdem ab aliorum ſequela abſterreret, propria interdum placita non ſecus ac aliorum, æqua diſcutit lance, ut vel inde non ſolum animi ſincerus candor, ſed veritatis, non gloriæ ſtudium in eo fuiſſe legentibus appareat.

Quid ſcripſerit Pariſiis.

XXXI. Hæc diximus de iis, quæ ſcripſit Oxonii, præſertim in Magiſtrum ſententiarum, inter reliquas ejus elucubrationes ut laudatiſſima, ita magis obvia & uſitata. Scripſit denuo in eumdem Magiſtrum reportata quædam Pariſiis, uti omnes indigitant; attamen ea quæ ſub ejus nomine circumferuntur aliquas patiuntur exceptiones: etenim præter ſtylum longe diverſum a ſcripto Oxonienſi, diſcerpat etiam ab eodem valde doctrina. Adde longe humilius & inferius eſſe priori opere, atque proinde ingenio jam provectiori Doctoris ſubtilis indignum: qui namque fieri potuit, ut junior exactius, ſenior minori cum laude docuerit? Atque hac ratione factum eſt, ut neglectis reportatis Pariſienſibus, omnes inhæreant Oxonienſi commentario. Ex Scoti ſectatoribus non fuit, qui reportata hæc elucidaret, aut ſuis commentationibus illuſtrare tentaret; ſolus noſter Hugo Cavellus laborem hunc aggreſſus eſt, ut nihil quod Scoti doctrinæ capeſcendæ, aut ejus nomini magnificando conduceret, præteriret. Cito, Deo dante, prodibunt ejus Scholia in hoc Opus, in Collationes, Quodlibeta, & alia Theologica opuſcula. Id ſupereſſe poteſt effugii, ut plurima hinc inde collegerit Scotus, & ex ſcripto Oxonienſi reportaverit tumultuaria quadam collectione, ut abſolutum opus opportuno tempore concinnaret, præpropera tamen morte infectum, ex diſcipulis aliquem voluiſſe edere, ne periret, atque ex proprio penu aliqua addidiſſe, ſuppleſſe, commutaſſe. Profecto Matthæus Ferchius omnino Scoti eſſe negat, potius alicujus ait eſſe Scotiſtæ; ſed ego partim Scoti, partim eſſe Scotiſtæ. Reliqua ejus opera ubi ſcripta ſint, non conſtat, omnia commodius ubi de Scriptoribus Minorum ſeorſim egerimus, referemus, & de ſingulis noſtrum proferemus judicium.

Reportata Pariſien. an fuerint Scoti.

Ferch. cit. c. 11.

XXXII. Quando vero reportata vel ſcripſerit, vel collegerit Pariſiis non plane conſtat, neque quo certo anno venerit Lutetiam. Sub annum MCCCIV. illic habitaſſe conſtat ex litteris Miniſtri Generalis fratris Gondiſalvi, quibus concedit facultatem, ut ad Baccalaureatum Scotus poſſit promoveri. Harum exemplar ex Petro Rodulpho, qui eas ex ipſo exſcripſit autographo, hic ſubjungo.

Rodul. fol. 125.

In

In Chriſto ſibi cariſſimis Patribus, Guillelmo Guardiano Pariſiis, vel ejus Vicario & Magiſtris. Frater Gondiſalvus gaudens in Domino.

AD expeditionem dilecti in Chriſto Patris Ægidii de Legnaco, de quo per litteras veſtras certificatus exiſto, cum de alio (ut moris eſt) eodem calculo præſentando, providere oporteat, & cum ſecundum ſtatuta Ordinis, & ſecundum ſtatuta veſtri Conventus Baccalaureus hujuſmodi præſentandus ad præſens debeat eſſe de aliqua provincia, aliarum a Provincia Franciæ, dilectum in Chriſto Patrem Joannem Scotum, de cujus vita laudabili, ſcientia excellenti, ingenioque ſubtiliſſimo, aliiſque inſignibus conditionibus ſuis, partim experientia longa, partim fama, quæ ubique divulgata eſt, informatus ſum ad plenum, dilectioni veſtræ aſſigno poſt dictum patrem Ægidium principaliter, & ordinarie præſentandum. Injungo nihilominus vobis ad meritum ſalutaris obedientiæ, quatenus præſentationem hujuſmodi cum ſolemnitate ſolita, ſine multo diſpendio facere debeatis; ſi tamen conſtiterit vobis, quod dominus Cancellarius velit duos ſimul licentiare de noſtris, volo & placet mihi, quod frater Albertus Methenſis, ſi ad conventum redire poterit, cum præfato fratre Joanne debeat expediri. In quo caſu mando & ordino, quod dictus frater Albertus antiquitatis merito prius incipere debeat, dicto fratre Joanne ſub eo poſtmodum incepturo. Valete in Domino, & orate pro me. Datum in loco Eſculi provinciæ Marchiæ Anconitanæ XIV. *Kal. Decembris anno* MCCCIV.)

Præſentatur ad Baccalaureatum.

XXXIII. Magnum illud ſane encomium ſupremi religionis Rectoris de peculiari viro eoque adoleſcente: *Dilectum in Chriſto Patrem Joannem Scotum, de cujus vita laudabili, ſcientia excellenti, ingenio ſubtiliſſimo, aliiſque conditionibus ſuis, partim experientia longa, partim fama, quæ ubique divulgata eſt, informatus ſum ad plenum, dilectioni veſtræ aſſigno, &c.* Quantus vero qualiſque fuerit hic Gondiſalvus Generalis Miniſter, apud quem adeo egregie Scotus audiebat, docet luculenter hoc ſuo teſtimonio Alvarus Pelagius coævus: *Sanctæ memoriæ Gondiſalvus hiſpanus de provincia Galiciæ, nobilis genere, ſed nobilior vita, & moribus, & Evangelica paupertate, vere frater Minor, & zelator ardentiſſimus regulæ, & Dominæ paupertatis & dominicæ humilitatis, Magiſter in Theologia realiſſimus, verbo, & opere de majoribus mundi litteratis in trivio & quadrivio, qui parum poſt mortem ſuam Pariſiis in viſione quibuſdam Fratribus noſtris apparvit glorioſus, in throno reſidens cum corona aurea, & ſceptro, qui dixit tunc, quod ſedes throni ſibi aſſignata erat in cælo, quia puriſſime in Ordine juſtitiam obſervaverit.*

Grave optimi viri de Scoto teſtimonium.

Alvar. lib. 2. de planct. Eccleſ. c. 68.

XXXIV. Pariſiis itaque Baccalaurei primum, mox Doctoris inſignibus laureatus, deinde a ſuis in comitiis Toloſanis anno MCCCVII. Regens creatus, *primum locum*, inquit Poſſevinus, *in ſchola Pariſienſi aſſecutus, academiam illam multum illuſtravit. Theologia ſcolaſtica multis ſubtilitatibus aucta.* Hic primum publicum inivit certamen pro immaculata Virginis Mariæ Conceptione; qui eamdem etiam Oxonii ſecutus fuerat ſententiam, & libro tertio brevi, ſed ſolido, commendavit diſcurſu. Nam cum publica & ſolemnis de hac re diſputatio, ad ſedandos jam exortos tumultus inter Minores & Prædicatores ex Apoſtolico præcepto, Apoſtolicis etiam præſentibus inſtitueretur Legatis (neque enim

Pitſ. citat.

Poſſev. citat.

Pariſiis defendit Conceptionem Immacul. Virg. Mariæ.

Vernul. in panegyr.

Bernard. de Buſtis in offic. Concep. a Sixto IV. approbat.

enim Scotus primus omnium hanc defenſavit ſententiam, licet primus pro ea defendenda graviora ſtraverit fundamenta) miſſus eſt, libenſque venit Oxonio Pariſios Scotus pro defendenda Virginis puritate, cui ſuam omnem, uti diximus, acceptam ferebat doctrinam: *Adverſæ partis tutoribus*, inquit Pelbartus Temeſwar, *ſe oppoſuit ingenioſiſſimus* *Doctor, magnum fuit pondus argumentorum, quibus impetebatur, erantque numero* CC. *omnia ſine interruptione, quieto & tranquillo animo attente audivit, & mirabili memoria ſuo ordine reſumpſit, ſolvendo intricatas eorumdem difficultates, & nodoſos ſyllogiſmos, ea facilitate qua Samſon Dalilæ ligamina in favorem Philiſtinorum poſita, dirumpebat. Addidit Scotus multas & fortiſſimas rationes, probans Virginem Sanctiſſimam ſine originalis peccati macula conceptam. Actas obſtupefecit ſapientiſſimam illam univerſitatem Pariſienſem, quæ in gratificationem Scotum celeberrimo nomine Doctoris Subtilis inſignivit.* Hoc itaque actu, & iis quæ ſcripſit in tertium allicuit Univerſitatem Pariſienſem ad illud efformandum decretum, quo cavit, ne ad ullos gradus ſcholaſticos admitteretur, qui prius non juraret, ſe defenſurum beatam Virginem a noxa originaria. Decreto addidit votum de celebranda quotannis feſtivitate Immaculatæ Conceptionis, reverendiſſimo Domino Epiſcopo Miſſæ ſacrificium offerente, & uno ex Magiſtris concionem habente. Quæ feſtivitas dum in diem Dominicam cadit in Conventu Prædicatorum, aliis temporibus in Conventu Fratrum Minorum habetur. Scripſi alias largius de hujus voti nuncupatione, eamque Scoto debitam oſtendi. Ipſa ſane pia & communis opinio illi fert acceptam ſtabilitatem ſui principii, & per ſolida, quæ jecit fundamenta, ſuum incrementum. Licet enim plurimi maxime ex Franciſcanis, in hac re adlaboraverint, & ſuppetias tulerint alii, non niſi Scoti jactis fundamentis ſua ſuperſtruxerunt, & ab adverſariorum moleſtiis ſe expedierunt, ut non immerito noſtri ævi Vir doctus ita conteſtatus ſit: *Subtiliſſimus Doctor, quemadmodum omnibus Theologis Immaculatæ Conceptionis propugnandæ auctor extitit, ita etiam nihil prætermiſit quod in hac re ad majorem Virginis gloriam facere poſſet*. Deinde: *Joannes duns Scotus præcipuus ac maximus puræ Conceptionis vindex, qui tantam huic doctrinæ ſuæ auctoritate fidem comparavit, quantam nullus alius ante vel poſt ipſum.*

ſupra n.22. Pelb. lib. 4. ſtellar. part. 3.

Anton. Cucar. in elucid. Vir. p. 2.

Lib. de concept. Virg. ſect. 3. tract. 13. §. 1. n. 2.

Ferdin. Salazar. lib. de concept. c. 33. & 42.

XXXV. Qui de publico hoc ejus congreſſu ſcribunt, illud ſingulare & mirandum commemorant, quod dum ad diſputationis locum procederet, coram obvia beatæ Virginis ſtatua marmorea breviter oraverit, ejuſque opem expoſtularit, ſimulacrum vero inclinato capite, ſignificarit ſupernum ei non defuturum auxilium. Communis ita fert populi Pariſienſis traditio, ipſaque imago rem confirmat patenti, & uſque in hodiernum diem perſeveranti capitis inclinatione. Profecto nonniſi ſuperno auxilio ita potuit invaleſcere ejus ſententia, reſiſtentibus, eamque impugnantibus ex adverſo per tria integra ſecula doctiſſimis viris, quotquot ex Angelici Doctoris ſchola prodierunt, ſi paucos excipias. Nihil profecto Scoti nomen reddidit illuſtrius, quam ſuſcepta hæc pro Virginis indemnitate tutela; nam & ex hac diſputatione *Doctoris ſubtilis* agnomen adhæſit, & perennem gloriam acquiſivit. Quamquam enim in Theologicam facultatem plurimas invexerit novas, & antiquas innovaverit ſententias, ex hac una de Mariæ immaculato conceptu, tamquam proprio ſtemmate glorioſius eniteſcit, & pene omnibus poſterorum votis collaudatur. Pio ſtudio & laudabili conatu ille Mariæ Vir-

Pineda in adverten. ad privil. Reg. Joan. Gregor. Ruis in vita Scot. Moren. de purit. Virg. cap. 4. Lezana in Apolog. c. 15. Plurimi alii.

Ex opinione hac magnum nomen acquiſivit.

gi-

ginis conſulvit honori, ſed & ab impenſo ſtudio, & præſtito obſequio, magnum ille viciſſim honorem reportavit. Magna quidem illa gloria, quam quidam indicant, & clarius innuere videtur Epigramma ad ejus ſepulcrum appenſum, ut pro victoria ex illa diſputatione reportata, non ſolum ex auditorum applauſu, verum & ex auctoritate, ſeu nomenclatura Pontificia ei tribueretur honorificus titulus Doctoris Subtilis. Ita carmen vetuſtum, ſed impolitum, Unde adhæſit nomen Doctoris ſubtilis.

Concepta eſt Virgo primi ſine labe parentis
Hic tulit, &c.
Inde genus meriti tantum ſibi Papa refundens
Doctor Subtilis, dicitur, inde dedit.

Papa hic probabiliter erat Clemens V. nam ſub Pontificatu Benedicti XI. aliquot menſes Oxonii adhuc commoratum Scotum duximus probabilius ex bulla Benedictina ab eo citata in ſcripto Oxonienſi. Ab hoc tamen Benedicto indictam publicam diſputationem, ad quam Scotus perrexit; deinde relatam Clementi V. in Galliis anno ſequenti creato, cui, dum hominis acumen, & dexteritas in refellendis adverſariorum objectis narrarentur, ſubtilis Doctoris agnomine cohoneſtaſſe non eſt omnino improbabile. Niſi & probabilius, vel veroſimilius videatur Epigrammatarium per *Papæ* nomen intellexiſſe Epiſcopum Pariſienſem; ita enim priſcæ ferebant ætates, ut etiam Epiſcopi *Papæ*, vel patres patrum, quod illa vox ſonat, appellarentur. Exempla habes plurima in Auguſtini, Hieronymi & aliorum epiſtolis ad Epiſcopos ſcriptis. Cetera hujus præclari Doctoris acta dabimus ſub anno, quo vitæ curſum abſolvit.

XXXVI. Benedictus Pontifex hoc anno, poſt multa præclara geſta, poſt auctores horrendi ſceleris in Bonifacium commiſſi die dicta non comparentes, majeſtatis læſæ damnatos, & execratione devinctos; poſt abſolutum a cenſuris Philippum Galliæ Regem, poſt reſtitutas facultates quaſque, non tamen purpuræ dignitatem, Petro & Jacobo Cardinalibus Columnenſibus, multiſque in locis pacem reſtitutam, obiit Perufii Nonis Julii ex veneno doloſe in ficubus ſubmiſſo; ſepultuſque eſt ad Templum ſancti Herculani Ordinis Prædicatorum inſigni marmoreo ſepulcro. Mores optimos, & vitam ſanctiſſimam Dominus manifeſtavit plurimis miraculis, pulſis præſertim dæmonibus ex corporibus obſeſſorum. Illud ſane ſummæ ejus humilitatis argumentum refertur, quod matrem antea pauperrimam (utpote quæ lavandis pannis Prædicatorum victum quærebat) in conſpectum productam pretioſis veſtibus indutam, ſe non agnoſcere ſimulavit; dicens, quam ille novit, & ultimo vidit, genitricem ſuam, non ſericis, ſed vilibus & laceris veſtimentis uti ſolitam: itaque cum denuo ei ſiſteretur ſub pannoſis veſtibus in ejus amplexus occurrit dicens: *Hæc vere mea eſt omnium cariſſima parens*; *in iſto veſtium apparatu eam reliqui, in eodem ſuſcipio, & tamquam matrem veneranter excipio.* Moritur Benedictus XI.

XXXVII. Moritur hoc anno Cardinalis Jacobus Thomaſius Caetanus, Bonifacii VIII. ex ſorore nepos, ex Minoribus aſſumptus: ubi ſit ſepultus, non comperio. Obiit etiam hoc anno in Hiſpania apud oppidum Roæ, annis gravis, Henricus Princeps, Ferdinandi Sancti filius, & Alphonſi X. frater, olim Senator Urbis creatus, & multis muneribus magnifice donatus a Clemente IV. qui cum Conradino Svevo pugnans contra Carolum Andegavenſem perpetuo carceri addictus, tamdem evaſit, procurationemque regni Caſtellæ ſuſcepit ex decreto conventus Obit Card. Thomaſius. Et Henricus Princeps. *Joan. Marian. lib. 15. c. 7.*

Pro-

Procerum Valliſoleti coacti, poſt mortem Sancii, tenera adhuc ætate Ferdinandi regni hæredis. Funus delatum Valliſoletum in ædem ſancti
Gonz. in prov. Concept. Con. 1. Franciſci, & nobiliſſimo conditum mauſuleo, quod adhuc extat, commemorat Franciſcus Gonzaga, dum de illa ſcribit Eccleſia.

XXXVIII. Aſſumpſit hoc anno Benedictus Pontifex fratrem N. ad Epiſcopatum Fori-Popilii urbis Æmiliæ ſub Archiepiſcopo Ravennate, cujus Sedes Epiſcopalis tranſlata eſt Britinorium, mediam inter Cæſenam & Forum-Livii anno MCCCLVIII. eo quod cives Foro-Popilienſes Legato Pontificio ſeſe oppoſuiſſent. Vacabat dudum Sedes per mortem T. Epiſcopi. Propriis manibus ei conſecrationis munus ipſe Pontifex impendit: *In ſupremæ dignitatis*. 11. Kal. Junii.

Con. Bonifacii. *Idem in prov. Corſica Con. 1.* XXXIX. Sub hoc anno (ait Gonzaga) habitabant Minores ad Portum Syracuſanum, vulgo *Bonifacio* inſula Corſicæ, uti conſtat ex vetuſto lapide veteri ciſternæ adaptato. Alio vero loco prius conſtitiſſe Fratres ab ipſo ſancti Franciſci tempore ferunt incolæ, ex quo huc tranſlati ſunt. Sed & hinc amoti ſunt ſub annum MDLX. Genuenſibus, quibus inſula paret, maxime timentibus præſidio, cujus muris cingebatur Conventus, conceſſo Fratribus alio habitaculo. Poſteriorem autem hunc Conventum puto, uti largius ad annum MCCCXXXI. inſinuabo. Hoc anno
Con. Albarii. *Rodul. fol. 274. Idem fol. 278.* Con. Oſtunii. Gaſpar Anſalius reliquit domos & prædia pro conſtructione loci Albarii, in provincia Genuenſi Patrum Conventualium. Locus Oſtunii in provincia ſancti Nicolai & cuſtodia Tarentina eorumdem Patrum antiquior eſt, ſub invocatione ſancti Franciſci, ſed de certo tempore non conſtat. Apparet tamen privilegium Philippi Principis Tarentini, & Deſpoti filii Caroli Regis Hieruſalem hoc anno ſub menſe Junii ſtipulatum, quo concedit hortum Curiæ principalis pro conſtruenda Eccleſia in loco dicto a Colombo, ad preces venerabilis viri fratris Falconis, tunc Miniſtri Provinciæ Apuliæ: *internæ*, inquit, *dilectionis affectu, quo Princeps ille afficiebatur erga ſanctum Franciſcum*. Hoc item anno completa eſt inſi-
Eccleſia Con. Mantuani. *Donesmun. lib. 4. hiſtor. Mantuan.* gnis Eccleſia Conventus Minorum Mantuani, de quo nos alibi egimus, expenſis multorum Civium illuſtrium, ſed præcipue familiæ Gonzagæ; cujus vetuſta inſignia multis in locis ibidem conſpiciuntur. Architecti nomen ipſe ita iuſcripſit marmori in templi muro exteriori: *Iſtius Eccleſiæ germanus complevit opus, de anno* MCCCIV.

Conv. Aquen. XL. Conventus Aquenſis Provinciæ Aquitaniæ antiquioris in Vaſconia primævam fundationem licet ignoremus, attamen longe ante hoc tempus conſtructum fuiſſe mihi conſtat ex diplomate Benedicti Pontificis, quo ſcribit Laſcuren. Ruthenen. & Aſſiſinaten. Epiſcopis, qualiter primum Fratrum domicilium conſtitutum extra muros civitatis Aquenſis, deſtructum fuit per Duces exercitus Regis Franciæ, quando inter ipſum & Angliæ Regem bellum vigebat in partibus Vaſconiæ, quia timebant inde potuiſſe provenire urbi aliqua diſcrimina. Dirutum tamen poſtea voluerunt Fratres reædificare, ſed prohibiti ſunt per Regis officiales; quare coacti ſunt infra muros ejuſdem urbis emere domos quaſdam & plateas, in quibus habitationem ſibi neceſſariam, & oratorium conſtruxerunt. At Epiſcopus Aquenſis, propter conſtitutionem Bonifacii VIII. qua prohibebatur regularibus locum ullum abſque ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia conſtruere aut recipere, præfatum oratorium Eccleſiaſtico interdicto ſubjecit. Fratribus tamen recurrentibus ad Sedem Apoſtolicam indulſit Pontifex ut ibidem licite poſſent remanere, & præfatis Epiſcopis ſcripſit ne permitterent, eos ullatenus impediri aut mole-

ſta-

ſtari: *Oblata nobis* VI. Idus Martii. Similiter ſcripſit ad Guardianum & Fratres ſub eodem tempore & tenore verborum. Translatum hunc Conventum a Patribus Conventualibus ad Obſervantes anno MDXXII. ex decreto Leonis X. ad preces Franciſci I. Gallorum Regis, ſcribit Gonzaga. Sed ſub illo anno non Leo X. ſed Adrianus VI. ſedebat. *Gonzag. Provin. Aquit. antiq. Con. 16.*

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Conv. Conſtantinopolit.

,, Ante
,, hunc annum Conventum habuiſſe Minoritas in Imperiali urbe Con-
,, ſtantinopolitana, conſtat ex aliquibus inſcriptionibus ſepulcralibus,
,, & catalogo Piſani, quem ad finem Tomi 4. exſcripſimus. Quæ illinc
,, accepimus monumenta, indicant paulo poſt obitum ſancti Franciſci
,, extructum; & aliqua nos dedimus ſparſim per varios annos diplomata
,, Pontificia ad Guardianum Peyræ, ſeu Conſtantinopolis tranſmiſſa.
,, Templum eſt capaciſſimum, eoque conveniunt Chriſtiani ſuos ritus,
,, peculiareſque quaſdam feſtivitates celebraturi. Illic conſpiciuntur
,, multorum heroum ſepulcra: omnium, quorum epitaphia legi poſſunt,
,, vetuſtiſſimum, Comitum de Montecucco, ſupra Portam præcipuam
,, Templi a parte exteriori, ita eſt inſcriptum: *Hic inferius eſt ſepul-*
,, *crum DD. Girardi, & Roberti Fratrum Comitum de Montecucco, &*
,, *hæredum ſuorum. Obiit autem D. Giraldus anno Domini* MCCCIV. *die*
,, IV. *Junii. Dom. Robertus* MCCCXXXVIII. XIII. *Decembris*. Aliorum
,, heroum inſcriptiones, ne tædium pariam, prætermittam; indicabo
,, dumtaxat locum, nomina, & annos. Prope portam Eccleſiæ, qua
,, tranſitur ad clauſtrum, jacet nobilis vir Brancha de Spinolis, defun-
,, ctus anno MCCCXC. die IV. Maii. Non longe diſtat ſepulcrum mar-
,, moreum magnifici Domini militis Caroli Lomelini præfecti claſſis Ge-
,, nuenſis, defuncti anno MCCCCXXXIV. die IV. Septembris. Prope Ba-
,, ptiſterium jacent Andreas de Grimaldis, Andreæ filius, qui anno
,, MCCCCXXXII. die I. Novembris, & Leonardus de Spinolis, qui anno
,, MCCCCXXXVII. die X. Septembris obierunt. E regione horum ſepul-
,, tus eſt Philippus Lomelinus defunctus anno MCCCCXXIV. die XX. Se-
,, ptembris. Juxta Baptiſterium humi leguntur hæc verba: *Vincentio*
,, *Gradenico Equiti Bailo* MOC. In Templi medio ſepultus eſt Marcus
,, Delphinus Patritius Venetus anno MCCCCXC. die XIII. Julii, & pro-
,, pe hunc Georgius Andreæ Gritti Ducis Venetiarum filius, qui obiit
,, anno MOXXXVIII. In ſacello ſanctæ Annæ jacet Illuſtris vir Albertus
,, de Viis Ferdinandi, & Maximiliani Imperatorum Conſiliarius, & in
,, Curia Otomannica multorum annorum orator. Obiit XXI. Octobris an-
,, no MDLXXIX. Ex adverſo portæ Sacrarii ſepultus eſt Bonifacius de
,, Saubo Amiratus Regni Boemorum. Obiit anno MCCCLXIV. die XIV.
,, Octobris. In choro ea ex parte qua ſolet cantari epiſtola, jacet Joan-
,, nes Dolu Gallorum Regis Orator, qui in ætatis flore anno XXXIII. &
,, Chriſti MOLXI. die IX. Julii occiſus eſt. In clauſtro, & ſacello ſanctæ
,, Mariæ Magdalenæ jacet Philippus de Artres, Comes de Cic, & Co-
,, mes-Stabuli Franciæ, qui obiit Michalici anno MCCCCXCVII. die XV.
,, Junii. Iſtorum heroum placuit hic apponere memorias ne pereant;
,, & nobilibus familiis ſuæ gentis in longinquas profectæ regiones ali-
,, qualem hanc notitiam exhibere. Supra portam Templi ædificavit duas
,, manſiones frater Giffredus Cigalla Epiſcopus Caſſenſis Minorita; pri-
,, mam deſtinavit puellis, ſecundam matronis, & viros habentibus, ut
,, commodius, & ab hominum conſpectu liberæ, ſacris intereſſent offi-
,, ciis. In operis fronte hæc verba leguntur: *Ad honorem Dei, & beatæ*
,, *Mariæ Virginis, & beati Franciſci, hoc opus fecit fieri Reverendiſſimus*

Do-

„ *Dominus frater Giffredus Cigalla Dei gratia Epiſcopus Caſſen. olim pro-*
„ *feſſus in Ordine Minorum, pro cujus ædificii præmio detur ſibi vita æter-*
„ *na. Amen.* MCCCXXVI. *die* I. *Auguſti Indictione* III. *ſecundum curſum*
„ *Janu.* Fratrum ædes capaciſſimæ ſunt, & duo habent clauſtra capaciſſi-
„ ma.

Monaſt. Gordiani.

XLI. Sub hoc tempore fundatum Monaſterium Clariſſarum de Gordiano Valuenſis diœceſis, in Regno Neapolitano per Jacobum de Gordiano Pontificis Pœnitentiarium, conſtat ex Pontificio monumento, quo concedit ruralem Eccleſiam ſancti Donati prope idem Monaſterium: *Sacræ Religionis honeſtas.* II. Idus Januarii: de qua conceſsione ſimiles dedit litteras ad magiſtrum Guidottum de Mediolano Archidiaconum Pergamen. Capellanum ſuum, & Thomaſium de Gordiano Canonicum Valuenſem. Fundaverat ſub hoc tempore nobiliſſima Regina Imagina, uxor claræ memoriæ Adolphi Cæſaris Regis Romanorum, Conventum Clariſſarum in loco de Clarendale, cujus tamen Eccleſiam Archiepiſcopus Moguntinus, in cujus diœceſi erat, dedicare nolebat, nec conſecrationem per alium fieri permittebat. Ad Reginæ querelas ſcripſit Pontifex Archiepiſcopo, ut annueret votis Reginæ, quod ſi nollet, ſciret datam commiſſionem Archiepiſcopo Treveren. ut prædictam Eccleſiam conſecraret: *Petitio cariſſimæ*, XVI. Kal. Febr.

Mon. Clarend.

Monaſt. Colonienſ.

XLII. Hoc tempore initium accepit Monaſterium Clariſſarum Coloniæ Agrippinæ, inchoatum expenſis nobilis feminæ Richardis Comitiſſæ Juliacenſis, & cujuſdam civis Colonienſis, qui legaverat quaſdam ſummas pecuniæ, ut conſtrueretur in area a prædicta Comitiſſa deputata, accedente etiam conſenſu Vieboldi, alias Wichboldi Colonienſis Archiepiſcopi, paulo ante defuncti. Hoc vero anno indulſit Pontifex ut, conſummato opere, collocarentur ibidem Clariſſæ: *Petitio tua.* II. Non. Junii. Anno MCCCVI. Eccleſiæ dedicatio facta eſt, uti narrat Petrus Cratepolius, præſente & operante Henrico II. de Virnenburg Archiepiſcopo Colonienſi, Gerardo de Pomerio, Minorum Provinciale Theologo, ac innumeris aliis hominibus. Eodem anno ordinatum eſt, ut Monaſterium illud occluderetur, & ut Virgines perpetuæ clauſuræ ſe devoverent, conſtitutum. Prima in eo Abbatiſſa Petronilla Scherve, quæ virgo fuit valde religioſa, cui Deus arcana multa revelavit. Anno Domini MCCCXXVI. (ait Cratepolius) fuit Reinaldus I. Dux (dixiſſet potius Comes Geldriæ, qui ex altera ſua uxore, quæ fuit filia Guidonis Comitis Flandriæ, habuit duas filias, Philippam & Iſabellam, quæ ambæ, ſpreta mundi vanitate, & nuptiarum copula, huic Monaſterio, in quo & ſepultæ jacent, non mediocria bona & incrementa dedere (& certe filias Clariſſas ſubſcribunt alii auctores, licet alii repugnent) & Gerardus Comes Montenſis, qui ob devotionem quam in religionem habuit, portionem non parvam contulit. Addit etiam Cratepolius, Noviſianum Monaſterium ſanctæ Claræ, Colonienſi coætaneum eſſe, cui multis annis honeſto regimine præfuit religioſa & veneranda Domina Sophia a Reffercheidt, Abbatiſſa. Tradunt tamen ipſæ Clariſſæ, Monaſterium inchoatum anno MCCLXXXVIII. a nobili viro Hermanno Kalhauſen. eo defuncto, opus continuatum ab ejus genitrice, quæ una cum duabus filiabus Clariſsis nomina dederunt; ibique obiiſſe Juttam filiam I. Ducis Juliacenſis, tres etiam Duciſſas, & quinque Comitiſſas.

Cratep. de Archiepiſ. Colonien. ſub Henrico II.

Aclyda in chron. Bel. lib. 24. c. 7. Mon. Flan.

Monaſt. Noviſianum.

XLIII. Henrico Duci Sletiæ & Domino Clogoniæ, ita petenti, hoc anno conceſſa facultas, ut de bonis propriis in ſuo dominio duo Monaſte-

ſteria Clariſſarum poſſit ædificare; quod an ad exitum perduxerit mihi haud compertum: *Devotorum vota* xv. Kal. Aprilis. Monaſterium etiam Taurinenſe ſanctæ Claræ ante hoc tempus originem accepiſſe conſtat ex indulto Pontificio; quo propter tenues Cœnobii facultates, ei addixit Eccleſiam ruralem ſancti Benedicti prope Taurinum: *Injunctæ nobis*, x. Kal. Martii. Monaſt. Taur.

XLIV. Præterea Benedictus aliquas controverſias Regularium, diverſis conſtitutionibus editis, ſedavit, atque illam præſertim, quæ verſabatur inter Minores & Prædicatores circa diſtantiam locorum, uti alias diximus: *Licet ea quæ*. Nonis Januarii: pro cujus conſtitutionis executione ſimiles litteras dedit ad Archiepiſcopum Burdigalenſem. Illas vero moleſtiſſimas lites, quæ plurimis in locis cum magno ſcandalo populorum frequenter vigebant inter Clerum ſecularem & regulares circa ſepulturas, prædicationes, & confeſsiones compoſuit, datis litteris incipientibus: *Inter cunctas ſollicitudines noſtras*. xiii. Kal. Martii, quæ habentur in corpore Juris inter extravagantes communes tit. de privilegiis, quibus temperavit conſtitutionem Bonifacii VIII. *Super cathedram*, circa eaſdem materias. Utriuſque diplomatis argumentum inſeruit Clemens V. ſuis litteris in Concilio Viennenſi editis, quæ habentur in Clementinis, cap. 2. de ſepulturis. Benedictus vero ſuæ Legis executores & conſervatores inſtituit pleriſque in locis Eccleſiarum Prælatos, in Italia Archiepiſcopum Ravennatem, & Epiſcopos Bononienſem, Paduanum, & Firmanum: in Dacia Roſchelden. Lincopen. & Stavagien. Epiſcopos; in Hiſpania Archiepiſcopos Compoſtellanum, & Ulyſſiponenſem, & Zamorenſem Epiſcopum: *Super egenum nuper*. vi. Idus Martii. Demum copioſam dedit exemptionem Minoribus a juriſdictione Ordinariorum, ad exemplum ſuorum prædeceſſorum Nicolai IV. & Bonifacii VIII. *Inter ceteros Ordines*. iv. non. Aprilis.

Benedict. varias ſopivit controverſias Regularium.

Tom. 4. an. 1265. n. 23.

Tom. 4. an. 1268. n. 17.

XLV. Moleſtias & turbas exortas in Monaſterio ſancti Silveſtri de Urbe circa Regulæ mutationem, quam fieri præcepit Bonifacius VIII. ſua auctoritate ſedavit: *Dudum felicis*. iii. non. Januarii, data circa hæc commiſſione ſimili tenore verborum Joanni de Muro EpiſcopoPortuenſi, Cardinali Minoritæ. Omnia Monaſteria Clariſſarum ſub regula Urbani IV. militantium liberat a ſolutione decimarum, quorumcumque onerum ſive Regibus, ſive Prælatis Eccleſiaſticis ſolvendorum: *Sacra veſtra religio*. vi. Idus Junii.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO:

„ I. Benedictus X. ſui Pontificatus brevi tempore admodum multa ad utilitatem Eccleſiæ præter ea, quæ collegit, & retulit Waddingus, conceſsit, ſtatuit, vel ordinavit, & præſertim in iis, quæ vel Ordinem, vel Ordinis particulares perſonas concernunt, a Petro de Alua, & Aſtorga indicata, & a ſuo indiculo huc a nobis revocanda: & quidem Guardiano Eugubino executorialem tranſmittit: *De univerſis Orbis &c.* iv. Nonas Januarii, pro compoſitione litis vertentis inter Prædicatores & Minores, Apoſtolicas litteras interpoſuit: *Petitio dilectorum &c.* Nonis Januarii. Pro Monialibus ſancti Gordiani: *Sacræ Religionis &c.* vii. Idus Januarii. Præterea liberam prædicandi & confeſſiones ſacramentales audiendi facultatem conceſſit, data conſtitutione, quam mox ex ſpeculo hic tranſcribimus.

Litteræ Pont. in favorem Ordinis.

Notitia Monaſterii de Clarendale hic expuncta a waddingo ſupra recenſetur.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Specul. fol. 124.

Conſtitutio circa facultatē prædicandi.

„ 1. *INter cunctas ſollicitudines noſtras, quibus nos paſtorale premit officium, & debitum Apoſtolicæ ſervitutis aſtringit, illa debet eſſe præcipua, ut gregi Dominico, nobis ſuperna diſpenſatione commiſſo, animarum cura non deſit, ne illum lupus rapax, antiquus ſerpens humani generis inimicus invadat: ejuſque ſanguis de noſtris, quod abſit, id clamante Propheta, manibus requiratur. Debemus inſuper quantum nobis ex alto permittitur, pacem inſerere, removere ſcandala, jurgiorum amputare materiam, & intelligere ſuper pauperem & egenum; Quia non in finem oblivio erit pauperis, & patientia pauperum non peribit in finem.*

Memorat bullā de hac re.

„ 2. *Sane dudum bonæ mem. Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter, quamdam ſpecialem inter Prælatos, Rectores, ſeu Sacerdotes, & Clericos parochialium Eccleſiarum, ex parte una, & Prædicatorum, & Minorum Ordinum Fratres ex altera, ſuper faciendarum prædicationum, audiendarum confeſſionam per eoſdem Fratres, ac de eis relictis, & de funeralibus canonicæ portionis articulis, conſtitutionem edidit, certum iis modum imponens, prout in eadem conſtitutione plenius continetur.*

Diſſidium oritur

Sed pro quam intendebat quiete, turbatio nata eſt; pro concordia ſunt ſuborta diſſidia, & pullulatæ inquietitudines pro tranquillitate noſcuntur; ſicque dum anſam ſolviſſe ſe credidit, nodum ligaſſe videtur; & ſeptem uno hydræ amputato capite ſuſcitaſſe: nec mirum, quia plerumque pariunt novitates diſcordiam: præſertim dum ab eo, quod æquum diu viſum eſt, per novam conſtitutionem receditur; nec quare recedatur utilitas evidens vel alia cauſa ſubeſt.

„ 3. *Ideoque cupientes ut ipſi gregi cura noſtra eo plenior impendatur, quo amplior in agro Domini operariorum numerus operetur: ſuper egenum intendentes & pauperem, ac novitatem removentes per eamdem conſtitutionem inductam.*

Facit Fratribus liberam prædicādi facultatem.

„ 4. *Statuimus de Fratrum noſtrorum conſilio, ut ipſorum Ordinum Fratres, qui ad hoc deputati fuerint, in Eccleſiis & locis eorum, quæ in præſentiarum habent, & in poſterum obtinebunt, ac in plateis communibus, ſeu publicis libere abſque Diœceſanorum, & aliorum Prælatorum petita licentia valeant Clero & populo prædicare, eiſque proponere verbum Dei. Caveant tamen omnino, ne hora in qua Diœceſani prædicti prædicarent, vel coram ſe facerent prædicari, prædicent iidem Fratres:*

Excipit tempus prædicandi.

putamus etenim dignum, ut majori minor, & ſuperiori inferior deferat in hac parte, niſi forſan aliud circa hoc facerent de voluntate Diœceſanorum ipſorum, aut in ſtudiis generalibus diebus illis dumtaxat quibus

Prohibet prædicari in paroch. invitis Rectorib.

ſermones ad Clerum fieri ſolent, & ſolemniter prædicari, ſive mortuorum funeribus, vel eorumdem Fratrum feſtis ſpecialibus, ſeu particularibus, quia his in caſibus cum Diœceſanis in prædicatione concurrere poterunt, prædicarent. Ubi vero iidem Diœceſani convocarent generaliter ad ſe Clerum, aut aliqua ratione, vel urgente cauſa illum ducerent congregandum, ea hora in ſtudiis memoratis, diebus ſupradictis Fratres ab hujuſmodi prædicatione ceſſabant.

5. *In*

Digitized by Google

,, 5. *In Eccleſiis autem Parochialibus Fratres ipſi, invitis earum Recto-*
,, *ctoribus ſeu Sacerdotibus, niſi juſſi a ſuperioribus eorumdem, non au-*
,, *deant prædicare.*
,, 6. *Sed quia multoties propoſitum verbum Dei audientem a peccato non*
,, *retrahit, idcirco poſt peccatum neceſſarium eſt pœnitentiæ Sacramentum,*
,, *circa quod, niſi articulus neceſſitatis occurrat, ori confeſſio Sacerdotis facien-*
,, *da, prout ſcriptum eſt, corde ad juſtitiam creditur, ore autem fit confeſſio ad*
,, *ſalutem, exigitur: alias fruſtra eſſet in Sacramento eodem Sacerdotis,*
,, *qui inter lepram & lepram debet diſcernere, miniſterium inſtitutum.*
,, 7. *Electi igitur ab eiſdem Fratribus ad audiendas confeſſiones, &*
,, *pœnitentias injungendas, libere, auctoritate Apoſtolica, abſque licentia*
,, *Diœcoſanorum, vel aliorum Prælatorum inferiorum exemptorum & non*
,, *exemptorum, quibus ſubſunt, accedant, audiant eos peccata ſua confi-*
,, *teri volentes (non Religioſos, qui ſecundum ſtatuta ſuorum Ordinum pro-*
,, *priis Prælatis confiteri debent, ne confiteantur aliis, prohibetur) abſol-*
,, *vant, ipſiſque pœnitentiam ſalutarem injungant, infra ſibi deſignatos*
,, *terminos ad hujuſmodi exercendum officium conſtitutos. Excommunica-*
,, *tionis vero, vel alias ſententias per Prælatos latas contra hæc vel in ejus*
,, *fraudem, denunciamus irritas & inanes: nec confeſſi ipſis Fratribus pec-*
,, *cata illa, de quibus confeſſi ſunt eis, & abſoluti pœnitentes de illis, Sacer-*
,, *dotibus propriis teneantur, ſicut & non tenentur iterum confiteri: non*
,, *obſtante conſtitutione generalis Concilii, quæ ſano intellectu, ne ſequatur*
,, *abſurdum, quod per pœnitentiam dimiſſa peccata quis confiteri debeat,*
,, *& quod liberatus debitor adhuc ad ſolvendum maneat obligatus, intel-*
,, *ligenda eſt; ut ex ea patet de illis, qui ſua peccata legitime confiteri alii*
,, *neglexerunt: ſed Sacerdotes ipſi taliter confeſſis & abſolutis adſtricti*
,, *ſint miniſtrare Euchariſtiæ & extremæ Unctionis etium Sacramentum.*

Adſtringit Sacerdotes ad miniſtrandum Sacramentũ confeſſionis.

,, 8. *Super confeſſione autem facta Fratribus memoratis, cum hic de*
,, *confitentis ſolius præjudicio, ſi falſum dicat, agatur; in judicio animæ*
,, *ſuæ, ſeu pœnitentiali foro, ſtabitur ſimplici verbo illius, qui Sacramenta*
,, *petit prædicta, & dicit dictis Fratribus ſe confeſſum.*
,, 9. *Duos tantum caſus excipimus. Si Sacerdos aſſerat eum excommu-*
,, *nicatum, aut notorie peccatorem: ſed videat ne id dicat mendaciter, aut*
,, *in dolum vel fraudem; quia ſi hoc egerit, a delicto tali, niſi plene ſatis-*
,, *fecerit, præterquam in morto abſolvi nequeat; neque de illo ad pœniten-*
,, *tiam aliter admittatur.*
,, 10. *Ut autem Diœceſanis honor debitus reſervetur, præcipimus ut*
,, *Provinciales Priores Prædicatorum, & Miniſtri Minorum Ordinum*
,, *præfutorum, per ſe vel alios, verbo vel ſcripto eis ſignificent, ſe Fratres*
,, *ad hujuſmodi confeſſionum audiendarum & pœnitentiarum injungenda-*
,, *rum officium elegiſſe, & non nominando, aut coram ipſis ſiſtendo eos, nec*
,, *illorum numerum exprimendo; petant humiliter a Diœceſanis eiſdem,*
,, *quod iidem electi Fratres de ipſorum beneplacito & licentia dictum poſ-*
,, *ſint in eorum Civitatibus & diœceſibus, infra eis determinatos fines offi-*
,, *cium exercere. Quod ſi denegent, vel infra triduum non concedant, ex*
,, *tunc iidem Fratres nihilominus auctoritate eadem, hujuſmodi officium exe-*
,, *quantur. Datam vero licentiam per Diœceſanorum mortem nolumus*
,, *terminari.*
,, 11. *Per hæc autem non intendimus, quod ſæpe dicti Fratres, qui ad*
,, *hoc eliguntur officium exercendum, plus habeant in audiendis confeſſioni-*
,, *bus, & pœnitentiis injungendis, quam Parochiales Sacerdotes noſcuntur*

,, *habere : ſicque de caſibus Epiſcopis, & Superioribus, quos inferius ad-*
,, *notamus, ac Sedi Apoſtolicæ reſervatis, ſe nullatenus intromittent. Ob-*
,, *ſervent ergo ſollicite dicti Fratres ne ad confeſſionem recipiant criminoſos*
,, *criminibus, pro quibus eſſet ſolemnis pœnitentia indicenda : modo eodem*
,, *excommunicatos reſpuant, & Clericos, qui propter delictum irregulari-*
,, *tatem aliquam incurrerunt. Inconveniens etenim exiſtimamus ut a pec-*
,, *cato abſolvat, qui pœnitentiam ei debitam imponere, aut irregularitatis*
,, *pœnam peccati ſequelam, vel excommunicationem, quæ infligitur maxi-*
,, *me a jure, quandoque pro crimine, quandoque ab Eccleſia, & per conſe-*
,, *quens a participatione Sacramentorum eccleſiaſticorum excludit, remo-*
,, *vere non poteſt. Incendiarios etiam, eoſque, qui tam enormibus ſunt*
,, *irretiti peccatis, quod ea rationabilis conſuetudo præſcripta canonice in*
,, *Epiſcopatibus aliquibus reſervavit Epiſcopis, ſimiliter non admittant :*
,, *quam conſuetudinem ex cauſa, quæ juſte ad id animum noſtrum movet,*
,, *ſolummodo circa voluntarie homicidas, falſarios, Eccleſiarum immunita-*
,, *tis, & libertatis Eccleſiaſticæ violatores & ſortilegos approbamus.*
,, *Quod ſi forſan antequam ab eo, qui poteſtatem habet, abſolvi poſſint,*
,, *mors talium confiteri volentium, veroſimiliter timeatur; etiam in præ-*
,, *dictis caſibus ſæpe fati Fratres eis confiteri volentes audiant, ipſiſque be-*
,, *neficium abſolutionis impendant; ſed ſubeant juramentum quod liberati,*
,, *ſe ſuis Epiſcopis & Excommunicatoribus præſentabunt, excommunican-*
,, *tium ſuper iis, pro quibus ab eis excommunicati erant, & Epiſcoporum*
,, *pro peccato hujuſmodi parituri mandatis.*

,, 12. *Verum, quia poſt baptiſmum inter cetera magis .... ad ſalutem,*
,, *propoſitio verbi Dei, quo audientes illud, quæ eſt victoria noſtra, in-*
,, *ſtruuntur in fide, docentur fugienda fugere, & ſectanda ſectari; ac quo*
,, *per peccatum lapſi reſurgunt, & Pœnitentiæ Sacramentum perficitur;*
,, *grandis nobis ſollicitudo incumbit, ut tales ad hoc promoveantur Fratres,*
,, *qui oleo dulcedinis verbi ejuſdem noſtros foveant ſubditos; a peccatis pro-*
,, *hibeant, increpationis vino peccatorum ſuorum mordeant vulnera, eoſque*
,, *ad illa pœnitentiæ acrimonia purgandum, & tergendum provocent &*
,, *inducant : ad id vero exequendum ſcientia hujus legis expoſcitur, deſide-*
,, *ratur ordo, & vitæ integritas etiam poſtulatur. Scriptum eſt enim :* Tu
Oſ. 4. 6. Malach. 2. 7. ,, ſcientiam repuliſti, ego te repellam ne ſacerdotio fungaris mihi;
,, quia labia Sacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt de
,, ore ejus; *alias prout ad eum pertinet, inter peccatum, & peccatum non*
,, *poſſet diſcernere; nec peccator exiſtens Dei deberet narrare juſtitias, &*
,, *teſtamentum illius apponere per os ſuum : nam cujus vita deſpicitur, con-*
,, *ſequens eſt, ut ejus prædicatio contemnatur. Quare decernimus, ut Ma-*
,, *giſter & Miniſter Generalis, ac Priores & Miniſtri Provinciales Præ-*
,, *dicatorum & Minorum Ordinum præfatorum, vel eorum Vicarii de Di-*
,, *ſcretorum conſilio, ad tam ſalubre officium Fratres divina ſcientia doctos,*
,, *diſcretione vigentes, vita probatos & expertos moribus, alioquin diſtri-*
,, *ctam reddent in futuro examine rationem, eligant & aſſumant : ſic enim*
,, *quod prædicabunt facient, quæ arguunt operari ceſſabunt, & in eis ædi-*
,, *ficabitur populus verbo, pariter & exemplo.*

,, 13. *Ceterum licet ſicut prædicitur de neceſſitate non ſit iterum eadem*
,, *confiteri peccata; tamen qaia propter erubeſcentiam, quæ magna eſt*
,, *pœnitentiæ pars, ut eorumdem peccatorum iteretur confeſſio, reputamus*
,, *ſalubre, diſtricte injungimus, ut Fratres ipſi confitentes attente moneant,*
,, *& in ſuis prædicationibus exhortentur, quod ſuis Sacerdotibus ſaltem*
ſe-

,, ſemel confiteantur in anno , aſſerendo id ad animarum profectum procul
,, dubio pertinere .
,, 14. Porro , ut circa ſepulturam apud loca eorumdem Fratrum eli-
,, gentium ſepeliri , & portionem canonicam de relictis eiſdem Fratribus
,, minime detrahendam , nequeat in poſterum dubitari . Jubemus ut cor-
,, pora defunctorum , qui apud eos elegerunt , dum viverent , ſepulturam ,
,, proceſſionaliter cum Cruce , Thuribulo , & Aqua benedicta , cantando
,, ſeu legendo Officium mortuorum , vel Pſalmos , & alienas ingrediendo Pa-
,, rochias poſſint aſſumere , & ad ſuas deferre Eccleſias , tumulanda .
,, 15. De quibuſcumque vero relictis præfatis Fratribus in communi
,, vel ſingulis in ultimis decedentium voluntatibus , ſive apud eos ſepeliendi
,, ſint , ſive alibi , nulla per parochiales Sacerdotes morientium , a qua
,, Fratres ipſos liberos eſſe volumus , canonica portio ; & multo minus per
,, Epiſcopos epiſcopalis quarta , cum eis , tamquam exempti non ſubſint ;
,, nec etiam debita jure Parochiæ , ſi forſitan Cathedralis defunctorum eſſet
,, parochialis Eccleſia , detrahatur .
,, 16. De funeralibus autem medietatem , ſi commode diviſionem reci-
,, piat ; alias ejuſdem medietatis æſtimationem ſolvant parochiali Eccleſiæ ,
,, & Sacerdotibus antedictis : funeralia vero intelliguntur hoc caſu , quæ
,, cum funere deferuntur . De candelis tamen , quas Fratres portant , por-
,, tio non petatur .
,, 17. Moneant autem iidem Fratres , & pro poſſe inducant confiten-
,, tes ſibi , ut de propriis bonis ſuis parochialibus Eccleſiis , earumque Sacer-
,, dotibus competenter relinquant ; & quæ eis debent parochialia jura
,, reddant . Ad hæc non murmuret quis ſecularis Clerus : non gerant mo-
,, leſte Prælati , quod circa præmiſſa ſic duximus providendum . Attendant
,, quanta ex iis , quæ in primis duobus articulis ſtatuta ſunt , ſalus ani-
,, marum proveniat : advertant quanta tollantur jurgia , & prudenter
,, conſiderent , quod eorum onera cum aliis noſtro beneficio ſalubriter , &
,, quaſi neceſſario partiuntur .
,, 18. Circa tertium vero articulum diligenter intelligant , quod Fra- Privilegia jam conceſſa Fratribus .
,, tres ipſi hæc per privilegia Romanorum Pontificum eis benigne conceſſa
,, ante conſtitutionem eamdem hactenus habuerint , quodque ſunt pauperes
,, nihil habentes ſinguli , nec in communi , ruſtica prædia , imo nec urbana ,
,, vel mobilia : eorum alter , vel etiam univerſi mendicant victum , quæ-
,, runt veſtitum , & eatenus ſubſiſtere poſſunt , quatenus vel vivorum pie-
,, tas , aut morientium caritas eis neceſſaria ſubminiſtrat .
,, 19. Quis ergo non miſereatur eorum , qui omnia voluntarie hujuſ-
,, modi etiam reliquerunt ? quis non compatiatur eiſdem operantibus tam
,, utiliter in agro prædicto ? Certe nullus , niſi qui triturantis bovis os
,, impie alligare velit , aut eos ſubtractis alimentis necare . Inopes patri-
,, monii onera ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent : & a curialibus
,, res Eccleſiis , vel piis locis donatas , a quarta præſtatione , ſeu lucrativo-
,, rum inſcriptionibus , lex facit immunes : relicta pauperibus non patiun-
,, tur falcidiam , & legata ad fabricam , vel pro ornamentis Eccleſiæ , aut
,, ad divinum cultum perpetuum , ſolutioni non ſubjacent canonicæ portio-
,, nis . Pauperes autem , ut dictum eſt , ſunt Fratres ; & quod eis relinqui-
,, tur , aut in ſua alimenta erogant , aut in fabricam , ſive in cultum divi-
,, num , & Eccleſiæ ornamenta convertunt ; propter quæ , nos , qui debe-
,, mus intelligere ſuper egenum & pauperem , & non oblivíſci eorum (cum
,, humanitatis ſit etiam ſecularis Principis proſpicere egenis , & dare ope-
ram ,

,, *ram, ut pauperibus alimenta non deſint) non tam pie, quam quodam-*
,, *modo juſte in eodem articulo egimus, eoſdem (ut præmittitur) reddendo*
,, *Fratres ab onere canonicæ portionis exemptos.*

Revocat conſtitutionem Bonifacii VIII.

,, 20. *Hæc autem, dicta conſtitutione, quæ incipit:* Super Cathedram,
,, *quam penitus revocamus; aliiſque quibuſcumque conſtitutionibus ſpecia-*
,, *libus & generalibus, ſtatutis, privilegiis, indulgentiis ſub quacumque*
,, *forma verborum conceſſis, etiam ſi de ipſis de verbo ad verbum, vel ali-*
,, *quorum nominibus in noſtris litteris oporteret fieri mentionem; conventio-*
,, *nibus, pactis, juramentis, ſententiis, & conſuetudinibus contrariis*
,, *nequaquam obſtantibus, inviolabiliter obſervari ſancimus.*
,, 21. *Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſta-*
,, *tuti, denunciationis, exemptionis, præceptorum, approbationis, juſ-*
,, *ſionis, voluntatis, revocationis, & ſanctionis infringere, vel ei auſu*
,, *temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Laterani* XIII. *Kal.*
,, *Martii Pontificatus noſtri anno* 1.

Conſtitutio pro facultate prædicandi.

,, II. Præter hanc autem aliam edidit conſtitutionem, qua prædi-
,, candi facultatem cum nonnullis aliis privilegiis concedit: *Inter cun-*
,, *cta &c.* XIII. Kal. Martii. Ceterum Paduanis & Vincentinis Inquiſi-

Ex mon. fol. 202.

,, toribus ſcripſit: *Gravem &c.* V. Kal. Maii. Item iis Provinciæ Lom-
,, bardiæ: *Ex eo quod &c.* VI. Nonas Martii. Sed fratri Henrico
,, quamdam executorialem circa ſexcentas libras Januenſes: *Cum*
,, *ſicut &c.* III. Kal. Martii. Pro fratre Oliverio de Parma: *Porrecta no-*
,, *bis &c.* IV. Nonas Martii: Pro Conventu in civitate Aquenſi: *Oblata*
,, *nobis &c.* VI. Idus Martii: & pro Monialibus ſancti Silveſtri de Urbe:

Ex Vatic.

Aliæ in favorem Ordinis.

,, *Ex parte &c.* VI. Idus Aprilis. Nec vero Syriæ oblitus eſt, cum pro
,, ſubſidio Terræ ſanctæ Apoſtolicas expedierit litteras ad Carolum
,, Philippi Regis Francorum: *Claris patet &c.* V. Kal. Junii, & Epi-
,, ſcopo Silvanectenſi de eadem re: *In ſupremæ &c.* XII. Kal. Julii.

Reginæ Joannæ.

,, Reginæ Joannæ ingrediendi Monaſterium facultatem fecit: *Cum*

Ex Oder. n. 28. 29.

,, *ſicut &c.* X. Kal. Martii. In regeſto Pontificio Waddingi leguntur
,, litteræ hujus Pontificis directæ Henrico Duci Scleſiæ, & Domino
,, Glogoniæ: ſed mendis Impreſſoris in nominibus corrigendum eſt,

Benedictus XI. obit.

,, & legendum Duci Sileſiæ, & Domino Glogoviæ, quibus concedit ut
,, in ſuo dominio duo Monaſteria Clariſſarum conſtruere poſſit, de qui-
,, bus aliud hucuſque non apparet. Ceterum non completo ſui Pontifi-
,, catus anno primo, Benedictus nonis Julii ad Beatorum ſedes aſſum-
,, ptus, æternum ſui deſiderium Eccleſiæ ejus præconia meritorum per-
,, petuo celebranti, reliquit.
,, III. Poſt hæc autem ab Hiſtoricis Balearium monemur ſerius, ac
,, attentius reflectendum eſſe ſuper filios Jacobi II. Balearium Regis,
,, qui Minoriticum Ordinem illuſtrarunt: & quidem de Jacobo filio
,, præfati Regis, qui factus Minorita hoc anno deceſſit, agit Waddingus,

Mutius tom. 2.

Jacobus filius Regis Balearium fit Minor.

,, commemoratque alium nepotem prædicti, & filium Regis Balearium,
,, qui Neapoli Minoriticum inſtitutum amplexus eſt. Verumtamen Da-
,, meto, Mutius, aliique plures hiſtorici bonæ famæ in ſuis Annalibus
,, aſſerunt, Illuſtriſſimum Regem Balearium Jacobum II. ex quatuor,
,, quos progignerat filios, Seraphici P. S. Franciſci Ordini duos dedi-

Philippus ſupradicti frater, tertii Ordinis alumnus.

,, caſſe, primogenitum ſcilicet Jacobum, & Philippum, qui fuit eorum
,, quartus in Ordine. Hunc autem Philippum non fuiſſe Fratrem pro-
,, feſſum primi Ordinis, ut ejus frater Jacobus, ſed Presbyterum ſecu-
larem

„ larem vitæ ſanctimonia exemplari commendabilem, Eccleſiaſticis
„ rebus maxime addictum: quamobrem, ſi ut præfati hiſtorici ajunt,
„ Jacobus II. Rex duos de quatuor ſuis natis, primum ſcilicet Jacobum
„ & eorumdem ultimum Philippum ſancto Franciſco dedit, reliquum
„ eſt ut concludatur, Philippum tertii Ordinis alumnum fuiſſe, ut mo- *Gonz. p. 1. in BB. viris hujus Ord.*
„ numenta Majoricenſis Provinciæ concludunt.

„ IV. Benedictus a Græcio memoratur a Gonzaga, quod cum vir Benedict. a Græcio floret.
„ eſſet devotiſſimus, floruerit hoc anno MCCCIV. eique in Martyrologio
„ Franciſcano dies XXVI. Junii dedicata eſt: verumtamen a Marco *Marc. Ulyſſ. p. 2. l. 6. c. 26. §. 4. an. 1304.*
„ Ulyſſiponenſe vocatur *ab Eſtercio*, ſed per errorem, ut prudenter pu-
„ tavit Arturus: & quidem Benedictum ab Eſtercio ſub anno MCCXCIX.
„ dedimus, cum ſuis particularitatibus, quibus ſatis ab iſto diſcriminatur,
„ qui a Picqueto refertur. Sed eodem tempore plures pietate, & vir-
„ tute illuſtres, in Conventu S. P. Franciſci Mantuæ floruiſſe, & quie- Joannes in Apulia ſanctitate clarus.
„ ſcere ſcripſit Doneſmundus: & Franciſcus Pizamilius in ſuo Catalogo
„ narrat, in Apulia fratrem Joannem virum humilitatis, caritatis, ab- *Vid. ad an. ſup. 1299. n. 4.*
„ ſtinentiæ, & eximiæ ſanctitatis enituiſſe. Sed hoc anno Illuſtriſſimam *Franc. Piz. in Catal. SS. & BB. Ord.*
„ Dominam Joannam Franciæ Reginam fatis functam, apud Conventum
„ Guingampenſem ſepulturam accepiſſe, poſteris repoſuerunt Monu-
„ menta Turoniæ.

ARGUMENTUM.

Poſt diuturnum Interpontificium eligitur Clemens V. Florent in multis Provinciis multi Viri ſancti Minoritæ. Joannis a Monte Corvino ſtatus in Oriente. Sanctus Franciſcus propitiatur ſibi addictis. Commendatur & celitus probatur Indulgentia Portiunculæ.

I. POST diuturnum Interpontificium menſium decem, dierum octo & viginti; poſt magnas contentiones, & diverſa Patrum Purpuratorum ſtudia in duas factiones diviſa, una (cujus capita præcipua Matthæus Rubeus Urſinus noſtri Ordinis Protector, & Franciſcus Cajetanus Bonifacii VIII. nepos) Italum; altera (cujus Duces Neapoleo Urſinus, & frater Nicolaus Pratenſis Ordinis Prædicatorum Epiſcopus Oſtienſis) Gallum Pontificem deſiderante; tamdem conventum eſt, ut Italicæ factionis Patres Galloa tres ad Pontificatum nominarent, ex iis adverſa para unum eligeret. Trium Archiepiſcoporum nomina edita, qui Bonifacio obſtricti erant, a quo ſuas dignitates acceperant. Ex his Prælatus ceteris Bertrandus Gottus Burdigalenſis Præſul, re omni prius ſolerti cura & aſtu Cardinalis Pratenſis, cum Philippo Rege Galliæ communicata. Acceptis breviſſimo tempore litteris, ſtatim Bertrandum Rex vocavit ad Angelinam oppidum in Sanctonibua, & re patefacta, initoque pacto, ſacramento adegit, ut quæ ſequerentur, ſibi ultro concederet. Primo, amplam veniam capti Bonifacii, læſæque majeſtatia Pontificiæ. Secundo, eamdem gratiam conſequerentur ejuſdem facinoris cooperatores. Tertio, Sacerdotiorum decimas in annos quinque concederet. Quarto, Bonifacii memoriam condemnaret. Quinto, Petrum & Jacobum Columnos, honori unde exciderant, reſtitueret. Sextum alias ſe dicturum adjecit. Creatur Clemens V. & quomodo.

II. Bertrandus celſi honoris ambitione adductus, omnia ſe facturum jure-

jurejurando promiſit, obſideſque dedit fratrem, ac duos nepotes; odio, quo adverſus Regem flagrabat, ob injurias propinquis ſuis Carolo Valeſio illatas, in amicitiam converſo. Inſinuavit itaque per velociſſimum curſorem Rex, ut Bertrandus crearetur Pontifex, atque ita factum Nonis Junii, præhabito luculento ſermone a Cardinale Pratenſi, ceteriſque Italicæ factionis rei communicatæ cum Gallo prorſus ignaris. Miſſis aſſumptionis litteris ad Bertrandum, Clementis nomine ſuum mutavit, & continuo Cardinales in Galliam evocavit. Pridie Idus Novembris, die Dominico ante fores ſancti Juſti Lugduni inſignia Pontificia deſumpſit a Matthæo Ruheo Urſino, S. R. E. Archidiacono, incredibili omnium concurſu, trium Regum, Galli, Aragonii, & Angli præſentia; ſed triſti omine, uti plerique interpretantur; quod ipſo celebritatis die, dum novus Pontifex in pompa circumfertur, parietis ruina vetuſtate atque onere ſuperſtantis multitudinis procumbentis, ex equo, quo vehebatur, excuſſus ſit, tiara ex ejus capite projecta, ex illa carbunculus pretii ſex millium aureorum amiſſus. Rex Galliæ lateri adhærens proximus periculo: Matthæus Rubeus Cardinalis, & Joannes Dux Britanniæ perierunt; Carolus Valeſius pede ſaucius, Anglus atque Aragonius Reges incolumes perſtiterunt; plures tum ruina, tum multitudine obtriti, oppreſſique ſunt. Hac ratione ex Urbe tranſlata eſt ſedes in Galliam, ubi per ſeptuaginta & plures annos remanſit, magno rei Chriſtianæ incommodo, Eccleſiæ dedecore, Urbis incredibili detrimento, cujus Templa magna ex parte derelicta, corruerunt. Mala hæc prædixit Matthæus Rubeus Cardinalis, cum hoc facinus translatæ ſedis, & per dolum creati Clementis, Nicolao Pratenſi exprobraret.

In die coronationis periclitatur.

Florent plerique Sancti Minoritæ.

Guillelmus Placentin.

III. Sub hoc tempore vel mortui ſunt, vel floruerunt hi ſancti Minoritæ. In Provincia Bononiæ & Cuſtodia Parmenſi vixit frater Guillelmus de Placentia, Vir ſanctus & perfectus, ſancti Franciſci ſectator; dum ſpiritum emitteret, amiſſam longo tempore loquelam recuperavit, fortiter & compaſſive clamans: *Heu nunc anima N. fratris Epiſcopi ſepelitur in inferno*. Notaverunt Fratres horam, & compererunt ipſa eadem illum Epiſcopum obiiſſe. Arimini in Cuſtodia Foroliovienſi jacet frater Joannes Barontii, clarus miraculis plurimis. In Conventu ſanctæ Mariæ Venetiarum, in Provincia ſancti Antonii B. Cariſſimus de Cluſia arborem ſiccam frondere fecit, & fructificare. Supinus ſepultus, poſt aliquot annos inventus eſt genuflexus in ſepulcro: multa etiam hic patravit miracula.

Joan. Baron.

Cariſſimus Cluſinus.

Belengerius de Monte Acuto.

Leo Laudenſis.

IV. In Provincia & Conventu Januenſi requieſcit beatus Belongerius de Monteacuto in vita & poſt mortem miraculis glorioſus. In Provincia Mediolanenſi, loco tamen incerto, frater Leo Laudenſis, ob vitæ ſanctimoniam ad dignitatem Pontificalem aſſumptus. Dum corrigeret exceſſus ſuorum Clericorum, vitamque reformaret, venenum propinarunt, ſed mirabiliter evaſit illæſus. Siracuſis in Provincia Siciliæ frater Joannes, qui lapidem ignitum ex culina ad valetudinarium uſque illæſus portavit nuda manu, in obſequium cujuſdam infirmi, multaque fecit mirabilia. Andriæ in Cuſtodia Barolitana & Provincia Apuliæ frater Landus Tarentinus vir ſanctus & miraculoſus. Oriæ in Cuſtodia Tarentina ejuſdem Provinciæ frater Philippus de Duratio, qui annis ſeptem crudas herbas abſque pane ullo comedit; virtutibus & miraculis inſignis. In eadem Provincia, locis tamen incertis, requieſcere hos, qui ſequuntur ſcribit frater Jacobus de Marchia in Catalogo Sanctorum Minoritarum, Gerardum Provinciæ Januenſis magnis prodigiis clarum. Lau-

Joan. Syracuſ.

Landus Tarentin.

Philippus Duratii.

Gerardus.

Laurentium cui Chriſtus crucifixus palam fuit affatus. Joannem de Auricalco virtutibus & ſignis admirandum. Franciſcum Provinciæ Pennenſis, & Cuſtodiæ Aprutinæ, qui dum araneam delapſam in vivificum calicem, ſimul cum ſanguine ſumeret, vidit propriis oculis animalculum per carnem vivum prorumpere. Voluit enim Deus oſtendere non periclitari vitas illorum, qui ob ſacrorum myſteriorum reverentiam eas minus faciunt & eligunt potius animarum, quam Chriſti facere jacturam. In Provincia Dalmatiæ floruerunt etiam plures Viri ſancti. Frater Antonius de Duratio, qui per multos annos Sarracenis in partibus ultramarinis prædicavit. Factus Archiepiſcopus Duratii prædixit ſui obitus horam: deinde naturæ debito ſoluto, veſtitus Pontificalibus, poſituſque in alto theatro, adeo copioſe ſudavit, ut madefecerit veſtes ſacras & habitum. Sequenti die apparuit ad caput ejus adoleſcens decorus aſpectu, qui pro concione univerſam ejus vitam & geſta recitavit, ſtatimque diſparuit. Duratii in Cuſtodia Raguſina miraculis coruſcat frater Adam, primus ſocius prædicti fratris Antonii, eidem miniſterio prædicandi infidelibus totus addictus, qui ſimiliter mortis ſuæ diem prænunciavit. Jacet Catharæ miraculorum gloria inſignis. Frater Monaldus vir vitæ ſanctitate & ſcientia præclarus, qui Summam utriuſque Juris ordine alphabetico digeſſit, quæ vocatur *Monaldina*. Corpus ejus Juſtinopolis Cuſtodiæ Iſtriæ requieſcit. Frater Julianus jacet in eadem Cuſtodia & Conventu de Vallis, cujus natalitii dies ibidem habetur feſtivus.

Laurentius. Joan. Auric. Franciſcus. Anton. Duratii Archiepiſcopus. Adam Antonii ſocius. Monaldus. Julianus.

ADDITIO Patris Lucæ Waddingi.

B. Franciſcus Dyrrachinus.

„ V. Hoc etiam tempore florebat beatus Franciſcus Dyrrachinus, „ quem ex ſepulturæ loco, adjectiſque mirabilis abſtinentiæ, & virtu„ tum indiciis, ipſum eumdem eſſe, quem ex Mariano appellavimus „ Philippum de Duratio conjicio. Compendioſe nimis de illo ſcribunt „ noſtri auctores, Piſanus, Marcus, Rodulphus, Gonzaga; aliquanto „ diffuſius, & cultiori ſermone Q. Marius Conradus in oratione, quam „ habuit ad Ordines, & Populum Uritanum ſuos concives, de divinis „ honoribus ejuſdem ſancti Viri promovendis. Potiora quæque hæc ex „ illo tranſcribam. Dyrrachii (inquit) natus, quæ civitas eſt in Epiro, „ non generis nobilitatem, non ea quæ ſumma, & præclara habentur in „ vita, cogitavit unquam. Honores autem, ambitiones, & gloriam „ imperandi aliis ſui loci hominibus, ſummum ſibi eſſe periculum, & „ ſummum nefas putabat attingere. Sapientiæ vero tantum coluit, quan„ tum humanæ, & ſuæ ipſius imbecillitati, diviniſque beneficiis cogno„ ſcendis ſatis eſſe videtur. A prima adoleſcentia ſancti Franciſci Soda„ litio adſcribi voluit. Quocirca nomen quoque ſibi imponi voluit, „ illius, quo ad cœli vias omnes perquirendas duce uteretur. Summum „ eſſe imperium putabat aliis obtemperare, ſummam gloriam omnibus „ inſervire. Permotus fama religionis, quæ illis temporibus ea in ur„ be caſtiſſime celebrabatur, magna cupiditate incenſus eſt, loca illa & „ ſanctiſſimos Viros in Cœnobio extra portam Brunduſinam conſtructo „ viſendi. Dyrrachio igitur ubi ſanctiſſime a primis annis vixerat, „ Uriam venit, ubi de augenda quotidie religione, laboribus, & rerum „ cogitatione cœleſtium, egit quod reliquum fuit ætatis. Taceo hic „ verbera, quibus macie, & inedia confectum illud corpus, aſſidue „ cædebat: nec ſanguinem dico hamatis flagris areſacto jam de corpore „ exhauſtum, atque ut alia non dicantur; propter continentiam victus „ admirationi cunctis mortalibus fuit. Tantis enim laboribus, quos vel „ noctu ſuſcipiebat ad preces, atque vota Deo facienda, vel interdiu

Fit Minorita. Ejus virtutes.

,, ad commoda ſociis, & officia præſtanda, illud addidit etiam ut vitam
,, ſemper aqua tantum, & pane ſuſtentaret. Ad hanc tenuitatem victua,
,, quum ſe diu exercuiſſet, & ope divina, res adjuta fœliciſſime ſucce-
,, deret, cogitavit etiam fieri ſi poſſet, ut uſu quoque pania careret.
,, Cœpit igitur pedetentim eaperiri: quod cum via ferret natura huma-
,, ni corporis, conſilium tamen ſuſceptum tenuit, & expers rerum om-
,, nium, quibus veſci homines conſuevere, totis ſeptem annis, quibus
,, poſtea vixit, oleribus tantum, & aqua duravit.
,, VI. Convenientibus ad Comitia illius Apulæ Provinciæ Patribus
,, in Uritanum Cœnobium, ille officia, & curam omnem domus ſuſtine-
,, bat. Cum vero in die feſto pro ſumma religione ſolemne ſacrum fie-
,, ret, & a Templo tintinnabuli ſignum daretur Chriſti corpori elevan-
,, do, nec ea mole rerum plurimarum explicare ſe poſſet, poſitis geni-

Per tres muros videt ſacram Euchariſtiam.

,, bus mentem, & oculos intendit, dureque pectus percuſſit. O miram
,, caſtiſſimæ illius fidei, & pietatis vim! apertis enim divino nutu tribus
,, muris, qui interjecti erant, nullo apparente motu, nullo audito ſo-
,, nitu, via ſanctiſſimi Viri oculis ad aram facta eſt, unde ſacrum populo
,, oſtendebatur. Quum rite, ſuoque more ſupplicaſſet, ac Deo gratu-
,, labundus tota domo curaret ea, quæ religioſorum hominum tantæ
,, multitudini opus erant, hunc illi favorem, & monſtrata divinitus,

Singularem hunc favorem ei dæmon invidit.

,, furiæ inviderunt. Quamobrem ita ſe, doloremque ſuum ulciſcuntur,
,, ut quæ in penu, quæ in cella vinaria, quæ in foco, & in popinis erant,
,, ex corrogata undique a bonis viris ſtipe, ea diriperent, & quæ ad ejus
,, ipſius diei cœnam parabantur, nequid vir ſanctiſſimus ex illa indu-
,, ſtria & labore a Deo, vel a ſuis mereretur, omnia, confractis etiam
,, vaſis omnibus, effuderent. Subitus rerum fragor omnium tantus fuit,
,, ut ſibi motus quidam terræ in domo fieri videretur. Re cognita,
,, Deo ſolum gratias agit, ab illo conſilium eapectans, quid facto opus
,, eſſet. Non multo poſt quum adhuc ſocii in ſacris, quibus jam dixi,
,, & comitiis diem conſumerent, adeſt ad januam humana facie ac ve-
,, ſtitu, magna juvenum manus, cum vaſis, caniſtris, & regio dapium
,, varii generis apparatu, qui juſſu Domini ſui, Principis cujuſdam Uri-
,, tani viri, ea ſe Franciſco Dyrrachino, & ſociis ferre dicerent. Hæ-

Cibus abundans cęlitus miniſtratur.

,, rere homo, mirari, ac ſtupeſcere, unde magnificentia tanta muneris,
,, & profecto ex juvenum quoque vultu, immortale neſcio quid ſibi in
,, animum ſpirare videbatur. Illi vero: *ſatis*, inquiunt, *pater: hæc ve-*
,, *ſtra ſunt, his utimini, ad vaſa recipienda mox redibimus*. Hic dicere
,, cum ſtuderet aliquid, eoſque ſtatim abeuntes, ad januam ſequeretur,
,, illorum aſpectum ſubito ea oculis amiſit. Ad cœnam vero cum ven-
,, tum eſſet, tantus fuit odor & ſuavitas inuſitata rerum omnium, ut
,, boni viri & ſancti cœleſtia ſibi a Dyrrachino cibaria illo die appoſita
,, eſſe cognoſcerent. Itaque res una ea alia cum in tanta hominum fre-
,, quentia reſcita eſſet, quæ diu ab illo celari vix poterat, admirabilis
,, vita ejus, ac ſanctitas, ex eo facto cœpit eſſe illuſtrior.
,, VII. Quo certo tempore obierit, non eſt qui referat, conſtat ta-

Patrat poſt mortem miracula.

,, men plura ante, & poſt mortem miracula patraſſe. In caritate im-
,, brium, aut alia majore vi, atque intemperie cum ſupplicationibus pu-
,, blicis illius corpus circumferretur, Cœli injuria, omnique incommodo
,, populus liberabatur. Ex duobus hoſpitibus eo Uritano Cœnobio per
,, aliquot dies hærentibus, unus ſancti Viri mandibulam, altero nihil
,, ſuſpicante furatus eſt, & in manticam aliis rebus confertam abſcondit.

„ Lupias cum ſocio abſceſſurus illam jumento imponit: at illud protinus corruit, mortuo perſimile. Onere remoto, ſtatim convaluit, iterumque decidit ſarcina revincta. Furunculus ſibi conſcius patrati ſceleris, monſtra hæc divinitus immiſſa cognoſcit, raptamque clam manticam ſcapulis imponit, nolens amplius uti jumento. Tremuit tamen, & gemuit ipſe ſub pondere, nec conſtare ſibi potuit, donec furtum reſtituit. His quidem, aliiſque in tanti viri præconia relatis, tamdem Orator ait Franciſco Dyrrachino propter vitam admirabiliter, & ſanctiſſime actam, & oſtenta, quæ illi vivo, & mortuo plurima acciderunt, ſepulcrum honorificentius, ignem perpetuum, ſacra anniverſaria, & divinos honores eſſe conſtituendos.

VIII. In Provincia Romaniæ, & Conventu Nigri-pontis humatus eſt frater Petrus, vir miræ perfectionis & ſanctitatis. Vocavit quidam incantator dæmonem, ſibi ex pacto aſtrictum, qui dum tardaret, interrogatus cur moraretur? dixit, ſe totum occupatum fuiſſe in perturbando fratrem Petrum orantem, nec quidquam profeciſſe. Quo audito, incantator reſipuit, cogitans, quam exilis ſit dæmonis potentia, & quam inanes ejus artes erga Dei Miniſtros. Ibidem conditus frater Matthæus vir ſanctiſſimus. In Gallia in Conventu Redonenſi Provinciæ Turoniæ, & Cuſtodiæ Britanniæ frater Rodulphus, cui Angeli ſervierunt celebranti. Cenomanis in eadem Provincia, & Cuſtodia Aurelianenſi frater Electus, qui ad mortis horam dum ungeretur oleo ſacro, & in Litaniis invocarentur Sancti, ſingulos videbat, & reverenter ſalutabat, cum antea perdiderit loquelam. In Conventu Pictavienſi Provinciæ Turoniæ requievit frater Simon ejuſdem Provinciæ Miniſter, vir ſanctus & doctus. Hoc anno obiit beatus Gualterus Brugenſis, Epiſcopus Pictavienſis e Sede deturbatus per Pontificem hunc Clementem, cum quo dum eſſet Archiepiſcopus Burdigalenſis, de juribus ſuæ Eccleſiæ contendit; & potentia oppreſſus citavit ſub mortis horam Pontificem ad Divinæ Majeſtatis Tribunal. Vere non abſque Divinæ ultionis nota mortuum eſſe Pontificem aliqui ſcribunt, qui ſuo tempore commemorabuntur.

Fr. Petrus. *Fr. Matthæus.* *Fr. Rodulphus.* *Fr. Electus.* *Fr. Simon.* *Fr. Gualterus Brugen.*

IX. Liceat hic quædam beneficia a ſancto Franciſco ſuis devotis & Fratrum benefactoribus conceſſa, breviter delibare. Dominus Amanerius, quem ſupra diximus, alias a ſancto Franciſco vita donatum, vel a ſummo vitæ diſcrimine ereptum, etiam nunc ſecundo non minori afficitur beneficio. In ſuo caſtro Geloſini, quod eſt intra terminos Provinciæ Aquitaniæ, & Cuſtodiæ Agennenſis, præter conſuetudinem ſuam & conditionem, minime delitiis aut feriationibus deditam, repentino motu, atque interno quodam impulſu inquit uxori: *Abeamus & fruamur fructibus & liberiore aura vineæ ad locum noſtrum Fratrum Minorum ſitæ, mox gaudebimus ſancta converſatione eorumdem*. Admirata mulier hominem, alias rigidum, & armis aſſuetum invitaſſe ad ſolatia, quod non ſolebat, ſecum tacita dixit: *Aliquod hic latet myſterium, vel Dei beneficium*. Abierunt cum filiis & filiabus, relictis dumtaxat domi duobus famulis; neque ad locum Fratrum adhuc pervenerant, quando horribilem audierunt fragorem, viderunque immenſo pulvere adeo condenſatum aerem, ut nihil caſtri potuiſſent diſcernere: mox ſupervenit nuncius narrans, magno terræ hiatu abſorptum dimidium caſtri, atque inter ceteras domum ejuſdem herois corruiſſe. Intellexit itaque ſui tutelaris, cui illo die ſummo mane procedens de thalamo, ſe ſuaque commendavit, ſingulare hoc fuiſſe beneficium. Multas hujuſmodi gra-

An. 1314. n. 1. & ſeqq. *An. 1303. n. 18. Chron. antiqu. Marian. l. 4. cap. 2.* *S. Franc. ſibi devotos a mortis periculo liberat.*

tias factas Principibus & populo Aquitanicis per Viri ſancti merita, refert Piſanus, & propterea ſumme beneficos & liberales erga Fratres ſe ſemper oſtendiſſe.

Cœco lumen reſtituit.

X. Miles quidam nomine Gerardus, in oppido prope Anagniam, amiſit lumen oculorum, ſed non caritatem & benevolentiam erga Fratres Minores. Hoſpitio recepit duos, quos peramanter tractavit. Nocte ſequenti Anagniæ apparvit Vir ſanctus Franciſcus uni illorum, & dixit: *Regredimini craſtina die ad pium illum virum, qui vos, & in vobis Chriſtum, & me collegit. Admonete eum occulti reatus, quem commiſit, non expiata adhuc per confeſſionem conſcientia, & dicite propterea cæcum effectum.* Fecerunt ita, obſtupente homine ad notitiam criminis occulti, confeſſus eſt rite culpam ſacerdoti, & culpas multis lacrymis terſit, qua ratione interiore lumine totaliter renovato, exteriorem continuo recuperavit aſpectum. Hujus miraculi fama circumquaque diffuſa, non ſolum ad reverentiam ſancti Inſtitutoris, verumetiam ad confeſſionis ſacramentum & hoſpitalitatis virtutem plurimos accendit.

Vinum multiplicat.

XI. In civitate Maſſæ Maritimæ mulier devota Fratribus ſæpius ex dolio unico vini eleemoſynam dedit. Intactum putavit maritus; ſtatuto pretio vendidit amico. Uxor tremebunda ſancto Franciſco ſe commendavit enixe, & dolium optimo vino plenum apparuit. Ex adverſo, fuit altera avara nimis, nequidquam Fratribus addicta. Petentibus eleemoſynam tempore vindemiæ denegavit: mox muſtum omne aceſcit & perit. Judicavit divinum hoc eſſe ſupplicium, quare rogans ſanctum Franciſcum, ut cordis duritiam emolliret, & culpam ignoſceret, exaudita eſt, aceto in vinum bonum repente converſo. Forani quod Aretinæ diœceſis caſtrum eſt, ſeptem homines ſancto Franciſco valde addicti volebant tranſuadare flumen Claræ jam ſero ſub noctis crepuſculo, nec poterant, alligata cimba ad ripam oppoſitam; commendant ſe ſancto Franciſco, & illico vident ſolvi, & duci ad ſe cimbam atque reduci abſque motore.

Ex muſto acetum, ex aceto vinum facit.

Tranſvehit per flumen amicos.

Marianus citat.
Quando conceſſa Minoribus loca Terræ ſanctæ.

XII. In hunc annum reducit Marianus conceſſionem locorum Terræ ſanctæ, quando Minoritæ ingenti cura & ſumptu Regum Siciliæ Roberti & Sanciæ, illorum poſſeſſionem a Rege Babyloniæ receperunt, quod *& Clemens V.* inquit, *hoc anno ſuo diplomate confirmavit Avenione*. Sed neque Clemens hoc anno Avenionem tranſmigravit, neque Robertus & Sancia adhuc regnabant: quare res hæc deducenda eſt ad primum annum Pontificatus Clementis VI. uti tunc ex monumentis Vaticanis abunde probabimus. Hiſtoria etiam Metropolitanæ Eccleſiæ Upſalenſis refert, hoc anno Joannem de Monte Corvino de quo ſæpius non ſine laude egimus alias, creatum a Clemente Pontifice Archiepiſcopum Cambalienſem (ſive Tantaliechenſem, uti paſſim legit beatus Odericus Forojulienſis qui de hoc Joanne largius ſcripſit) inter Tartaros, & aſſignatos eidem novem (verius ſeptem) Fratres Epiſcopos ſuffraganeos pro innumera & rudi illa gente convertenda. Sed in ſequentem, vel potius alterum poſteriorem annum hæc referenda eſſe, ſcriptæ ab ipſo litteræ, & alia docebunt monumenta. Certe hoc ipſo anno duas dedit, primam ſub menſe Januarii, in qua univerſis Fratribus ſuæ vitæ rationem, & deſiderium cooperariorum expoſuit. Secundam ſub anni finem ſcripſit Fratribus in Perſia & India degentibus, a quibus aliquos mitti petit confodales. Utramque ad clariorem illarum partium & hominis notitiam lectoribus exſcripſi ex vetuſtiſſimo codice MSS. beati Oderici Foro-Ju-

Hiſtor. Upſalen. lib. 2.
Tom. 4. an. 1272. n. 1.
Tom. 4. an. 1289. n. 1. & ſeqq.
Quando creatus Joan. a Monte Cor. Archiep. Cambalien.

ro-Julienſis, qui regiones illas peragravit. Legatum ſe Sedis Apoſtolicæ nominat, quia Nuncius, & forte cum plena poteſtate, miſſus eſt a Nicolao IV. ſub annum MCCLXXXIX. uti tunc diximus, ad partes Orientis.

Epiſtola prima ejuſdem.

XIII. Deeſt initium. *Ego frater Joannes de Monte Corvino de Ordine Fratrum Minorum, receſſi de Thauriſio civitate Perſarum anno Domini* MCCXCI. *& intravi in Indiam, & fui in contrada Indiæ ad Eccleſiam ſancti Thomæ Apoſtoli menſibus* XIII. *& ibi baptizavi circa centum perſonas in diverſis locis, & ſocius fuit meæ viæ frater Nicolaus de Piſtorio de Ordine Fratrum Prædicatorum, qui mortuus eſt ibi & ſepultus in eadem Eccleſia.*

Fr. Nicol. Ord. Præd. ſocius itineris.

Et ego ulterius procedens perveni in Katag regnum Imperatoris Tartarorum, qui dicitur Magnus Cham; ipſum vero cum litteris Domini Papæ ad fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti Catholicam invitavi, qui tamen nimis inveteratus eſt idololatria, ſed multa beneficia præſtat chriſtianis, & ego ſum apud eum jam ante duos annos.

Magnus Cham. chriſtianis beneficus.

Neſtoriani quidam chriſtianitatis titulum præferentes, ſed a chriſtiana religione plurimum deviantes, tantum invaluerunt in partibus iſtis, quod non permittant quempiam chriſtianum alterius ritus habere quantumlibet parvum oratorium, nec aliam, quam Neſtorianam publicare doctrinam.

Neſtoriani malefici.

Ad has ſiquidem terras nec aliquis Apoſtolus, nec Apoſtolorum diſcipulus pervenit, & ideo præfati Neſtoriani per ſe, & per alios pecunia corruptos, perſecutiones mihi graviſſimas intulerunt, aſſerentes quod non eſſem miſſus a Domino Papa, ſed eſſem magnus explorator & dementator hominum, & facto aliquo intervallo temporis, produxerunt alios falſos teſtes dicentes, quod aliquis nantius fuit miſſus deferens Imperatori maximum theſaurum, & quod ego illum occiderim in India, & abſtulerim quæ portabat, & duravit hæc machinatio circiter quinque annos. Ita perſæpe ad judicium fui tractus cum ignominia mortis. Tamdem per cujuſdam confeſſionem, Deo diſponente, Imperator cognovit meam innocentiam & malitiam æmulorum, quos cum uxoribus & liberis exilio relegavit.

Paratunt Joanni inſidias.

Ego vero ſolus in hac peregrinatione fui ſine ſocio annis undecim, donec venit ad me frater Arnoldus Alemannus de provincia Coloniæ, nunc eſt annus ſecundus.

Frater Arnoldus Germanus.

Unam Eccleſiam ædificavi in civitate Cambaliech, ubi eſt præcipua reſidentia Regis, quam ante ſex annos complevi, ubi etiam feci campanile, & ibi tres campanas poſui. Baptizavi etiam ibidem ut exiſtimo uſque hodie circa ſex millia perſonarum, & niſi fuiſſent ſupradictæ informationes, baptizaſſem ultra triginta millia, & ſum frequenter in baptizando.

Aliquot millia Tartarorũ Joan. baptizat.

Item emi ſucceſſive CL. *pueros, filios paganorum ætatis infra* VII. *&* XI. *annorum, qui nullam adhuc cognoſcebant legem, & baptizavi eos, informavi eos litteris Latinis, & Græcis ritu noſtro, & ſcripſi pro eis pſalteria, cum hymnariis* XXX. *& duo breviaria, cum quibus* XI *pueri jam ſciunt officium noſtrum, & tenent chorum & hebdomadas, ſicut in Conventibus fit, ſive præſens ſim, ſive non, & plures ex eis ſcribunt pſalteria, & alia opportuna; & dominus Imperator delectat multum in cantu eorum. Campanas ad omnes horas pulſo, & cum conventu infantium & lactantium, divinum officium facio, & ſecundum uſum cantamus, quia notatum officium non habemus.*

Emit & educat pueros Paganos.

Quidam Rex illius regionis Georgius de ſecta Neſtorianoram Chriſtianorum, qui erat de genere illuſtri Magni Regis, qui dictus fuit præsbyter Joannes de India, primo anno, quo huc ego veni, mihi adhæſit, & ad veritatem veræ fidei Catholicæ per me converſus, minores ordines ſuſcepit, mihique celebranti regiis veſtibas indutus miniſtravit: ſed quidam alii Neſtoriani ipſum de Apoſtaſia accuſaverant: tamen ipſe magnam populi ſui partem ad veram fidem Catholicam adduxit, & Ec-

ConvertitGeorgium Neſtorianum.

Et plurimos ejuſdem ſubditos.

Petit coadjutores.

& Eccleſiam pulchram ſecundum regiam magnificentiam conſtruxit, ad honorem Dei noſtri, ſanctæ Trinitatis & Domini Papæ, vocans eam Eccleſiam Romanam. Qui rex Georgius ante ſex annos migravit ad Dominum verus Chriſtianus, relicto filio hærede ferme incunabulis, qui nunc eſt annorum novem. Fratres tamen ipſius Regis Georgii, cum eſſent perfidi in erroribus Neſtorii, omnes quos ille converterat, poſt Regis obitum ſubverterunt, ad ſchiſma priſtinum reducendo. Et quia ego fui ſolus, nec potui recedere ab Imperatore Cham, ire non potui ad illam Eccleſiam, quæ diſtat ad XX. *dietas: tamen ſi venerint aliqui boni coadjutores, & cooperatores, ſpero in Deo, quod totum poterit reformari; nam adhuc habeo privilegium prædicti Regis Georgii defuncti. Iterum dico, ſi non fuiſſent infamationes ſupradictæ, magnus fructus fuiſſet ſecutus. Si habuiſſem autem duos vel tres ſocios coadjutores meos, forte Imperator Cham fuiſſet baptizatus. Rogo ergo ut tales Fratres veniant, ſi venire aliqui volunt, qui ſtudeant ſe in exemplum dare, & non ſuas fimbrias magnificare. De via notifico, quod per terram Gothorum Imperatoris Aquilonarium Tartarorum eſt via brevior, & ſecurior; ita quod cum nunciis intra quinque vel ſex menſes poterunt pervenire. Via autem alia eſt longiſſima & periculoſiſſima, habens duas navigationes, quarum prima eſt ſecundum diſtantiam inter Achon & Provinciam Provinciæ. Alia vero eſt ſecundum diſtantiam inter Achon & Angeliam; & poſſet contingere, quod in biennio vix perficiet viam illam, quia prima via facta non fuit a multo tempore propter guerras. Ideo ſunt duodecim anni, quod de Curia Romana, & de noſtro Ordine & ſtatu Occidentis non ſuſcepi nova. Jam ſunt duo anni, quod venit quidam medicus chirurgicus Lombardus, qui de Romana Curia, & noſtro Ordine, & ſtatu Occidentis, iſtas partes incredibilibus blaſphemiis infecit, propter quod multum deſidero percipere veritatem. Rogo Fratres, ad quos hæc littera perveniet, ut ita ſtudeant, quod ejus continentia poſſit pervenire ad notitiam Domini Papæ, & Cardinalium & Procuratorum Ordinis noſtri in Curia Romana. Miniſtro Generali Ordinis noſtri ſupplico pro Antiphonario, Legenda Sanctorum, Graduali & Pſalterio, cum nota pro exemplari, quia non habeo niſi Breviarium portatile cum lectionibus brevibus, & parvum Miſſale; ſi habuero exemplar, pueri prædicti ſcribent: modo ſum in actu ædificandi aliam Eccleſiam, ad dividendum pueros in pluribus locis. Ego jam ſenui, & canus factus ſum potius laboribus & tribulationibus, quam ætate; ſum enim annorum quinquaginta octo. Didici competenter linguam & litteram Tartaricam, quæ lingua uſualis Tartarorum eſt, & jam tranſtuli in linguam illam, & litteram totum novum Teſtamentum & Pſalterium, quæ feci ſcribi in pulcherrima littera eorum, & ſcribo & lego, & prædico in patenti & in manifeſto teſtimonium legis Chriſti. Et tractavi cum ſupradicto Rege Georgio, ſi vixiſſet, totum Officium latinum transferre, ut per totam terram cantaretur in dominio ſuo; & eo vivente, in eccleſia ſua celebrabam miſſam ſecundum ritum latinum in littera & lingua illa legens tam verba canonis, quam præfationis. Et filius dicti Regis vocatur Joannes propter nomen meum, & ſpero in Deo, quod ipſe imitabitur veſtigia patris ſui. Secundum vero audita & viſa credo, quod nullus Rex, nec Princeps in mundo poſſit æquari Domino Cham in latitudine terræ, & multitudine populi, & magnitudine divitiarum. Finis. Data in civitate Cambaliech regni Catan, anno Domini* MCCCV. *die* VIII. *menſis Januarii.*

Re-

Reverendo in Chriſto Patri Fratri NN. Vicario Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minoram, & Vicario Fratram, & Magiſtro Ordinis Prædicatorum, & Fratribus Ordinis atriuſque in provincia Perſarum maneutibus: frater Joannes de Monte Corvino de Ordine Fratrum Minorum, inutilis Chriſti ſervus, prædicator fidei ſacræ Chriſtianæ, Legatus & Nuncius Sedis Apoſtolicæ Romanæ, ſalutem & caritatem in eo qui eſt vera caritas & ſalus omnium.

XIV. *ORdo eximiæ caritatis invitat, ut longe lateque diſtantes, & maxime, qui peregrinantur pro lege Chriſti, cum revelata facie ſe invicem videre non poſſunt, ſaltem verbis & litteris ſe invicem conſolentur. Cogitavi, vos non ſine cauſa mirari, quod tot annis in Provincia tam longinqua conſiſtentes, numquam meas litteras recepiſtis. Sed & ego miratus ſum, quod numquam niſi anno iſto recepi ab aliquo Fratre vel amico litteras, vel ſalutationem, nec videtur quod aliquis recordatus fuerit mei, & maxime, quando audivi, quod rumores ad vos perveniſſent, quod ego mortuus eſſem. Nunc autem notifico vobis, quod anno præterito in principio Januarii, per quemdam amicum noſtrum, qui fuit ex ſociis Domini Kathan Chamis, qui venerat ad eumdem Dominum Chamem, ego miſi litteras patri Vicario, & Fratribus provinciæ Gazariæ de ſtatu & conditione mea, paucis verbis exaratas, in quibus litteris rogavi eumdem Vicarium, quod exempla illarum vobis tranſmitteret, & jam intellexi per aliquas perſonas, quæ nunc pervenerunt cum nunciis prædicti Domini de Kathan ad Dominum Chamem, quod meæ litteræ ad vos pervenerint, & quod ille idem nuncius, qui portavit litteras meas, poſtmodum de Sara civitate venerit Thauriſium, propter quod de factis & contentis in illis cogitavi non facere mentionem, nec iterato ſcribere. Et primum eſt de perſecutione Neſtorianorum. Secundum de Eccleſia, & domibus completis. Sex picturas feci fieri veteris & novi teſtamenti ad doctrinam rudium, & ſculptu ſunt litteris Latinis & Tarſicis & Perſicis, ut omnes linguæ legere valeant. Tertium eſt, quod ex pueris, quos emi & baptizavi, aliqui migraverint ad Dominum. Quartum eſt quod a tempore, quo fui in Tartaria baptizavi ultra quinque millia. In iſto autem anno Domini* MCCCV. *ego incepi alium* Duas ædificavit in Cambaliech Eccleſias.
locum novum coram oſtio Domini Chamis, & inter curiam & locum noſtrum via ſola eſt, diſtans per jactum lapidis a porta Domini Chamis. Dominus Petrus de Luco longo, fidelis Chriſtianus, & magnus mercator, qui fuit ſocius meus de Thauriſio, ipſe emit terram pro loco quem dixi, & dedit mihi pro amore Dei. Et divina gratia operante, puto quod utilior & congruentior locus haberi non poſſit in toto Imperio Domini Chamis pro Eccleſia Catholica conſtruenda. In principio Auguſti locum accepi, & aſſiſtentibus benefactoribus & juvantibus, uſque ad feſtum ſancti Franciſci fuit completus cum muro in circuitu, & domibus, officinis, plateis, & oratorio, quod eſt capax ducentarum perſonarum. Sed propter hyemem Eccleſiam perficere non potui, ſed habeo ligna congregata in domo, & per miſericordiam Dei perficiam in æſtate. Dico vobis, quod mirum quoddam viſum eſt omnibus advenientibus de Civitate, & aliunde, qui adhuc non audierunt quidpiam de hoc: videntes enim locum de novo factum, & crucem rubeam deſuper in ſublimi poſitam, & nos in oratorio noſtro ſecundum uſum (quia notas adhuc non habemus) officium cantantes ſolemniter, amplius admirati ſunt. Quando cantamus: Dominus Cham in camera ſua poteſt audire voces no-

noſtras ; & hoc mirabile factum longe lateque divulgatum eſt inter gentes, & pro magno erit ſicut diſponet & adimplebit divina clementia. A prima Eccleſia, & loco noſtro uſque ad Eccleſiam ſecundam, quam ædificavi poſtea, ſunt duo milliaria, & dimidium intra Civitatem, quæ valde magna eſt, & pueros diviſi & poſui, partem in prima, partem in ſecunda conſtitui, & faciunt officium per ſeipſos. Sed ego ſicut Capellanus per hebdomadas celebro in utraque, quia inter hos pueros non ſunt Sacerdotes. De regionibus Orientalibus vobis ſignifico, & præcipue de Imperio Domini Chamis, quod non ſit eo majus in mundo; & ego habeo in curia ſua locum, & viam ordinariam intrandi & ſedendi ſicut Legatus Domini Papæ, & honorat me ſuper omnes alios Prælatos, quocumque nomine cenſeantur. Et licet ipſe Dominus Cham audierit multa de curia Romana, & ſtatu Latinorum, deſiderat tamen multum videre nuncios venientes de partibus illis. In iſtis partibus ſunt multæ ſectæ idololatrarum diverſa credentium, & ſunt multi Religioſi de diverſis ſectis diverſos habitus habentes, & ſunt majoris auſteritatis & abſtinentiæ, quam Religioſi Latini. De India majorem partem ego vidi, & quæſivi de aliis partibus Indiæ, & eſſet magnus profectus prædicare eis Fidem Chriſti, ſi Fratres venirent. Sed non eſſent mittendi niſi viri ſolidiſſimi; nam regiones ſunt pulcherrimæ, plenæ aromatibus & lapidibus pretioſis, ſed de fructibus noſtris parum habent, & propter magnam temperantiam, & caliditatem aeris & regionis, nudi vadunt, medio corpore, verenda cooperientes, & propterea artibus noſtris ſartorum, & cordonum & artificiis non indigent, quibus eſt ſemper æſtas, & numquam hyems. Baptizavi ibi circa centum perſonas &c. Deeſt finis. Alia dabimus hujus argumenti anno MCCCVII. quo creatus eſt Archiepiſcopus. „ Creatus eſt „ hoc anno Epiſcopus Eccleſiæ Sarſinatenſis ſub Archiep. Ravennate „ frater Huguccio de Monte Ateſtio per obitum Henrici. Deceſſit an- „ no MCCCXXVI.

Magnum Imperium Chamis.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. Fr. Huguccio Epiſc. Sarſinaten.

Supr. n. 2.

XV. Mortuo, uti diximus, Ordinis Protectore, dum alium petere vellet Gondiſalvus Generalis Miniſter, conſuluit grandævum & pium virum fratrem Philippum Peruſinum circa modum agendi cum Pontifice in hac poſtulatione, a quo totius rei amplam narrationem anno ſequenti accepit per epiſtolam quam nos primo tomo inſeruimus. Deinde dum dubitaretur quotus ipſe eſſet adnumerandus in Ordine Miniſtrorum Generalium, dum aliqui quintum decimum, alii ſextum decimum cenſerent? Scripſit ad fratrem Peregrinum Bononienſem plenum dierum, & probatæ virtutis virum, ſatis in rebus Ordinis verſatum; ut unde hæc proveniret opinionum varietas, aperiret. Quod ille candida & ſimplici epiſtola, tremula manu declaravit dicens: Quod ſi perſonæ dumtaxat Generalium recenſerentur, ille erat numerandus quintus decimus; ſi tamen duæ præfecturæ fratris Eliæ prima poſt obitum ſancti Franciſci: Secunda poſt depoſitionem fratris Joannis Parentis computarentur, dicendus erat ſextus decimus; atque ex hujus reſponſionis occaſione, notabilia quæque intermiſcuit omnium Præfectorum; qua de cauſa, auctor Chronicorum viginti quatuor Generalium hiſtoriolam hanc appellavit Chronica fratris Peregrini, ex qua nos in ſuperioribus plura decerpſimus.

Tom. 1. an. 1217. n. 5.

XVI. Mulieres multæ Venetæ cum venirent hoc anno ad lucrandam ſanctam Indulgentiam ſacræ ædis Portiunculæ, a quibuſdam retrahebantur a pio propoſito, aſſerentibus hujuſmodi Indulgentiam omnino eſſe commentitiam: Quod ut audivit pius quidam vir ex Prædicatoribus,

per-

perſuaſit, ut a ſancto itinere peragendo non deſiſterent, adjungens ſe familiarem & cubicularium fuiſſe cujuſdam ex Cardinalibus, qui adfuit Honorio III. cum gratiam hanc a Deo conceſſam ſancto Franciſco confirmaret; atque ab eo ſæpius audiviſſe totius rei ſeriem: *Ego ipſe*, inquit, *quotannis dum potui, Aſſiſium perrexi tanti lucri gratia, & nunc vos comitarer libentiſſime, ſi per ætatem, & dejecti corporis debilitatem liceret.* Omnia hæc retulerunt piæ peregrinæ cuidam fratri Richardo, qui per multos annos apud ſanctam ædem hoſpitii agebat præfectum. Aliud huic ſimile teſtimonium retulimus alias; utrumque vero refert Bartholomæus Aſſiſias peculiari de hac ſacra indulgentia tractatulo. Hoc ipſo *Tom. 5. an. 1295. n. 13.* tempore Religioſus quidam Florentinus, probatæ vitæ, & notæ pietatis, dum hujus Indulgentiæ lucrandæ die veniret Aſſiſium, vidit in ipſa meridie Chriſtum Dominum in ſolio majeſtatis ſuper ipſum Templum erecto, & aſtantem ſanctum Franciſcum, qui advenientes puro & contrito corde eidem præſentabat: Omnes vero Chriſtus ampla bonorum chariſmatum benedictione donabat: qua viſione de veritate Indulgentiæ amplius confirmatus, dum vixit, eam lucrari non prætermiſit.

XVII. Propter diuturnum Inter-Pontificium præteriit hic annus ſine ullis conceſſionibus, aut commiſſionibus magni momenti, neque ulla in Archivo Vaticano occurrerunt monumenta, ex quibus rei cujuſpiam præclarius geſtæ, aut domicilii Minoribus ædificati memoriam explicari liceret. Solius ædis Zegedienſis in provincia Hungariæ ſanctæ Mariæ *Conv. Zegedien.* circa hunc annum fundatæ ex diverſis piorum eleemoſynis, meminit Gonzaga, quam poſtea Eliſabetha Hungariæ Regina, Ludovici I. conjux, *Gonz. in Prov. Hung. S. Mariæ, n. 12.* ſupellectile ſacra, & aliis ornamentis condecoravit. ,, Hoc anno Ram-
,, bottus Epiſcopus Camerinenſis tranſtulit ab Oratorio ſancti Petri,
,, oppidi ſancti Geneſii ad Conventum ſancti Franciſci, curam ſeu pro- *ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.*
,, curationem animarum cum aliquot Sanctorum, maxime ſancti Petri,
,, reliquiis ibidem indecenter aſſervatis; reſervato tamen ſibi, & ſuc-
,, ceſſoribus integro jure Parochos præficiendi. Verum quia longo tem-
,, poris tractu compertum eſt non potuiſſe aggregari ſufficientes reddi-
,, tus pro ſecularis Parochi commeatu, anno VII. Pontificatus Leo-
,, nis X. Leonardus Groſſus de Ruvere Cardinalis tituli ſanctæ Suſannæ
,, Major Pœnitentiarius, Pontificis auctoritate ſibi commiſſa, illius
,, ædis Præfecto poteſtatem fecit, quemcumque ex ſuis Fratribus ido-
,, neum in Parochum, ad nutum amovibilem, præficiendi.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

,, I. CLemens ad apicem ſummi Pontificatus evectus, ad res Pale-
,, ſtinæ animum convertens, diplomata VI. in earumdem favo- *Pontificis Clementis electionis a Waddingo jam recenſitam narrationem expunximus.*
,, rem ſub una die expedivit: ſcripſit enim Armeniæ Regi pro tranſ-
,, fretatione in eas oras: *Sicut Primo &c.* Philippo vero de Saona qua-
,, ter pro ſubſidio Terræ ſanctæ: *Recepimus litteras & gaudemus filii &c.*
,, *Inter curas &c. Quantas in longis &c.* Sextam vero epiſtolam ejuſdem *Indic. ex Rege Vat.*
,, tenoris cum proxime citata: *Quantas in longis &c.* Archiepiſcopo Ja-
,, nuenſi, & fratri Philippo ex noſtris, omnes VI. nonas Julii. Guar-
,, diano vero Placentino executorialem: *In cauſa quam &c.* nonis Julii:
,, contulit etiam quoddam beneficium cuidam certe Moniali Petragori-
,, cenſi: *Laudabile &c.* VI. Idus Septembris; & Monaſterio de Rupella

„ Indulgentias : *Quoniam ut ait Apoſtolus &c.* IV. Kal. Novembris : ſed „ ſupplicanti fratri Petro, ut ad Auguſtinianos ſe transferre poſſet clementer indulſit : *Benigno ſunt &c.* Idibus Novembris : ſicut duabus „ Illuſtriſſimis Reginis Iſabellæ Portugalliæ, & Conſtantiæ Caſtellæ „ poſſe ingredi Monaſteria per duplex diploma ejuſdem tenoris : *Tuæ devotionis &c.* v. Kal. Januarii.

Ex Vatic.

Gerardus obit miracul. clarus.

„ II. Florebat autem frater Gerardus Provinciæ Januenſis alumnus „ eo ſanctitate clarior, quo natalibus obſcurior : ſub S. P. Franciſci ve- „ xillo religioſam militiam profeſſus, cum in ea per totum vitæ curricu- „ lum legitime decertaſſet, tamdem in Apuliæ Provincia morte corre- „ ptus hoc anno MCCCV. IV. nonas Februarii in cœleſte Capitolium, ob „ inſignia virtutum merita, ſupernæ felicitatis lauream conſequuturus „ aſcendit ante & poſt obitum ſignis, prodigiis, & miraculis clarus, ut „ habet Jacobus de Marchia in ſuo Catalogo.

Conceſſio locorum Terræ ſanctæ.

Theatr. Bajard.

Wadd. ad hunc annum n. 9.

„ III. Advertit Waddingus, Marianum in hunc annum conceſſionem „ locorum Terræ ſanctæ reduxiſſe, quando noſtri ingenti cura, & ſum- „ ptui Regum Siciliæ Roberti & Sanciæ illorum poſſeſsionem a Rege „ Babiloniæ receperunt; quod & Clemens V. (ait Marianus) ſuo diplo- „ mate confirmavit hoc anno Avenione : at quia nec Clemens hoc anno „ fuit Avenione (dicit Annaliſta) neque Robertus & Sancia adhuc re- „ gnabant, ideo hanc rem deducendam eſse ad annum primum Pontifica- „ tus Clementis VI. judicavit. Verumtamen his non obſtantibus, Petrus „ de Alua & Aſtorga Bullam indicat Clementis V. confirmativam do- „ nationis Terræ ſanctæ ex Quareſmio incipientem : *Gratis &c.* XI. Kal. „ Decembris.

ARGUMENTUM.

In cœlum abeunt hoc tempore viri ſanctiſſimi. Conradi Offidani, & Jacoponi Tudertini acta largius referuntur. Aliquot aſſumpti ad Epiſcopatum; & extructa quædam domicilia.

Bernardus de Belega.

Marian. lib. 4. cap. 2. Rodul. fol. 186.

Conradus Offidanus.

Humilitatem litteris præfert.

Divinas accipit conſolationes.

I. **P**LERIQUE Viri ſancti floruerunt ſub hoc tempore per varias Ordinis Provincias; quo tamen certo die, aut anno corporis ſarcinam depoſuerint, ignoratur, præter unum Bernardum de Belega Theologiæ profeſſorem, virtutibus & miraculis clarum, quem in Conventu Arelatenſi obiiſſe ſcribit Marianus, ſed in Monte Peſſulano defunctum hoc ipſo anno ſcribit Rodulphus : & alterum Conradum Offidanum de quo nos ſæpius leviter egimus Tomo præcedenti. Hic diem clauſit extremum hoc anno pridie Idus Decembris, in Conventu de Inſula, quæ vulgariter *Baſtia* dicitur, prope Aſſiſium, M. P. Peruſium verſus, diſtante a Conventu ſanctæ Mariæ Angelorum. Quinto decimo ætatis ſuæ anno hoc vitæ inſtitutum amplexus, educatus eſt in Provincia Marchiæ, & Cuſtodia Aſculana, ubi ſtudiis addictus per aliquotum tempus, tamdem eis valedixit, præferens humilitatem doctrinæ. Seceſsit itaque in humile Ordinis tuguriolum ad oppidum Forani, in quo per decennium eleemoſynas colligebat, & in culina humiliter inſerviebat. Multas hic conſolationes divinas accepit, quotidie ſuaviſſimo avis per humeros & caput volitantis, cantu reficiebatur, præterquam in triduo Paſsionis Dominicæ, quo nolebat conſolationem ullam humanam admittere; redi-

dibat tamen illa in die Reſurrectionis Chriſti, ſuaviorem & alacriorem cantum emittens. Angeli miniſterio conſolationem hanc, & multa beneficia ſpiritualia ſe accepiſse teſtatus eſt cariſsimo amico fratri Petro de Monticulo, quem alias diximus ex ſacro latibulo vidiſse in hoc ipſo loco Forani die feſtivo Purificationis, Virginem Mariam ei tradidiſse Chriſtum infantulum, in quadam ſilva, Cœnobiolo contigua. Inter denſas arbores habebat cellulam, a reliquis ædibus ſeparatam, ad quam confugit rabidus lupus, venatores declinaturus. Frequenti præda notiſsimum Vir ſanctus in ſuam tutelam admiſit, & tamquam agnum manſuetum ad Fratrum domicilium deduxit. Tom. 5. an. 1289. n. 31. Lupum cicurat.

II. Miſsus ad locum Siroli, Cuſtodiæ Anconitanæ, rogavit pro adoleſcentula quadam obſeſsa, & ipſo noctis medio apparuit matri ejus, dicens, filiam per Dei gratiam fuiſse a dæmone liberatam. Illa nuntio & ſucceſsu læta, rem omibus pandit, & turmatim accedunt ut liberatorem aſpiciant. Declinavit ille turbas, & ſecreto abiit Offidam, locum nativum, Sirolum regreſsurus. Sed dum ex Superioris nutu Offidæ moram trahit, rogatur a Fratribus, ut incompoſitos cujuſdam adoleſcentis mores, domi, foriſque moleſti, componeret. Vocat ille juvenculum, ſeorſim, piis rationibus efficaciter perſuadet, ut vitam corrigat, & religioſius ſe gerat; factaque manu Domini ſuper eum, mutatus eſt repente in virum alterum, ita ut qui prius erat offendiculo, & ſcandalo Fratribus univerſis, mox fieret in admirationem & exemplum. Paulo poſt pie deceſsit, apparuitque noctu Conrado in Eccleſia oranti, dicens pœnis ſe cruciari Purgatorii propter juveniles illas levitates, quas ad ejus ſalubre conſilium miſsas fecit, pro quibus ſalutari pœnitentia delendis breve tempus ſuperfuit. Attamen dum ille pro ſuo diſcipulo vellet orare, omnes dicebat pœnas ſibi condonandas. Fecit ita Conradus repetita ſæpius oratione Dominica, & precibus defunctorum, ad quarum ſingulas remittebantur pœnæ, donec tamdem ab omnibus liberatus, Viro ſancto conſpiciente, recta aſcendit in cœlum. Adoleſcentulam obſeſſam liberat. Juvenis incompoſiti mores corrigit. Eum a Purgatorio liberat.

III. Quinquaginta annis tunica una contentus, ſancti Franciſci Inſtitutoris vitam & mores ſibi per omnia imitandas propoſuit, neque id ſine magno adjutorio; habuit enim eumdem Angelum cuſtodem, qui prius cuſtodiam exercebat ſancti Patriarchæ. Cum hoc ſæpiſsime & familiariter colloquebatur, necnon cum Chriſto Salvatore, & Virgine Deipara. Quædam caritatis officia præſtitit in valetudinario cuidam confodali infirmo: quæ dum ſcire vellet, an eſsent Chriſto accepta, juxta illa ejuſdem verba: *Quod uni ex meis minimis feciſtis, mihi feciſtis*: apparuit ei Chriſtus dicens; ſe illud obſequium recepiſſe, & velle retribuere; quod & fecit immiſſa ingenti animi conſolatione. Alias apparuit ei in ulnis maternis triennio ante mortem, nocte Indulgentiæ Portiunculæ benedicens univerſæ populorum multitudini, quæ vigilias agebat in aperta illa planitie. Vidit etiam magna gloria fulgentem beatum Ægidium dilectum ſancti Franciſci ſocium, interrogavitque quomodo in hoc ſeculo gratiam meditationis & contemplationis obtinuit? Cui ille: *Tres mihi Dominus dedit pennas, fidem, ſpem, & caritatem, quæ ad cœlum uſque hominem poſſunt elevare*. Ulterius quæſivit, quæ, vel qualis fit gratia raptus? At Ægidius: *Aperi*, inquit, *os tuum*; quod dum ille feciſſet, inſufflavit in illud: & ex illa hora facillime, & frequenter extra ſe rapiebatur Conradus. Idem Conradi & S. Franc. Angelus cuſtos. Apparet ei ſæpe Chriſtus, & Virgo Maria. Et B. Ægidius. Sæpe fit in extaſim.

IV. Licet multam non dederit operam ſtudiis Theologicis, egregie do-

doctus evaſit, hauſta ſcientia ex continua lectione ſacrorum Codicum, & aſsidua meditatione cœleſtium. Prædicabat magno cum fructu & lucro animarum; verba etenim erant ignita & cordis penetrantia medullam. Colloquia etiam privata non erant infructuoſa neque inania, iiſque valde delectabantur viri docti & pii, præſertim Joannes Parmenſis, & Petrus Joannes Olivi, qui in ſumma reverentia habebant ejus doctrinam. Qualis autem fuerit, & quam ſalutaria miniſtrabat conſilia ex ſequenti ad amicum miſsa patebit epiſtola.

Verba ejus ignita & conſilia ſalutaria.

In Chriſto ſibi cariſſimo fratri N. ſalutem & gratium.

Ejus epiſtola ad amicum.

V. *Petiiſti a me, ut te in via Dei erudirem, tibique aliqua utilia ſcriberem. Accipe igitur, quæ ex caritate dico, quæ ſi adimplebis, cito, Deo adjuvante, ad perfectionem pervenies. Hæc dulciſſimu Dei dona quicumque perfecte poterit obtinere, ſciat ſe eſſe conſummatum, & perfectum in Deo, & dilectiſſimo Jeſu Chriſto. Quinimo etiam factum per transformationem, ipſum dulciſsimum Crucifixum. Et quanto in his magis profecerit, tanto magis amor dulciſsimi Jeſu Chriſti creſcet in eo. Primum namque debet conari amorem paupertatis habere, quo cum anima ſe expoliet ab amore omnis creaturæ; ita quod nihil velit poſsidere, niſi Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, nec ſperet in adjutorio alicujus creaturæ hujus mundi, niſi in ipſo, & hoc per operationem oſtendatur. Secundum quod deſideret deſpici, & vilipendi, & opprobriari ab omni creatura, & velit, quod omnis creatura credat eum talibus etiam dignum; ita quod nullus ſibi compatiatur; nec velit uniri in corde alicujus, niſi ſolum Jeſu Chriſti. Nec quocumque modo ab aliquo reputari. Tertium quod deſideret deſolari, pœna repleri, & doloribus ac afflictionibus corporis ſuperinfundi; ſed plus etiam cordis cruciatibus, atque tormentis pro amore D. N. Jeſu Chriſti, & dulciſsimæ matris ejus, & deſideret quod omnis creatura iſtos ſibi dolores inferat ſine intermiſsione & cauſa. Et ſi non potes iſta tria velle, ſcias te eſſe multum longinquum a ſimilitudine Jeſu Chriſti. Quæ tria, ſcilicet, paupertas, deſpectus & dolor in ſummo aſſociaverunt Chriſtum benedictum; Et in omni loco & tempore, omnique ſuo actu dulciſsimam matrem ſuam. Quartum quod ſcias & veraciter credas, te tanto bono eſſe indignum, a te nullo modo poſſe haberi prædicta: & quod quanto plus de iſtis habueris, tanto plus videaris tibi in reputatione propria minus habere; quoniam qui minus habet de re amata perdit amorem. Quintum quod ſtudeas vehementer appetere ſolam perfectam crucifixionem Chriſti Jeſu indicibiliter doloroſam atque deſpectam. Vale.*

VI. Miſsus a Hieronymo Aſculano Generali Miniſtro ad Montem Alvernæ, doluit; indignumque ſe judicans, qui in ſancto illo loco inter perfectos viros, undique ex univerſo ſodalitio diligenter conquiſitos, habitaret. Scripſit beatæ Benevenutæ Anconitanæ, de qua nos egimus alias, & cujus ille vitam deſcripſit, ut ageret cum Prælato de revocando eum in Provinciam Picenam. Cui illa reſpondit in hunc modum: *De receſſu tuo, Pater venerande, per triduum valde dolui, ſed poſtea Dominus mihi revelavit, ex ordinatione & directione ſua te fuiſſe ad Montem Alvernæ deſtinatum; deinde opera tua ſibi eſſe grata, nihilque te ab ipſo efficaciter petiturum quod velit denegare. Et ego fui tecum in ſpiritu in natalitio ſancti Joannis Evangeliſtæ & ſanctorum Innocentium, vidi te & cortaum, ſtatumque tuum Deo valde placere. Rogo itaque ut pro me deprecari*

Humiliter de ſe cogitat.

Tom. 5. an. 1282. n. 12.

non

non omittas. Amicum habebat & ſocium quemdam fratrem Andream, cui, dum interrogaret, quare per aliquot dies rem ſacram non faciebat? reſpondit: *Per ſeptem annos antequam ad presbyteratum aſcenderem, magna fruebar conſolatione quando corpus Domini mei Jeſu Chriſti ſumebam; idque cum tanta mentis quiete, ut nihil amplius poſsit deſiderari. Aliquando vero diſtrahebar, & commovebar, dum Sacerdotibus male vel diligenter celebrantibus inſerviebam. Ad meos etiam defectus, in Miſſa commiſſos, ita perturbor, ut nullum ferme fructum ex ſacra communione percipiam. Revertor itaque ad priſtinam animæ tranquillitatem, & ex manu alterius ſerena mente, & pacato corde ſanctiſsimam Euchariſtiam ſingulis Dominicis, & diebus ſuſcipio feſtivis. Verum eſt quod ancilla Dei ſoror Benevenuta me reprehendit ſemel, quod omnia velim adeo tranquilla, ſine ullo ſtrepitu externo, ut die quodam dominico omiſerim ad ſacratiſsimam menſam accedere propter funus ad Eccleſiam tunc deportatum. Dixit enim ſe vidiſſe Dominum Jeſum Chriſtum in altari me expectantem; neque occupationes externas, modo honeſtas & pias, adeo alienas eſſe a ſervis Dei, ut propter illas ſe debeant ab ejus communione retrahere.*

Reverentia ejus in recipiẽdo Chriſti corpore.

VII. Itaque plenus meritis, & virtutibus ſexageſimo quinto ætatis ſuæ anno, obiit die, & loco ſupra dictis honorifico donatus ſepulcro, curante funus magna hominum multitudine. Ipſo obitus die apparuit prædicto fratri Andreæ, pro eodem oranti totus glorioſus cœlum conſcendens. Multis miraculis coruſcavit, ex quibus illa præcipua, quod quinque mortuos ſuſcitavit, & plurimos a variis morbis liberavit. Hinc moti Peruſini, multo milite & potentia freti, violenter ex Inſula in ſuam civitatem ſanctum corpus tranſtulerunt, ubi digno tumulo a Philippo Maſſino Juriſconſulto celeberrimo, & primario legum, Ticinenſis & Piſanæ Academiæ profeſſore, extructo donatus eſt. Quo tamen honore videtur voluiſſe carere, & primo gaudere ſepulcro, Peruſiis etenim nullum patravit miraculum; in Inſula vero omnibus devote invocantibus opportunum quotidie præſtat auxilium.

Moritur.

Coruſcat miraculis.

Corpus rapiunt Peruſini.

VIII. Circa hunc annum curſum feliciter conſummavit beatus Jacobus, ſeu Jacoponus Tudertinus, cujus acta ſuperiori volumine deſcripſimus; pauca hic adjiciemus. Solutus eſt a vinculis, in quibus a Bonifacio Pontifice detinebatur, quando ille captus a Columnenſibus, quod ita fore ipſe prædixit. Memorant enim Pontificem carcerem prætereuntem a conſpecto forte Jacopono quæſiviſſe, ecquando ex eo ergaſtulo egreſſurus eſſet? *Cum tu*, inquit, *ingreſſurus*. Atque ita evenit, capto enim Anagniæ Pontifice, Jacoponus evaſit. Ab illo tempore totam in Deo diligendo curam poſuit, cujus deſiderio ita potenter exarſit, ut divini æſtus flammas jam ferre minime valeret, uti ipſe egregie declarat in graviſſimo illo cantico, quo ſe amoris obſidione circumdatum repræſentat: *Amor divino, perche me hai aſſediato*. Et in aliis ejuſdem argumenti rythmis, quos paulo ante mortem cygni more decantavit. Amore proinde languens in ſenectute bona, plenus meritis, per omnia probatus durioris pœnitentiæ confectus, laboribus tot annis ultro ſuſceptis, in gravem incidit morbum, ita ſtatuente Deo humanæ vitæ ærumnis finem imponere. Ingraveſcente vi morbi, cum Fratres viderent illum non multos dies ſupervicturum, perſuadere ipſi, ut Eccleſiæ Sacramentis ſe muniret, conabantur. Atqui is, nondum tempus adeſſe, reſpondit; illis porro hortantibus ne procraſtinaret, differretve, recuſabat, ſatis enim dicebat ſibi ſuppetere temporis. Tum e cœtu unus: *Num te fugit*

Moritur hoc tẽpore B. Jacoponus.

Tom. 5. an. 1298. n. 24. & ſeqq.

Marian. lib. 3. cap. 2.
Marc. cit. cap. 38.
Rader in virid. ſanct. p. 2. c. 3.
Joann. Bapt. de ſanct. Tud.

Prædicit Bonifacio VIII. capturam.

Digitized by Google

git Pater, ſi ſacra non perceperis myſteria, ceu atheum, impiumque ex hac vita diſceſſurum? Tum Jacoponus ad vocem ſublatis oculis: *Credo*, inquit, *in tres perſonas unius Divinitatis, quæ mundum e nihilo condiderunt, & in Jeſum Chriſtum filium ejus, natum e Virgine, & ſuppliciis affectum, atque in Crucem ſuffixum*: Fratres id ſufficere negabant; ſed recipienda inſuper Eccleſiæ ſacramenta, antequam obiret; cum ille, ſe cariſſimum ſibi amicum illum fratrem Joannem Alvernienſem præſtolari, e cujus ſacris manibus ſanctiſsimum Chriſti corpus percepturus eſſet. Audito hoc Fratres magis triſtari & angi, cum fieri non poſſe autumarent, ut frater Joannes tempeſtive ad id perficiendum, adveniret, quitam procul a loco abeſſet; nec ſibi ſatis temporis ei id renunciandi, aut illi vocato advolandi ſufficere opinabantur, quæ res proinde illos maxime habuit ſollicitos. Ea de cauſa illum importunius inſtigabant ſollicitabantque, ſe ad abeundum, inſtar victoris, rite pararet. Quibus ille, quaſi non auditis, ſponte canticum illud, cujus exordium eſt: *Anima benedetta dal alto Creatore, riſguarda il tuo Signore, che in croce ti aſpetta*, modulari cœpit.

Sacramenta recipit a B. Joanne de Alverna.

Sub morte dulciter modulatur.

IX. Vix finierat odarium, cum ecce Fratres conſpiciunt adventare duos e ſuis, quorum unus erat Joannes Alvernienſis, cujus adventus ſummæ fuit omnibus admirationi. Accurrit illico bonus Pater, diligenter amici conſolandi ad extrema perducti, uti precanti divinitus erat prænunciatum, quemadmodum & Jacopono de Patris hujuſce adventu, ad animi nonnullum ſolatium fuerat indicatum. Poſteaquam inter ſe videndo ſancte ſunt animis exhilarati, impertitus eſt Joannes Jacopono ſacroſancta myſteria, quibus animo divino amore penitus ſuccenſo, illud ſuum elegans melos: *Jeſu noſtra fidanza, del cuor ſomma ſperanza*, cecinit, eoque abſoluto, Fratres circumfuſos exhortatus eſt ad inſiſtendam ſecuram virtutum viam; deinde extemplo manibus, oculiſque in cœlum ſublatis, ferventi magnoque ſpiritu ait: *Domine in manus tuas commendo ſpiritum meum*: Indeque ex iſto lacrymabili ſtatu exilii ad gloriam ſempiternam VII. Kal. Januarias demigravit, ipſa Nativitatis Dominicæ nocte, illa hora quando ſacerdos in altari in prima miſſa intonuit hymnum Angelicum: *Gloria in excelſis Deo*, omnes qui extremis interfuerant, perſuaſum habebant, eum non tam ob vim morbi, quam divini amoris plane extraordinarii, & ſingularis ardorem extinctum eſſe: quia adeo in illo auxerat, ut cum rei naturæ imbecillitas ferendo non eſſet, cor ipſius oppreſſerit, ſpiritumque eliſerit. Beata plane mors, quando amor divinus amatum & amantem occupavit, ut tanto maturius ejus ſatisfieret deſiderio.

Mirabiliter eum conſolaturus Joannes accepit.

X. Sacrum ejus corpus Collazzone Tudertum ſolemni funere deportatum, ſepultumque eſt in Cœnobio Virginum ſanctæ Claræ, cui Montis ſancti nomen eſt, extra muros urbis: poſtea tranſlatum in Monaſterium ſancti Fortunati intra civitatem, & repoſitum in ſacrario. Demum Reverendiſſimus Dominus Angelus Cæſius Epiſcopus Tudertinus, pro ſua pietate & religioſo cultu in alios Tudertinos Sanctos tutelares, quos egregiis cohoneſtavit mauſolæis, etiam honorifico & ſublimi ſepulcro donavit Jacoponum ad ejuſdem ſacrarii latus anno MDXCVI. VII. Idus Maii, præſentibus Gubernatore, Conſulibus, & Primatibus urbis, addita hac inſcriptione.

Sepultus Tuderti.

Oſſa

Oſſa Beati Jacoponi de Benedictis Tudertini Fratris Ordinis Minorum, qui ſtultus propter Chriſtum, nova mundum arte deluſit, & cœlum rapuit. Obdormivit in Domino die XXV. *Martii anno Domini* MCCXCVI.

Quod ad diem & annum mortis attinet, craſſus eſt error; etenim ſupervixiſſe Bonifacio VIII. omnes ſcribunt, quem obiiſſe diximus an. MCCCIII. & diem aſſignant obitus, quem dixi Dominici Natalis boni quique auctores ex noſtris. Ita ergo incidendum & corrigendum in lapide: *Die* XXV. *Decembr. anno Dom.* MCCCVI. vel circiter. Caput ſancti Viri pretioſa theca incluſum, ſervatur inter reliquias Eccleſiæ ſancti Fortunati: & memoria ejus requiritur a generatione in generationem, cui ſacros honores univerſus populus attribuit.

XI. Rithmos ſacros permultos vulgari ſermone compoſuit; in quibus non modo pietas ſumma, verum & ingens doctrina, precando magis, quam legendo, ſtudendove comparata elucet: & in iis quidem facile liquet, eum de induſtria, ſermonis ſtilique elegantiam neglexiſſe. Quemadmodum enim jam inde ab exordio vitæ ſanctioris propoſitum, conſtitutumque habuit in rerum omnium contemptu proficere, ita & ingenii ſui fœtus, partuſque, veſte vili indutos, & ſtudio ſimplici conſcriptos prodire voluit, cum ut homo litteratiſſimus, qui legum humanarum lauream ſit aſſequutus, elegantiſſime ſcribere potuiſſet, eo præſertim ſeculo quo Dantes & Petrarcha, patria non longe diſſiti, eleganter lingua Etruſca cecinerunt. Leporem & ornatum omnem verborum poſthabuit, tum quod ornari res ipſa neget, contenta doceri: tum, quod ſui contemptum in rebus omnibus affectabat. Craſſioribus verbis ex Etruſca lingua ſelectis immiſcuit rudiora Tudertina, Sicula, Calabra, & Neapolitana. Plures epiſtolas pietate & eruditione refertas, præter Rithmos, ingentis animi partus, & ad plures perſonas dedit, quarum exemplar deſideramus. Poemata omnia collegit, libris ſeptem diſtinxit; & notis illuſtravit Franciſcus Treſſattus Minorita. Valde commendatur illud ejuſdem de contemptu mundi canticum, quod ſine auctoris nomine communiter circumfertur.

In iis quæ ſcripſit, nitorem neglexit.

Egregius ejuſdē rithmus.

Cur mundus militat ſub vana gloria,
Cujus proſperitas eſt tranſitoria?
Tam cito labitur ejus potentia,
Quam vaſa figuli, quæ ſunt fragilia.
Plus crede litteris ſcriptis in glacie,
Quam mundi fragilis vanæ fallaciæ.
Fallax in præmiis, virtutis ſpecie,
Quæ numquam habuit tempus fiduciæ.
Magis credendum eſt viris fallacibus,
Quam mundi miſeris proſperitatibus,
Falſis inſomniis, & voluptatibus,
Falſis quoque ſtudiis & vanitatibus.
Dic ubi Salomon, olim tam nobilis,
Vel ubi Sampſon eſt, dux invincibilis,
Vel pulcher Abſalon, vultu mirabilis,
Vel dulcis Jonatas, multum amabilis?
Quo Cæſar abiit, celſus imperio,
Vel dives, ſplendidus totus in prandio?

Dic

Dic ubi Tullius, clarus eloquio?
Vel Ariſtoteles ſummus ingenio?
Tot clari proceres, tot rerum ſpatia,
Tot ora præſulum, tot regna fortia?
Tot mundi principes, tanta potentia?
In ictu oculi clauduntur omnia.
Quam breve feſtum eſt, hæc mundi gloria!
Ut umbra hominis, ſic ejus gaudia.
Quæ ſemper ſubtrahunt æterna præmia,
Et ducunt hominem ad dura devia.
O eſca vermium, o maſſa pulveris,
O ros, o vanitas cur ſic extolleris?
Ignoras penitus, utrum cras vixeris.
Fac bonum omnibus, quamdiu poteris.
Hæc mundi gloria, quæ magni penditur,
Sacris in litteris flos fœni dicitur.
Ut leve folium, quod vento rapitur,
Sic vita hominum, hac vita tollitur.
Nil tuum dixeris, quod potes perdere,
Quod mundus tribuit, intendit rapere.
Superna cogita, cor ſit in æthere,
Felix, qui potuit mundum contemnere.

XII. Præclaras ejuſdem ſententias, & monita ſalutaria obſervarunt vetuſti noſtri Scriptores; Matthæus Raderus cultiori ſcripſit ſtilo. Ad Lectoris excitandam pietatem potiora miniſtramus: *Et ſi*, inquit, *mihi certo non conſtet, num Dei gratia fruar, aut caritate præditus ſim, necne, ſigna tamen quædam & indicia ſuppeditant, e quibus mihi liceat de tam perfecto ſtatu facere conjecturam. Princeps indicium Deum a me ſuper omnia amari, hoc eſt; ſi quando rem quampiam ab illo efflagito, quam mihi negat, tum vehementius ipſum, quam prius amem; ſicque, quando ille facit adverſum & contrarium ei, quod ego de integro ab illo expoſco, tunc illum duplo magis amem quam antea. Amoris in alterum, hoc eſt argumentum, ſi offenſus, nihilo, quam ante, minus diligam offendentem; ſi enim minus diligerem, argumento eſſet non illum, ſed meipſum prius eſſe a me dilectum. Hominem amore amplectar oportet, propter ſeipſum, non meum ipſius emolumentum. Oportet, ut illius bono commodoque ex animo gaudeam, unde majorem percipio ex ſuis commodis utilitatem quam ex meis ipſius. Et hoc pacto magis ego ipſe regni Galliæ, quam Rex ipſe, particeps evado: quia cum ipſo lætor ipſius felicitate & commodo abſque meo labore, ipſe autem id multis cum moleſtiis & curis poſſidet, ac potitur.*

Judicium amoris divini.

Et amoris proximi.

Similia habet S. Franciſcus to. 3. orat. 23.

XIII. Idem dictitabat, quemque ita ſe debere contemptu dignum judicare, & abjectum, ut plane ſibi perſuadeat mores ſuos omnibus eſſe oneri & faſtidio: ita enim in modeſtia progreſſus facturum, & facilius vitia emendaturum eorum, inter quos verſaretur: *Ea propter ego*, ajebat, *in quacumque urbe degebam, cum ex me quæreretur, an ab illorum commercio abhorrerem; reſpondebam: Imo vero demiror, me ab illis tolerari, nec me inſtar mali hominis, & Alaſtoris e civitate exterminari. Quomodocumque homo inter homines degat, credat neceſſum eſt, ſe conſortio eorum indignum, agnoſcendo ſuammet tenuitatem. Sicut enim Philautia radix omnium malorum ac vitiorum, virtutumque univerſarum pernicies: ita ſui contemptio virtutum eſt ſeminarium, vitiorumque omnium expiatrix.*

Humiliter debet quiſquis de ſe cogitare.

trix. Homo non ſe tantum ipſe horreat, oportet, ſed & deſideret ab aliis horreri. Hoc odium conſequitur is, qui diligenter cognitioni ſui ipſius ſtudet; ubi enim ſuam virtutum inopiam, vitiorumque copiam videbit, ſe dignum odio contemptuque judicabit. Et quoniam per ſui ipſius cognitionem ad veritatis quoque notitiam pervenit, hanc diligere incipit, non in ſe ſolum, ſed etiam in aliis; ideoque optat gaudetque, eamdem ab omnibus cognoſci & intelligi, a ſe jam perſpectam. Ideo cum ſe vere & ex animo odio dignum æſtimet, ſummopere cupit ſe ab omnibus deſpici, ægreque etiam fert, ſe non a cunctis condemnari; nam ſi ſecus faceret, veritati, quam adamat, repugnaret: & hac ratione omnis cupiditas honoris, & cujuſcumque vitii origo ſopita extingueretur, adeoque in nobis ſuperbia omnis, invidiaque, & vitia omnia intermorerentur. Qua certe tui deſpicientia virtutem cum omnium cumulo bonorum acquires: illico enim ſenties defixam in animo tuo radicem prudentiæ, fortitudinis, temperantiæ, juſtitiæ, omniumque ceterarum virtutum, imprimiſque patientiæ.

Vera cognitio ſui odium in ſe ipſum parit.

Odium hoc, fons virtutum.

XIV. Dicebat, docebatque, animam noſtram quatuor modis ab hoſtibus oppugnari, extra, juxta, intra, & ſupra ſe. *Extra ſe*, ajebat, *anima oppugnatur a mundo. Hic ſuperatur, res ipſius non amando, quamvis venuſtæ & jucundæ ſint, eas imo deſpiciendo & abominando: uti virga curva, quam dirigere velis in alteram partem tam diu inflectitur, quoad recta permaneat. Altera pugna ab anima pugnatur juxta ſe, & cominus adverſus corporis ſenſus, in qua victoria reportatur, primum quidem ſenſibus non connivendo, ſed eos inhibendo, ita ut quis non videat, audiat &c. quod non licet: denique ægre & cum horrore iis indulgendo, ita ut venuſtæ quis mulieris intuitu non magis moveatur, quam aſini aſpectu. Hic alter modus non omnibus eſt tutus: ideoque præſtat ſenſus ab illicitis avertere; ſiquidem in hac pugna, qui fugit, vincit. Quod ſi quis non, quantum ſatis eſt, ſenſus frænare poſſit, ut nimirum oculi non videant quæ noceant: aures ne audiant, quæ animum venenent &c. tum ſaltem de hac imbecillitate doleat, quantum poteſt: cavendo interim ne ulla in animum delectatio irrepat.*

Quatuor pugnæ animæ.

Prima pugna.

Secunda pugna.

Senſus frenandi.

XV. *Contra ſenſum guſtus tribus me obarmabam & defendebam telis. Primum abſynthii folia ſumebam, mihique in menſa apponebam, & iis vice ſalis utebar: quod cur fieret Fratres ignorabant: itaque, quidquid eſurus eram abſynthio ſuperponebam, tantumque ex eo amarorem ſentiebam, ut nulla mihi libido eſſe poſſet gulæ indulgendi. Deinde ex eodem abſynthio pillulas conficiebam, & deglutiebam: qua ratione nullum deſiderium mihi relinquebatur appetendi cibos palato blandientes: uſum porro hujus eſculenti deſii, quod ſtomachum perderet. Demum ſi quando cum aliqua voluptate comediſſem, poſtmodum corpus moleſto aliquo labore, & gravi onere exercebam, premebamque. Propterea obſoniis delicatis mihi appoſitis ex corpore meo percunctabar, utrum eſſe allubeſceret. Tum vero id iis facile abſtinebat, ne pœnas plagaſve poſtea devorare cogeretur, quas illi ingerebam. Tribus his gradibus uſurpatis, jam in quarto conſiſto, in quo Deo gratias ago, quod guſtatus omnia oblectamenta in Deum converterim, ita, ut nihil præter eum mihi ſapiat. Id iis dumtaxat convenit, & conceditur, qui certo modo ſtomacho, gulæque ſuæ moderantur, frenando guſtatum, itaque animum ſemper habent Deo conjunctum, ut ſuavitate ciborum nihil moveantur, capianturve, & quando eam percipiunt, illam in unum Deum referant. Et quoniam inter omnes ſenſus lingua maxime omnium inficit animum, ei non ſolum temperantia medendum, ſed & loquendi moderatione, & parcimonia compeſcenda eſt: ideoque ſilentium eſt frenum potentiſſimum;* pa-

Quatuor modi mortificandi guſtum.

Lingua temperanda.

Silentium cuſtos gratiæ.

parum enim & parce loqui ſingulare eſt animæ munimentum. Et hic Vir ſanctus, ut ſilentii theſaurum acquireret, Juniperum, qui ipſos ſex menſes, nec verbum eloquutus fuerat, ſibi imitandum propoſuit.

Tertia pugna.

XVI. *Tertia pugna geritur ab homine intra ſe, adverſus ſuas affectiones vitioſas, & inclinationes, quas Græci πάθη vocant. In hac victoria potitur, quando animus cum Deo familiaritatem conſervat precatione, religione omni, præſertim ſi conetur pernoſcere Dei omnipotentiam, quæ mira patrat in anima ab his affectionibus ſemota.*

Quarta pugna.

XVII. *Quarta pugna, omnium maxima, ſuſcipitur ab homine cum Deo, quando videlicet anima magno labore contendit divinæ in ſuis obſequiis placere Majeſtati, maximeque dum conſiderans ſe ab eo ad ejus imaginem & ſimilitudinem factam, Dominumque in ipſa domicilium velle figere, viribus omnibus dat operam ne quid in ſe admittat, quod divinos oculos offendat, & ne ipſa extra ſe evagetur, uti appetat, poſſideatque, quod Deo diſpliceat; magnoque ſtudio allaborat uti ſeſe Deo talem offerat dedicetque, qualem ille eam eſſe poſtulat, ut ſcilicet in ea nulla prorſus peccati labes hæreat.*

Exemplum pro coercendis quinque ſenſibus.

XVIII. Hic ſervus Dei eleganti hac ſimilitudine rationem ſenſuum coercendorum & in officio continendorum docebat: *Virgo erat formæ liberaliſſimæ, cui quinque erant Fratres, parum copioſi; eaque gemmam pretii maximi poſſidebat. E Fratribus unus erat muſicus, ſeu aulœdus; alter pictor; tertius pharmacopola; quartus coquus; quintus leno. Muſicus ſororem adit, & Soror, inquit, cognita tibi eſt egeſtas mea; ſubveni, mihi te quæſo, & cedo gemmam illam tuam prætioſam, quam dando mihi vitam dederis. At illa: Ego vero tibi hanc non largiar; quod & ipſa illa egeam. Tum Frater; & vero tibi pro illa ſolvam. Cum iſta quæreret, quantum pretium daturus eſſet; reſpondit, ſe varios modos, chelym ſuam pulſando facturum. Hic vero Virgo: atqui muſica finita, quis mihi porro victum dabit? Apageſis ergo te; nec enim gemmam tibi tam vili vendam, ex qua dotem mihi conficiam, ut nuptui tradar, & ſic ejus beneficio vitam honeſte meam exigam. Exin Pictor ſororem gemmam flagitaturus convenit, & pro ea perelegantem picturam obtulit. Virgo eo, quo priori, modo reſpondit. Mox Pharmacopola advenit, gemmamque popoſcit; ac rem aliquam ex optimis compoſitam odoribus, & fragrantiæ miræ eſt pollicitus: huic quoque idem quod aliis dedit reſponſum. Coquus poſtea acceſſit, & pro gemma res eſcarias admodum delicatas, & gulæ delicias maximas promiſit; & hic uti ceteri, cum eodem reſponſo fuit amiſſus. Quintus demum ſupervenit, idem ut expoſceret, & pro gemma magnum obtulit numerum procorum ac rivalium, quibus maxime futura eſſet in amoribus. Et hunc multo expeditius, quam alios, a ſe amolita repulit, ceu prudens Virgo; & hunc in modum domina, gemmæ ſuæ poſſeſſione retenta, remanſit. Poſt non multo Rex quidam ad eam acceſſit, gemmam illam poſtulaturus; cui Virgo: ſcias, velim, me nihil in hoc mundo, præter hanc gemmam habere, adeoque hunc meum eſſe theſaurum, opeſque omnes; quid proinde, ſi tanta tibi ejus cupido, pro ea mihi repones ac rependes? Et Rex ſibi vero in pretium gemmæ illius certum eſſe illam uxorem ducere, dominamque auguſtiſſimam efficere, atque inſuper vitam tribuere ſempiternam adjectis bonis illis omnibus, quæ exoptaret. Regi Virgo tam prolixe pollicenti, Tanta eſt, inquit, promiſſi tui magnitudo, ut gemmam meam neutiquam negare poſſim; quam tibi proinde lubens, volens condono, atque in manum trado.*

XIX. Hoc modo Dei ſervus iſtam parabolam exponere in more habebat. Virgo eſt Anima; gemma eſt Voluntas, arbitriique noſtri libertas:

Fra-

Fratres quinque ſunt Senſus quinque; viſus Pictor, auditus Muſicus, odoratus Pharmacopola, guſtatus Coquus, tactus Leno, quod ſenſus majores in eo vires habeat, & vehementius animum ad illicita inclinet: Virgo ſane illa inſipiens admodum fuiſſet, ſi pro tam tenuibus, ac vilibus rebus oblatis, ac donis, gemmam illam pretioſam ſe paſſa fuiſſet a Fratribus emungi, nec eam Regi illi reſervatam tradidiſſet. Atqui pariter multo eſt amentior anima illa, quæ liberæ voluntatis gemmam ſibi exprimi extorquerive ſinit, atque a corporis ſenſibus ad illicitum aſſenſum turpiter adduci, nec Chriſto Regi illam donat, conſecratque.

XX. Dicebat Vir ſanctus, Patientiæ perfectionem in his quinque rebus ſeu capitibus conſiſtere: *Primo, ſi quis in gravem incidat morbum. Secundo, ſi deſit, qui in hujuſmodi caſu ſoletur & opituletur. Tertio, ſi ut præſto ſit, qui operam ferat, is tamen ægro & iniquo id animo faciat, & obſequia ſua exprobret. Quarto, quando Dominus noſter omnem omnino lætitiam & conſolationem homini adimit, quæ in corporis ſenſus derivetur. Quinto, cum quis ſibi perſuadet, ſe ob ſuam tolerantiam nequaquam mercedem, aut præmium ullum in hac, aut altera vita recepturum.* Patientia in quibus potiſſimum conſiſtit.

XXI. Idem declaraturus diligentiam, quam adhibere quemque in anima ſua, ceu Domini ſponſa adornanda oporteret, adeoque hujus ſpeciem ac venuſtatem, id ſimilitudine a formoſa, & eximie ornata ſponſa deſumpta, in hunc fere modum planum faciebat. Anima ſeſe exornet neceſſe eſt, deſiderando ſummopere, ut quam cultiſſima ornatiſſimaque apud Deum compareat. Quare verum eſt, illam operam omnem in iis aſſequendis virtutibus ponere, quæ gratiorem & gratioſiorem eam divinæ efficiant majeſtati, quæ ſunt fides viva, quæ animam mire expolit, excolitque: ſpes quæ confirmat; fervens caritas quæ inflammat, rubicundamque & amabilem reddit; prudentia, quæ circumſpectam, modique rebus in omnibus obſervantem; fortitudo, quæ animoſam; temperantia, quæ ſanam facit; & juſtitia, quæ eamdem opulentat. Unde in harum virtutum comitatu cœlum petet ab Angelis & Sanctis omnibus magno cum triumpho & gratulatione accipienda. Cum, ut non omnes æquet, ad omnes tamen virtutis proximæ affinitate & commercio accedat, eam enim excipiunt & familiariter conſalutant. Patriarchæ fidei ergo, Prophetæ ſpei cauſa, Martyres fortitudinis nomine, Doctores ob prudentiam, Confeſſores ac Antiſtites propter juſtitiam, Virgines gratia temperantiæ, quod & ſuperi ceteri factitant deinceps. Animæ ornatus.

XXII. Sanctus vir diſſidium aut duellum inter rationem & conſcientiam hoc pacto ſub oculos ſubjiciebat: *Ratio*, inquit, *ad conſcientiam. Quid me tantopere affligis & excrucias? Conſcientia reſpondet; Quia judex ego ſum virtutum, ideoque falſum ferre nequeo. Inſtat ratio; Cur me in præſens pace frui permittis, nec ullum modo mihi faceſſis negotium? Tum conſcientia; quoniam divinæ te ſubmiſiſti, commiſiſtique juſtitiæ, & in eo quod illa de te conſtituit, acquieſcis, abſque omni expoſtulatione, ea propter etiam meæ non ſubjaces poteſtati, ſed judicis me multo ſuperioris. Enim vero, pergit ratio, quid cauſæ erat, quamobrem cum antea magis deſudarem, & longe majora virtutum opera exercerem, non ita contemplationi addicta, me adeo cruciares & torqueres? Ad hæc conſcientia, quia confidebas prius operibus tuis uti tuis, idque ego advertens te illa circumveniri fraude, tolerare non poteram: jam vero quando nullam in tuis factis, ſed in Dei gratia ſpem collocas, nec ullum ab iis uti tuis præmium expectas, ideo tibi non adverſor, non contravenio: tantum abeſt ut te objurgem. Quocir-* Certamen inter rationem & conſcientiam.

Digitized by Google

circa ne miretur quis, inquiebat Sanctus, *rationem contemplationi debitam minus in aliis exerceri, nec ideo contemnat; etſi enim minus præſtare videtur, majorem tamen animæ parit fiduciam, & ad divinum amorem acceſſionem facit, & inde uberiora quoque illi merita accreſcunt.* Hæc prolixius de admirando hoc viro placuit adnotare. Ejus vitam ſcripſerunt Bartholomæus Piſanus, Auctor vetuſtorum Ordinis Chronicorum, Marianus Florentinus, Petrus Rodulphus, Marcus Ulyſſiponenſis, Matthæus Raderus, Joannes Baptiſta Poſſevinus, & alii.

Quinam de eo ſcripſerunt.

Guillelmus Coronatus.

XXIII. In prædicto conventu Tudertino jacet beatus Guillelmus Coronatus, qui puellam Claruciam in aquis molendini ſubmerſam ſanam extraxit, & alios duos mortuos ad vitam revocavit. Infantulum animam agentem, ubera matris faſtidientem a mortis faucibus eripuit. Sex contractos conſolidavit. Quinque ab oculorum infirmitatibus liberavit. Joannem a Muro Cardinalem Minoritam a gravi infirmitate curavit. In eadem cuſtodia Tudertina, & conventu Aquaſpartano conditus eſt quidam frater Paulus multorum miraculorum patrator. Aſſiſii in inferiori Eccleſia jacet frater Electus prophetico ſpiritu præclarus. Donum hoc magno ſuo malo in eodem viguiſſe probavit Petrus Cardinalis Albanus, inquit Marianus, cui ſemet viſitanti prædixit, ipſo eodem die moriturum, uti evenit. Hunc ipſum eſſe Petrum de Colle medio Gallum, cujus repentinam mortem alias ſub anno ultimo Innocentii IV. retulimus, notæ & circumſtantiæ dignitatis perſuadent, & conſequenter Fratrem hunc Electum grandævum, vel ante hoc tempus, obiiſſe. Frater Jordanus laicus Eugubinus, Vir ſanctiſſimus, ſepultus in conventu Bitonii cuſtodiæ Aſſiſii. In civitate & cuſtodia Caſtelli frater Jacobus laicus provinciæ ſancti Franciſci; multis claruit miraculis poſt mortem, & adhuc ejus corpus integrum conſpicitur. In provincia Romana & Conventu Aracœli, uti alias diximus, beatus Electus, de quo ſcribit frater Jacobus Gavarrini de Monteſalcone, decem annis poſt obitum multis conſpicientibus, & admirantibus e ſepulcro prodiiſſe, & iterum in idem rediiſſe. In civitate Auximana cuſtodiæ Anconitanæ, & Provinciæ Piceni, frater Franciſcus Catalanus ſanctitate & zelo paupertatis Evangelicæ inſignis.

B. Paulus.
B. Electus.
Tom. 3. an. 1254. n. 5. & 6.
B. Jordanus. Eugubinus.
B. Jacobus.
Tom. 3. an. 1251. n. 57.
B. Electus.
B. Franc. Catalanus.

Cõfirmatur monachatus Joann. Regis Armeniæ.

XXIV. Incidimus hoc anno in monumentum Vaticanum, quod pleraque dubia, quæ circa monachatum Franciſcanum Joannis Regis Armeniæ, translationem regni in ſuum nepotem Leonem, reaſſumptum regni gubernium propter hoſtiles incurſus Sarracenorum, atque anguſtias, in quibus novus Rex Leo verſabatur, alias propoſuimus, plane diſſolvit. Ex noſtris aliiſque auctoribus ſcripſimus Joannem hunc, antea Haytonem appellatum, aliquot annis ante & poſt injuſtam invaſionem ſui regni, a fratre germano Senibat ſe totum & nomen ſuum Franciſcanis tradidiſſe ſub Gondiſalvo Generale; relicto regno Leoni nepoti, & invadentibus Sarracenis regnum Armeniæ, iterum regimen ſuſcepiſſe. Hæc omnia abunde probat unica hujus monumenti inſcriptio, & omnes, quas tunc objecimus, explicat difficultates. Porro de anguſtiis Regis Leonis, & Regni propter hoſtiles Sarracenorum incurſus, amplam fidem ipſæ Pontificiæ litteræ præſtabunt.

Tom. 5. an. 1294. n. 10. & ſeqq.

Ve-

Venerabili fratri Georgio Patriarchæ , & cariſſimo in Chriſto filio Leoni Regi Armenorum illuſtri ; nobilibus viris , fratri Joanni Ordinis Minorum , Gubernatori Terræ Armenorum dictorum , Uxiano & Almacho patruis Regis ejuſdem .

XXV. *Sicut primo per venerabilem fratrem noſtrum Conſtantinum Archiepiſcopum Mamiſtan. & deinde per dilectos filios Magiſtrum Joannem Antiochen. & Colozanum, & Ægidium nuncios veſtros accepimus, te , cariſſime fili Rex , regnumque tuum graviter inimici Crucis infeſtant , illudque hoſtilibus aggrediuntur incurſibus , & quod abſit, moliuntur ſuæ ditioni ſubjicere , funeſtis fædare ritibus inhiant , nefarii , , , , ſecta inficere ſatagunt , & impuris ſuis legibus prophanare nituntur ; laboribus veſtris compatimur , in veſtris vobiſcum adverſitatibus condolemus , in horum auditu terribili tinniunt aures , tremunt viſcera , & animus noſter horret , turbatur in turbationibus veſtris , in filiorum noſtrorum timemus pavoribus , & in exultationibus hoſtium contriſtamur . Contra hæc per generale paſſagium providere cupimus, intentio noſtra verſatur , idque futurum Domino favente, ſperamus ; ſed quia hoc dilationem ex aliqua cauſa poſſet forſan recipere , ad præſens de aliquo , in vere autem proximo , de alio convenienti & particulari ſubſidia vobis , & regno prædicto , Deo auctore , putavimus ſuccurrendum. Vos igitur confortamini & eſtote robuſti , in bello fortes exiſtite , cum antiqua ſerpente viriliter pugnaturi . Datum Burdegali ſexto Non. Julii .*

XXVI. Non ſegniter in has ſuppetias , quas in diplomate promittit mittendas , Pontifex incubuit ; etenim ex ſuo ærario extracta multa pecunia , & concitatis Chriſtianis Principibus per varias litteras , quæ inter monumenta Vaticana aſſervantur , vires addidit , & animum Armenis , quibus Crucis Chriſti inimicos glorioſe debellarunt , etſi frater Joannes dum victoriam ſequeretur , magno illius regni detrimento inter hoſtes occubuerit , uti communiter refertur : licet beatus Odericus de Foro-Julio proditorie occiſum ſcribat a Bilargone fratre magni Chamis Tartarorum , ad preces Soldani Ægypti , cujus exercitum non ſemel profligavit .

Suppetias mittit Clemens Armenis .

XXVII. Aſſumptus hoc anno ad Epiſcopatum Caetanum , ex commodo portu , & fortiſſimo præſidio in Campania celebrem , frater Franciſcus vir doctus , Roberti Ducis Calabriæ confeſſarius . Vacabat per mortem Matthæi pridem defuncti , nec potuit facile provideri propter Interpontificium : *Summi providentia Principis* . XII. Kal. Mart. Ad Epiſcopatum Groſſetanum in Etruria ſub Archiepiſcopo Senenſi , per mortem Joannis Epiſcopi vacantem , promotus eſt frater Neuſtaurus Guardianus Maſſæ : *Militanti Eccleſiæ* , XIII. Kal. Martii . Ad Enaghdunenſem in Hibernia, ſub Archiepiſcopo Tuamen. aſſumptum fratrem Gilbertum Minoritam ſcribit Wareus in catalogo Archiep. Tuamenſium, cum Sedes illa per annos LV. a Commendatariis adminiſtrata eſſet. Guillelmus Birminghamus tunc Archiepiſcopus Tuamen. cum more prædeceſſorum eam adminiſtrare percuperet , in Gallias abiit de Gilberto conqueſturus . Retinuit Epiſcopatum Gilbertus , obiitque in curia uti ad annum MCCCXXV. referemus . „ Hoc anno capitulum Tiferni , „ ſive Civitatis Caſtelli poſtulavit dari ſibi in Epiſcopum fratrem Go-

Frater Franciſc. Epiſc. Caetanus.

Fr. Neuſtaurus Groſſetanus .

Frater Gilbert. Enaghdunen.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Gotifredus Epiſc. Tiferni. Item Fr. Monaldus.

„ Gotifredum Minoritam, quorum poſtulationi annuit Clemens Ponti-
„ fex Nonis Junii. Præceſſerat immediate in eadem ſede frater Monaldus
„ Minorita.

Tom. 4. an. 1269. n. 64. Con. Tarviſi. Rodul. 271.

XXVIII. Extructum alias uti diximus, Minoribus domicilium Tarviſii in Provincia ſancti Antonii, & cuſtodia Veneta, tranſtulit hoc anno in commodiorem locum illuſtriſs. D. Gerardus de Camino. Aliud extra civitatem inchoatum anno MCCLX. ſub illo tempore commodius enarravimus. Hoc etiam anno, uti narrant monumenta provinciæ Hiberniæ, Margarita ſecunda uxor Eduardi I. & ſoror Philippi Gallorum Regis

Eccleſia cōventus Londinen.

ædificare cœpit Eccleſiam Minorum Londinenſem, nec tamen perfecit morte præventa; ſepultaque eſt ibidem in ſuperiore parte chori. Corpus Eccleſiæ inchoavit Joannes di Briten Comes Ritchmondius, compleveruntque totam Margarita Comitiſſa Pembrochiæ, Gilbertus Clare Comes Gloceſtrenſis, Helena de Spenter, & Eliſabetha de Burgo ſorores ejuſdem Gilberti. Totum hoc ædificium completum eſt ſpatio viginti duorum annorum.

Privilegia conceſſa Monialibus.

XXIX. Multa privilegia conceſſit hoc anno „ ſive ſuperiori „ Pontifex Monaſterio Clariſſarum Petragoricenſi intuitu Aremburgis Abbatiſſæ, nobiliſſimæ fœminæ, ſororis Heliæ Comitis Petragoricenſis, magni ejuſdem Monaſterii benefactoris, & Marcheſiæ ſive Marquiſiæ ejuſdem Comitis filiæ ſanctimonialis. Alia item conceſſit Rupellenſibus Clariſſis Xantonenſis Diœceſis, necnon Monaſterio Longi-Campi juxta ſanctum Clodoaldum Pariſien. Diœceſis, in quo præter alias plurimas progenie illuſtres, habitabant duæ filiæ Comitis Juliacenſis.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. LIcet Clemens Pontificium ſolium Avenione erexiſſet, non eſt
„ autem quod Romam ita deſeruerit, ut nulla cura vel ſollici-
„ tudine paſtorali tantæ Urbi adeſſe negligeret, imo pro rebus ibidem
„ moderandis, ac univerſæ Italiæ, tres Cardinales legitima auctorita-
„ te inſtructos Romam dimiſit. Interea Wenceslaus omnino Patri ſan-

Wenceslaus filius ſancti Wenceslai occid.

„ cto Wenceslao diſſimilis, Boemos regens, ob crapulam, ebrietates
„ & adulteria omnibus exoſus, ætatis anno XVIII. a Conrado Equite Thu-
„ ringiæ triplici vulnere confoſſus occumbens, ad regni coronam

Indic. ex vatic. Henricus Dux Car. eligit. Boemiæ.

„ Henrico Duci Charintiæ, ac Tyrolenſi Comite viam fecit, & Boemi
„ eum in Regem inaugurarunt. Erat enim vir legitimus Annæ ſororis
„ defuncti Regis Wenceslai. Hic Henricus noſtræ Religioni valde addi-
„ ctus in ſuæ conſcientiæ directorem, & a ſacris Confeſſionibus quem-
„ dam ex noſtris fratrem Michaelem a ſummo Pontifice expoſtulavit,
„ qui benigniter annuit datis litteris: *Sinceræ devotionis &c.* XVIII. Kal.
„ Februarii: pauloque poſt in favorem Francifci Epiſcopi ex noſtris Re-

Ex Arch. S. Claræ Aſſiſi.

„ gi Siciliæ ſcripſit: *Summi providentia &c.* XII. Kal. Martii, & IV. Kal.
„ ejuſdem menſis. Regula ſanctæ Claræ confirmata: *Tenorem qua-*
„ *rumdam &c.* Sanctorum Coſmæ & Damiani Abbatiſſam in officio con-
„ ſtabilivit: *Inter ſollicitudines &c.* IX. Kal. Aprilis. Armenorum

Ex Oder. n. 22. 23. 25. 29.

„ terram per id temporis gubernabat frater Joannes, & apud Tartaros
„ in Civitate Cabalienſi Epiſcopi partes agebat frater Andreas de Peru-
„ ſio; horum utique epiſtolas direxit Pontifex pro Eccleſiæ negotiis,
„ & primo quidem ſub VI. Nonas Julii: *Sicut primo per &c.* Secundo
„ vero ſub X. Kal. Auguſti: *Nuper conſiderantes &c.* Pro ſancto etiam
„ Lu-

„ Ludovico Epiſcopo Toloſano commendatitiam dedit : *Nuper ad* „ *nos &c.* III. Nonas Auguſti : & Blancæ ſancti Ludovici filiæ indulgen„ tias conceſſit : *Zelum habent &c.* II. Nonas Novembris .

„ II. Præter vero præfata, quæ honoris ſunt, alia plura pro Ordi„ nis regimine reperio ab hoc ſummo Pontifice ſancita, corpori juris „ Canonici jam inſerta, quorum obſervantia neceſſaria eſt, ſi ſplendore „ juſtitiæ Religionem corruſcare decet : etenim ſine juſtitia a Canonico „ jure pendente, nulla ſpecialis Religio in Eccleſia Sancta Dei encomia „ puritatis, & ſanctimoniæ mereri poteſt : itaque cum ſcitum ſit præla„ tos Ordinis, cum aliis aliorum mendicantium in proceſſibus cauſarum „ ex privilegio non teneri ad apices juris, placuit eidem ſummo Ponti„ fici determinare & declarare quid ſignificent verba inſerta in judicia„ libus commiſſionibus, quæ fiunt a Principe vel a jure, quod ſcilicet „ procedatur ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii in hunc, „ qui ſequitur modum.

CLEMENS V. &c.

„ 1. *Sæpe contingit quod cauſas committimus, & in earum aliquibus* „ *ſimpliciter & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii procedi* „ *mandamus : de quorum ſignificatione verborum a multis contenditur, &* „ *qualiter procedi debeat dubitatur. Nos autem dubitationem hujuſmodi* „ *(quantum nobis eſt poſſibile) decidere cupientes, hac in perpetuum vali*„ *tura conſtitutione ſancimus, ut Judex, cui taliter cauſam committimus,* „ *neceſſario libellum non exigat, litis conteſtationem non poſtulet, tempore* „ *etiam feriarum ob neceſſitates hominum indultarum a jure, procedere* „ *valeat : amputet dilationum materiam, litem quantum poterit faciat* „ *breviorem, exceptiones, appellationes dilatorias & fruſtratorias repel*„ *lendo : partium advocatorum & procuratorum contentiones & jurgia,* „ *teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrenando. Non ſic tamen Judex* „ *litem abbreviet, quin probationes neceſſariæ, & defenſiones legitimæ* „ *admittantur. Citationem vero ac præſtationem juramenti de calumnia* „ *vel malitia, ſive de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commiſ*„ *ſionem hujuſmodi intelligimus non excludi.*

Conſtitutio declarativa privilegii de non ſtando ad apicem juris in proceſſibus.

In Clement. l. 5. de verb. ſignif. tit. 11. cap. 2. ſæpe.

„ 2. *Verum, quia juxta petitionis formam pronuntiatio ſequi debet,* „ *pro parte agentis & etiam rei, ſi quid petere voluerit, eſt in ipſo litis* „ *exordio petitio facienda, ſive in ſcriptis, ſive verbo, actis tamen continuo* „ *(ut ſuper quibus poſitiones & articuli formari debeant, poſſit haberi* „ *plenior certitudo, & ut fiat diffinitio clarior) inſerenda. Et quia poſitio*„ *nes ad faciliorem expeditionem litium propter partium confeſſiones &* „ *articulos ad clariorem probationem uſus longævus in cauſis admiſit : nos* „ *uſum hujuſmodi obſervare volentes : ſtatuimus ut Judex ſic deputatus a* „ *nobis (niſi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum ſimul utriſ*„ *que terminum dare poſſit, & ad exhibendum, acta omnia ac monimenta* „ *quibus partes uti volunt in cauſa poſt dationem articulorum diem certam,* „ *quandocumque ſibi videbitur, valeat aſſignare : eo ſalvo quod ubi remiſ*„ *ſionem fieri contingeret pro teſtibus producendis, poſſint etiam inſtrumen*„ *ta produci, aſſignatione hujuſmodi non obſtante. Interrogabit etiam par*„ *tes, ſive ad earum inſtantiam, ſive ex officio ubicumque hoc æquitas ſua*„ *debit. Sententiam vero definitivam (citatis ad id licet non peremptorie* „ *partibus) in ſcriptis, & (prout magis ſibi placuerit) ſtans vel ſedens* pro-

„ *proferat etiam, ſi ei videbitur, concluſione non facta, prout ex petitione,*
„ *& probatione & aliis actitatis in cauſa fuerit faciendam. Quæ omnia*
„ *etiam in illis caſibus, in quibus per aliam conſtitutionem noſtram, vel*
„ *alias procedi poteſt ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura*
„ *judicii, volumus obſervari. Si tamen in præmiſsis caſibus ſolemnis ordo*
„ *judiciarius in toto, vel in parte, non contradicentibus partibus, non obſer-*
„ *vetur, non erit proceſsus propter hoc irritus, nec etiam irritandus. Datum*
„ *Avenione* XIII. *Kal. Decembris, Pontificat. noſtri anno* II.

„ III. Ne tempore interdicti noſtri in ſuis Eccleſiis recipiant ad di-
„ vina officia Fratres & Sorores Tertii Ordinis, ſub excommunicationis
„ pœna, non obſtantibus privilegiis, prohibuit, edita conſtitutione ſe-
„ quentis tenoris.

CLEMENS PAPA &c.

Conſtitutio prohibens ne Fratres admittant conſ. & Soror. Tert. Ordin. ad divin. Offic. tempore interdicti.

In Clement. l. 5. tit. 10. c. 3. Cum ex eo.

„ I. C*Um eo quod religioſi viri Fratres Minores in ſuis recipiunt Ec-*
„ *cleſiis ad audienda divina officia tempore interdicti, Fratres &*
„ *Sorores de Ordine Tertio (quem beatus Franciſcus inſtituit) exiſtentes,*
„ *qui continentes, ſeu de Pœnitentia nuncupantur, ſcandalum aliorum,*
„ *qui ab his excluduntur, mentibus generetur, cenſura vileſcat eccleſia-*
„ *ſtica, & minoris auctoritatis interdicti ſententia reputetur: eiſdem Fra-*
„ *tribus Minoribus diſtrictius inhibemus, ne de cetero aliquem, vel aliquos*
„ *prædictorum (etiam ſi ſuper hoc hi, vel illi quibuſcumque privilegiis*
„ *extiterint muniti, quæ ipſis in nullo prorſus quoad hoc volumus ſuffraga-*
„ *ri) ad divina in ſuis Eccleſiis tempore interdicti quoquomodo admittant.*
„ *Quod ſi fecerint, eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſe noverint ſubja-*
„ *cere, a qua per alium, quam per Romanum Pontificem, vel ſatisfactione*
„ *præmiſſa, per locorum Epiſcopos (quos auctoritate Apoſtolica fungi volu-*
„ *mus in hac parte) abſolutionis beneficium nequeant obtinere.*

„ IV. Hæc autem conſtitutio ab alia pendet univerſali, qua Reli-
„ gioſi etiam exempti violantes interdictum poſitum per Sedem Apo-
„ ſtolicam, vel Ordinarium loci, vel generalem ceſſationem divino-
„ rum factam per Provinciale Concilium, vel eum, qui hoc poſſit, ſer-
„ vatam per Cathedralem vel Matricem Eccleſiam loci, excommunican-
„ tur ipſo facto: non obſtantibus privilegiis, conventionibus, conſue-
„ tudinibus, & ſtatutis &c. quæ poteſt videri in Clementinis lib. 5. tit. 10.
„ cap. 1. *ex frequentibus*.

Indulta quædam Pontificia.

Indic. ex Vatic.

Ex Vatic.

„ V. Præter præfata duo indulta Mariæ expedivit pro Monaſterio-
„ rum ingreſſu, primum: *Cum ad Monaſterium &c.* ſecundum: *Tuæ de-*
„ *votionis &c.* ambo ſub Kal. Januarii: Reginæ etiam Franciæ pro ea-
„ dem cauſa aliud: *Tuæ devotionis &c.* III. nonas Januarii: Ludovico &
„ Philippo conſimile prædictis indultum conceſsit: *Ex tuæ devotio-*
„ *nis &c.* ſub dat. nonis Januar. Sed fratri Guillelmo ut poſſet tranſire
„ ad Ordinem ſancti Benedicti licentiam fecit: *Petitio &c.* XVI. Kalen.
„ Maii.

AR-

ARGUMENTUM.

Celebrantur Toloſæ Comitia generalia. Moritur beatus Gualterus Brugenſis, & frater Liberatus Maceratenſis. Hujus ſocii rigido ſubjiciuntur examini. Joannes a Monte Corvino fit primus Archiepiſcopus Tartarorum, & ſeptem ei ſubſtituuntur Epiſcopi Minoritæ. Vita defungitur beatus Joannes Tozalius. Ædificantur Cœnobia, & conceduntur aliquot privilegia.

Capitulũ generale 15.

Marian. citat. Rodul. fol. 140. Marcus l. 7. c. 8.

I. CONVOCAVIT hoc anno ad Comitia generalia Patres, quorum intererat adeſſe, frater Gondiſalvus Generalis ad Monaſterium Toloſanum Provinciæ Aquitaniæ. Congregati ſunt nongenti nonaginta Fratres, & multi Magiſtri in Theologia, inter quos hi duo erant notiſſimi frater Raymundus Gaufredi, olim Generalis Miniſter, & frater Bernardus Hortolani Pœnitentiarius Domini Papæ. Abſolutis Comitiis,abiit Primicerius cum aliquot Miniſtris Provincialibus ad Pontificem petiturus protectorem, quo jam per biennium carebant Fratres, defuncto, uti diximus, Matthæo Rubeo Urſino. Poſtulavit nominatim ſibi concedi, & obtinuit fratrem Joannem de Muro Cardinalem Epiſcopum Portuenſem, ſuum in præfectura prædeceſſorem, mota tamen prius per Pontificem quæſtiooe, an ſecundum regulæ cooſtitutum debeat peti quiſpiam determinatim, an vero nullo expreſſo nomine, Protector abſolute ad Pontificis arbitrium? Poſt aliqualem diſcuſſionem reſolvit ipſe Pontifex nihil conſtare ex vi verborum, atque utroque modo fieri licere: primum tamen ſecuriorem ad obtinendum, quem Inſtituti commodo judicarent magis idoneum, ſecundum magis accedere ad humilitatem ſancti Franciſci, & plenam ejuſdem ſubjectionem, qua per ſanctam Sedem dirigi volebat ſingulas ſuas actiones.

An. 1305. n. 2.

Protector Ordinis frater Joann. de Muro.

II. Hoc anno duodecimo Kalend. Februarias in die ſanctæ Agnetis mortuus eſt intra clauſtra frater Gualterus Brugenſis, Epiſcopus Pictavienſis, de quo plura alias præfati ſumus. Mortuus etiam hoc anno frater Liberatus Præfectus Fratrum exemptorum, de quibus diximus plura, dum ad Pontificem iret, cauſam ſuam & ſequacium acturus. Etenim Gondiſalvus Generalis Miniſter ægre ferens Ordinis ſciſſuram, egit cum Carolo Claudo, ſancti Ludovici Toloſatis Epiſcopi progenitore, Rege Neapolitano, ut homines ſchiſmaticos, & hæreticos (ita enim audiebant apud Fratres, ſtrictioris obſervantiæ adverſarios) e ſuo regno depelleret. Dedit Rex litteras ad fratrem Thomam Averſanum Ordinis. N. profeſſorem, & pravitatis hæreticæ Inquiſitorem, ut diligenter in eos inquireret, & noxios puniret. Hic autem ille ipſe eſt, quem alias diximus a Nicolao IV. reprehenſum & punitum propter æmulatorium quemdam prædicandi modum, & odioſam comparationem inter ſanctum Petrum martyrem, & beatum Franciſcum. Vocavit ille fratrem Liberatum, & ſocios ad caſtrum Soloni diœceſis Triventi in comitatu Moliſii gentis Afflictæ, examinavitque illorum vitam & mores; quos dum in nihilo fidei adverſos comperiſſet, hortatus eſt, ut illinc abeuntem ſequerentur, ne majores paterentur moleſtias ab adverſariis. Tranſeundum erat per illorum Cœnobiolum datum & conſtructum, uti diximus, per Dominum Andream de Segna; ſed dum in conſpectu tranſirent, aere repente turbato, coruſcare fulgura, mugire tonitrua; hinc inde

Moritur B. Gualterus Brugen.

Tom. 5. an. 1279. n. 12.

Ann. 1301. n. 1. & ann. 1302. n. 9. & ſeqq.

Claren. in tribul. 6.

Chron. antiq.

Marian. cit. c. 4.

Et frater Liberatus Maceraten.

Tom. 5. an. 1291. n. 13.

Examinantur ejus ſocii.

An. 1302. n. 8.

inde jaculari fulgura, atque unum prope equum, cui inſidebat Inquiſitor, magno fragore vibratum, obliquo ductu terram effodit. Præſenti repentinoque periculo perterritus, dixit fratri Liberato: *Nihil ulterius in veſtro negotio peragendum putem, neque quidquam ſubeſt, unde ſiniſtram de vobis opinionem concipiam; abite in pace ad eremitorium veſtrum; vereor enim ne Deus ex alto intonet pro vobis.* Cui frater Liberatus: *Gratias agimus veſtræ erga nos benignitati, teque ſequi cupimus, quocumque velis examine a calumniis purgandi; ne quotidie inſultent nobis adverſarii, & innocentes apud Principes traducant. Proba nos, interroga cognatos & notos, & vide an inveniatur in nobis iniquitas; ſin autem, teſtimonium perhibe veritati.* Juſtæ petioni ſubſcripſit Inquiſitor, eoſque in ſuo comitatu duxit Ancianum. Dum illic in hoſpitio ſeorſim viverent ſub Inquiſitoris protectione, Minoritæ, qui in illo commorabantur oppido, repetebant tamquam ſuum, fratrem Liberatum, quippe qui receſſerit a communitate, nulla habita, neque petita Prælatorum licentia; eique minime patrocinari aſſerebant indultum Cœleſtini V. cujus acta reſcidit Bonifacius ſucceſſor. Concitatos videns Inquiſitor, admonuit fratrem Liberatum conſulendum ſibi quavis ratione, ne incideret in manus adverſariorum: illamque tutiorem viam eſſe, ut recta proficiſceretur ad Pontificem, neque rediret abſque illius, vel aliquorum nobilium Cardinalium diplomatibus ad ſe, vel ad Prelatos Eccleſiarum directis, *ut liberem*, inquit, *te a moleſtiis tuorum Confratrum*. Bonum viſum eſt ei Inquiſitoris conſilium; quare aſſumpto ſocio, feſtinanter properabat in Galliam, donec apud Viterbium gravi oppreſſus infirmitate, figere oportuit greſſus & jacere per aliquot menſes in loco Hermineorum occulte. Inde valetudinarius abiit ad oppidum ſancti Angeli *della vena*, ubi poſt unum vel alterum annum infirmitatis ſuæ, hoc ipſo, receſſit a ſeculo.

III. Socii autem nullo obtento ſuæ purgationis chyrographo, aut innocentiæ teſtimonio, recedere volebant e regno Neapolitano, in quo tutum non erat amplius commorari, Præfecto ſuo defuncto, Rege adverſante, & Minorum ſodalitio continuo ſequente; ſupervenit tamen Inquiſitoris, vel a Rege admoniti, vel a Fratribus inſtigati, præceptum ne abirent; deinde aliud, ut coram ſe apparerent ſecundo in Caſtro Friſalonis, quo erat ipſe venturus. Potiſſime procedere volebat contra fratrem Liberatum: quem ut mortuum audivit, contra ſocios egit, quos promiſcue adjunxit aliis maculatæ famæ religioſis, de ſancto Onofrio nuncupatis, & hæreticis de ſecta Apoſtolorum. Tulit deinde judicium abſque diſtinctione perſonarum, atque omnes una involvens ſententia condemnavit, tamquam ſchiſmaticos & hæreticos, invehens etiam in eos, qui eis favebant, vel in ſuis retinebant dominiis, tamquam in fautores, aut protectores hæreticorum. Male hoc habuit Dominum Andream de Segna, horum Fratrum patronum, admonuitque ſerio Inquiſitorem Fratrum innocentiæ & ſui officii, debereque maturius & ponderoſius abſque ulla paſſione in tanto negotio procedi. His litteris magis commotus eſt erga Fratres Inquiſitor, præcepitque accolis Friſalonis ſub magna pecuniæ mulcta, ut caute cuſtoditos ducerent ad civitatem Triventi, ubi horrido & tenebricoſo carcere per quinque dies incluſos dum tormentis afficere vellet, idque valde diſplicere Epiſcopo & nobilibus civitatis intelligeret, vinctos duxit in arcem Mainardi. Hic mira quadam feritate, inauditis pœnis torquere non deſtitit conſtantiſſime negantes ſe quidquam unquam contra fidem feciſſe, aut crediſſe, donec

Severis afficiuntur tormentis.

tam-

tamdem in tormentis duo vacillarunt adoleſcentes, qui ſe reliquoſque hæreticos eſſe dixerunt; quod tamen ſui compotes retractarunt. Nihilominus poſt quinque menſes variarum afflictionum, & carceris inedias a feſto Pentecoſtes uſque ad Nativitatem Virgineam toleratas, lata eſt hæc ſententia, nulla culpa prolata: *Denudantor, per plateas Neapolitanas ducuntor, virgis cæduntor, ex univerſo Regno expelluntor*. Sed juſtus Dominus, qui juſtitiam diligit, & æquitatem videt vultus ejus, ulciſci non omiſit illatam miſellis tantam injuriam: etenim, paulo poſt obiit Inquiſitor elata voce confeſſus, inique ſe oppreſſiſſe, & injuſte condemnaſſe viros, quos non potuit juridice de culpa ulla convincere, neque de ſui Inſtituti aut fidei injuria redarguere.

Injuſte damnantur.

IV. Qui ſuperfuerunt tormentis (quidam enim in illis ſuccubuerunt) perrexerunt in Galliam, ut Pontifici ſe ſiſterent, ſuæ vitæ & perpeſſæ injuriæ rationem reddituri. Mox adhæſerunt aliis Fratribus in regione Provinciæ, quos viderunt ſui zeli participes, & a communitate Ordinis receſſiſſe, ſicut evenit in aliis etiam Provinciis, præſertim in Etruſca, uti ſcribit Jacobus de Tundo Senenſis. Peccabatur enim multipliciter in ſanctam paupertatem, quæ tamen ubique aliquos habebat zelatores: atque hi dum ceteros non poterant in ſuam ſententiam avocare, recedebant cum paucis arctiorem vitam profeſſuri. Hinc multæ diſſenſiones, variæ opiniones, & quæſtiones periculoſæ oriebantur multis in locis, quæ originem ſumpſerunt a Petro Joanne Olivi, ejuſque doctrina, uti alias admonuimus; atque inde evenit ut mox univerſa ſodalitas in duas ſcinderetur partes: unam, quæ ſpiritualium, alteram quæ Fratrum de communitate nuncupabantur. Hæc vero quæ major valde erat, illam tenui initio ſuccreſcentem pro viribus opprimebat. Quæ tamen per varia tempora hinc ſequutæ ſunt ſimultates ſuis annis opportune referentur.

Pergunt ad Pontificem.

Jacob. de Tundo in recollect. Ordinis.

Tom. 5. an. 1297. n. 34. ſeqq.

Ordo ſciſſus in duas partes.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

V. Hoc anno Clemens Pontifex creavit „ Epiſcopum Aſſiſiatem, „ fratrem Theobaldum Offredutium alias Ufreduccium, ea ipſa urbe „ oriundum „ & Archiepiſcopum Cambalienſem, ſeu potius Jantaliechenſem in dominio Tartarorum, fratrem Joannem de Monte Corvino, virum doctum, ſalutis animarum ſumme cupidum, pro quibus lucrandis ſemel & iterum profectus ad ultimas Orientis regiones; cujus peregrinationis & miſſionis alias luculenta dedimus teſtimonia. Summam ei conceſſit poteſtatem, ſeptemque mox addidit Minoritici Inſtituti Epiſcopos ſuffraganeos, qui ei adlaborarent, & pallium eidem conceſſit. Primus hic eſt, quem ſciamus, Tartarorum prælatus, de quibus optime meritum oſtendunt monumenta a me alias prolata: & familiæ multæ, quas ad fidem integras reduxit.

Fr. Theobald. Epiſ. Aſſiſias. Joan. de Monte Corvino Archiepiſc. Cambalien.

Hiſtor. Upſalen. lib. 2.

Bozius de ſign. Eccleſ. l. 4. c. 1.

Tom. 4. an. 1272. n. 3.

Tom. 5. an. 1289. n. 1. & ſeqq.

VI. Ex noſtris Scriptoribus nullus eſt, qui exacte aut plena hiſtoria hujus optimi Viri aſſumptionem ad prædictum Archiepiſcopatum, & res præclare geſtas recenſeat: ſolus inter omnes beatus Odericus de Foro-Julio in Chronicis, quæ a principio mundi, uſque ad initium Pontificatus Benedicti XII. brevi methodo concinnavit, largius de his tractavit, ex quo potiora hic exſcribo: *Ultra ea quæ ſcripſit anno ſuperiori frater Joannes a Monte Corvino*, inquit beatus Odoricus, *hoc anno narrat in alia a ſe ſcripta Epiſtola, quod ſolemnes Nuncii venerunt ad eum de quadam parte Æthiopiæ, rogantes, ut illuc pergeret ad prædicandum, vel mitteret Prædicatores bonos, quia a tempore beati Matthæi Evangeliſtæ, & diſcipulorum ejus, prædicatores non habuerunt, qui eos inſtruerent in fide*

B. Oder. ad an. 1306.

Mictunt ei Nuncios Ætiopes.

fide Chriſti, & multum deſiderant ad veram Chriſti fidem pervenire: & ſi Fratres illuc mitterentur, omnes converterentur ad Chriſtum, & fierent veri Chriſtiani: Nam ſunt plurimi in civitate, qui ſolo nomine Chriſtiani dicuntur, & Chriſtum credant, ſed de ſcripturis & ſanctis doctrinis aliud non ſciunt, ſimpliciter viventes, cum non habeant prædicatores & doctores. Item dixit frater Joannes, quod poſt feſtum omnium Sanctorum baptizavit quadringentas perſonas: & quod ipſe audivit, quod plures Fratres utriuſque Ordinis ad Perſas, & Gazariam acceſſerunt, hortantes eos ad prædicandum ferventer fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ad faciendum fructum animarum. Data dicebat littera ipſa in Cambaliech civitate regni Kathag, anno Domini MCCCVI. *in Dominica Quinquageſimæ menſis Februarii.*

Petit mitti plures operarios.

Thomas Tolentinas hæc narrat Cardinali de Muro. Hic vero Pontifici & Cardinalibus.

VII. *Frater vero Thomas de Tolentino, a Tartaria rediens cum iſtis Epiſtolis (qui & ipſe Frater Minor & prædicator devotus, jam per annos plures prædicaverat inter infideles) veniensque in Italiam acceſſit ad curiam Romanam ultra montes in Vaſconiam, ubi Papa Clemens morabatur cum Cardinalibus, ubi prius hæc magnalia fratri Joanni de Muro, olim Generali Miniſtro Fratrum Minorum, & tunc Cardinali nunciavit. Et frater Joannes Domino Papæ & Cardinalibus retulit, advocatuſque fuit frater Thomas in conſiſtorium coràm Domino Papa, Cardinalibus, & Prælatis, ubi ſermone præclaro iſta Dei noſtri admiranda opera ſic mirabiliter incepta, & continuata per fratrem Joannem de Monte Corvino, & alios Fratres recitavit, rogans Dominum Papam & Cardinales, ut directio daretur, quatenus hoc opus Dei augeretur & perficeretur.*

Jubent eum ordinari in Archiepiſcopum & dari ſibi ſuffraganeos ſeptem.

VIII. *Dominus Papa Clemens gaudio magno repletus, cum Cardinalibus de iſta maxima commutatione dexteræ Excelſi avidus & ſollicitus, ut tam ſanctum opus Dei ille proſequeretur, fratri Gonſalvo Generali Miniſtro Fratrum Minorum impoſuit, ut ſtatim cum conſilio graviorum Fratrum eligeret ſeptem bonos Fratres Minores, ornatos virtutibus, approbatos ſenſu, eruditos in ſcripturis divinis, & ipſos Fratres auctoritate ſua Epiſcopos ordinari & conſecrari faceret, illoſque tranſmitteret in Tartariam cum privilegiis ipſius Papæ; ut fratrem Joannem in Archiepiſcopum & Legatum totius Orientis ordinarent & conſecrarent, & ipſi ſeptem Epiſcopi, ſicut ſuffraganei illi aſtarent in præcipuis Civitatibus magnis, juxta Cambaliech conſtituti Epiſcopi, ut ſicut Deus per ſanctum Franciſcum latinam Eccleſiam maximopere illuminaverat verbo pariter & exemplo, & ad ſalutis ſemitam multa millia animarum reduxerat, ita & per diſcipulos ejus populos Orientis, infideles, & Chriſtianos ſchiſmaticos, & errantes, ad fidem Chriſtianam reduceret, & lumen fidei, quod per ipſos Fratres Minores Jeſus Chriſtus in regnis Tartarorum accenderat, ita per eos continue augeretur & conſervaretur ne poſſit extingui. Electi ergo fuerunt ſeptem boni Fratres a Generali Miniſtro in Epiſcopos, ſcilicet duo de Provincia ſancti Franciſci, quæ eſt caput Ordinis, frater Andreas Lector de Peruſio, & frater Petrus de Caſtelio, frater Nicolaus de Apulia Miniſter illius provinciæ ſancti Franciſci, frater Guillelmus de Franchya, & alii tres Fratres Epiſcopi de aliis Provinciis Ordinis, & cum privilegiis Domini Papæ miſit illos Generalis Miniſter in Tartariam interiorem, & in Indiæ regiones.*

Bullę hujus creationis non invenimus.

IX. Monumenta ſeu bullas creationum eorumdem Archiepiſcopi & Epiſcoporum, comperire non potui, deperdito libro ſeu regeſto anni II. Pontificatus Clementis. Attamen quædam fragmenta ſeu contenta bullæ creationis Archiepiſcopi exſcripſit prædictus Odericus, & di-

& diploma datum ad Imperatorem Tartarorum, quæ hìc Lectori ſubjicio.

Dilecto in Chriſto filio fratri Joanni de Monte Corvino, Ordinis Fratrum Minorum, per nos in Archiepiſcopum Cambalienſem electo & conſtituto, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

X. INfra ſequitur. *Sane nuper ad notitiam noſtram, & dictæ Sedis Apoſtolicæ fide digna relatione pervenit, quod tu olim zelo orthodoxæ fidei Chriſtianæ accenſus ex præmiſſo conſenſu, ac Ordinis tui Generalis Miniſtri licentia ſpeciali, ut lucrifaceres animas infidelium Deo vivo, ad ipſas infidelium Orientalium partes te perſonaliter tranſtuliſti, & interioris dominii Tartarorum partes ingreſſus, quod plures infidelium per lavacrum ſacri baptiſmatis ad veram fidem Chriſti, favente tibi Spiritus ſancti gratia, reduxiſti fideliter & attente &c.* quæ ſequuntur. *Concedit autem Dominus Papa Clemens fratri Joanni in privilegio, ſeu dicta bulla, ut ipſe factus Archiepiſcopus Epiſcopos inſtituere & conſecrare poſſit, & Sacerdotes & Clericos in Civitatibus & Provinciis Orientalibus, & etiam auctoritate ſua concedit ei, ut ſicut Dominus Papa in Occidentali & Latina Eccleſia præſidet ſummus Pontifex ſuper omnes Epiſcopos & Prælatos uti Chriſti Vicarius, ita & frater Joannes ſummus Archiepiſcopus præſideat ſuper omnes Epiſcopos & Prælatos in partibus illis, hoc pacto & titulo ut ſemper ſe ſubditum Romano Pontifici confiteatur, & ab eo uſum pallii recognoſcat tam ipſe frater Joannes, quam omnes Archiepiſcopi Cambalien. futuri per ſecula Romanæ Eccleſiæ ſubjaceant in his pactis. Commendat etiam Dominus Papa in eadem bulla fratrem Joannem, quod Eccleſias conſtruxerit, & picturas novi & veteris Teſtamenti in eis depingi fecerit, in teſtimonium mirabilium operum Dei noſtri, ut rudes populi, quia numquam iſta audiverunt nec ſciverunt, per picturas ipſas diſcant Deum intelligere, & admiranda opera ejus.*

Magno Regi omnium Tartarorum Deum colere & timere.

XI. S*Plendor Patris, lux mundi, veritas & vita Salvator noſter Dominus Jeſus Chriſtus, qui ſua mundum illuxit ineffabili claritate, quique recti cenſura judicii cæleſtia pariter & terrena diſponit, & omnes redemptos ejus pretioſo ſanguine volentes ad eum, rejectis tenebrarum periculis, perfecte converti, caritative recipit, & benigne miſeretur eorum, quoniam multus eſt ad ignoſcendum, ipſos quoque magnificis decorare honoribus, & cæleſtis beatitudinis efficere poſſeſſores, illos tamen ut dignis digna rependat, honoribus attollit, inſigniis ac præmiorum uberiori retributione proſequitur, quod digniores agnoſcit, & commendat ingentior excellentia meritorum. Sed benedictus Deus, & pater luminum, ubi vult, ſpirans potenter effecit quod tu, ſicut digna fide relatione libenter accepimus, in amore virtutum, & piis operibus exercendis ſtudioſe intendens, miniſtros Chriſtianæ fidei ſereno oculo pie reſpicis, & verba ſalutis libenter audiens, ipſos in conſpectu tuæ magnitudinis gratanter admittis, ex quo vobis ſuper hoc Deo largitori bonorum omniam devote laudes & gratias referentibus, firma ſpes ſalutis ingeritur, quod ipſe Deus miſerator, & multum miſericors ſic oculos tuæ magnitudini aperiat clara luce: quod ex toto errorum te-*

Imperator Tartarorũ erga Chriſtianos benevolus.

ne-

nebroſo objecto nabilo, ipſum Deum unicum Dominum, & Jeſum Chriſtum Redemptorem tuum, perfectæ cognoſceres, & animum tuum pio & recto ordine perquires. Attende igitur, magnifice Princeps, & prudenter agnoſcas, quod inter cetera, quæ magnitudinem tuam exaltabunt, & dilatabunt potentiam tuam, & fulgorem tui diffundere poterunt principatus, & poteſtatis, præcipue Catholicæ fidei Sacramentum, felicitatem tuam ad perpetuæ beatitudinis inæſtimabilem gloriam promovebit, teque per illam Chriſtus Sol juſtitiæ, remunerator magnificus præmiorum inter Sanctos & electos ſuos, feliciter in cæleſtibus collocabit, tuique facti recolendi memoriam poſteritatis ad futuros tranſmittet &c. Deeſt finis.

Tom. 4. an. 1272. n. 1. Unde ortus hic Joan. Archiepiſcopus.

XII. Joannem hunc ab oppido nativo, de Monte Corvino cognominatum diximus, idque in Apulia Daunia ſitum: ſed alii non hoc ſed altero ejuſdem nominis majori, & nobiliori oppido Montis Corvini non longe a Salerno, & flumine Silario inter Picentinos in Principatu citeriori, natum contendunt: quorum pio ſtudio facile cedo, dum apud ſe ortum oſtenderint; neque enim tantum virum Apulis eripere, neque Licentinis adjudicare velim ſine gravi aliqua ratione aut auctoritate. Fateor nullam undique certam mihi ſubeſſe, ut huic vel illi loco ejus adſcribam natalitia. Qui ſuum vendicant, producant monumenta, quibus acquieſcam, & ſine partium injuria æquum feram judicium. Porro nomina ſeptem Epiſcoporum, ſibi ſubditorum & velut in ſubſidium meſſis magnæ miſſorum, hæc ſunt. Frater Gerardus: frater Peregrinus, quorum cognomina invenire non potui: frater Andreas de Peruſio ſacræ Theologiæ lector: frater Nicolaus de Bantra, ſive de Apulia, Miniſter provinciæ ſancti Franciſci: frater Petrus de Caſtello: frater Andrutius de Aſſiſio: & frater Guillelmus de Franchya ſive de Villalonga, aut Villanova. Tres primi ſucceſſive fuerunt Epiſcopi Eccleſiæ Cathedralis erectæ per Archiepiſcopum fratrem Joannem in Cayton. Tres qui ſequuntur mortui ſunt in ipſo ingreſſu Indiæ inferioris ob aeris adverſam viciſſitudinem. Poſtremus frater Guillelmus, vel regreſſus eſt in Italiam, vel in Orientem non perrexit: invenio etenim anno MCCCXXV. translatum vel aſſumptum ad Eccleſiam Sagonenſem, & in diplomate translationis ſive aſſumptionis refert Joannes Pontifex, eum a Clemente conſecratum, & deputatum Epiſcopum ad prædicandum in terris Tartarorum, de quo ipſius Clementis producimus diploma anno ſequenti. Majorem huic miſſioni & Epiſcoporum creationi lucem afferet epiſtola unius ex eiſdem, fratris Andreæ Peruſini, quem ex ſua Eccleſia Caytonis ſcripſit ad conſodales Peruſinos, & nos ad annum MCCCXXVI. quo data eſt excribemus.

Nomina Epiſcoporum ſibi ſubjectorum.

XIII. Huic narrationi ſubjungit beatus Odericus aliam de quinque piis Minoritis, qui in Ægyptum & aliquot Orientis regiones perrexerunt zelo Chriſtianos captivos conſolandi, & reducendi eos, qui a fide diſceſſerunt. Ipſis ejus verbis ſincero ſtylo concinnatam hiſtoriam exhibeo lectori: *Circa tempora*, inquit, *Pontificatus Bonifacii, Benedicti, & Clementis quinque fratres Minores viri ſpirituales & charitativi, accepta licentia generalis Miniſtri, & litteris recommendatitiis Regis Siciliæ, Aragoniæ, & Hiſpaniæ, & aliorum, procedentes de provincia ſancti Franciſci & venientes Venetias, tranſfretaverunt navigando in Alexandriam magnam civitatem Ægypti. Et Ammirato Principi, qui erat ibi pro Soldano ſuas litteras oſtendentes, honorifice ab eo recepti fuerunt, & camelis impoſitos cum duodecim conducentibus armatis, tranſmiſit illos in Babyloniam*

Quinque Minoritæ tranſeunt in Oriétem in Chriſtianorum ſubſidium.

Perveniunt Alexandriam.

Inde Babyloniam.

niam ad Soldanum. Via vero & patria ita erat ſabuloſa, pulvere cooperta, & ventis agitata, quod diſcerni non poterat, & valde difficile erat iter, niſi bene expertis ſæpius, & per ſigna cæleſtia recognoſcentibus. Et cum per dies aliquot per ſabuloſum pulverem equitando, nec homines, nec habitatores invenirent, & colles videbant pulveruloſos & aridos, nec arbuſta, nec herbæ in eis apparebant, quia terra Ægypti arida, & ſterilis eſt (non illa quæ a Nilo flumine magno ſæpius inundante per regionem longe lateque irrigatur, & ſic fructum facit optimum & multum) & propter hoc Ægyptus habet vaſtas, & longiſſimas ſolitudines, ubi nec herbæ nec arbuſta ſunt, ſed arida terra & ſabuloſa. Et poſt dies aliquos pervenerunt Fratres illi cum ſuis conductoribus aſperſi pulvere ad Civitatem magnam, quæ vocatur Kairum Babyloniæ, in qua ſolummodo comites & milites habitant cum

Hinc Kairum.

famulis & familiis ſuis, ſemper parati equitare ubi Soldanus præcipit. Et ibidem requieſcentes, equitando poſtea in Babyloniam magnam pervenerunt, quæ diſtat a Kairo per duo milliaria vel paulo plus. In iſta autem Babylonia habitant multa millia Sarracenorum, artificum & laborantium,

Deinde Babyloniam.

& multitudo Chriſtianorum, qui dicuntur Centurini, vel de Cintura quia cingulum portant latum, & veſtimentum, per quod recognoſcuntur ab aliis.

Degunt in ea plurimi Chriſtiani.

Sunt autem ibi Chriſtiani qui dicuntur Jacobitæ in magna multitudine diffuſi per Ægyptum & Thebaidam, ſicut Chriſtiani de Cintura. Iſti Chriſtiani deſcenderunt ab antiquis Chriſtianis, qui ibi olim habitaverant antequam Sarraceni terras illas invaderent.

Ducuntur Fratres ad Soldanum.

Sacerdotes habent & Epiſcopos, & baptizantur, & clauſis Eccleſiis licet eis audire officium & Miſſas, confiteri & communicare. Soldano obediunt ſicut Sarraceni, & quia multum ſunt veraces & fideles, regimina provinciarum & civitatum & cuſtodiæ ſemper eis tantum committuntur. Fratres vero Minores ſupradicti a militibus Chriſtianis de Cintura benevisi, & recepti ſunt, qui de palatio Soldani ad eos devenerunt, miſſi a Soldano, ut cauſam adventus eorum inquirerent.

Ille ſe eis exhibet benevolum.

Et milites ipſi admonuerunt Fratres, ut non turbarentur, quia non pro injuria, ſed pro conſuetudine oportebat omnes ligatis manibus poſt tergum ante Soldanum venire, ut nullus poſſet eum percutere, nec venenum in illum projicere. Et ſic Fratres animati a militibus de Cintura, ligatis poſt tergum manibus, ante Soldanum perducti fuerunt. Soldanus autem reſidens in throno eburneo, tunicula & dalmatica indutus, de diaſpero albo, gemmis & ſaphyris & margaritis intexto, virga aurea tetigit Ammiratum, qui ſedebat ad pedes ſuos, ut interrogaret Fratres quare veniſſent, & quid peterent? Dixitque ſe libenter daturum eis omnia amore Regum Chriſtianorum, qui illos Soldano recommendaverant. Et Ammiratus interpres lingua Latina ſeu Gallica interrogavit Fratres, quare venirent, & quid vellent? Et reſponderunt, quod venerunt ad viſitandum captivos Chriſtianos, qui in Tripoli, & in Achon capti fuerant cum aliis Fratribus, ut poſſint cum eis loqui & confortare eos; & ſi ipſi placeret vellent libere viſitare loca Sancta, & devota ultramarina. Et Ammiratus

Joannes Francigena Fratribus beneficus.

dicta in lingua ſarracena Soldano expoſuit, qui omnia libenter conceſſit, & quod poſſent ipſi ſtare quantum volebant, juſſitque e curia ſua ut ſumptus haberent. Occurrit autem Fratribus dominus Joannes Miles olim de Francia, qui in bello antea fuerat captus a Sarracenis, & ibi detinebatur ad ſerviendum Soldano in militia, & uxorem habebat nobilem Chriſtianam, quam ipſe captivam ductam emerat, & ex ipſa filios habebat, quos baptizaverat, & in Fide Chriſti edocebat. Iſte Dominus Joannes impetravit ſibi Fratres concedi, quos cum gaudio in domum ſuam duxit, & cum uxore ſua

exul-

exultantes in Domino, & cum Fratribus colloquentes de Fide & Chriſtianitate per dies XXII. *tenuerunt illos in hoſpitio, & in die ibant cum Fratribus viſitando captivos Chriſtianos, qui in compedibus tenebantur, & vinculis, ad operandum & lucrandum ſibi expenſas & veſtimenta, & Fratres ipſi repleti Dei ſpiritu captivis prædicantes & confirmantes in Domino, audierunt confeſſiones eorum, & abſolvebant eos, & dabant illis ſanctam communionem, quam in altari portatili parvo conſecrabant. Et ipſi captivi de gravi mærore in lætitiam relevati gratias Deo agebant, & Fratribus, qui illos viſitaverant, & confortaverant, & ad ſpem vitæ æternæ animaverant. Et ſic in tribulatione gaudentes, & in neceſſitate patientes, meritum & vitam æternam, & præmium habere ſperabant a Chriſto, & Fratres omni die ipſos viſitabant, & confortabant, & aliquibus Chriſtianis, qui timore pœnarum fidem negaverant, prædicantes, occulte illos lacrymantes, & multum contritos abſolvebant, & in fide Chriſti confirmabant, cum vero ipſi Fratres per Babyloniam ambularent, invenerunt aliquos devotos ſenes, qui genibus flexis manus Fratrum capientes, cum digitis Fratrum in frontibus ſuis ſignum crucis faciebant; & cum eorum linguam Fratres non intelligerent, per ſigna devota cognoſcebant quod libenter eſſent Chriſtiani.*

Illi conſolantur captivos.

XIV. *Iſta autem Babylonia nova antiquitus vocata fuit Geropolis, & in iſta civitate permanſit beata Virgo Maria cum puero Jeſu Salvatore noſtro quando fugit de Judæa a facie Herodis, & in Ægypto ſtetit ſeptem annis. Et illa domuncula ubi habitavit, eſt in medio ipſius civitatis, & eſt teſtudinata deſuper, & quidam ſacerdos Chriſtianus Græcus cuſtodiebat tunc ipſam, & frater Angelus in ea Miſſam cantavit cum reliquis Fratribus & aliis Chriſtianis. Deinde Fratres, completis operibus caritatis & pietatis in captivos Chriſtianos, & alios redeuntes ad fidem, quæſtiones plures de ſcriptura cum Kalippo Sarracenorum habuerunt, qui videbatur concordare cum Fratribus in multis. Fratres vero valedicentes captivis, & aliis Chriſtianis, Alexandriam redierunt, ubi frater Franciſcus obiit, & in quadam Eccleſia devota ſepelierunt eum frater Angelus, & frater Thomas, & frater Joannes. Et ſic prædicti Fratres verbum Salvatoris noſtri fideliter adimplentes viſitando incarceratos, & conſolando afflictos, & oves errantes reducentes ad ovile Chriſti, ſicut boni cuſtodes animarum in Italiam redeuntes migraverunt ad Dominum, ſed principalis eorum frater Angelus in Tartariam rediens cum ſupradictis Epiſcopis, & Fratribus aliis, cum fidem Chriſti ferventer prædicaret, a quibuſdam Bulgaris crudeliter gladiis confoſſus migravit ad Dominum. Et frater Monaldus de Ancona ſimiliter prædicando martyrizatus fuit. Et frater Franciſcus Miſſam celebrando ab infidelibus ſuper altare cæſus fuit, cum Salvatore noſtro Jeſu intrante in paradiſum per proprium ſanguinem. Ita ut beatus Franciſcus non ſolum per ſeipſum fideliter in vinea Domini laboraverit, ſed & per ſuos filios & diſcipulos in vinea Domini maxima operatus ſit. Et poſt hoc alii Fratres Minores ad ſanctam civitatem Hieruſalem venientes, quoſdam Chriſtianos lapſos ad fidem Chriſti reduxerunt, & in Ægyptum tranſeuntes ad montem Synai pervenerunt, ubi antiquitus Deus noſter legem de cælo dedit ſancto Moyſi, & ibi corpus ſanctæ virginis Catarinæ reconditum conſervatur. Ubi in pede montis eſt maximum Monaſterium ſervorum Dei ſolitariorum Græcorum, qui cum multa reverentia & lætitia ipſis Fratribus obviam proceſſerunt, & per dies plures manere fecerunt, & erat inter eos admiranda pax & concordia, & jugis abſtinentia, & orationes & pſalmodiæ*

Al. Heliopolis.
Al. Hermopolis.

Ita S. Bon. de vita Chriſti. cap. 93. & plures alii Doctores quos citat Suarez. t. 2. in 3. par. diſp. 17. ſect. 2. & Barr. lib. 10. conc. c. 9.

Viſitur Babylone domus beatæ Virginis.

Redeunt Fratres Alexan.

Ubi unus illorum occubuit.

Ceteri regrediuntur in Italiam.

Fr. Angelus occiſus a Bulgaris.

Monaldus & Franciſcus martyres.

Alii Minoritæ pergunt Hieroſolymas & ad montem Synai.

Egregium Monaſterium Græcorum ad montem Synai.

diæ devotæ frequentia , & ſanctum ſilentium , ut potius vitam Angelicam quam humanam gerere & habere viderentur . Iſtos Soldanus & Sarraceni habent in maxima devotione , dicentes quod boni Meſſiæ veri ſervi & imitatores ſunt , & eis eleemoſynas largiuntur , unde ſuſtentantur .) Hucuſque beatus Odericus .

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Clemens V. ampliſſimum concedit privilegium Minoritis ad terras Infideliũ proficiſcentibus.

„ XV. Aliquibus ex tot miſſionibus ſociis , adeo hilariter , in lon„ ginquas & ignotas regiones proficiſcentibus , multa eaque magna , ac „ ſingularia privilegia conceſſit Pontifex . Eorum tenorem do ex Pon„ tificii diplomatis autographo : cujuſque etiam exemplar authenticum „ exhibuit Peræ juxta Conſtantinopolim poſt aliquot annos frater Hie„ ronymus Epiſcopus Caffenſis , de quo nos inferius .

Dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum , in terras Sarracenorum , Paganorum , Græcorum , Bulgarorum , Cumanorum , Tverorum , Alanorum , Gazarorum , Gothorum , Sichorum , Rutenorum , Jacobinorum , Nubianorum , Neſtorianorum , Georgianorum , Armenorum , Indorum , Meclitorum , aliarumque non credentium Nationum Orientis , & Aquilonis , ſeu quarumcumque aliarum partium proficiſcentibus .

„ *CUm hora undecima ſit diei hominibus , ut exeant ad opus uſque ad „ mundi veſperam deputati , & illud Apocalypſis elogium cito credatur* (Apoc. 5.) *„ tur cum matris Eccleſiæ conſolatione complendum , videlicet oportere viros „ ſpirituales vitæ munditiam , & intelligentiæ gratiam cum Joanne ſorti„ tos , populis , & gentibus , linguis , regibuſque multis denuo prophetiza„ re , quia non ſequitur reliquiarum Iſrael per Iſaiam prophetizata ſalva„ tio , niſi juxta Paulum Apoſtolum prius introeat gentium plenitudo . Nos „ licet immeriti ſuper Apoſtolicæ Sedis ſpeculam conſtituti , fideliter , ac pru„ denter diſpenſandis Dei miniſteriis , & operibus coadjuvandis intendi„ mus , & ſi urgente plenitudine temporis poſt pia piorum ſtadia in vineam „ Domini Sabaoth novos , & pene noviſſimos qui ſapientiam longum didicere „ per otium , operarios mittere procuramus ; vos igitur , quos juxta profeſſa „ Religionis officium , zelus comedit animarum , & eum quadriga quarta , „ quam variis chariſmatum donis , & fida fortitudine trahitis ubique di„ ſcurrere , ac vexillum Regis gloriæ procul levare geſtitis ad gentes , quæ „ Jeſum Chriſtum Dominum non agnoſcunt , & ad ſubtractionis filios qui „ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ non obediunt , deſtinamus , vobis in remiſ„ ſionem peccatorum omnium injungentes , quatenus ſeminaturi ſuper aquas „ multas , in illo tantum qui dixit ſe mundum viciſſe , confiſi , ad illuminatio„ nem cæcæ multitudinis , & exterminium hæreticæ falſitatis , ad confir„ mandos nutantium animos , & fidelium confortandos in luce ſermonis , & „ rectitudine operis , propoſitum vobis iter ſine quorumlibet offenſione cur„ ratis . Ut autem miniſterium veſtrum honoretur plenius , & honorabilius „ impleatur , præſentium vobis auctoritate concedimus , ut in terris , quæ „ adhuc Sedis Apoſtolicæ magiſterio non intendunt , proponere verbum Dei , „ & conſtitutis ibidem , non obſtante ſi aliqui ſunt excommunicatione li„ gati , in verbis , officio , & cibo , ac in aliis ſecure communicare , & „ ipſos , ſeu alios converti ad unitatem Chriſtianæ fidei cupientes recipere , „ baptizare , & aggregare filiis Eccleſiæ ſanctæ poſſitis , ipſiſque taliter „ aggregatis illi ex vobis , qui fuerint in Sacerdotio conſtituti , ubi Epiſco„ porum Catholicorum copia non extiterit , Sacramentum confirmationis „ conferre , ac nihilominus uti oleo , & Chriſmate antiquis , cum in eiſ-* dem

Iſaiæ 59. 20. Rom. 11. 25.

Zachar. 4.

Joann. 16. 33.

Vide quæ adnotavimus ad ſimilem conſtitutionem Eugenii IV. ann. 1444. n. 45. & Nicolai V. an. 1447. n. 16.

,, *dem partibus novum oleum ſine magna difficultate haberi non poſſit, libere*
,, *valeant, conſtitutionibus ſuper his in contrarium editis non obſtantibus,*
,, *nec non aggregatos eoſdem inſignire caractere clericali, & ipſos ad Aco-*
,, *litatus Ordinem promovere. Liceat etiam vobis ibidem redeuntibus ad*
,, *obedientiam Sedis Apoſtolicæ qui ſunt excommunicatione ligati, abſolutio-*
,, *nis beneficium, juxta formam Eccleſiæ impertiri, & ſuper eo diſpenſare*
,, *cum ipſis, qui ſacros Ordines receperunt, & divina celebrarunt officia*
,, *ſic ligati: hoc ipſum vobis ſit licitum circa illos de terris eiſdem, qui tem-*
,, *poribus indebitis, vel infra ætatem legitimam, aut qui omnes eadem die,*
,, *vel qui ſuperiores prætermiſſis inferioribus conferre, ſeu recipere Ordines*
,, *præſumpſerunt, ſi tamen in hoc ſervata forma Eccleſiæ talis extiterit,*
,, *per quam Ordines recepiſſent. Vobis præterea diſpenſare liceat, ut illi*
,, *ex nationibus veſtræ prædicationi commiſſis, qui poſt ſuſceptionem ſacro-*
,, *rum Ordinum, vel in gradibus, & caſibus a divina lege minime probibi-*
,, *tis, matrimonia contraxerunt, remaneant in iiſdem; & ii, qui ad Ca-*
,, *tholicæ Eccleſiæ redierunt unitatem, ut inter ſuos habitent, eiſque com-*
,, *municent; nec non quod Clerici nationum ipſarum publice ad obedientiam*
,, *Sedis Apoſtolicæ redeuntes, gaudeant privilegio clericali. Similiter vo-*
,, *bis liceat omnium fidelium in terris prædictis confeſſiones audire, ac ipſis*
,, *injungere pœnitentias ſalutares, & excommunicatos a canone, vel alio*
,, *modo juxta Eccleſiæ formam abſolvere, dummodo injuriam, & damna paſ-*
,, *ſis ſatisfaciant competenter. Cum Irregularibus partium earumdem in*
,, *illis caſibus, in quibus ſolent Legati Sedis Apoſtolicæ diſpenſare, ac etiam*
,, *cum clericis ipſarum partium patientibus defectum natalium; dummodo*
,, *non ſint de adulterio, vel inceſtu, aut regularibus procreati, ſit vobis di-*
,, *ſpenſandi facultas, quam circa illos ſimiliter habeatis, qui ab unitate*
,, *Eccleſiæ Catholicæ, ſeu Religione, vel clericali Ordine diſceſſerunt, ſi*
,, *humiliter redire voluerint, & digne ſatisfacere de commiſſis; ita quod*
,, *ipſi Religioſi ad ſua loca, ſalva diſciplina Ordinis, reſumantur, & illos*
,, *ex jam dictis, qui excommunicationis vinculo ſunt aſtricti, juxta præmiſ-*
,, *ſam formam, & prædictæ ſatisfactionis modum abſolvere valeatis; &*
,, *cum irregularibus ex eiſdem, ſicut eſt expreſſum ſuperius, diſpenſare. Ad*
,, *hæc ſit vobis abſolvendi facultas occiſores clericorum, & religioſorum præ-*
,, *dictorum in prædictis partibus conſtitutos: fundandi de novo Eccleſias,*
,, *& reconciliandi illas, quæ ſunt caſu aliquo prophanatæ, ac de novo fun-*
,, *datis de Rectoribus idoneis providendi, & qui de gentibus, vel ſchiſma-*
,, *ticis noviter ſunt converſi, dandi licentiam, ut uxores ſuas, cum quibus in*
,, *gradibus a lege divina non prohibitis, contraxerunt, valeant retinere.*
,, *De cauſis matrimonialibus, quas in partibus illis ad audientiam veſtram*
,, *deferri contigerit, legitime cognoſcendi, ac diſcordantes inter ſe ad in-*
,, *vicem, quod ad pacem, & concordiam redeant; nec non quod inordinate*
,, *viventes de ſuis exceſſibus, ſicut juſtum fuerit, ſatisfactionem exhibeant,*
,, *compellendi per cenſuram Eccleſiaſticam vobis libera ſit poteſtas. Inſuper*
,, *in locis, in quibus vos hoſpitari contigerit, vel in locis partium earum-*
,, *dem, in quibus reſidentiam facietis, Miſſam, & cetera officia divina*
,, *celebrare in eiſdem partibus, cæmeteria benedicere, concedere Indulgen-*
,, *tias, & commutare vota, facultatem & licentiam habeatis. Ceterum*
,, *vobis concedimus quod a Catholicis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epi-*
,, *ſcopis poſſitis Ordines, & alia Eccleſiaſtica Sacramenta ſuſcipere, ac ve-*
,, *ſtes ſacerdotales altaris, pallas, & corporalia per eos, qui ex vobis ſunt*
,, *Presbyteri, cum neceſſe vobis fuerit, benedicere, ubi Catholicorum Epi-*
ſco-

,, *ſcoporum copia non habetur, nec non alia facere, quæ ad augmentum di-*
,, *vini nominis, & ampliationem Catholicæ fidei, ac reprobationem, &*
,, *evitationem illorum, qui ſacris traditionibus contradicunt, ſicut pro loco*
,, *& tempore videritis expedire. Et ut fructum de veſtris laboribus repor-*
,, *tetis, & ſentiatis ex eis æternæ ſalutis vobis commoda uberius proven-*
,, *tura, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apo-*
,, *ſtolorum ejus auctoritate confiſi, & cuilibet veſtrum vere pœnitentibus*
,, *& confeſſis illam Indulgentiam præſentium auctoritate concedimus, quam*
,, *proficiſcentibus in Terræ ſanctæ ſubſidium Sedes Apoſtolica concedere con-*
,, *ſuevit, ac nihilominus, ut Chriſtifideles, quaſi per præmia ſalubriter in-*
,, *vitemus ad merita, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccle-*
,, *ſias, & loca Fratrum dicti veſtri Ordinis in partibus præmiſſis conſtru-*
,, *cta, & impoſterum conſtruenda cauſa devotionis, ſeu eleemoſynæ faciendæ*
,, *ipſis Fratribus, ſingulis diebus viſitaverint, centum dies de injunctis eis*
,, *pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Vobis inſuper Apoſtolica auctori-*
,, *tate concedimus, ut in Civitatibus, Caſtris, vel Villis, ſeu locis quibuſ-*
,, *cumque ad habitandum domos, ac loca quæcumque de novo recipere, ſeu*
,, *hactenus recepta mutare, aut ea venditionis, permutationis, donationis,*
,, *aut cujuſvis alienationis titulo in alios uſus transferre, prout utilius id*
,, *fieri cognoveritis, de noſtra, ac dictæ Sedis ſpeciali licentia valeatis.*
,, *Non obſtante prohibitione fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris no-*
,, *ſtri, qua cavetur, ne aliquis, vel aliqui de Prædicatoribus, aut Minori-*
,, *bus, ac Religioſis aliis mendicantibus quibuſcumque ſuper hoc privilegiis*
,, *muniti exiſtant, prædicta præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia*
,, *ſpeciali plenam, & expreſſam faciente de prohibitione hujuſmodi mentio-* *De excеſſ. Prælat. in 6.*
,, *nem; quod ſi ſecus actum fuerit, irritum determinatur & inane. Vo-*
,, *lumus autem, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illa, quæ de*
,, *jure, vel de obſervata conſuetudine ad Epiſcopalem juriſdictionem, ſeu di-*
,, *gnitatem ..... dumtaxat pertinentibus, ſeu quibuſcumque aliis Fratribus*
,, *veſtri, ſeu cujuſcumque alterius Ordinis ad terras non credentium tran-*
,, *ſeuntibus, ſeu jam ibidem exiſtentibus auctoritate Apoſtolica jam con-*
,, *ceſſa, vel in poſterum concedenda, niſi in illis tamen partibus, in quibus*
,, *Catholici Epiſcopi non fuerint, nec vos, nec alii alterius Ordinis exercere*
,, *curetis, decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quo-*
,, *quam ſcienter vel ignoranter fuerit attentatum. Nulli ergo omnino*
,, *hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, licentiæ, facultatis,*
,, *poteſtatis, relaxationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel ei*
,, *auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit,*
,, *indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſto-*
,, *lorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Pictavii x. Kalend. Auguſti*
,, *Pontificatus noſtri anno* II.

XVI. Circa hoc tempus obiit in Conventu Numantino Provinciæ Conceptionis frater Joann. Tozalius, qui relicto Mahumetiſmo, Chriſtianorum albo adſcribi voluit, ac tantopere in humilitate, ac ceteris virtutibus profecit, ut adinſtar Seraphici Patris Franciſci, Diaconatu initiatus numquam ad ſacerdotium, quo ſe indignum ex maxima animi ſubmiſſione judicabat, promoveri voluerit: & genuflexus, complicatiſque ad modum orantis manibus poſt mortem inventus ſit. Qua etiam de cauſa, ut ſanctus ac Deo carus, ab omnibus habetur. ,, In Conventu Bergomatæ floruerunt hoc tempore frater Philippus de Vico Marcato Guar-

Chron. antiq. Gonza. in Prov. Concept. Con. 13. Fr. Joannes Tozalius.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. *Vinea Bergomen. p. 2. cap. 44.*

,, dianus; & frater Guillelmus de Portugallia ſacræ Theologiæ Profeſ-
,, ſor, qui hoc ipſo anno die xxv. Februarii, ſimul cum Lanfranco de
,, Amicis Priore Monaſterii ſancti Stephani Ordinis Prædicatorum, &
,, Valentino de Solario Inquiſitore, inteſtina urbis ſæviſſima bella ſum-
,, ma pace commutarunt. Ad perpetuam rei memoriam instituta fuit
,, ſtatio ad Eccleſiam ſancti Stephani, in ipſo die Natalis Dominici.

Conv. Beantri.

XVII. Sub hoc tempore extructum fuiſſe ab Illuſtriſſimo D. O. Svilivan Beara Monaſterium de Beantri, juxta portum de Beerhaven in Deſmonia, indicant monumenta Hibernica ad me tranſmiſſa, dum ante trecentos annos ædificatum affirmant. Expulſis hinc Fratribus, Angli repetitis vicibus ſua ibi conſtituerunt præſidia, belligerantes adverſus Oſvilivanos. Hinc Daniel Oſvilivan Comes de Beerhaven (cujus res fortiter & animoſe geſtas terſo calamo largius proſequitur ejuſdem conſanguineus Philippus Oſvilivan) obtenta munitione muros ſolo æquavit reædificaturus, ſi per invaſiones externas vacaret: ſed Anglorum potentia & ſuorum inconſtantia oppreſſus exulare oportuit; demum a Rege Catholico honore, ſubſidio, & dignitate donatus, magno infortunio & ſuæ gentis jactura occiſus eſt Matriti.

Daniel Oſviliv.

Oſvilivan. t. 3. compend. hiſtor. Cathol. Hibern. lib. 7. per totum.

Mon. Senen.

XVIII. Hoc etiam tempore conſtructum Monaſterium Clariſſarum in urbe Senenſi in Etruria per Richardum Petronum Senenſem Diaconum Cardinalem ſancti Euſtachii a Bonifacio VIII. creatum, ſcribit Ciaconus; de quo ſuis locis aliqua nos proferemus monumenta.

Ciacon. in Bonif. VIII. n. 23.

XIX. Confirmavit hoc anno Pontifex permutationem quamdam factam inter Minores Conventus Vindocinenſis, & Benedictinos Turonenſes ſuper quædam prædia prædicto Conventui contigua: *Veſtræ ſacræ.* III. Idus Decembris. Nec non donationem cujuſdam domicilii, aut Monaſterii Rupellæ factam a Philippo Rege Galliarum Aremburgi Clariſſæ ſorori nobilis viri Comitis Petragoricenſis, & Marquiſiæ filiæ ejuſdem Comitis, de quibus egimus anno præcedenti, & quas Pontifex ait in diplomate mox citando, ante triennium habitum ſanctæ Claræ aſſumpſiſſe: *Ad cæleſtes delicias.* x. Kal. Decembris: aliaque eiſdem indulſit privilegia, quæ per varias bullas in appendice Lector poterit conſpicere. Conceſſit etiam hoc anno Pontifex ad preces Domini Neri Piſani Militis tertii Ordinis, fratris Joannis Romani eleemoſynarii D. Papæ, & Miniſtri tertii Ordinis Civitatis Romanæ indulgentiam plurium annorum ſingulis Fratribus, & Sororibus ejuſdem Inſtituti, quotieſcumque ſtatuto tempore congregarentur ad audiendam & intelligendam Regulam ſibi a ſancto Franciſco præſcriptam: necnon & exteris quibuſcumque, qui ad eorumdem congregationem prædictam Regulam audituri accedebant.

Indulta Pontificia.

Num. 30.

Fr. Joan. Papæ eleemoſynarius.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Henricus expulſus revocatus ad Regnum.

,, I. CArinthiæ Dux Henricus ab Imperatore Alberto pulſus Boemiæ
,, ſceptrum tenere non potuit: Victor ergo Albertus egit ut
,, Boemi in Regem admitterent Rodulphum ejuſdem Imperatoris filium,
,, cui Pater Eliſabetham relictam Wenceslai ſenis in uxorem dedit,
,, ut melius conſtabiliretur in ſolio: at paucis poſt menſibus obiit ſubi-
,, to morbo correptus: unde Boemi pulſum Henricum revocarunt, nec
,, eum ut primo valuit dejicere Albertus; imo adverſariorum gladiis
,, occumbens vitam perdidit & imperium. Ceterum perpauca ſunt, quæ
huic

„ huic anno addere poſſimus, præter nonnulla ſummi Pontificis diplo-
„ mata a Petro de Alva & Aſtorga indicata, & quidem duo eorum ad
„ Fratres de pœnitentia pertinent, quorum primum incipit : *Ex teno-*
„ *re &c.* x. Kal. Aprilis : alterum vero : *Ex parte &c.* VII. Idus No- *Indic.*
„ vembris. Monaſterio ſanctæ Claræ Petragoricenſi etiam hoc anno fa- Albertus Imper. occiditur.
„ vit Pontifex dato Brevi : *Sedes Apoſtolica &c.* x. Kal. Aprilis : cuidam *Ex Vatic.*
„ Domino Spinulæ, ut Conventum in ſua terra erigere poſſet licentiam
„ conceſſit : *Inter ceteros &c.* III. Idus Maii : & Guardiano Barchino- Executor. Guardiano Barchinonenſi.
„ nenſi executorialem commiſit : *Cum ſicut accepimus &c.* Nonis Decem-
„ bris : Sclaimundæ vel Clarimundæ Balearium Reginæ Religioni plu-
„ rimum addictæ Monaſteriorum ingreſſum conceſſit : *Monilibus ador-*
„ *nata &c.* Kal. Maii. Sunt etiam quædam alia minus ad rem noſtram
„ facientia, ut ſunt litteræ pro miſſione Tuſciæ, indultum Arnaldo
„ Abbati ; & contra libros Judæorum : quæ omnia ab eodem Petro de
„ Alva & Aſtorga indicata noſcuntur.
„ II. Rodulphus interea magnæ ſanctitatis vir, tanta vitæ perfe- Rodul. ſanctitate floret.
„ ctione ac puritate erat exornatus, ut ſibi ſacrum facienti, miſſamque
„ celebranti adſtarent, miniſtrarentque Angeli. Obiit, ac ſepultus eſt
„ apud Conventum ſancti Jacobi Redonum urbis anno MCCCVII. eique *Petrus calvus in defenſorio ſacr. Relig. l. 2. c. 32. Theat. Bai.*
„ dicata dies ab Arturo XXVI. Januarii : plures vero eum commemo-
„ rant, inter quos etiam Annaliſta. Rhedones autem nomine Gallis
„ *Renes* Civitas, & populi ſignificantur, ſed Civitas Epiſcopalis Galliæ
„ Celticæ primaria eſt Britanniæ minoris, & Metropolis ampla, nobilis
„ ad Vigelaniam fluvium, inter Andegavim & Briocum, diſtatque a *Topogr. Ferrer.*
„ Pariſiis octo dierum itinere : ad hanc vero urbem eſt præfatus Con-
„ ventus ſancti Jacobi, qui eſt XVII. Provinciæ Turoniæ, ejuſque me-
„ minit Waddingus ad annum MCCLXXXVII. n. 10.

ARGUMENTUM.

Gentilis a Monte-florum amandatur Legatus Sedis Apoſtolicæ in Hungariam, ubi prudenter Regni tumultus componit. Ad Regem Raſſiæ mittitur frater Artaniſius cum aliis fidem in illis regionibus propagaturus. Henricus Lutzemburgicus creatur Imperator. Scoti geſta & doctrina commendantur. Moritur beata Clara de Montefalco, cujus vita recenſetur, & Inſtitutum declaratur. Floret Raynerius Samaritanus & inſulis duo cohoneſtantur Minoritæ. Augentur Domicilia.

I. DUAS invenio legationes hoc anno commiſſas binis ex Ordine Minorum viris præcipuis ; primam fratri Gentili de Monte-florum presbytero Cardinali tituli ſanctorum Silveſtri & Martini in Montibus ; in Hungariam miſſo, ut regnum variis diſſenſionibus, plurium de regno contendentium factionibus, & inteſtinis bellis undique commotum, pacificaret, & coronam, ſceptrumque Carolo Rimberto, aliis Martello, aliis aliter cognominato, Caroli Claudi, & Mariæ Hungariæ filio, jure materno conſtanter aſſereret. Hic itaque in Pannoniam profectus annum ibi unum diverſatur, dum Optimatum rimatur, & penitus inſpicit animos, antequam ſeverius aliquid adoriatur. Poſt ubi diverſos nonnullorum animos in Pontificis obſequium direxit, & Optimatum principes in ſententiam ſuam traxit, ratus jam inſtare tempus, quo tutius ali-

Card. Gentilis a Monte-florũ legatur in Hungariam.

Bonfin. dec. 2. lib. 9.

aliquid ad tranſigendam rem audere poſſet, ſeverum anathematis edictum, in pertinaces Caroli adverſarios promulgavit: *Quicumque potens, nobiliſque Hungarus, Antiſtes pariter, ſacerve quivis Carolo legitimo Regi, aut juſtum obſequium, aut jus regiam non reddiderit, aut Regem appellare recuſarit, aut quid negotii fecerit, aut ſuper ea re Apoſtolici Senatus conſultum, auctoritatemve interpellarit, ei ſacris omnibus, conſuetudine fidelium, item honore ſepulturæ, ac aqua & igni interdictum eſto: inimicus Chriſtianæ reipublicæ, haud aliter, ac ſi aris ac focis ignem injecerit, ubique gentium habetor. Carolus Caroli Regis Siciliæ filius, hæreditario jure matris, univerſæ Hungariæ legitimus Rex eſto. Orthodoxam fidem propugnato, Pontifici Senatuique Romano uſquequaque pareto: Romanam Eccleſiam, ut fas eſt, defendito.*

Carolum Himbertum Regem proclamat.

II. In Ladislaum Vaivodam, ut ajunt, Transſilvanum ſevera eſt lata rogatio, quando corooam, quam ab Ottone Rege, quem ceperat in Transſilvania, eripuerat, Carolo reddere recuſabat, neque precibus, neque donis, neque minis, & vi aliqua ut reſtitueret, hactenus poterat adduci: Quin etiam filiam, Stephani Regis Macedoniæ filio, quam Serviam nunc appellant, quamvis ſchiſmaticum eſſe intelligeret, nulla tamen veræ fidei habita ratione, legitimo matrimonio collocaret. Hunc igitur Legatus duplicem hanc cauſatus anſam, graviſſimo anathemate multavit. Spectantes hæc ſibi interdicta commoda Hungari, ſine quibus nemo fidelium vitam recte ſancteque tranſigere poteſt, & cadaveribus paſſim ſepulcra inhiberi, æque commoti omnes, regalia io campo Comitia quem Racon contra Peſthum appellant, uno conſenſu haberi oportere cenſuerunt. Quo poſtquam omnes Optimates, nobileſque convenere, cum decuriis Conventuum, quoa comitatus appellant, cunctis ſuffragiis, ac mira concordia, Carolum Regem creant, & octavo poſt divi Stephani ſolemnia die, in Alba regali, ſacro diademate, quod Ladislaus Vaivoda paulo ante reddiderat, anno trecenteſimo decimo ſupra milleſimum ex more coronant.

Principem Tráſſilvanum excómunicat.

III. Valde Legatum hunc laudat Bonſinius, èx quo narrationem hanc decerpſimus, vocatque virum graviſſimum, & conſilii ac virtutis haud mediocris compotem. In hac legatione eumdem confirmaſſe Ordinem Fratrum Eremitarum ſancti Pauli primi Eremitæ in Hungaria ſub Regula ſancti Auguſtini, ſcribit Onuphrius Panvious, Ciaconus, & Villanus ajunt, diu in Hungaria manſiſſe, conſtitutiooes & leges Regni edidiſſe, quas longo tempore Hungari ſervarunt, totum Regnum nutans ſtabiliviſſe, & ad Regis adoleſcentuli obedientiam reduxiſſe. Deinde hinc in Italiam redeuntem Pontificis Clementis juſſu theſaurum Eccleſiaſticum Romæ, & alibi conquiſitum, trans Alpes voluiſſe transferre, ſed Lucam venientem ultra progredi noluiſſe, quod mari terraque factionum furore Ghibellinorum & Guelphorum viæ eſſent intercluſæ, & propterea theſaurum in ſacrario ſancti Fridiani reliquiſſe, quem Caſtruccius aliquot poſt annos Lucæ principatu potitus, diripuit. Qualiter autem hic reſtiterit iniquæ poſtulationi Philippi Regis Gallorum, ut Bonifacius VIII. expungeretur a catalogo ſummorum Pontificum, ejuſque memoria condemnaretur, dicemus ſuo tempore opportunius.

Commendatur Gentilis.

Bonſinius citat. Panvin. in Chronol. ad annum. Ciacon. in Clem. V. Villan. lib. 9. c. 21.

An. 1312. n. 2.

IV. Secunda fuit fratris Artaniſii Procuratoris Generalis Ordinis Minorum in Curia, miſſi ſimul cum Ægidio Patriarcha Gradenſi, & Lapo Procuratore Generali Ordinis Prædicatorum ad Uroſium Regem Raſ-

Fr. Artaniſius mittitur ad Regem Raſſiæ.

Digitized by Google

Raſſiæ, Sclavorum, ad quem alias diximus miſſos a Nicolao IV. Minoritas. Paulo ante miſit hic Marcum Lucani & Triphonem Michaelis nobiles viros nuncios ad Papam, ut dicerent, ſe ſuoſque velle fidem edoceri Chriſtianam, peterentque idoneos tantæ rei miniſtros. Hos amandavit Pontifex, dato ſequente diplomate fidei ſummam continente, ex quo videre licet quam antiquum ſit & officium & nomen Procuratoris Generalis in Ordine. Adjecit & alias plures litteras, per quas variam & amplam poteſtatem conceſſit Nuntiis reconciliandi ſchiſmaticos, prælatos Eccleſiarum, haud canonice electos, confirmandi, regnum & Regem ſub protectionem Eccleſiæ ſuſcipiendi, & vexillum ejuſdem Eccleſiæ nomine tradendi. Scripſit deinde ad fratrem Gregorium de Cataro, ut cum Conſodale altero commoraretur cum Rege, deſiderante grato Minorum uti conſortio.

Tom. 5. an. 1255. n. 9.

Magnifico viro Uroſio Regi Raſſiæ Illuſtri, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

V. Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra; *qui* ubi vult, ſpirans, *ſic noviſſime his diebus oculos tuæ mentis aperuit radio novæ lucis, ut, excuſſa inde tenebrarum caligine, in votis habeas ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri fidelium & magiſtræ, in fidei veritate ac unitate conjungi. Multorum quippe tenebris Deo, Princeps cariſſime, qui ſic te oculo ſuæ pietatis reſpiciens ad cognitionem & claritatem veræ fidei clementer adducit, ex quo magnitudo tua promovebitur ad ſalutem, & ſolium tuum ſtabili vallabitur firmitate. Multum etiam lætari debet mater Eccleſia, & nos profecto multiplici alacritate perfundimur, quod diebus noſtris tam nobilis ovis, tantuſque populus ad ovile reducatur Dominicum, Schiſmate aliiſque pulſis erroribus, Chriſti Corporis, quod Eccleſia eſt, membrum efficiantur, in eo luceant, perficiantur & vivant. Sane, Sereniſſime Princeps, tu pridem Spiritus ſancti gratia illuſtratus, viros providos & diſcretos Marcum Lucani, & Triphonem Michaelis, magnificentiæ tuæ nuncios, cum litteris regiis ad noſtram præſentiam deſtinaſti, qui hujuſmodi tui propoſiti laudabile deſiderium coram nobis, & Fratribus noſtris prudenter & fideliter exponentes, a nobis inter alia ſuppliciter poſtularunt, ut te tamquam devotum filium ad gremium dictæ Eccleſiæ, & ſub protectione ipſius benigne recipere dignaremur, tibique aliquos viros idoneos Apoſtolicæ Sedis nuncios mitteremus, per quos tu, & illi de regno tuo fide Catholica, & in via mandatorum Domini poſſitis ſalubriter informari. Unde nos, qui Chriſti Vicarius, & Petri Apoſtolorum Principis effecti, diſponente Domino, licet immeriti, ſucceſſores, ad ea præcipue noſtræ curæ prorogamus affectum, ac diligenti ſtudio & ſtudioſa diligentia ſeduli vigilamus, ut errantes ad viam veritatis adducere, omneſque lucrifacere, Deo ſua nobis gratia ſuffragante, poſſimus, habita ſuper his, quæ iidem tui poſtularunt nuntii, cum prædictis Fratribus noſtris diſcuſſione ſolemni, de ipſorum conſilio pie decrevimus, hujuſmodi votis tuis libenter annuere, ipſaſque petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter exaudire, ſi quod ore profers, corde credis, & quod corde credis, opere compleas evidenter: tibi nihilominus tenore præſentium declarantes, quid tibi ac ceteris ſub tua ditione degentibus, faciendum incumbit, ut ad ſinum ejuſdem Eccleſiæ ſano fretus conſilio, venias reverenter. Quæ ſi, inſpi-*

Reg. Vat. ep. 21. 2. Cor. 1. 4. Joan. 3. 8.

Congratulatur pro Regis deſiderio.

Nuncii Regis ad Pontificem.

Annuit Pontifex Regis deſiderio.

ſpiranto Domino, feceris, ipſa Eccleſia mater piiſſima, filio redeunti ſinum largiſſimæ pietatis aperiens, in tuos læta properabit amplexus. Fides autem Catholica, quam te, clerum, & populum regni tui profiteri, & a nobis recipi, ac acceptari volumus, hæc eſt. Credimus in ſanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum &c. uti habetur in profeſſione fidei a Clemente IV. miſſa ad Græcos, quam nos dedimus tomo 4. uſque ad illa verba, quam in quibuſcumque aliis ſemper ſalva. Deinde ſubjungit. Quod vero circa reditum tuum ad unionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ac ſchiſma eminus profugandum exigimus, inferius annotantur. Imprimis quod Symbolum Niceni Concilii, Credo in unum Deum, in Eccleſiis regni tui, & terrarum tibi ſubjectarum, in ea parte ubi de Spiritus ſancti proceſſione in eo agitur, cantetur publice, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, & ſic etiam doceatur populus. Et in Spiritum ſanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit. Et quod tu, Prælati, Clerus, Calogeri, & populus dicti Regni tui, profiteamini, Romanum Pontificem eſſe Chriſti Vicarium, & beati Petri Apoſtoli ſucceſſorem, eamque poteſtatem habere ligandi atque ſolvendi, quam idem Apoſtolus noſcitur habuiſſe; ac ipſam etiam Romanam Eccleſiam ſuper omnes obtinere primatum, & etiam Principatum. Quodque tu pro te, & pro populo tuo obedientiam & reverentiam eidem promittas Eccleſiæ, ac Prælati ejuſdem ipſa jurent, omni ſchiſmate primitus abjurata. Et quod Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Archimandritæ Regni tui per electionem canonicam eligantur, ſive etiam poſtulentur. Ita quod inferiores Prælati ſuarum electionum confirmationes a Superioribus ſuis recipiant. Epiſcopi vero a Metropolitanis ſuis confirmationem, & conſecrationem: Metropolitani autem hæc, & pallium, in quo Pontificalis plenitudo deſignatur officii, ſine præjudicio Conſtantinopolitanæ Sedis, & Patriarcharum, qui erunt ibidem, gratiam & communicationem Apoſtolicæ Sedis habentium, ſi forſan Regnum tuum, vel aliqua ejus pars de Patriarchatu dictæ Conſtantinopolitanæ Sedis exiſtat, ſuſcipiant ab Apoſtolica Sede prædicta; regali poteſtate, & qualibet alia laicali, nihil ſibi in his quomodolibet vendicante. Latinorum Eccleſias in regno tuo poſitas, per te, vel alium occupatas, dimittas libere, & ab aliis facias omnino dimitti. Latinos in honore habeas, & præcipue Sacerdotes. Eorum a te, & hominibus regni tui, non declinentur Miſſæ, neque ſacrificia, ſed pro loco & tempore cum omni reverentia audiantur. Verum ut tantæ ſalutis opus, ac tanti boni felix auſpicium, optatum, faciente Deo, ſortiantur effectum. Ecce venerabilem fratrem noſtrum Ægidium Patriarcham Graden. & dilectos filios fratres Lapum Prædicatorum, & Arthaniſium Minorum Fratrum Ordinum Procuratores in Romana Curia Generales, latores præſentium, viros utique vita, & Religione conſpicuos, honeſtate decoros, ſacræ Scripturæ ſcientia præditos, ac nobis & dictis Fratribus noſtris acceptos, pro his exequendis ad tuam magnificentiam tamquam ſalutis & pacis Angelos, juxta tuæ petitionis inſtantiam deſtinamus, quorum ſalutaribus eruditionibus, favente illo, in cujus manu Regum corda conſiſtunt, ipſum Dominum Jeſum Chriſtum perfecte cognoſces, & ſuum glorioſum nomen Catholicæ fidei obſervatione colere non poſtpones, ac ſtatus tuus ſupra firmam petram Eccleſiæ Apoſtolicæ ſolidatus, ſpiritualibus & temporalibus proficiet incrementis, tuque demum coronam perennis gloriæ conſequeris. Rogamus itaque ſerenitatem Regiam, monemus & hortamur attente, per aſperſionem pretioſiſſimi Sanguinis Jeſu Chriſti obſecrantes, quatenus de tua tuique populi ſalute cogitans, præfatos noſtros Nuncios propter hoc ad tuam excel-

Proponitur eis profeſſio fidei.

Tom. 4. an. 1267. n. 2.

Prærequiſita ad unionem.

Nuncii Papæ.

Prov. 21. v. 1.

excellentiam accedentes, ob reverentiam Apoſtolicæ Sedis & noſtram, benigne recipias, & honorificentia debita ac condigna pertractes, ac ſic attente præbeas ipſorum ſalutaribus monitis aures tuas, ut verba, quæ ex parte tua prædicti tui retulerint nuncii, per exhibitionem operis compleantur, & ſpes, quam de tua laudabili intentione concepimus, fructus nobis & ipſi Eccleſiæ afferat concupitos, tuque Prætor divinæ retributionis præmium, noſtram & dictæ Sedis gratiam uberius conſequi merearis. Datum Pictavii Kal. Aprilis anno III.

Venerabilibus fratri Ægidio, Patriarchæ Graden. & dilectis filiis Fratribus Lapo Prædicatorum, & Artaniſio Minorum Fratrum Ordinum Procuratoribus in Romana Curia Generalibus.

VI. BEnedictus Deus & Pater Domini noſtri *&c. ut in præcedenti diplomate verbis competenter mutatis uſque ad*, cum omni reverentia audiantur. *Verum ut cantæ ſalutis opus, ac tanti boni felix auſpicium, opcatum, favente Domino, ſortiantur effectum, te frater Patriarcha, & vos dilecti filii Lape Prædicatorum, & Artaniſi Minorum Fratrum Ordinum Procuratores in Romana Curia Generales, pro his exequendis ad eumdem Regem, tamquam ſalutis & pacis Angelos, juxta ejuſdem magnificentiæ Regiæ inſtantiam deſtinamus, quorum ſalutaribus eruditionibus, favente illo*, in cujus manu Regum corda conſiſtunt, *ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum perfecte idem Rex cognoſcet, & ſuum glorioſum nomen Catholicæ fidei obſervatione colere non poſtponet, ac ſtatus ejus ſupra firmam petram Eccleſiæ Apoſtolicæ ſolidatus ſpiritualibus, & temporalibus proficiet incrementis, ipſeque Rex demum coronam perennis gloriæ conſequetur. Quocirca diſcretioni veſtræ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad præſentiam dicti Regis vos perſonaliter conferentes, & habentes præ oculis ſolum Deum, ipſum Regem & perſonas alias ſupradictas ad unitatem veræ fidei, & communionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſalubribus inducatis monitis, & inductos, ut præmittitur, recipiatis eoſdem. Quod ſi, annuente Deo, tam circa Catholicam fidem, quam circa præmiſſa alia, quæ fieri volumus per Regem ipſum, & alios, de quibus ſupra ſit mentio, veraciter compleantur, auctoritate noſtra Regem eumdem, & Regnum ſub protectione dictæ Sedis Apoſtolicæ recipiatis & noſtra, & vexillum ab eo ex devotione petitum contra infideles illarum partium, ſine alterius præjudicio, uſque ad beneplacitum Apoſtolicæ Sedis tradatis eidem, ipſo Rege & aliis de dicto Regno, qui propter ſchiſma, & non recognoſcendo Primatum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, excommunicationis vinculo ſunt ligati, primitus abſolutis, reſcripturi nobis ſuper præmiſſis omnibus plenius veritatem, ut quidquid factum fuerit ſuper eis, & ſuper ſuis aliis petitionibus, quas prout honeſtatem Eccleſiæ decebit, licebit, ac expedire viderimus, exaudire proponimus, cum dictis Fratribus noſtris plene deliberare poſſimus. Intendimus enim non ſolum in his, quæ ſuperius præſcribuntur, dicto Regi nos & Apoſtolicam Sedem exhibere favorabiles & benignos; ſed etiam in aliis, quæ ſibi & dicto Regno noverimus profutura. Quod autem in fermentato pane per Sacerdotes non Latinos Regni prædicti, rite ordinatos, in Miſſarum ſolemniis Corpus conficiatur Dominicum, quouſque aliud per Apoſtolicam Sedem ordinatum fuerit, cum præmiſſa perfecta extiterint, & quod idem Rex intereſſe poſſit* Prov. 21. 1.

Miſſis hujuſmodi, toleramus. Suſcipite igitur hilariter injuncti laboris munus, illudque in ſpe divini juvaminis fidelibus portate humeris, ut laudabilis exitus diligentiæ veſtræ commendet induſtriam, & augeat apud Deum, & Sedem Apoſtolicam veſtrorum cumulum meritorum. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, duo veſtrum ea nihilominus exequantur. Datum ut ſupra.

Dilecto filio Fratri Gregorio de Cataro Ordinis Minorum Fratrum.

Ibid. n. 22.

Jubet ut aſſiſtat Regi FratresMinores.

VII. *Cum magnificus vir Uroſius, Rex Raſſiæ Illuſtris, ut regnet in cælis, in votis habeat ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri fidelium & magiſtræ, in fidei veritate ac unitate conjungi, cupiatque, ſicut aſſerit, Fratrum tui Ordinis uti conſortio, eorumque conſiliis, & inſtructionibus in iis, quæ Dei ſunt, plenius informari. Nos Laudabile ſuum in hac parte propoſitum dignis in Domino laudibus commendantes, & gerentes de circumſpectione tua ac ſinceritate fiduciam pleniorem, tibi & ſocio tuo dicti Ordinis, quem Miniſter tuus Provincialis tibi deputandum duxerit, morandi cum eodem Rege uſque ad noſtrum, & Apoſtolicæ Sedis beneplacitum in locis decentibus; demum poſtquam illa, quæ tam circa Catholicam fidem, quam circa cetera, in aliis noſtris litteris dicto Regi directis comprehenſa, per eumdem Regem & alios, de quibus ibidem fit mentio, fieri volumus, per ipſum Regem, & alios præfatos fuerint ſine ſimulatione completa; & eundi extra terram dicti Regis, cum neceſſitas id exigeret, pro exequendis negotiis ejuſdem Regis & Regni, prout ſecundum Deum, animæ ſuæ ſaluti, & prædicti Regni utilitatibus expedire cognoveris, quoties ab eodem Rege te mitti contigerit, auctoritate præſentium indulgemus. Volumus tamen, quod tu propterea ab obedientia tui Superioris & Ordinis nullatenus in aliis eximaris. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum ut ſupra.*

Bzov. an. 1307. n. 2. & 11.

Corrigitur Bzovius.

VIII. Non alio, quam hoc anno, miſſi hi Nuncii uti ex ſubjecto litteris Apoſtolicis die & menſe hujus anni liquet. Neſcio itaque cur Bzovius in præcedentem rejecerit, cum menſis Aprilis anni tertii Pontificatus Clementis, nonniſi in hunc recurrat. Simili lapſu in eumdem annum reduxit mortem Alberti Imperatoris, dicens ſe non aſſentiri his, qui ſub hoc anno ejus cædem conſcribunt, eo quod extet (inquit) Epiſtola Clementis V. data Pictavis II. Idus Auguſti, Pontificatus anno III. & incarnationis Dominicæ anno MCCCVIII. ad Henricum Regem Romanorum, qua invitatur ad Concilium Viennenſe. Itaque oportet aſſerere, illum electum eſſe anno MCCCVII. in vigilia divæ Catarinæ Martyris, quemadmodum auctores de die electionis conveniunt, ac proinde hoc ipſo anno MCCCVII. cæſum fuiſſe Albertum. Ita ratiocinatur Bzovius; attamen boni quique auctores in contrarium abeunt, & unanimi ſenſu conſpirant, non præcedenti, ſed hoc anno cæſum Albertum a nepote ſuo Duce Suevorum, ipſis Kalendis Maii circa flumen Rhenum, non longe ab oppido Schaffhauſen. Ita Trithemius, Nauclerus, Panvinus, Palmerius, Chronicon magnum Belgicum, Chronicon Citizenſe, Stemmata Lotharingiæ, & alii quinque Scriptores. Imo Joannes Pineda, & Bellarminus ſub anno ſequenti MCCCIX. Henrici electionem reponunt. Quod autem attinet ad Epiſtolam Clementis longiſſima valde circa eam deceptus eſt Bzovius: etenim præmiſſa Epiſtola longiſſima citatoria ad Concilium, incipiente: *Regnans in cælis triumphans*, quæ habetur in limine Concilii Vien-

Pineda in Monarch. Eccleſiaſt. 3. par. l. 22. c. 24. §. 1. Bellarm. in Chrono. o3.

Viennenſis impreſſa, & a Bzovio ipſo alibi tranſcribitur, data.... ut ille ait Pictav. II. Idus Auguſti Pontificatus anno III. ad Philippum Regem Franciæ, ſubjiciuntur nomina aliorum Regum, ad quos eadem bulla miſſa eſt; deinde appoſito ſigno, ſeu aſteriſco ſub alio ſimili in margine inferiori ejuſdem paginæ, habentur hæc: *In eumdem modum cariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Romanorum Illuſtri. Regnans &c. ut in forma præcedenti, uſque ad proximis Kalendis Octobris ad unum annum ſequentem immediate decrevimus congregandum &c. ut ſupra. Datum Avinione* v. *Kal. Aug. anno Pontif.* IV. Scriptor Apoſtolicus ad evitandum laborem ſcribendi bullam prolixam, recurrit ad tomum anni præcedentis, & ſubjecit bullæ ſemel ſcriptæ intimationem Concilii, eo anno factam Henrico, cum obſervatione tamen diverſi temporis, & loci, & anni datæ epiſtnlæ, dum illa anno tertio, hæc vero quarto data ſit, & a tempore quo ſcripta fuit ad alios uſque ad Concilium intervenerint anni duo, ab hujus vero ſcriptinne annus unus, uti obſervari curavit. Habentur omnia in tomo Regeſti anni III. Pontificatus folio 237. necnon in tomis Conciliorum impreſſa. Diligentius ſane inſpicere oporteret ea, quorum allegatione infringere confidenter putat omnium Hiſtoriarum fidem, uti hic & in electione Rodulphi Imperatoris, de qua nos opportunius ſuo loco egimus, Bzovius tentavit. Electus itaque nonniſi hoc ipſo anno Henricus IV. Lutzemburgicus, Princeps dotibus animi excellens ſub ipſis feriis ſanctæ Catarinæ, quem anno ſequenti Pontifex ad Concilium invitavit.

Bzov. an. 1310. n. 8.

Tom. 4. an. 1273. n. 2.

IX. Magno auditorum concurſu legit Pariſiis Scotus ſub hoc tempore, de quo alias egimus diffuſius, donec hoc anno ſupervenere Miniſtri Generalis Gondiſalvi obedientiales], ut Coloniam Agrippinam ſe transferret. Acceptis litteris extra Lutetiam in prato clericorum, quo eo die cum diſcipulis remittendi animi gratia seceſſit, cæca & prompta obedientia valedicto iis, qui aderant, recta Coloniam iter aſſumere cœpit, quin domum libros, aut ſcripta collecturus, ſeu Fratres ſalutaturus rediret. Admirati diſcipuli, interrogarunt, cur non abiret in Conventum Fratribus valedicturus? at ille dignam Joanne protulit ſententiam: *Pater Generalis Coloniam ire jubet; non in Conventum ad ſalutandos Fratres redire.* Gravis ſane & ponderoſa ſubeſſe debuit cauſa ut tantus homo ex Academia omnium prima deſtinaretur ad Ubios, apud quos Univerſitas non erat, neque ipſa Civitas, quantumvis inferioris Germaniæ Metropolis ampliſſima, pulcherrima atque potentiſſima, præferenda Lutetiæ. Varias varii referunt: quidam volunt Lutetia evocatum, atque Coloniam miſſum, ut Academiam ceterarum inſtar fundaret, & certe abſque ſcrupulo aſſerit Petrus Rodulphus, quod *Univerſitatem Coloniæ inſtituit, & primus fundamenta jecit*. Atqui improbatum putant alii, ex eo quod, teſtibus Jacobo Middendorpio, & Joanne Pitſæo Academia hæc ſub Urbano VI. legatis ex Mendicantium Ordinibus ab Agrippinatum Senatu deſtinatis, ad annum MCCCLXXXVIII. fundata ſit. Poſſunt tamen hæc inter ſe cohærere, ut & Scotus cum aliis Doctoribus incœperit, & ſub Urbano alii perfecerint. Prima fundamenta bonorum artium, & honeſtæ diſciplinæ jecerit Albertus Magnus, Thomas Aquinas, & Scotus, alii ſuperextruxerint cetera, quæ ad Univerſitatis ornatum & complementum potuerint defuiſſe. Neque enim repente, unico impetu ſtabiliri poteſt litteraria hæc reſpublica, quæ tot ſumptus, redditus, magiſtros, miniſtros, aulas diſciplinæ, & id genus alia plura requirit.

Legit Scotus Pariſiis.

Anno 1304. n. 4. & ſeqq.

Verilong. in 2. d. ult. q. 1.

Amandatur Coloniam.

Prompta ejus obedientia.

Quare miſſus Coloniam?

Ut Univerſitatem fundaret.

Rodul. fol. 325. Middend. de Academ. Colonien. Pitſ. de Scriptor. Anglic. ad ann. 1308.

quirit. Atque ita inſinuare videtur Pitſæus; non enim abſolute tunc incœptam ſub Urbano dicit, ſed publicis jam fundatis lectionibus, debitis aſſignatis ſtipendiis, Academiam erectam, ſtabilitam & privilegiis munitam ad Univerſitatis Pariſienſis ſimilitudinem. Concordat Petrus Cratepolius his verbis: *Tempore Friderici III. Archiep. Colonien. anno Domini* MCCCLXXXVIII. *ſub Urbano VI. procurante ampliſſimo Senatu, initium habuit. Primam lectionem præſente Senatu ac Clero, in domo capitulari majoris Eccleſiæ fecit D. Gerard. Calcarienſis, ac Theologus quidam Pariſienſis: Hic quoque olim Univerſitatis hujus fundamenta jecere D. Albertus Magnus, ſanctus Thomas Aquinas, Joan. Scotus doctiſſimi viri*; ſub his & Scoto fortaſſis incœpta, tunc fuit omnibus præmiſſis requiſitis Pontificia auctoritate ſtabilita.

Cratepol. de Archiep. Colonien. n. 65.

X. Aliam aſſignant cauſam alii, ut ſcilicet privatam inter Fratres ſodalitii Academiam inſtitueret. At probabile non eſt tantum virum, publicum profeſſorem in Univerſitate Pariſienſi, illinc amovendum, ut privatæ inter domeſticos dumtaxat ſcholæ principia præſtrueret. Imo & inſtitutum jam ſtudium apud Minores Colonienſes probat tabula, ſeu index Fratrum ibidem defunctorum, qualis communiter in Monaſteriis Ordinis habetur; in quo cum ceteris Religioſis ibidem connumeratis, hi præ aliis recenſentur illius ædis Lectores. Frater Andreas quondam Lector Coloniæ. Frater Albertus de Mediolano quondam Lector Coloniæ. Frater Hymicus Vol, quondam Lector Coloniæ. Frater Gerardus..... quondam Lector Coloniæ. Reverendus Pater frater Willelmus.... Lector Colon. qui obiit anno Domini MCCCV. Deinde in eadem rabula poſt trigeſimum quintum ſequitur Reverendus Pater frater Joannes Scotus ſacræ Theologiæ profeſſor, Doctor Subtilis nominatus, quondam Lector Coloniæ, qui obiit anno MCCCVIII. VI. Idus Novembris.

An ut ſcholas inter ſuos inſtitueret?

XI. Scribit vero Matthæus Ferchius, Petrum Paulum de Novaria Inſubriæ virum eruditum teſtari, ſe in MSS. quibuſdam vetuſtis codicibus cauſam, quam ſubjicio legiſſe: *In Conventu Pariſienſi Franciſcano legebat Regens Primus Reginaldus Provincialis, ſeu titulo, ſeu re, ſuper Provincia Provinciæ; Regens ſecundus Joannes Duns. Cum junior, ſchola præclariſſimis, ac frequentiſſimis, qui ejus doctrinam exoſcularentur viris referta, in Sorbonæ Cathedram conſcendiſſet (in qua reportata pro illorum temporum conſuetudine dicitur compoſuiſſe) ſenior notam non tulit. Sed præclaram nactus occaſionem, quod Scabini Colonienſes talem Coloniæ in Germania, qualis Lutetiæ in Gallia erat, Academiam erigere optarent, a Patre Generali Joannem Scotum tanto operi præficiendum curavit. Receptas pro voto litteras Provincialis, moræ impatiens, ad Scotum, qui tum remittendi animi gratia extra Pariſios cum diſcipulis, aliiſque honeſtiſſimis viris eſſet, tranſmiſit. Doctor Subtilis litteras omni cum reverentia excepit, & nec Lutetiam quidem ingreſſus, Coloniam recta perrexit.* Sed & hæc cauſa incidit cum prima, variat ſolum in modo narrandi, & omnium vota potuerunt concurrere, ut Coloniam Scotus mitteretur; civium Agrippinatum ad ſuæ urbis ſplendorem, conſortis Reginaldi ad æmulationem.

Ferch. cit. c. 7.
An aliorum invidia?

XII. Gravior illa cauſa, quam Ferchius præſcribit: *Emerſerat*, inquit, *ante aliquot annos ſecta Begardorum, & illorum, qui ſe de ordine Apoſtolorum, ſuperbe nimis, nuncupabant, toties, uti alias dicam, a Pontificibus condemnati, qui etiam fricta fronte a fidei Catholicæ linea exilientes adverſus fidei Catholicæ ſatores inſurgebant, præſertim adverſus Fra-*

Ferch. cit. Anno 1318.
An ut obſiſteret hæreticis?

tres

tres Prædicatores, & Minores eo uſque, ut iis conciones habentibus Hæretici publice obſiſterent, ac petulanti poſtulatione congredi auderent. Erant Coloniæ plures ex Dominicana familia, alumni Alberti Magni anno MCCLXXXVI. *inde in cœlum aſſumpti. Minoritæ, Lectore eorum defuncto anno* MCCCV. *hac de re Generalem Gonſalvum, vel ſoli, vel etiam cum Archiepiſcopo Colon. fecere certiorem. Generalis pro zelo Chriſtianæ Fidei, & Religionis Franciſcanæ ferventiſſimus, illuc Joannem Scotum, numquam diſputando victum ad truces Hæreticos revincendos, ac radicitus evellendos direxit. Nam etſi Begardi, atque Beguinæ in Italia, Provincia, aliiſque in locis ebullierint, audaces nimis, & effrontes erant in Germania, eoque prorumpebant inſolentiæ, ut publicis in concionibus, in medio pleniſſimorum conſeſſuum inſurgerent in Prædicatores & Minores illorum hæreſes e roſtris condemnantes. Patulum extat hujus temeritatis teſtimonium in codice ſtatutorum Colonienſium, ubi ad annum* MCCCVI. *refertur decretum Henrici ſecundi, Comitis de Virnenburch, Archiepiſcopi Colonienſis contra hos errores ſub his verbis, feria ſecunda poſt Dominicam* Invocavit *compactum. Et quod amaricante mente referimus, eorum aliqui laici, ac litteras neſcientes Prædicatoribus & Minoribus, in ſermonibus eorum, & prædicationibus publicis (quibus in agro Theologicæ ſapientiæ continue laborantibus prædicationis verbum per ſacroſanctam Eccleſiam eſt commiſſum, & miniſteriorum Dei, & fidei ſecreta luceſcunt) non ſine vehementi ſuſpicione pravitatis hæreticæ, publice reſtiterunt infidelium injuriam, & ſanctæ Eccleſiæ errorem, & cæcitatis caliginem in veritatis lucem ſpargentes, temere inſultarunt.*

Statuta Colon. impreſ. Col. an. 1554.

XIII. Alii tamdem miſſum Scotum volunt Coloniam ut Alberti Magni diſcipulis pugnam redintegrantibus, & controverſiam de Conceptione Virginis renovantibus obſiſteret, eaque dexteritate, ac doctrinæ ſubtilitate apud Agrippinates, qua apud Pariſienſes Virginis immunitatem a peccato originali aſſereret.

An ut Conceptionem immaculatæ Virginis defenderet?

XIV. Quatuor iſtæ cauſæ a variis relatæ poterant eodem tempore concurrere, atque propter omnes Scotum tranſmitti Coloniam. Fortaſſis tunc exorta cogitatio Academiam publicam inſtituendi; tunc Minores Lectore carebant, & hæretici inſolentius ſuum virus ſpargebant, atque Alberti diſcipuli Virginis a noxa originali indemnitatem majori oppugnabant conatu. Omnia hæc efficacius movere poterant Primicerii animum, ut Doctorem, quantumvis valde apud Pariſienſes doctrina & auctoritate pollentem, ad Ubiorum votum Coloniam deſtinaret. Argumento eſt, eum a primoribus urbis expetitum, quod advenienti Proceres cum Clero & populo obviam proceſſerint, & quaſi ſolemni pompa uſque ad conventum ſuorum deduxerint. Non aliter quam olim venienti Platoni Syracuſanorum Rex quadrijugis albis, & vittata navi; ita nobiliſſima Civitas hæc Scoto adventanti magna populi frequentia, crebri magnatum apparatu occurrit, ut eum tamquam ſolem aliquem ſibi exorientem ſuſciperet & amplexaretur. Jacobus Middendorpius Colonienſis ſcribit, eum in Cœnobio Minorum frequenti ſchola legiſſe, & diſputaſſe ſæpius cum immaculatæ Conceptionis impugnatoribus. Sed & Hæreticos ſupradictos acriter inſectatum fuiſſe, innuit tabula epitaphii ad ſepulcrum appenſa, in qua hoc diſtichon præ reliquis habetur:

An vero propter omnes iſtas cauſas?

Middend. citat. Rodul. Piſ. Voſſing. Willot. citati, & Baulin. Berti in ejus vita.

Concepta eſt Virgo primi ſine labe parentis.
Hic tulit: hic hæreſi prælia dura dedit.

Neque

Neque enim recte exſcripſit Rodulphus, aut ſi qui alii, qui ita legunt:

Hoc tulit; hoc dicto prælia dura dedit.

Priori quippe modo habetur præ tumulo appenſum, neque ad ſervandam metri rationem mutanda eſt narratio epigrammatarii, aut veritas facti. Dedit itaque Scotus hæreſi horum nebulonum dura prælia ſermone, ſcriptis, & frequenti congreſſu eorum errores profligans, atque ipſos nullo loco conſiſtere permittens.

Scotus pie moritur.

XV. Plurimis domum ſacrarum actionum, concionum, diſputationum, & ſcriptionum ad fidem illuſtrandam, mores corrigendos, religionem amplificandam, poſteros inſtruendos, meritis & virtutibus plenus, conſummatus in brevi explevit tempora multa, donec ei pro temporariis laboribus Deus æternam requiem offerre, ac e terris raptum in cœlum (ut pie credimus) evehere dignatus eſt. Itaque hoc anno VI. Idus Novembris, ipſa omnium Sanctorum octava die, ad Sanctorum omnium communionem evocatus eſt. Ita conſpirant omnes in hunc annum, & diem, ultra tabellas ſepulcro appenſas, ut mirum ſit quomodo ſolus Abrahamus Bzovius, nimis feſtinato funere, eum ſepulcro adhuc viventem illatum, in eoque miſere nimis ſuffocatum, anno MCCXCIV. ſcriptitarit.

Corrigitur Bzovius.

Vide Diog. Laertium de vitis Philoſophorum.

Aliqui dicunt apoplexia defunctum.

XVI. Mirum etiam quam varie & inconſtater de ejus morte ſcribant auctores non aliter, quam de Pythagora, & Empedocle, graviſſimis Philoſophis, ſcripſerunt alii, quorum mors una multipliciter refertur. Id autem communiter circa homines præſtantiſſimos ſit, quia horum fama, uti major, ita multoties incertior, & quorum non intereſt gloriæ eorum, aliorum rumores facile excipiunt, non veram facti rationem conquirunt. Scotum vero præpropera morte raptum recentiores ſcribunt auctores, & apoplexia correptum; ſed id a Jacobo Philippo Bergomenſi exordium cœpit, & ab ejus ætate vires acquiſivit eundo. Etenim ante auctorem iſtum nullum invenio, qui apoplexiæ hujuſmodi meminerit. Coævi Hartmannus Schedel Nurembergenſis, & Sabellicus primi ex eo errorem hauſerunt, a quo magnam partem ſuæ hiſtoriæ mutuarunt. De Sabellico ita largius alias probavi, de Nurembergenſi Trithemii ſubjicio teſtimonium: *Hartmannus Schedel Nuremburgenſis &c. ſcripſit inter alia ingenii ſui opuſcula ex Jacobo Bergomenſi, & aliis Hiſtoriographis addens nonnulla, maxime de rebus Germanorum Opus grande & inſigne, quod continet hiſtorias temporum. Vivit uſque hodie apud Nurembergam ſub Maximiliano Rege anno Domini* MCCCCXCIV. Alii poſt hos narrationem veluti per manus traditam amplexati errorem foverunt.

Refelluntur.

In Apolog. de Monach. S. Franc. §. 5. n. 9.

Trithem. de Scriptor.

XVII. Attamen Trithemius, quantumvis apud hos, eorumque Ducem Bergomenſem illud mortis genus legerit, tanquam commentitium neglexit: novit enim, tamquam ſcriptor domeſticus, & loco vicinior, leviter nimis adinventam hanc apoplexiam, quam ante hunc novum aſſertorem nullus retulerit, neque aliquod Germaniæ, maxime Coloniæ, ubi Scotus jacebat, monumentum indicarit. Abſque ullo itaque diſcrimine a communi obitu aliorum, ita ſcribit: *Joannes Duns &c. moritur temporibus Alberti Imperatoris anno* MCCCVIII. VI. *Idus Novembris, Coloniæ apud Minores ſepultus.* Idem etiam in Chronico Hirſaugienſi: *Anno*, inquit, *prænotato* (*ſcilicet* MCCCVIII.) VI. *Idus Novembris obiit in Colonia Joannes Scotus Doctor ſubtilis Ordinis Minorum, ibidem in ſuo Conventu ad introitum Sacriſtiæ ſepultus, qui quanta ſcripſerit, quam ſubtilia & pra-*

profunda in Theologia receptiva, & omnes Theologi noverunt, & nos in libro noſtro de Eccleſiaſticis Scriptoribus annotavimus. Omiſiſſet ſcilicet Trithemius ſi quidpiam rei novitate circa Scoti mortem notandum occurriſſet, qui tam diſtincte annum, menſem, diem, locum, ſepulturam, & ſepulturæ locum adſcripſit? Ad eumdem modum Chronicon etiam Colonienſe eodem ævo ſcilicet MCCCCXCIX. impreſſum, mortem Scoti refert, & aliud ejus ſepulcrum, quo translatus eſt in chorum.

Alii dicunt vivum ſepultum. Sed errant.

XVIII. Improbabilius valde quod alii comminiſcuntur, nimirum feſtinato nimis funere pro mortuo tumulatum. Figmentum hoc abunde refellit ſolemnis & religioſus ritus Conventus Colonienſis, ab ipſis initiis inſtitutus, & retentus, quem & communiter univerſum obſervat Inſtitutum, Fratrem defunctum non niſi ſequenti die ſub Miſſa ſolemni tradere ſepulturæ, quo diuturno temporis intervallo ſopiti ſenſus ſoporem omnem excuterent. His adde varia medicamina, diverſa item experimenta, quæ in hujuſmodi morbis ſolent adhiberi, non defuiſſe viro, quem externi ſuſpiciebant, domeſtici venerabantur, diſcipuli diligebant, & omnes in univerſum cupiebant incolumem. Quis credat magiſtrum gratiſſimum, omnium votis expetitum, omnium jubilo ante paucos menſes exceptum, ita feſtinanter & feraliter ad ſepulcrum rapi potuiſſe, ut nullus ex plurimis, quos plena edocebat ſchola, diſcipulis id ſcire, adeoque breve tempus elapſum ſit inter ſenſuum ſoporem, & feſtinatum funus, ut nullus ex diſcipulis, quos abſentes fingunt, ſupervenire potuerit? Deinde ſub menſe Novembris, quo mortuus eſt Scotus, maxime vacatur ſtudiis, neque credendum eſt ita feriatos foris diſcipulos, ut nullus adfuerit, qui referret hujuſmodi ſenſuum ſoporem magiſtro ſuo fuiſſe familiarem, uti ipſius fabellæ aſſerunt auctores. Si vero inſolitus fuit, & prima hac vice eum eſt paſſus, quomodo adſtruere poterant ſupervenientes diſcipuli, eum vivum & in extaſi conſtitutum, tumulatum, & non potius mortem obiiſſe? Demum adeo ſui immemores credemus eos qui adfuerunt & ſepelierunt, ut immanis homicidii periculum quod ſub oculis erat, contempſerint, neque in Deum, in nominatiſſimum communis Inſtituti conſodalem peccare timuerint?

An violenter perierit Scotus in ſepulcro?

XIX. Quod vero ex Paulo Jovio adjunxit Bzovius, redeunte ſcilicet vita, fero morbi impetum naturam diſcuſſiſſe, fruſtra eumdem ad petendam opem miſerabili mugitu edito, pulſatoque diu lapide, eliſo tamdem capite periiſſe: admirationem incutit, quod vir religioſus, fraternæ caritatis vinculo, ſaltim debito, conjunctus, adeo facili calamo tranſcripſerit in celebrem Doctorem ſummam injuriam, eamque non mediocri auxerit incremento, aſſeverans, teterrimo mortis genere, *manifeſti aut certe occulti criminis pœnas perſolviſſe*. Tantæ fidei, tantæ auctoritatis, aut opinionis Jovius, ut Bzovio Eccleſiaſtico Annaliſtæ unus ſufficiat pro ſcribenda re gravi, ampliſſimo Minorum Inſtituto exoſa, claſſico Doctori, viro Chriſtiano, numeroſiſſimæ ſcholæ antefignano injurioſa? *Judicio & fide ambiguum*, dicit Lipſius, *& ubi affectus adſunt, obnoxium, ad gratiam ſe dare & auram*. Robertus Turnerius: *male ſanum*, ait, *ſcriptorem, qui laudat, vituperat, non ad normam veritatis, ſed pro ratione præmii*. Ut non immerito elogii loco ei ſymbolum Aubertus Myræus appoſuerit: *Venalis cui penna fuit*. Alii acerbius ejus vacillantem fidem infringunt, Paganiſmum potius, quam Chriſtianiſmum redolere, ex gentilium more loquendi probant: cui potius verborum lenocinium, quam hiſtoriæ veritas applaudebat, cui mentiri, fingere, fallere, religio fuit, modo

Pauli Jovii fides.

Lypſ. lib. 1. Polit. cap. 9.

Turner. apud Herv. in Mantiſſa p. 16.

Myræus in Chron.

modo ſub affectata verborum illecebra lectorem circumvenire, ineſcare, & capere poſſet, ipſam veritatem certis & importunis figmentis, nova & peregrina impreſſione inficere: ea demum ſcribere, quæ animus non veritas dictabat. Ante hunc, quem mihi dabit auctorem Bzovius, qui miſeram hanc referat tragœdiam, aut Scotum ſui ipſius dicat homicidam? Bina integra ſecula elapſa ſunt ab obitu Scoti antequam fabuloſum hoc mortis genus adinvenerit Jovius, pro quo nullum citat auctorem, traditionem nullam præſcribit, neque ipſum vulgi profert rumorem. Adfuit ſcilicet funeri Scoti ſolus Jovius, qui ea referat, quæ nullus vidit, nullus audivit, ducentis annis nullus exſcripſit? hic tantus hiſtoricus ſolus, & unus, quem gravis injuriæ auctorem præferat Bzovius? & ex quo calumniam univerſam in ſuos corrivet Annales?

XX. Dicet tamen ſe plane retuliſſe, & exſcripſiſſe Joviana verba, ſed judicium reliquiſſe penes auctorem, neque fidem propria extorſiſſe ſuadela. Quid tamen ſibi volunt illa narrationis exordia, ex propria penu deſumpta? *Hoc anno volens, nolens, ex humanis abiit Joannes Dunſius &c.* quid item ſecundæ editionis auctarium, quo plurimum aggravavit injuriam? Monitus erroris primæ impreſſionis, Minorum querelas eo temperamento lenivit, ut ad narrationem Jovianam de feſtinato funere, miſerabili intra ſepulcrum mugitu & eliſo capite, addiderit etiam *manus devoraſſe*, auctorem citans Genebrardum. Sed poſtquam ſincere & candide Genebrardus ex Trithemio retulit, nihil aliud quam Scotum obiiſſe Coloniæ; adjunxit de feſtinato funere rumorem incertum quorumdam ſub dubio verbo, *ferunt*, quod tamen Bzovius omiſit, certum volens apud lectorem, quod dubium & fabuloſum erat apud Genebrardum. Adde, dictum aperto ſepulcro in gradibus mauſolei devoratis manibus repertum fuiſſe. Sed omnia hæc figmenta unus ille mos ſepeliendi Fratres apud Colonienſes facile refellit. Nullus enim aut fuit unquam uſus ſepulcrorum concameratorum in ea Eccleſia Franciſcanorum Coloniæ; Fratres namque effoſſa & injecta humo, terræ commendantur: ſic autem neque ſpirare, neque mugire, nec pulſare, neque gradus aſcendere poſſunt ſepulti. Adjunge ritum communem & perpetuum Ordinis, alligatis manibus & pedibus defunctos ſepeliendi. In illa vero Provincia Colonienſi ultra hoc ſubſternitur eis aſſer, ſeu tabula, cui cadaver alligatur, & ſic ſtrati ſepulcro inferuntur. Demus ergo hominem ſanum, robuſtum, aſſeri nexis manibus ſimul & pedibus alligatum, & extra ſepulcri anguſtias in plano locatum; nec aſſurgere, nec quod de ſuper eſt, pulſare capite poterit, neque ligatas manus devorare. Quomodo ergo in ſepulcro (demus concameratum fuiſſe) infirmus, & cum infirmitate multis horis luctatus, id præſtare, eaque vehementia potuit, ut caput eliſerit? Deinde ſi ad gradus aſcenderit, ubi pulſaverit, miſerabili mugitu opem inclamaverit, idque in Eccleſia ad introitum ſacriſtiæ, ubi communis erat tranſitus Fratrum, adeo impii & crudeles erant in virum, optime de illis meritum, ut nec ſepulcrum aperire, nec lapidem amovere voluerint? Demum ſi feſtinato funere raptus eſt, quod ſupereſſe potuit tempus tanto condendi mauſoleo, ut per gradus aſcendi, & deſcendi oportuerit? Quod ſi antea conditum dicas; cui quæſo? Fratribus, an alicui heroi? non illis quibus humile aperitur ſepulcrum, non vero graduale aut magnificum extruitur mauſoleum: ſi heroi, qua auctoritate, vel præſumptione alieno tumulo Fratres ſuum conſodalem inferrent?

XXI. Po-

XXI. Poſtremo vellem in hoc caſu conſideraret Reverendiſſimus Pater Bzovius, qua facilitate, qua levitate abſque ullo fundamento, ſecundum animorum varias affectiones hujuſmodi ſparguntur calumniæ, & diffunduntur injuriæ; quarum ipſe patulum & manifeſtum palpavit & exſcripſit exemplum. Hæc etenim ipſa, quæ Scoto imponuntur, nimirum extrema manuum devoraſſe, & caput ad parietem eliſiſſe, etiam de Bonifacio VIII. Summo Pontifice ſcripſerunt varii auctores, Paulo Jovio, & rumore incerto apud Genebrardum longe potiores; & tamen inventa ſunt corpus ejus, caput & manus illæſa anno MDCVI. quo, diruto ſepulcro, inventum eſt cadaver integrum in ſarcophago reconditum, Pontificalibus veſtitum; ita ut ad hoc manifeſtum ſpectaculum non immerito ipſe ita ſcripſerit Bzovius: *Falſum eſt, quod in Regis Philippi, atque Columniorum gratiam aliqui impoſtores olim dixere, quaſi Bonifacius in tam violentum morbum inciderit, ut ſibi ipſe mannum extrema eroſerit, ac furenti ſimilis capite parieti eliſo, deceſſerit. Nam me in Urbe &c. Bonifacii ſepulcro aperto, tota Urbe ad ſpectaculum concurrente, repertum eſt ejus corpus, Pontif. veſtibus indutum, adeo integrum, incorruptumque, ut non niſi extremum naſi deſideraretur. Porro manus, quas eroſas adverſarii mentiuntur, tam vividæ, tam integræ, omnibuſque digitis integris conſtantes, ut etiam venæ & nervi pelle & carnibus operti, extuberanteſque viſæ fuerint. In earum unius digito erat annulus Pontif. ſaphyro dives, quem Cardinalis Cajetanus, pretio* 100. *aureorum dato redemit*. Si ergo ei exemplo manifeſto & publica experientia compertum fuit, in hujuſmodi calumniis prævaluiſſe animi paſſiones, ut quidam in gratiam Philippi Pulchri Gallorum Regis, aut Columnenſium Bonifacii inimicorum, eas indigne effinxerint, cur eaſdem in nominatiſſimi Viri, & celeberrimi Doctoris injuriam effictas, non potius refellerit, quam retulerit, aut tamquam dubias potius ſilentio involuerit, quam ſuo probaverit judicio?

Vide Ciacon. in vita Bonif.
Pineda in Monarchia lib. 22. cap. 12. §. 1.
Joan. Villan. lib. 8. cap. 61.
Bzov. an. 1301. n. 7.
Bonifacii VIII. inventum corpus integrum.

XXII. Atque ut ad primum auctorem Jovium redeam: admiror ſane unde exorſus eſt hujuſmodi fabellam, neque ſcire, aut perſcrutari potui, unde fundamentum aut occaſionem aliquam eamdem ſcribendi deſumere licuerit. Niſi fortaſſis ea, qua per univerſam ſuam hiſtoriam uſus eſt, fingendi licentia voluerit, quæ de Zenone Iſauro Imperatore legit, Scoto etiam in alicujus gratiam adfigere. Hæc enim ipſa, quæ de Scoto Jovius refert, ſcripſit etiam Evagrius de Zenone. Narrat ex hoc auctore Baronius, comitiali morbo, quo crebro laborabat arreptum, pro mortuo habitum, vivum ſepultum eſſe: cum vero e ſepulcro lamentabiliter domeſticos & ſatellites imploraret, prohibente Ariadna uxore, cui inviſus eſſe cœperat, ne quis monumentum aperiret, miſere periit, ſuis ipſius lacertis, & caligis quas geſtabat, comeſtis, ut poſt compertum eſſe Cedrenus narrat. Quid ſi Jovius pro ſuo arbitrio, & libertate ſcribendi Scotum nobis pro Zenone ſupponat? aut hominem pium, ſibi tamen, vel ſuis infenſum, denigrare contendat infami morte ſceleratiſſimi Zenonis?

Unde calumniæ ſpeciem deduxit Jovius?
Zenonis Iſauri mors.
Evag. lib. 3. cap. 29.
Vide Bar. ann. 491. n. 1.
Cedren. in compend. hiſtor.

XXIII. Quid ſi aliunde fortaſſis error hic ex alio exortus eſt majori? Sanctiſſimum invenio virum Geronem Archiepiſcopum Colonienſem, cujus electioni ex angelica monitione ſummus Pontifex conſenſit, & conſecrationi interfuerunt ſancti Petrus & Ambroſius oleum infundentes, in extaſim actum, hærentemque diutius immobilem, a Walramo Diacono Epiſcopatum ambiente vivum tumulatum eſſe. Ductus tamen

Trith. in Chron. Hirſaug.
Chron. Belgicum anno 965.
Bruſch. de Epiſc. Colonien.
Baron. an. 96

tanti ſceleris pœnitudine Walramus, poſt obtentam epiſcopalem Sedem, Romam venit, & a Pontifice ea ratione abſolutus eſt, ut aut novum inſtitueret Monaſterium, aut vetus aliquod in ſua diœceſi inſtauraret. Cœnobium itaque D. Martini Coloniæ reparavit, & bonis multis pro religioſis ex Scotia adventantibus dotavit. Non immerito Matthæus Ferchius hinc prodiiſſe putat errorem. Dum enim Monaſterium Scotorum audiunt populares ob hominem vivum ſepultum, fuiſſe conſtructum, facile ſuſpicari aut dici poſſet, & vulgari ſpargi rumore, propterea illi peregrinæ nationi datum grave Coloniæ domicilium ob aliquem ſuæ gentis ita indigne occiſum, & crudeliter ſepulcro vivum injectum. Sic itaque Scotum vivum tumulatum fuiſſe facile credi potuit, & a viro Scoto, ad Joannem Scotum brevi morbo, ut mox dicam, ſublatum transferri fabellam ex errore prognatam. Ego mihi ſane perſuadeo vel ex dentato calamo Jovii, vel ex ignorantia quadam ſupina merum hoc prodiiſſe figmentum.

Geronis Archiepiſcopi Colon. mors.

Ferch. c.10.

XXIV. Aliud honorificentius mortis genus quidam ex ſancto Bernardino Senenſi excogitarunt, ut velut alter Moyſes mortuus ſit *jubente Domino*. Dicunt enim in extaſi conſtitutum, dum Deo frueretur, ex hoc mundo tranſiiſſe ad Patrem, & a Fratribus, hujus rei ignaris, ita tumulatum, qua ratione paries intermedius diſſolutus eſt, ut qui antea Deo per altiſſimam contemplationem uniebatur, eidem abſque carnis impedimento intimius conjungeretur per gloriam. Verba, quæ ex Bernardino tranſcribunt, ſubjicio. *Oportet ſublevare mentem ab iſtis ſenſualibus ad inſenſualia, ſicut accidit magiſtro ſubtili Scoto, qui fuit extractus de ſenſualibus ad inſenſualia, & ita fuit elevatus, quod Fratres, qui ignorabant hunc ſolitum ejus morem, credentes ipſum fore mortuum, ſubterraverunt eum vivum, & poſtea venientes ejus diſcipuli, ſcientes id ſæpe accidere, & quid foret de ejus modo interrogantes, repererunt eum vivum ſubterratum fore, id eſt, ſuffocatum.*

Deuter. 34. 5. Dicunt alii Scotum in extaſi ſepultum.

Pſeudo Bernardin. ſer. 1. extraord. par. 1.

XXV. Attamen quamtumvis honorificum, ego apocryphum hoc mortis genus reputo, & eo difficilius admittendum hoc teſtimonium, quo levius & abſque ullo fundamento ſancto Bernardino attribuitur. Namque quartus ille tomus ſermonum qui *quadrageſimale Seraphin* inſcribitur, & ſancto Bernardino aſcribitur, ex quo teſtimonium hoc deſumptum eſt, ſancti Bernardini non eſt, ſed cujuſdam collectoris, Danielis de Purziliis, uti in ipſius libri fronte adnotatur; & Petrus Rodulphus, cujus opera & ſtudio edita ſunt ſancti Viri opera, lectorem admonet in epiſtola præliminari. Imo & ipſe collector hoc abunde probat, dum poſt ſermonem decimum ſeptimum illorum qui extraordinarii nuncupantur, plura geſta & miracula ſancti Bernardini recenſet. Sunt etiam in illo univerſo opere quamplurima ſancto Bernardino indigna: ſtylus barbarus, & inconcinnus, totus ſcatens idiotiſmis, & vocabulis Italicis. Sunt etiam multa ludicra & futilia, neque methodus correſpondet ordini ab eodem obſervato in reliquis voluminibus. Deinde ſæpius citatur ipſe ſanctus Bernardinus, & tanquam agens vel loquens a collectore introducitur, uti videre eſt in pluribus ſermonibus, præſertim in eo ipſo, ex quo deſumptum eſt ſupraſcriptum teſtimonium, & in ſermone undecimo, parte tertia.

Tom. 4. operum S. Bernardini, an illius ſit?

XXVI. Aliunde etiam hoc idem confirmatur ex verbis & atteſtationibus eorum, qui propius ad Scoti ſeculum de ejus morte ſcripſerunt, quorum verba ſtatim ſubjiciam, inter quæ ullum eſt, quod hujuſmodi

vio-

violentum indicet deceſſum. Neque tamen hæc tanto ſtudio proſequor, aut refello, quod Scoti honori potius conſultum velim, quam veritati. Etenim licet apud homines, qui externa reſpiciunt, & repentinos atque inopinatos caſus infauſtos putant, accelerata nimis vel violenta mors ſiniſtram generet opinionem, apud Deum tanti eſt, ſi hoc vel illo modo decedat quiſpiam, dummodo bene vixerit, & in juſtitia perſeveraverit. Quæcumque illæ fuerint, prætioſæ ſunt ſemper mortes juſtorum. Temere itaque judicaverit, qui ex celeri, vel violenta morte malam obiiſſe quempiam, aut male vixiſſe deduxerit: *Quomodo* (inquit Auguſt.) *reſpiciet Dominus mala cogitantes & dicentes, ille male mortuus eſt, cum juſtus eſſet a beſtiis conſumptus: non erat ille juſtus, ideo male periit; nam non periret, ſi juſtus eſſet?* Recte Holchot. in ſap. 4. illud cecinit. Pretioſa mors quæcumque juſti. Aug. in pſal. 33. Holchot.

Mors juſtis ſubita, quem præceſſit bona vita.
Non minuit merita, ſi moriatur ita.

XXVII. Quis filios & filias Job ruina domus ſubito oppreſſos damnabit? Quis Simonem Stellitem fulmine percuſſum, cujus animam ab Angelis efferri vidit ſanctus Abbas Julianus? Quis ſanctum Agatonicum a leonibus diſcerptum, quem alias in frigore noctu fovebant? Quis ſanctum Belinum a canibus laceratum? Auctor eſt prædictus Holchot, Sanctum quemdam inter libros & ſtudia in ſuo muſæo obiiſſe, & dum quidam inde ſuſpicionis calumniam conciperent, inventus eſt digito extenſo eum verſum deſignaſſe: *Juſtus quacumque morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Sap. 4. n. 7. Numquid damnandus Martinus V. Joannes Albertus Poloniæ Rex, Paulus II. Carolus VIII. Rex Galliæ, aliique viri pii, qui quotidie ſub oculis apoplexia intereunt? ergo *manifeſti vel occulti criminis pœnam luunt*? Gero Archiepiſcopus Colonienſis ſanctiſſimus a Walramo cathedram ejus ambiente extaſi correptus, vivus tumulatus eſt, an manifeſti criminis pœna? quot vivi in dies aqua, terra, ruinis domorum & parietum ſepeliuntur, ſeu opprimuntur? præterita vita, non violenta mors in pœnam imputatur, aut præmium. Mors omnium certa fuit, cauſam ſibi Deus reſervavit. Quod ſi igitur Doctorem ſubtilem apoplexia, aut alia quapiam ſubitanea morte ſublatum fuiſſe dicatur, quid ſingulare contra eum inferendum erat ex ſucceſſu tot viris piis & ſanctis communi? Repente & violenter perierunt plurimi, nomine & ſanctitate clariſſimi: per me ita cum illis, perierit Scotus, dum ſic periiſſe probetur, & non ex livore potius, quam ad hiſtoriæ veritatem referatur.

XXVIII. Nullo itaque modo ſive ad opprobrium, ſive ad laudem ſcribatur, admittendam puto violentam hanc mortem, aut feſtinatum funus, quod merum figmentum & inanem fabellam eſſe ultra rationes ſupra allatas contra ſenſuum ſoporem, comprobat ſilentium omnium, qui Jovii, aut hujus Danielis ætatem præceſſerunt: eorum præſertim, qui non diſſimulanter, ſed palam & acriter in Scotum ſcripſerunt, & doctrinam omni ſtudio labefactare conati ſunt. Ex horum numero præter domeſticos Occhamum & Aureolum, fuerunt adſertores D. Thomæ; Hervæus, qui decimo ſeptimo anno poſt Scoti obitum deceſſit, & cum ipſo Scoto Coloniæ de ſummis Theologiæ apicibus diſputavit, uti mox a me ſubjiciendum Joannis Eckii viri piiſſimi teſtimonium docebit. Item Paludanus, qui eodem tempore floruit; Joannes Capreolus antiquior hoc Daniele: in his nulla eſt memoria ſive de apoplexia, ſive de extaſi, ſive quod hac aut illa affectus Scotus, vivus elatus ſit in ſepulcrum. Nullus antiquus auctor Scotum violenter occubuiſſe ſcribit.

Auctoris de Scoti morte judicium.

XXIX. Ego vero, ut inter tot ſiniſtra, meum ſincere de Scoti morte judicium interponam, naturalem more aliarum fuiſſe dixerim, celerem tamen, brevi morbo præeunte. Ita enim judicare videntur aliquot carmina, ex variis vetuſtis Epitaphiis ad tumulum appenſis.

Tempora poſt Chriſti, propria dulcedine lethum
Venit atrox, raptim carcere compoſito.

Secundum item hoc diſtichon.

Doctor ſubtilis ſolvens ſua luſtra Joannes,
Scotus in objectis ultima verba dedit.

XXX. Ex quibus colligo eo ipſo die quo repentinus morbus invaſit, publice diſputaſſe, fortaſſis contra illos Hæreticos Begardos ſeu Beguinos, & profunde ſecum de peractis in conſeſſu cogitantem, dum domum rediret ex acri congreſſu, frigido anni tempore, calore conſtipato, & ſudore repreſſo, repente dolore correptum, brevi & raptim, præmiſſis Chriſtiani hominis officiis, placide ſpiritum exhalaſſe. Ita enim præſcriptos intelligo verſus ut poſtrema verba protulerit in diſputatione juxta ultimum carmen: *Scotus in objectis ultima verba dedit*: deinde taciturnum alte ſecum penſitantem invaſerit morbus: *Mox propria dulcedine lethum venerit*, ſed raptim. Illa autem prima verba: *Tempora poſt Chriſti*, non ita mihi ſonant uti & aliis, ut indicent Scotum obiiſſe poſt annos ætatis Chriſti, anno ſcilicet trigeſimo quarto, aut quinto; ſed annum poſt Chriſti nativitatem, quo Scotus obiit, ſignificant, appoſito tamen e regione in margine annorum computo, prout Epigrammatarius appoſuit, & ex illo Rodulphus excripſit in hunc modum.

Ann. 1308. *Tempora poſt Chriſti propria dulcedine lethum.*

XXXI. Uſus enim eſt hac partitione propter difficultatem diſtribuendi computum Arithmeticum in carmine. Conſideratione vero dignum eſt quod ſi calore diſputationis pro fidei aut veritatis zelo morbum incurrit & occubuit, glorioſius ſane in certamine ſpiritali vitam profudit, quam qui pro terrena re corporali pugna moriuntur. O fortunata mors, quæ peccato debita, eſt gratiæ reddita; nec tam pro injuria Adami compenſanda, quam pro gloria Chriſti comparanda eſt ſuſcepta!

Qui candide Scoti mortem referunt.

XXXII. Exſcribere hic placuit eorum teſtimonia, qui Scoti mortem paulo ab ejus obitu referunt, neque quidquam ex his fabuloſis commentis intermiſcent. Unde firmiora poſſunt deſumi, quam ex ipſa in qua jacet æde? Tria jam profero. Primum habet tabula Fratrum defunctorum in ſacrario, & alia in aula Capitulari, quod ſuperius jam retuli, atque hic repeto. *D. P. frater Joannes Scotus ſacræ Theologiæ Profeſſor, Doctor ſubtilis nominatus, quondam lector Coloniæ, qui obiit anno* MCCCVIII. VI. *Idus Novembris*. Secundum ex appenſis ad ſepulcrum epitaphiis proxime retuli, in quo aſſeritur *mortem propria dulcedine veniſſe*, quomodo igitur feſtino impetu, aut repentina violentia irruiſſe dicatur? Tertium ex altero cœnotophio:

Anno milleno ter centum cumque adderet octo,
Poſtremum clauſit letho agitante diem.

XXXIII. Quartum deſumo ex ejus diſcipulo Antonio Andrea, qui ad calcem commentariorum ad Metaphyſicam, in quibus Scoti doctrinam per omnia ſecutus eſt, ita ſubdit: *Tam ſententiando, quam notando ſecutus ſum doctrinam illius ſubtiliſſimi & excellentiſſimi Doctoris, cujus fama & memoria in benedictione eſt, qui ſponte, ſua ſacra & profunda doctrina totum orbem adimplevit, & facit reſonare, ſcilicet magiſter Joannes*

nes Duns, qui fuit natione Scotus, religione Minor. Hoc teſtimonium excludit ſaltim omnem malæ ſuſpicionis aculeum, dum memoriam & famam in benedictione conſignatam viguiſſe adſtruit. Quintum ex Bartholomæo Piſano ejuſdem ſeculi ſcriptore, qui in recenſu Provinciarum Ordinis, ita ſcribit de Colonienſi: *Provincia Coloniæ habet ſeptem cuſtodias. Cuſtodia Colonienſis habet locum Coloniæ, in quo jacet Doctor ſubtilis frater Joannes Scotus, qui ibidem lector diſceſſit*. Sextum ex Mariano Florentino proximè poſt Scotum ſeculi fido Hiſtorico: *Scotus Coloniæ tamdem conſummatus in brevi ex operibus ſuis æterna præmia recepit. Ibique in conventu Colonienſi Agrippino ſuperioris Germaniæ honorifice ſepultus, in magnaque veneratione habitus eſt. Exceſſit anno ſalutis* MCCCVIII. Septimum do ex illuſtriſſimo Franciſco Gonzaga poſterioris ſeculi auctore: *Scotus*, inquit, *Coloniæ obiit anno* MCCCVIII. *magno ſui patribus ac diſcipulis relicto deſiderio*.

Piſan.° confor. 11.
Marian. l. 3. cap. 25.
Gonz. in Con. Pariſien.

XXXIV. Tres deinde addo, qui non ſolum referant communi cum aliis ſorte extinctum, ſed & refellant hæc portentoſa figmenta. Joannes Stommelius Colonienſis oratione in ipſa urbe Coloniæ pro roſtris habita, largius hoc feſtinatum funus impugnat, eoque nihil imprudentius, nihil inconſultius dici poſſe aſſeverat. Petrus Rodulphus, Epiſcopus Senogalliæ, Paulum Jovium in ſuo aſſerto nulla ratione ſuffultum ſcribit, eumque tamquam judicem iniquum in diſcribenda Scoti morte ſe geſſiſſe. Aubertus Miræus vir ſyncerus, & candidus hiſtoricus ita de ſuis ſcribit: *Joannes Dunſius Scotus, Doctor ſubtilis cognomento, Ordinis Franciſcani, moritur Coloniæ* VIII. *Novembris. Fabuloſum illi mortis genus Paulus Jovius in elogiis virorum doctrina illuſtrium, affinxit: utpote cujus nulla ſit Coloniæ memoria in Monaſterii Archivis, aut epitaphiis variis, tumulo appenſis*.

Qui figmentum hoc refellunt?
Stommel. orat. de Scoti laudibus.
Rodul. fol. 126.
Miræus in Chron.

XXXV. Cœnotaphia omnia tum ad ſuperiorem confirmationem, tum ut conſulamus poſteritati ne pereant, placuit exſcribere. Ipſa inconcinnitas, phraſis demiſſa nimis, rudis Minerva, & planus dicendi modus, vetuſtatis ingerunt reverentiam. Primo lapidi, qui ſuperpoſitus erat ſepulcro paulo poſt mortem, inſculptum hoc primum epitaphium, carmine leonino, cujus etiam exemplar, & rei narratio conſervatur in quodam codice MSS. bibliothecæ Colonienſis inter litteras G, & H. in III. pluteo ad dextram ingredientis.

Epitaphia ad Scoti tumulum.

Primum Scoti Epitaphium. *

Clauditur hic rivus, fons Eccleſiæ, via, vivus
Doctor juſtitiæ, ſtudii flos, arca ſophiæ.
Ingenio ſcandens, ſcripturæ abdita pandens
In teneris annis fuit; ergo memento Joannis.
Hunc Duns ornatum, fac cælitus eſſe beatum,
Pro patre tranſlato, modulemur pectore grato.
Dux fuit hic cleri, clauſtri lux, & tuba veri.

XXXVI. Additi ſunt poſtea hi quatnor verſus in prima tranſlatione oſſium venerabilis Doctoris ad medium chori, quam mox referemus, & habentur in codice prædicto.

Additio ad primum Scoti Epitaphium.

Hic lector Scotus ſubtilis, ſit bene notus,
Doctor humi ſtratus, hac ſubque nola tumulatus;
Pro quo orate, Chriſti veniam flagitate,
Dicenteſque pie, tu ſumme Deus miſerere.

XXXVII. Sub

XXXVII. Sub annum milleſimum quingenteſimum nonum editius & pulchrius elaboratum eſt ſepulcrum, & ad pedes ejuſdem hoc Epitaphium cultioris Minervæ inciſum eſt laminæ æneæ, ad pedes affixæ.

Ante oculos ſaxum Doctorem deprimit ingens,
Cujus ad interitum ſacra Minerva gemit.
Siſte gradum lector, fulvo dabis oſcula ſaxo:
Corpus Joannis hæc tenet urna Scoti.
Anno milleno ter c. c. c. cumque adderet octo,
Poſtremum clauſit letho agitante diem.

Deinde in duabus tabulis pendebant ex ſepulcro hæc, quæ ſequuntur inculta carmina; quæ poſtea in unam redacta ſunt, quæ nunc ſervatur in Bibliotheca.

Primum in tabula ſequitur hoc Epitaphium:

Pariſius plora, mæſtis incede lacernis,
Hic perit in toto, quod volat orbe, decus.
O Sorbona tuis humiles compone cathedras
Cultus ab ingeniis fons ſacer artis abeſt.
Straminis in vico placidi certaminis ordo
Ceſpitat, heu belli deſinit eſſe caput.
Pondera ſupremi validos componite luctus
Doctiloqui, pulſet triſtia corda pavor.
Hunc poſito vultu læto, deflete togati,
Diſcipulis labor hic omnibus unus erit.

In eadem deinde tabula ſequitur hoc ſecundum.

Doctor ſubtilis ſolvens ſua luſtra Joannes
Scotus in objectis ultima verba dedit.
Huic humilis caſto Franciſci cordula renes
Strinxit, erat ſapiens, presbyter officio.
Fervebat ſtudio, nulli virtute ſecundus,
Quod didicit totum, mox alios docuit.
Concepta eſt Virgo primi ſine labe parentis:
*Hic tulit: hic hæreſi * prælia dira dedit,* — * Beguardorum.
Inde genus meriti tantum ſibi Papa refundens,
Doctor ſubtilis dicitur, inde dedit.
Quatuor in ſcriptis, quæ ſunt divina probavit.
Hinc reliquis vates lumine plus viguit.
Quin & ſancta mihi, quæ digna problemata liquit:
Ingeniis noſtris fertiliora valent.
Artibus egit opem tuto, nunc ille modernos
Proſequitur pandens, quæ via ſit veterum.
*Tempora poſt Chriſti * propria dulcedine lethum* — * Anno 1308.
Venit atrox raptim carcere compoſito.
Dogmata qui quondam retulit non infimus orbi,
Exiguus cunctis nunc ſilet exanimis.
Qui ratione ſtetit, non victus, ſemper Achilles
Cæno ſordidior vincitur ille fimo.
Horrida jam ſacros trahitur ſub lite voranda,
Hunc ſubeant vermes, proh nova præda venit.
Ante gradus medios, Nola nunc ubi pendet ab alto;
Hic chorus in terris oſſa tenet tumulo.

Tur-

Turba futura canet bona, quæ congeſſit in unum
Singula, quæ docuit, ſcripta relicta manent.
Flebile qui buſti præſens epigramma tueris,
Hane animam ſociet, poſce Deum ſuperis.

XXXVIII. Ex his epitaphiis & certo calculo mortis Scoti, quam omnes boni auctores unanimiter ſcribunt hoc anno accidiſſe, manifeſte ſequitur, errare eos qui dicunt, aut putant Scotum hunc noſtrum approbaſſe opera Raymundi Lulli, ſeu propria manu illius arti parvæ ſive brevi ſubſcripſiſſe. Etenim illa approbatio facta fuit Pariſiis an. MCCCIX. menſe Februarii; Scotus vero, uti viſum eſt, deceſſit VIII. Novembris anni præcedentis in civitate Coloniæ. Verum eſt, duos ſubſcriptos eſſe Joannes Scotos inter quadraginta Doctores, qui illam artem probarunt; unus ita ſubſcripſit, *Joannes Scotus in artibus magiſter*: alius ſic: *Joannes Scotus*. Servatur autographum Pariſiis, exemplar vero authenticum in Archivo Regni Balearium. Hoc ejus initium: *Univerſis præſentes litteras inſpecturis: Officiales Curiæ Pariſienſium in Domino ſalutem. Noverint univerſi, quod in præſentia Magiſtri Joannis de Salinis, & Michaelis de Jonquerio noſtrorum clericorum juratorum, quibus in his & majoribus fidem indubiam adhibemus, & quibus quoad hæc commiſimus tenore præſentium vices noſtras, propter hoc perſonaliter conſtituti Magiſter Martinus in Medicina*, Magiſter Joannes Scotus in artibus Magiſter &c. *Finis vero approbationis ita habet. Datum anno Dom.* MCCCIX. *die Martis poſt octavam feſti Purificationis beatæ Virginis glorioſæ Mariæ*. Eodem anno & die, factam eſſe hanc approbationem confirmat privilegium Alphonſi Aragonum Regis, datum Neapoli anno MCCCCXLIX. & alterum Caroli V. Imperatoris Hiſpali anno MDXXVI. quibus Lullianæ patrocinantur doctrinæ, inſerta ad verbum prædicta approbatione Pariſienſi. Convincitur itaque non ſubſcripſiſſe Joannem noſtrum jam defunctum, ſed alios; niſi fortaſſis dicatur eum priuſquam Pariſiis diſceſſerit, ſubſcripſiſſe, confectum tamen poſtea approbationis publicum inſtrumentum, vel authenticatum per acta juris ſolemnia. Vidiſſe & cognoviſſe Scotum Pariſiis Raymundum probabile eſt, nam & ſub ejus tempore Lutetiæ fuiſſe conſtat ex iis, quæ ſcripſimus alias: feruntque Lullianæ doctrinæ ſectatores, eum interfuiſſe aliquando Scoti lectionibus, in quibus dum ſubmiſſo murmure & nutante capite ſignificaret aliqua ex iis, quæ dicebat Scotus, non adeo ſibi probari, idque exterioribus ſignis Doctor animadvertiſſet, hominem incultum & vili indutum habitu contempſiſſe, & ut periculum faceret, an grammatice ſciret, qui Theologos improbabat interrogaſſe: *Dominus, quæ pars?* ſcilicet orationis. Et Raymundum reſpondiſſe prompte nimis; *Dominus, non eſt pars, ſed totum*, atque hinc ſumpſiſſe occaſionem profundius loquendi cum Scoto de myſteriis divinis, & de colloquio hoc peculiarem ſcripſiſse tractatum. Sane inter Lulli opera, quorum cathalogum attexuit Alphonſus de Proaza in calce artis inventivæ veritatis, hujus Opuſculi mentio habetur ſub his verbis: *Liber dictus Dominus, quæ pars? qui fuit diſputatio Raymundi & Scoti.*

An Scotus ſubſcripſerit operibus Raymundi Lulli.

Tom. 5. an. 1295. n. 15.

XXXIX. Diximus jam, ut ad Scoti tumulum regrediatur oratio, quo loco primum tumulatus ſit ad introitum ſacrarii prope altare trium Regum; ubi per aliquot annos requievit, donec gliſcente ejus fama, & latius in dies ſe diffundente, nobiliori loco judicata ſunt ejus oſſa. Quapropter in medium chorum ſub campana de tecto pendente, in lapidea urna, latiore cooperta lapide, ſunt repoſita: dehinc terra completa foſſa, la-

Variæ tranſlationes corporis Scoti.

Prima tranſlatio.

lapis honorabilior ſuperpoſitus eſt. Tunc facta eſt illa additio: *Hic lector Scotus* &c. ad primum Epitaphium. Hujus translationis & tumuli teſtimonium perhibet Chronicon Colonien. Germanicæ ab A. Milmano editum anno MCCCCXCIX. Facta fuit, ſi conjecturare licet, tempore Sixti IV. quo myſterium immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ Virginis illuſtratum Pontificiis decretis, indulgentiis peccatorum, proprio Eccleſiaſtico officio, aliiſque incrementis; tunc enim decebat præcipuum inſignis privilegii Doctorem præcellentius innoteſcere, atque in omnium prodire conſpectum.

Secunda translatio.

Theuet. de viris Illuſtr. in Joan. Scot.
Sur. in Chron. an. 1509.
Trith. in Chron. Spanheim.
Chron. Citizen. eod. an.

XL. Deinde cum anno milleſimo quingenteſimo nono ardenter ageretur de hoc myſterio in Germania & alibi, uti referunt Andræas Theuet, Surius, Trithemius, Chronicon Citizenſe, & alii, rurſus prodiit Scotus, erutis oſſibus, & collocatis pone ſummum altare, donec editius & nobilius monumentum auricalcho affabre elaborato tectum fabricaretur; deinde opere completo anno milleſimo quingenteſimo tertio decimo, in eadem, quam ſupradiximus, pila repoſita ſunt ad caput ſepulcri. Conſtant omnia hæc ex Chirographo in arcula plumbea prope Scoti oſſa invento, quod Joſephus Piſcullius Melphienſis, tunc Commiſſarius generalis in Archivo Conventus collocavit. En ejus exemplar.

XLI. *Notum ſit omnibus, & pateat evidenter univerſis, & ſingulis tam præſentibus, quam futuris, quod anno Domini milleſimo quingenteſimo nono, penultima menſis Auguſti, ſub Pontificatu ſanctiſſimi Patris & Domini Julii divina providentia Papæ II. Archiepiſcopatu Colonienſi Philippi Dieberſtein, atque Imperio Maximiliani Archiducis Auſtriæ electo, Miniſteriatu Colonienſi fratris Weſſeli Gosbrinch de Monaſterio, ſacroſanctæ Theologiæ Magiſtri, Guardianatu hujus inſignis noſtri Conventus Colonien. Fratris Joannis Caſter, lectoratu vero fratris Willelmi Franck Theologicæ facultatis Magiſtri, pœnitentiariatu fratris Gerhardi Pauli facultatis dictæ Baccalaurei formati, curſoratu fratris Cornelii de Daventria, ſtudii Magiſterio fratris Rutgerii de Rattinge: apertum eſt ſepulcrum Doctoris ſubtilis, fratris Joannis Scoti, ob ſingularem affectionem Patrum, & Fratrum: inventa ſunt ejus oſſa integra, & admodum redolentia, ſubrubra, & in juncturis alba ad inſtar lactis uncta. Et ex tunc in altari ſummo retrorſum poſita. Mox in hoc ſarcophago ex aurichalco facto, ut apparet ex nunc, eleemoſyna Guardiani prædicti collecta. Anno vero Domini* MDXIII. XVI. *menſis Auguſti, hæc ejus cuncta oſſa hoc in ſarcophago poſita, atque recondita, Pontificatu Domini ſanctiſſimi Leonis X. Archiepiſcopatu Domini Philippi Dieberſtein, Miniſteriatu R. P. fratris Hermanni Haveilor, ſacræ Theologiæ Magiſtri, Cuſtodiatu cuſtodiæ Friſiæ R. P. fratris Joannis de Durſten Guardianatu R. P. fratris Gerhardi Pauli ſupradictæ facultatis Magiſtri, Lectoratu fratris Cornelii de Daventria Baccalaurei formati, Senioratu fratris Jacobi Rutgerii Provinciatoris Conventus, & Rutgerii Rattingen, Sacriſtæ Conventus, Curſoratu fratris Jacobi de Mondorp, Studii magiſterio fratris Willelmi de Sclingen; quo quidem anno in octava Regum, ex tumultu populi Colonienſis, decollati ſunt in foro fœniburgi magiſtri, videlicet Joannes de Reit, & Joannes Oldendorp, nobiſcum in capella ſancti Franciſci ſepultus, & reddituarius civitatis Joannes Bergum, alias Papegei & alii plures; ex civibus tres, quorum animæ in pace perpetua lætentur.*

Scriptum per me fratrem Liborium Rodulphi de Conventu Paderbonenſi

nenſi majoris ſtudii hujus inſignis Conventus Decani: anno Domini MDXIII. XVI. *die menſis Auguſti*.

LXII. Nobile ſane tunc extructum ſepulcrum, quod aliquanto clarius licet hic deſcribere. Deſcendenti a ſummo altari ad chori planitiem occurret ultimus gradus lapideus, in quo litteris excultis hoc dicitur: *Obiit frater Joannes Scotus ſacræ Theologiæ Doctor, ſubtilis nominatus, anno* MCCCVIII. Diſtat ab hoc gradu in chori planitie media, Scoti ſepulcrum pedis geometrici menſura, tribuſque fere geometricis palmis eminet a terra quadrangulum altera parte longius, lamina ex aurichalco, vel ære coopertum. In medio ænei tegumenti eſt imago Scoti librum tenentis ſcite elaborata: ad ejus pedes hinc inde ſtrati jacent duo leones, velut cuſtodes: in extremitatibus longitudinem ad dexteram & ad ſiniſtram occupant inſculpti præclariſſimi quidam religionis noſtræ Doctores, non omnes tamen ſunt Scoti diſcipuli, eos aſcendens enumero. Ad dexteram Guillelmus Ocham, Hugo de novo Caſtro, Franciſcus de Mayronis, Ricardus de media villa, Alexander de Ales. Ad lævam Nicolaus de Lyra, Petrus Aureolus, Rogerus Varro. In ſuperiori parte ſepulcri ad caput Scoti tres in medio exſculpti ſunt Pontifices, quos Minorum familia tunc enixa erat. Alexander V. Nicolaus IV. Sixtus IV. cum eorum ſtemmatibus. In angulis latitudinem, & longitudinem implentes ſunt duo Cardinales, ſcilicet D. Bonaventura Doctor Eccleſiæ, & Bertrandus cum inſignibus eorum. Tegumentum vero eſt egregium, & perpulchro artificis opificio intextum. A ſepulcro ſtatim in pavimento chori lapis quadratus invenitur his litteris deſuper ornatus: *Hic aperitur ſepulcrum Doctoris ſubtilis dicti Joannis Duns*.

XLIII. Poſtremo Reverendiſſimus Jacobus Bagnacaballenſis Ordin. Minor. Convent. Generalis Magiſter coram illuſtriſſimo Domino D. Antonio Albergato Epiſcopo Vigiliarum, & Nuntio Apoſtolico per tractum Rhenanum, cum poteſtate Legati de latere, anno MDCXIX. die XIII. Januarii Scotica juſſit erui oſſa. Elato itaque lapide ad caput ſepulcri, effoſſis ad perpendiculum duobus pedibus geometricis humi, quadratus lapis alter ſublatus eſt: tum in pila lapidea trium palmorum extentæ manus apparuit calvaria ſuper majoribus oſſibus corporis: ſub his aliquanta terra minoribus quibuſdam oſſibus concreta. Oſſibus in ſacrario ſub duplici clave repoſitis, die ſequenti ſepulcrum eruderatum, parietibus lateritiis, atque ſtrato quadrangulari opere ædificatum aſſere in medio librata. Item duplex arca parata, una lignea, quæ humo ſub Scoti oſſibus exiſtente repleta, in fundo ſepulcri collocata eſt; altera plumbea quatuor palmorum exertis digitis emenſorum longitudinis, duobus latitudinis, pene duobus altitudinis, & in hac rurſus arca querna tegumento vitreo tecta eſt adamuſſim incluſa; in ea pluribus collocatis odoribus, die XV. Joannis Duns Scoti oſſa ſunt recondita, ſuperque medium ſepulcri aſſerem collocata. Cum Scoti oſſibus in eadem arca repoſitum eſt chirographum ſuperius relatum anno MDXIII. factum, & ſequens adjectum in vaſculo plumbeo. Tertia translatio.

In nomine ſanctiſſimæ & individuæ Trinitatis, Amen. Anno poſt nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti MDCXIX. *Pontificatus ſanctiſſimi D. N. Papæ Pauli V. quartodecimo, invictiſſimi Imperatoris Matthiæ primi Auſtriaci, ſemper Auguſti, ſeptimo, Sereniſſimi ac Illuſtriſſimi Ferdinandi Ducis Bavariæ Archiepiſcopi & Electoris Colonienſis anno* VIII. *Indictione* II. *cum prima die menſis Decembris in hanc illuſtriſſimam civitatem Co-*

lonienſem paterno affectu & zelo ductus reverendiſſimus in Chriſto Pater frater Jacobus Bagnacabal. Ordinis Minorum Conventualium Miniſter Generalis ad viſitandum & reformandum ejuſdem Ordinis Minoram Conventualium D. Franciſci Conventum veniſſet, cumque multa pia, ſalubria, & ſancta in actibus viſitationis inſtituiſſet, mandavit quoque ut ſepulcrum fratris Joannis Duns Scoti dicti Ordinis Minorum Conventualium Doctoris ſubtilis in medio chori ſub campana ſitum, & ænea lamina (quæ ipſius Doctoris ſubtilis effigie illuſtrata eſt) coopertum, aperiretur, ad videndum ubi, & quomodo oſſa, omni veneratione digna, requieſcerent. Die ergo XIII. *menſis Januarii, præſentibus & inſpectantibus Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. D. D. Antonio Albergati Bonon. Epiſcopo Vigiliarum, ac Nancio Apoſtolico per tractum Rhenanum cum poteſtate legati a latere. Item Reverendiſſ. DD. Othone Gereon Epiſcopo Cyrenenſi, & ſuffraganeo Colon. eodemmet etiam Reverendiſſ. Patre Jacobo Bagnacabal. Generali, admodum Reveren. Patre Joanne Pelckingio Provinciali Miniſtro, & Guardiano Coloniæ, ac Viſitatore generali. Admod. R. P. Matthæo Veglenſi Provinciali ſancti Bonaventuræ. Admod. quoque R. P. Ludovico de Caſtro Provinciali Leodienſi. RR. demum Patribus ſacroſanctæ Theologiæ Doctoribus Gerbardo Romero, & .... ſupradictum ſepulcrum apertum eſt per Veſpilliones ſublevando lapidem jacentem ad caput ſepulcri, cui inſcriptam erat:* Hic aperitur ſepulcrum Joannis Duns Scoti Doctoris ſubtilis. *Effoſſa ergo aliquantulum terra, inventus eſt ſarcophagus ex lapide vivo, coopertus alio lapide. Et in eodem reperta ſunt pleraque oſſa ſupradicti Doctoris valde rubea. Sed quoniam hoc modo parum decenter condita, & ſervata putabantur: eoquod ad caput ipſius ſepulcri in lapide impoſito requieſcerent; hinc præfatus Reverendiſs. Pater Generalis præcepit, ut evacuata ex ſepulcro terra, opus concameratum ſub ipſo lapide conſtruerent, ut ſupra memorata oſſa honeſtius ac decentius pro tanti Doctoris dignitate collocari poſſent. Confecta eſt ergo arca plumbea, cui oſſa arculæ ligneæ incluſa, pie ſunt impoſita, ac poſtmodum in ſepulcro concamerato reverenter collocata. Sarcophagus quoque ligneus præparatus eſt, in quo terra recondita eſt, quæ in antedicto ſarcophago lapideo, oſſibus intermixta, jacuerat: idemque in ſepulcro apud oſſa collocatus, aſſiſtente & adſpectante cum ſupradictis Patribus Reverendiſſ. P. Jacobo Bagnacabal. Miniſtro Generali, admirabili cum affectu, zelo, ac pietate pro decore, ac illuſtratione, honore, ac gloria Doctoris ſubtiliſſimi, atque religionis Seraphicæ. In quorum omnium fidem ego frater Gerhardus Romerus ſacræ Theologiæ Doctor, Notarius ad hoc a Reverendiſſ. P. Generali ſpecialiter deputatus, præſens hoc inſtrumentum (ſalva ſemper copia ulterioris dilatationis) confeci; vocatis ad illud idem teſtibus admod. R.P. Uberto Junckmanno Patre provinciæ, & patre Joanne Molmanno Tremonienſi. Actum Coloniæ in Conventu noſtro S. Franciſci* MDCXIX. *die menſis ut ſupra.*

Frater Jacobus Bagnacaballenſis Miniſter Generalis. Ita eſt, ego frater Gerhardus Romerus ſacroſanctæ Theologiæ humilis Doctor tamquam Notarius ut ſupra atteſtor. Ego frater Joannes Felix de Brixia Ordinis Minorum Conventualium ſancti Franciſci ſecundus Secretarius, fidem facio & teſtor prædicta fuiſſe hæc ſcripta a patre Magiſtro Gerhardo Romero, de mandato Reverendiſſ. in veritatis teſtimonium. Die XV. *Januar.* MDCXIX. *in Conventu ſancti Franciſci.*

Locus ✠ Sigilli.

XLIV. Plumbeum arcæ operculum intrinſecus in membrana, eſſe pel-

pellucido tecta, hæc habet: *Hic jacent oſſa fratris Joannis Duns Scoti Doctoris ſubtilis, piiſſimi cultoris & defenſoris immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis Mariæ: qui e terra effoſſus, & in hunc locum terra, qua plenus erat, injecta, lapide ſtratum juſſu Reverendiſs. P. Mag. fratris Jacobi Bagnacaballenſis Ordinis Minor. Convent. Miniſtri Generalis poſitus eſt; anno* MDCXIX. XVIII. *Kalend. Februarii*. Extrinſecus pagina inſcripta hæc eſt: *Reverendiſsimus Pater frater Jacobus Bagnacaballenſis, Artium & ſacræ Theologiæ Doctor, necnon univerſi Ordinis Minorum Conventualium Miniſter Generalis anno* MDCXIX. *dum hunc Conventum viſitat, fratris Joannis Duns Scoti Doctoris ſubtilis merito nominati, intemeratæ Conceptionis Virginis Mariæ piiſsimi cultoris & acerrimi propugnatoris; oſſa quæ terræ immixta in diem ilium uſque jacuerant, effoſsa humo, in loculum concameratum, ſtratumque ejuſdem Reverendiſsimi juſsu conſtructum, ac plumbea arca incluſa intuiit* XVIII. *Kalend. Februarii*. His exactis arca plumbea concluſa eſt, & a quatuor lateribus, ne poſſet aperiri, ſigillo religionis Minorum Conventualium munita: duobus Provincialibus Matthæo Veglenſe & Ludovico a Caſtro ferentibus, præſente Reverendiſsimo Patre egregii facinoris auſpice, toto Conventu, & quam plurimis cum doctrina, tum nobilitate præſtantibus viris, qui ad tanti Doctoris reliquias videndas confluxerant, a Sacrario in ſepulturam delata, & ſuper aſſerem in medio ſepulcro poſita eſt. Nec mirum ſi defenſor immaculatæ Conceptionis hoc tempore glorioſe exilivit e ſepulcro, dum paulo ante, anno videlicet MDCXVII. die XII. Septembris Paulus V. honorifico decreto, & paulo poſt Gregorius XV. anno MDCXXII. die XXIV. Maii, altero, non minus glorioſo conſtituto, celeberrimi Viri ſententiam extulerunt, jubente primo, ut illa ſola in publicis quibuſque actibus, addente altero, ut etiam in ſecretis doceretur, proferreretur & commendaretur, & ab omnibus in univerſum myſterium hoc celebraretur ſub *Conceptionis* dumtaxat vocabulo: quo vel ſolo nomine, ſi non aliunde multis præclaris titulis laudari mereretur, multis effertur præconiis.

XLV. Tantam horum Patrum curam circa arida Doctoris oſſa, tantamque impenſam opem, & opes circa ejus ſepulturam magnificandam, & nomen celebrandum, non tam ejus doctrinæ, quam pietati ego tribuerim. Suſpiciunt omnes ejus doctrinam, colunt alii pietatem, utramque alii admirantur. Vere duplici titulo miræ probitatis, & ſummæ eruditionis omnem ſuæ ætatis gloriam, & poſterorum promeruit venerationem. Doctrina omnibus notiſsima eſt, pietas & virtus multis apparuit argumentis. Per omnem integerrimæ vitæ curſum nullum invenio, qui vel minimum nævum objiciat; invenio tamen plurimos, qui ſanctarum virtutum ſplendore micantem affirment. Evangelicæ paupertatis rigidum probat ſectatorem, ſegmentitia & vilis lacerna ſub qua inceſsiſſe nudis etiam pedibus, boni ſcribunt auctores; concinitque Poeta vetuſtus trito illo carmine:

Plurima Scoti virtus.

Paupertas.

Mar. 2. p. l. 1. c. 17. Marign. citat.

Quem veſtis vilis, pes nudus, chorda coronant.

Adde mendici more ad ſtipem hilari animo, miſſoque omni honore acceſſiſſe: quod in eo, duobuſque præclaris conſodalibus, Alexandro Alenſe, & Richardo de Mediavilla, gravis auctor, non indigne his verbis commendat: *Conſtat, quod in itinere, ubi non habebant Cœnobia, amore Dei victum, hoſpitium, & tranſitum per Oceanum a Britannia in Gallias, & e contra, petebant in grande meritum ſibi, & aliorum ædificationem, quod*

Major. in 4. d. 38. q. 11.

viri ſummo Pontificatu digni digito demonſtrati, ob eminentes ſuas virtutes ſic eleemoſynas non ſunt veriti petere. Obedientiæ religioſæ ſpecimen dedit hæroicum in celerrimo egreſſu ab urbe Pariſienſi, prompto & expedito animo omnia linquens, civitatem ampliſſimam, celeberrimam Academiam, Cœnobium omnium graviſſimum, amicos, diſcipulos, ſcripta, caros ingenii partus, cathedræ denique regendæ non contemnendum honorem. Quis ita hæc deſpiciat? quis negligat? quis ita relinquat, niſi verus obediens & perfectus Religioſus? Caſtitatem ſummo ſtudio coluiſſe probant ejus ſcripta variis in locis, & illud quod ſuperius exſcripſimus carmen:

Obedientia.

Caſtitas.

Huic humilis caſto Franciſci cordula renes ſtrinxit.

Tatar. in 3. diſ. q. 3.
Scot. in 4. d. 37. & d. 42. q. 2.

Peccata magna cura profligaſſe, & per multos annos, Deo auxiliante, a mortalibus caviſſe; ex ipſis ejus verbis deducunt quidam non inepte. Neque tamen ſervili timore, ſed generoſo Dei amore bellum hoc indixiſſe peccatis, inde ſcimus, quod ipſe præclare ſcripſerit, non id curandum, quod creatura, ſed quod Deus offendatur; quod ne committatur, eligendum potius putat in nihilum reduci, idque propter ſincerum Dei amorem, non propter pœnas gehennæ fugiendas. Nobilis ſane doctrina, & caritatis excellentiſſimæ argumentum, velle potius non eſſe, quam Deo offenſo ſupereſſe. Hinc ille non frigide aut ſegniter, ſed divini amoris ardore mortales quoſque pro veritate & virtute aſſerenda ad mortem generoſe obeundam multis cohortatur rationibus.

Studet peccata evitare.

Scot. in 4. d. 50. q. 1.

XLVI. Qui tanto ſtudio peccata vitavit, & vitanda perſuaſit, quanto conatu putes virtutibus acquirendis incubuiſſe? Mali odium virtutis ſubinfert amorem, & qui illud ſerio profligat, iſtam ſtudioſe ſectatur. Ita feciſſe optimum hunc Doctorem, & obtinuiſſe, præter antiquas inſcriptiones ſupra poſitas, in quibus *vivus Doctor juſtitiæ, Dux cleri, clauſtri lux, nulli virtute ſecundus*, aliiſque ſuæ probitatis & pietatis elogiis inſigniter audit, teſtantur etiam vetuſti & candidi Scriptores, ex quibus aliqui coætanei, quos præmiſimus. Prælatus ejuſdem, & totius Ordinis primarius Gondiſalvus, experientia & fama ubique divulgata, ait, ſibi conſtitiſſe de ejus vita laudabili & ſcientia excellenti. Antonius Andreas diſcipulus ſcribit, ejus famam & memoriam in benedictione eſſe. Piſanus, probe educatum in divino cultu, & religioſis ſanctionibus. Guillelmus Eyſengrenius commendat in eo fidei Catholicæ profeſſionem, & in divina lege exercitationem. Abbas Trithemius ſtudioſam cœleſtium ſcripturarum eruditionem. Antonius Poſſevinus modeſtia & caritate, ait, præditum, & hæſiſſe Chriſtiano ejus pectori inditam a Domino ſapientiam, atque integram mentem. Non obſcurum ſane caritatis argumentum, & inditæ a Domino ſapientiæ, proximis proficuæ, illud, quod de eo refert Guillelmus Vorilongus, nimirum per Britanniam majorem, ſeu Angliam iter agentem, occurriſſe cuidam agricolæ hordeum ſeminanti, & Chriſtiana pietate eumdem fortaſſis jurantem, aut laboris impatientem, æternæ ſalutis & divinæ legis monuiſſe. Cui indignabunde ruſticus, ut quid fruſtra verba profundis? illud perſuaſum & certum habeo, Dei adimplendam erga me voluntatem; & æterna præſcientia jam vidiſſe quidquid de me acturus ſit: ſi ſalvare vel condemnare me ſtatuit, mea inanis eſt opera, ſive bona, ſive mala; neque illa ſalvabit, neque iſta condemnabit. Excepit patienter vir pius pernicioſam doctrinam, & familiari retorſit exemplo: *Si divina*, inquit, *ſcientia, ut arbitraris, hanc neceſſitatem rebus imponit, ut quid hunc ſemi-*

Eum laudant viri graves.

Gondiſ. cit. ann. 1304. nu. 12.
Anton. And. in fine Metaph.
Piſan. confor. 11.
Eyſeng. de teſtibus veritat. ad ann. 1300.
Trith. in Chron.

Vorilong. l. 1. ſent. d. 38.

minandi laborem aſſumis? Etenim ſi Deus prævidit naſciturum fore hordeum, ſive ſemines ſive abſtineas ab opere, naſcetur; ſi vero non naſciturum prævidit, utique non naſcetur: arenæ itaque ſemina mandas. Illum obmuteſcentem ſubinde pius Doctor inſtruxit.

XLVII. Ex hac etiam caritate illa profluxit devotio, quam idem auctor tantopere commendat, & apertiſſime patet in ejus operibus, in quibus crebris ad Deum, veri ac boni totius fontem perennem, invocationibus jaculatoriis amoris, æſtuantem alto corde flammam quivis, quantumvis rigens, animus experiretur. Eaſdem jaculabatur flammas amoris in nocte Chriſti Nativitatis Pariſiis, dum cunas Salvatoris tenerrima devotione celebraret, & profunda meditaretur contemplatione. Namque ſupra ſe raptus, & in ſe poſtea reverſus, Dei erga nos dignationem, qua frater noſter per aſſumptam humanitatem fieri voluit, digne conſiderans, ſaucio corde ingeminabat illa ſponſæ ſuſpiria: *Quis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, & inveniam te foris, & deoſculer te?* amatoriiſque verbis petebat Chriſtum ſibi dari non ſolum tamquam Deum in anima, ſed & viſibilem, tamquam fratrem in Virginis gremio ad ubera ejus pendentem. Ad cujus ferventes & repetitas preces, ei Chriſtus apparuit in pueri forma, deditque ſe in brachia & amplexus devoti ſervi contrectandum. Diſparente autem viſione, ad altiora ſe accingens, & in virtute proficiens, propter devotionem dulciſſimi Pueruli, & ſanctiſſimæ Genitricis, deinceps carnibus abſtinuit, nudis pedibus, abjectis etiam ſandaliis inceſſit, & pannoſa tunica, novam admittere nolens, humilis & abjectus inceſſit. Ejus porro erga ipſam Dei Genitricem ſingularem devotionem teſtantur ubique ejus Opera, præſertim, quæ in ejus innocentiæ defenſionem conſcripſit, & ejuſdem Virginis erga illum mira dignatio, qua caput, uti diximus, oranti inclinavit.

Varilon. in proem. 2. ſent. In lib. de primo prin. & in princ. Logica. Paulin. Berti in vita Scoti. Marc. citat. Cucarus in 2. p. elucidarii. Marian. l. 3. c. 11. & alii.

Chriſtum infantem ulnis excepit.

Cant. 8. n. 1.

An. 1304. n. 34. An. 1304. n. 35.

XLVIII. Hinc aliqui inter Divos & Beatos pium Doctorem enumerant, quibus donec a ſancta Sede approbetur, non ſubſcribo. Ludovicus de Manganellis in vita ejuſdem a ſe ſcripta, & commentariis ſuis in primum ſententiarum præfixa, Madriti in Typographia regia impreſſa anno MDCXIX. & a generali inquiſitione approbata ait non deeſſe homines, qui eum Sanctum vocent. Vere in libro revelationum, qui MSS. circumfertur ſub nomine beati Amadei, ſæpius a ſanctitate & gloria commendatur; plenum ſanctitate Angelus ibidem dixit, diademate Beatorum in capite, & aureola Doctorum inſignitum oſtendit; ab Angelis & Regina cœli dilectum appellat. Erardus Vinheim Carthuſianus in ſacrario Aggrippinenſi, eum Divum vocat. Petrus Cratepolius in libro edito anno MDXCI. Coloniæ, eum inter Sanctos enumerat. Thomas Dempſterus, præterquam quod intrepide Beatorum adnumeret catalogo, refert ex Gilberto Bruno Dulcicordii Abbate Ciſtercienſi, eum coluiſſe Scotos Dunfriſii, tamquam cœlitem, & Eccleſiaſtico officio cohoneſtaſſe. Bargium item, Doctorem vetuſtum & eruditum ferunt quotidie commemoratione Eccleſiaſtica Confeſſoris non Pontificis, ejus auxilium imploraſſe.

Mangan. in vita Scoti.

Multi ejus laudant pietatem.

Amad. rap. 2. & 6. Erard. in ſacr. Eccleſ.

Cratepol. de Sanctis Germ. Dempſter. in Apolog. Scotorum.

XLIX. Novi ego profecto nunc plurimos eſſe in variis regionibus, præſertim in regno Neapolitano (ubi vitam ejus largius deſcripſi, quam etiam huc tranſtuli) qui magna fiducia & devotione ejus nomen invocent, neque id inaniter, dum ejus opem in variis neceſſitatibus & ægritudinibus ſe expertos narrant. Vidi plurima teſtimonia authentica

No-

Notariorum ſyngraphis & ſigillis munita, in quibus variæ hominum conditiones & ætates cœleſtia munera ſanitatum, aliarumque gratiarum, ſe Scoti meritis & invocatione accepiſſe, omnibus volunt manifeſtum. Non ea refero ſingillatim, dum Ordinariorum, aut Romanæ Curiæ approbatione non confirmentur. A variis ægritudinibus quam plurimos, a periculis alios, a moleſtis puerperiis fœminas liberaſſe teſtantur, & in litibus gravioribus, ſeriiſque diſſidiis ſe eumdem expertos propitium jure jurando, & juris ſolemnitate confirmant. Suſceptam pro Virginis innocentia litem feliciter terminavit, nihil mirum ſi in aliis prætenſionibus honeſtis invocetur ut patronus. Plurimi autem ex iis qui ſe exauditos dicunt, aliquot donariis, tabellis laminiſque magnis argenteis, quas præ manibus habui, ſuam gratitudinem ſunt profeſſi, quæ in ſua quæque tempora reſervantur, opportunius producenda. Longe lateque nunc ſpargitur, & divino quodam conſilio diffunditur ejus gloria, eo maxime tempore, quo famæ inſidiari, & nomen obſcurare quidam intentarunt. Sed *ita ſit ei, quem Rex honorare deſiderat*, ut quanto majori conatu alii detrahunt, eo ſollicitius Deus illius conſulat honori. Sane illud erga Dei Genitricem impenſum obſequium digno præmio non potuit defraudari: imo eodem tempore, & Virginis privilegium a Scoto aſſertum, & Scoti honor mirifice diffuſus, magnum ſuſcipiunt incrementum. Honorificavit Scotus Dei Matrem, & ab eadem viciſſim honorificatur; egregie elucidavit Deiparam, nihil abſonum piis viris videbitur, ſi vitam dicamus conſecutum æternam, juxta illud ſapientiſſimi Viri pronuntiatum: *qui elucidant me vitam æternam habebunt*.

Eſther. 6. 6.

Eccli. 24. 31.

Doctrina Scoti Eccleſiæ proficua.

L. His de vita, & rebus præclare geſtis diffuſius explicatis, ad doctrinam deſcendo, & ſumme proficuam eſſe Dei Eccleſiæ, ejuſque fidelibus oſtendo. Altius indagandi veritatem occaſionem præbuit Scotus, utpote ſua diſſertatione & ſtricto examine fecit, ne cœco greſſu & placido ductu omnes in unam abirent ſemitam, aut in unius vel alterius Magiſtri jurarent doctrinam. Diſcuſſit ille abſque delectu omnium ſcholaſticorum, qui ſe præceſſerunt, ſententias, neque animi affectus, ſed veritatis pondus in hanc vel illam inclinabat opinionem. Æquo ardore domeſticos & externos, ubi judicabat redarguendos, impugnavit, tam Bonaventuræ, quam Aquinatis placita ad veritatis ſtateram reduxit. Ea tamen animi modeſtia, & proprii judicii ſubmiſſione, ut rariſſime auctores ipſos nominaverit, & nullius ſententiam graviori affecerit cenſura. Longe aberat a quorumdam ſcholaſticorum conſuetudine: *qui ex opinionum, quas in ſchola acceperunt, præjudiciis viros alias catholicos notis gravioribus inurunt, idque tanta facilitate, ut merito rideantur*. Nihil indiſcuſſum præteriit Scotus, nihil non ad Lydium lapidem tentatum & probatum duxerat ſcribendum; diligenter examinavit univerſa rerum principia, concluſiones, & ipſas, quibus probantur, rationes.

Rigide examinavit, quæ ſcripſit.

Canus l. 8. de locis c. 4.

Quare cenſetur S. Thomæ adverſarius.

LI. Atque hac de cauſa putatur ſancti Thomæ Antegoniſta, dum non ſolum quod ſentit, verum & ſenſus fundamentum impenſius convellit. Lectioni ſancti Thomæ magis intentus plus ruminabat, quod ex illo excipiebat, & quam facilius alii ſequebantur, voluit plus ceteris diſcutiendum. Numquam Thomam exagitavit, quem in ſumma habuit reverentia, cujus ſanctum nomen ubique reticuit, in quem verbum nullum, quod offenſionis umbram præ ſe ferat, effudit; ſed ejus doctrinam, nonniſi juſtis ponderibus libratam, voluit admitti. Hoc autem & Angelici Doctoris nomen glorioſius effecit, & doctrinam reddidit illuſtriorem.

Ne-

Neſcio itaque, quid adeo diſpliceat in Scoto, quod abſque Aquinatis offenſione, quod abſque ullo ejus nævo, doctrinam reddiderit ſecuriorem, quod nomen extulerit, quod diſcipulos ad Magiſtri ſui dogmata clarius illuſtranda, acrius defendenda, quodam veluti claſſico excitaverit, & univerſos Theologiæ ſectatores, conſtitutis alternis aciebus, ad Chriſtianum bellum convocaverit, in pacifica pugna inſtrui docuerit, ut quid in cruenta cum Hæreticis quotidie ineunda faciendum ſit, mature præmeditentur, & qualiter cum vafris inimicis congrediendum ſit, opportune conſpiciant: *Qui in ipſo bello trepidare noluerit, ante bellum ſemet exercet.*

LII. Magnum hoc ſacræ doctrinæ emolumentum perceperunt Eccleſiæ Doctores, & rei litterariæ præfecti. Nam tantum abeſt, ut has ſopire lites, aut contentiones extinguere voluerint, ut potius fovere præpoſitis præmiis, inſtitutis ſtipendiis, erectis contrariorum dogmatum cathedris, ſolerter excogitarint. Peculiares habet profeſſores, & ſectatores in Academiis Doctor Angelicus, ſuos & habet Doctor ſubtilis: ex peculiari docetur cathedra D. Thomæ, ex altera Scoti doctrina. Ad tres nobiliſſimas in Hiſpania acceſſi Univerſitates, Conimbricenſem, Salamanticenſem, Complutenſem; in unaquaque harum vidi inſtituta ſubſellia, & deſtinatos magiſtros pro Scoti diſciplina tradenda. In Pariſienſi item Academia, in Patavina, in Ticinenſi, imo & in ipſa Urbe, orbis capite, peculiares cathedras Scotus obtinuit. Eo etiam habetur in pretio, ut dignitate, ſtipendio, aut horæ commoditate multis in locis non cedat ejus cathedra illi, quæ ſancti Thomæ retinet nomen. In Conimbricenſi etenim Academia æqualis ſunt ſtipendii & auctoritatis; in Salamanticenſi, haud minoris emolumenti quæ Scoti eſt;& magno conatu ad illam adſpirant doctiſſimi illius Academiæ Magiſtri; in Complutenſi omnium primariam Scotus obtinuit. Ultra hæc ſtricte cavit Univerſitas Salamanticenſis, ne Scoti cathedra profeſſor aliam, quam Scoti diſcipulis tradat doctrinam, neque eam ſummatim aut per concluſiones dumtaxat comprehendat, ſed clare mentem ejus, & textum largius exponat.

> Magnº fit in Academiis.
>
> Statuta Salam. ũ. 9. 2. 4. 5.

LIII. Perceperunt utique optimi illi magiſtri, & Cathedrarum inſtitutores magnum ſtudioſorum profectum ex ſcholaſtica hac concertatione, & quotidiana diſſertatione provenire: quorum alias ingenia torpeſcerent, & tabeſceret intellectus, ſi communibus dumtaxat principiis, quaſi ſtatutis ſcholaſticæ diſciplinæ metis cœca quadam manuductione devoverentur: *Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui* conferendo, differendo, penitius examinando. Si plura objiciantur & ſententiæ retundantur, uti ferrum ferro confricatum aciem concipit; ita ex adverſo docentis ingenium exercetur, excitatur, acuitur: *Expedit* itaque *contrarias in ſtudiis Eccleſiaſticis eſſe opiniones ad exercendum ingenium, & excutiendam ſtudentium pigritiam.* Non itaque immerito de hac ipſa Scoti doctrina ſcripſit Paulinus Berti familiæ Auguſtinianæ vir doctus. Si a ſcholis auferas peculiares Scoti opiniones, reliquum eſt, ut ipſe plane differendi uſus & occaſio langueſcat. Hinc magnus ille purpuratus pater, in rebus Eccleſiæ, quantumvis arduis, dextre peragendis, & morum gravitate illuſtris, Dominicus Cardinalis Grimaldus: *Scotum pro communi litterarum utilitate ſcripſiſſe* teſtatus eſt. Communis illa ſane & maxima in litteris utilitas eſt, ut veritas indagetur & inveniatur: at Scotus his præcipuis audit elogiis: *Inquiſitor*

> Controverſiæ ſcholaſticæ exacuunt ingenia.
>
> Prover. 27. 17.
>
> Gloſſ. ord. in l. 1. Reg. c. 28.
>
> Berti in epiſt. nuncupat. operũ Scoti.
>
> Grims. ep. ad Anton. de Fantis.
>
> Verilon in fine l. 4. ſent.

Redul. in vita Scoti. Jul. Scal. exercit. 327.

tor maximus veritatis, redargutor falſitatis, veri area, veritatis præcipuus amator, demum, idque appoſite ſatis: *Lima veritatis, & cotis ingeniorum*.

Ita judicavit ſupremum Hiſpaniæ concilium.

LIV. Probe hoc intellexit, & longo experimento probavit Concilium ſupremum Hiſpaniæ, quod per antonomaſiam præ tot tantiſque aliis, quibus illa florentiſſima regitur Monarchia, *Regium* appellatur; dum anno MDCXXVIII. maturo & graviſſimo decreto ſartam tectamque voluit Scoti doctrinam. Rem narro & perpetuæ conſecro memoriæ, ut poſteris reliquatur exemplum, & ſciant qui poſt nos venturi ſunt, quid ante ipſos a prudentiſſimis viris de hac doctrina ſit judicatum. Graviſſima & nobiliſſima Academia Salamanticenſis, in Theologia præſertim ſcholaſtica nulli toto orbe ſecunda, propter quaſdam rationes, quas neque referre, neque ad trutinam revocare modo plurimum intereſt (niſi illam ſpecioſiorem ſolum indigitem, ad excludendas videlicet novas quorumdam doctrinas, quæ in florentiſſimas & ſua vetuſtate, ac ſoliditate commendatiſſimas ſcholas invehebantur) communi ſuorum magiſtrorum & doctorum calculo ſtatuit, ut ſola illa, quæ ſancti Auguſtini aut D. Thomæ doctrina eſſet, aut judicaretur, e cathedra doceretur, liceret tamen, ſi vellet, cathedræ Scoti moderatori, ut ejus dogmata ſequeretur. Statutum ſolemni juramenti forma fixum & firmum voluerunt, eamque die IX. menſis Junii anni MDCXXVII. in hunc modum ediderunt: *Juro in quotidianis lectionibus, quas in Academia, vel Cathedræ moderator vel voluntarius profeſſor legero, me docturum, atque lecturum in Theologia ſcholaſtica doctrinam Auguſtini, & concluſiones D. Thomæ, quas in ſumma Theologia docet, ubi horum ſanctorum mens aperta fuerit; ubi vero anceps & dubia, nihil docturum, neque lecturum, quod eorum doctrinæ adverſari ſenſerim; ſed quod vel juxta meum ſenſum, vel eorum, qui diſcipuli ſanctorum Auguſtini & Thomæ communiter cenſentur, tantorum Patrum doctrinæ magis conforme invenerim. Excipio opinionem de immaculatæ Virginis conceptione, & ea, quæ jure Eccleſiaſtico immutata ſunt, vel poſtea immutabuntur, & quæ cum olim controverſa eſſent, jam conſtitutionibus Apoſtolicis definita ſunt. Et ſi quando cathedram Scoti, vel Durandi moderabor, quamvis ad id teneri nolo, licere tamen mihi volo, pro eo tantum tempore, probabiles eorum Doctorum opiniones ſequi, abſque perjurii crimine*.

Novũ Salamanticenſe ſtatutum.

Improbatur a Regio Concilio.

LV. Quia tamen, ut Univerſitatis ſtatuta ſuo robore conſtent, & futuros conſtringant, debent, vel ſolent a ſupradicto Concilio approbari, & confirmari, dum magiſtri eo recurrunt, occurrunt, qui Scoti caveant præjudicio. Concurrunt etiam & alii, qui opinandi libertatem ſibi denegari dolebant. Vehementius vero & acrius ſe oppoſuerunt Minoritæ vehementi & acri Magiſtrorum conatui, donec porrectis hinc inde libellis, & cauſa utrinque dicta, coram graviſſimo Senatu deveniendum fuit ad ultimum rei examen, liberandumque fuit juſtum pondus ſtatuti confirmandi, vel potius irritandi. Conclave ingreſſi omnes Conſiliarii VI. Idus Februarii, ſimul cum Illuſtr. D. Gabriele de Trejo ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinale digniſſimo, Archiepiſcopo, Epiſcopo Malacitano, Concilii Præſide, ſumma maturitate, & ſtricto examine per octo integras ferme horas, ab octava ſcilicet ante meridiem, uſque ad quintam ferme, vel paulo minus, pomeridianam, re diſcuſſa, unanimiter ſtatuerunt non eſſe confirmandum, quod Academici volebant. Subſcripſere omnes, quorum nomina recenſeo. Prædictus Illuſtriſſimus Dominus

Car-

Cardinalis Præſes; Joannes de Frias. Don Fernandus Ramirez. Don Gondiſalvus Perez. Don Franciſcus de Texeda. Don Berengarius de Aoiz. Don Garcias de Aro. D. Joannes Coello. D. Joannes Chumazero. Melchior Molina. D. Alphonſus de Cabrera. D. Joannes de Chaves. D. Didacus de Corral. D. Joannes de Frias Mexia. D. Petrus Marmolexo. D. Didacus de Correras. D. Franciſcus de Alarcon.

LVI. Sapientiſſimi & graviſſimi Viri, in eadem florentiſſima Univerſitate enutriti, dignam commendationem aut confirmationem magni Auguſtini, aut Angelici Aquinatis doctrinæ denegandam non judicarunt, quam omni commendatione præſtantiorem eſſe, non ignorabant: neque tamen ita probandam duxerunt, ut ceteri omnes Doctores, optime & honorificentiſſime de Eccleſia meriti, perpetuo condemnarentur, & ab iis ſcholis, quæ illorum creverunt doctrina, æternum exularent?. Ita ne pereat Alexander Alenſis, & magnus Albertus Aquinatis Magiſter? ita exulet ſanctus Bonaventura Aquinatis collega? ita diſpereat Scotus Aquinatis exercitator? perpetuæ tradatur oblivioni Ochamus Nominalium antegeſignanus? ſilentio obruantur Durandus, Gabriel, & alii quique Viri ſapientiſſimi, quorum elucubrationibus crevit & revireſcit ſacra doctrina, dummodo unus laudetur Aquinas, & ejus commendetur ſumma Theologiæ? Grave hoc, & indigne ab aliis ferendum præſenſit ampliſſimus Senatus. Quid & Hieronymus nihili fiat, qui cum Auguſtino aliquando pugnavit acerrime, & flocci pendantur alii, qui ab ejus doctrina diſcedunt, dum ſolus audiatur Auguſtinus? Neque id etiam æquum reputavit prudentiſſimus Conſeſſus: ad duorum dumtaxat judicium univerſa moderetur cœleſtis diſciplina? centeni & milleni auctores, Orbis magiſtri, Eccleſiæ Doctores repellantur, non audiantur, incaſſum ſcripſerint, hi duo dumtaxat e cathedris doceant? id etiam injurioſum judicavit graviſſimus Conventus. Vivunt & in æternum vivent in ſcholis Auguſtinus & Aquinas, etſi reliqui non moriantur. Ceteros in communi hominum ſenſu præcedunt tamquam anteſignani, id non ſufficiet niſi fuerint & ſoli? Ceteri omnino aberrarunt a veritate, ſoli Auguſtinus & Thomas eamdem attigerunt, atque Ita ſcripſerunt, ut in omnibus & per omnia ſint ſequendi? Ipſos invoco e cœlo teſtes, & cauſæ judices, ut apertam in hac cauſa proferant ſententiam, & dicant an expediat ad duorum dumtaxat judicium univerſam referre Theologiam, & propterea verum omnino cenſendum ſit quod dixerunt, quia illi dixerunt. Communis eſt in hac re utriuſque ſententia, quam Thomas ex Auguſtino excripſit: *Solum ſcripturæ ſacræ libris, qui canonici appellantur, didici hunc honorem deferre, ut nullum authorem eorum in ſcribendo erraſſe aliquid firmiſſime credam; alios autem ita lego, ut quantalibet ſanctitate, doctrinaque præpolleant, non ideo verum putem quod ipſi ſenſerunt, vel ſcripſerunt.* Et alibi Auguſtinus ſuos libros non tantum credendi neceſſitate, ſed cum judicandi libertate legendos eſſe proteſtatur: & nihilominus libenter homines Auguſtini amplectuntur doctrinam, & quod ipſius ſit, putant abundanter ſufficere. Certe ad Auguſtini ſequelam non fuit aliquando neceſſe homines cogi, qui ſponte currunt, neque jurejurandi ſolemnitate cavendum erat doctrinæ, quam nullus orthodoxus non acriter defendat. Ubi illi Auguſtini doctrinæ contemptores? ubi qui negent? ubi qui impugnent? ibi fortaſſis ubi nihil a ſe recte dictum, neque ſolide ſcriptum putent, quod Auguſtini non confirmet ſententia.

Alïis doctoribus valde præjudicabat.

Thom. 1. p. q. 1. art. 8.

Aug. ep. 19. paulo poſt princ.

Idem lib. 11. con. Fauſ. c. 5.

Alias tentatum hoc ipſum alibi, ſed fruſtra.

LVII. Ante aliquot annos hoc idem intentatum fuit circa Aquinatis dumtaxat doctrinam in Academia Complutenſi; neque tamen obtinuerunt, qui cogitaverunt conſilia, quæ non potnerunt ſtabilire, dum miſſo ſub Philippo III. D. Gabriele de Ceſpedes, olim Auditore ſeu Conſiliario Granatenſi, nunc Magiſtro ſcholæ Salamantinæ qui rem examinaret, & per eum plane relata in Conſiliis Regio, & ſupremæ Inquiſitionis, conſilium eorum, qui id intentarnnt, penitus evanuit. Glorioſus, utilis, ſolidus, nervoſus ſanctus Thomas, neque tamen reliqui inertes fnerunt in acie Domini, ſed tamquam ſelectiſſimi pugiles, gladiis accincti, fortes perſtiterunt in excubiis, cuſtodientes lectulum Salomonis. Legatur itaque Thomas, at legantur & alii, Alenſis, Albertus, Bonaventura, Scotus & claſſici auctores. Profecto non omnia poſſumus omnes, neque quiſquam fuit aut erit, qui ita ſcripſerit, ant univerſorum comprehenderit virtutem, imo nullum eſſe mortalium ait Auguſtinus, cui conceſſum ſit hucuſque, ut in nullo omnino erraverit. Quod unus omiſit, alter ſupplebit, & in quo unus erravit, alter ad veritatem pertinget. Non inaniter animadvertit Peripateticorum Princeps, poſteriores prioribus addidiſſe lucem & limam, multa correxiſſe, multa contuliſſe, ut ex omnium inventis ars tamdem eſſet perfecta. Quid impedit, ne id alii poſt Aquinatem ſint aſſecuti „ Et nihilominus novi quidam re-

Auguſt. epiſt. 7. ad Marc. in prin.

Ariſt. 2. Metaph. c. 1. & 2. Eleneh. c. ult.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

„ centeſque auctores indignas fabulas ſequuti, quaſdam ſparſerunt
„ revelationes, vel viſiones excogitarunt, per quas ita ſancti Thomæ
„ doctrinam magnificant, ut illam tamquam totius veritatis depoſitum
„ unicum, in æternum duraturam effingant, & quaſi ab aliis exulantem
„ veritatem hic ſolum liceat reperire. Unius ipſorum eſt illud commen-
„ tum; Minoritæ cuidam indefeſſe Scoti opera evolventi, fruſtraque
„ dubiorum ſolutionem perquirenti, & inſtitutorem ſuum deprecanti,
„ ut quid faceret, revelaret; apparuiſſe ſanctum Franciſcum, laterique
„ hærentem Aquinatem, & filio patrem digito indicando Thomam dixiſ-
„ ſe: *Hunc lege: hic enim dicet tibi, quid te oporteat facere.* Alterius
„ iſtud; Franciſcano alteri de quadam re Theologica dubitanti viſam
„ Virginem Mariam mediam inter divos Franciſcum & Aquinatem,
„ dixiſſe: *Huic* (Thomæ) *hære, ejus enim doctrina ſemper permanebit.*
„ Atque ita prævaluerunt hæ ſabellæ, ut tranſcriptores & traductores
„ invenerint, & tamquam præclara Aquinatis elogia publicis locis,
„ Academiarum frontibus explicentur. At vel illud contendunt hi præ-
„ clari encomiaſtæ, ut fruſtra apud Scotum perquiratur veritas, utpo-
„ te quæ apud Thomam dumtaxat poſſit reperiri, Scotique doctrina ſit
„ peritura, & Thomæ in æternnm duratura, quo quid inurioſius aut
„ ineptius dici potuit? Thomas bis interpretatus eſt magiſtrum ſenten-
„ tiarum, Scotus ſemel Oxonii, ſed diffuſius, ſecundo Pariſiis, ſed bre-
„ vius: eidem argumento inberet uterque, iiſdem circa præcipue fidei
„ myſteria nititur principiis, cum Thoma in ſolidis, firmiſque Theolo-
„ giæ regulis Scotus concordat: an non, & hæ veritates apud Scotum
„ invenientur? Vel omnem forte anctoritatem perdent niſi apud Tho-
„ mam legantur? Itane divinis his monitis, vel ſpectris exulabit e cœtu
„ Chriſtianorum Scotus, ejuſque peribit doctrina, ut ſola eredenda,
„ & ſeqnenda ſit Aquinatis? Sed quales hæ revelationes? Quando exortæ?
„ Ubi locorum? Quinam Sancti illi Franciſcani, qui tales meruerunt excipe-
„ re? Vetuſtæ ne ſunt, an recentes? ſi ante multos annos factæ, ſeipſa
„ quotidie robuſtior, latiuſque ſemper diffuſa Scoti doctrina non reve-

Refellitur quædam prætenſæ revelationes contra Scoti doctrinam.

Balthar. Arias ſermone de San. Thoma.

Joan. de Mata ſerm. de eodem.

la-

,, lationes has, ſed adinventiones eſſe demonſtrat. Si his temporibus
,, prodierunt; quod futurum eſt tria præterita ſecula, quibus Scotus
,, maxime invaluit, aperte prodiderunt. Quod ſi vero velint omnium
,, dubiorum ſolntionem in Scoto non haberi, & pro multis enodandis
,, Thomam eſſe conſulendum, id libenter admittimus, diffuſius enim,
,, clarius, copioſius, frequentiori quæſtionum partitione divinam mo-
,, ralemque tradidit ille doctrinam. Quod autem peritura ſit Scoti, ne-
,, ſcio unde tantæ jacturæ periculum; neque enim totam proſcribet Ec-
,, cleſia, quæ nullam hactenus damnavit propoſitiooem; neque putem
,, adeo deſides, & inertes fore Scoti ſodales, ut perditam iri permittant
,, præſcripti ſibi Magiſtri doctrinam, alias de re ſcholaſtica bene meri-
,, tam, & a doctis piiſque viris ſummopere commendatam,,

Hæretici odio habent Scotum.

LVIII. Quanto autem in pretio habetur ab orthodoxis,& in Catholicis Univerſitatibus Scotus, tanto eum proſequuntur odio, qui Eccleſiam perſequuntur Catholicam. Premuntur, ſtringuntur, coarctantur a nervoſis Scoti rationibus, & ſubtili modo veritatis tum indagandæ, tum probandæ; neque quidquam eis proſunt ſolidæ verſutiæ, ut ab illius expediantur preſſuris. Propterea dixit haud immerito Jacobus Breullius Benedictinæ familiæ vir doctus, ejus memoriam numquam eſſe perituram, præſertim inter ſcholaſticæ ſapientiæ profeſſores, & eruditionem, quam ſcriptis ſuis inſeruit, Hæreticorum impietati retundendæ maxime eſſe opportunam. Atque hinc Ambroſius Catarinus, ex Prædicatorum Ordine, audenter affirmavit: *Scoti laus quanta ſit in Eccleſia, & merito, ſoli prava affecti mente non conſpiciunt*. Eccleſiæ dogmata firmiter comprobavit, Hæreticorum inſanias egregie refellit. Hinc illis adeo infenſus ut nullum ferme magis lacerent, nullum acerbius mordeant, nec acrius maledictis inſequantur. Perfidus ille Pſeudoepiſcopus, impuriſſimus ſcriptor, & impudicus centuriator Joannes Balæus, ad vomitum uſque opprobria congerit & calumnias; ſæviuſque contra Scotum agit, quem contra Balæo ſimiles doctius, & nervoſius egiſſe conſpexit, *Papiſtarum Herculem* deriſorie appellat, quem pro Papiſtis docte ſcripſiſſe, & contra Hæreticos conſtanter diſputaſſe opera demonſtrant. Acerbius etiam in eumdem invehitur Joannes Caſus Oxonien. Hæreticus, dum ſpinam & urticam vocat, & e catalogo Doctorum veterum velit expunctum. Deinde ut refert pius & candidus auctor Nicolaus Sanderns, dum invadente, & depaſcente Angliam hæreſeos flamma voraci, omnia ad ſuum depravatum uſum convertere, & impedimenta ſuæ peſtis diffundendæ removere artibus quibuſcumque ſtuderent Hæretici, illam præcipuam excogitarunt, ut tollerentur e medio omnes orthodoxi Doctores, & libri eorumdem comburerentur. Ita rem narrat auctor prædictus. Sub Eduardo VI. impii Henrici VIII. digna progenie, libros omnes eorum Magiſtrorum, qui vi & ratione Theologiam, ceteraſque diſciplinas tradiderunt, quia iſtorum ſolida doctrina & methodica inſtitutione, Hæreticorum populares fraudes, non difficulter cerni & diſpelli ſciebant, e ſtudioſorum manibus, & fere e Bibliothecis excutiunt; Lombardi, Aquinatis, Scoti, ceterorumque doctiſſimorum ſcholaſticorum nomina, de barbarie, ſcripturarum ignoratione, & varia deceptione traducunt, memoriamque quantum poſſunt, damnant. Denique ne quidquam ad ſummam & impietatem & ſtultitiam in hoc genere deeſſet, effecerunt, ut petulantes juvenes, horum ſcriptorum, tamquam jam recenter mortuorum, ingentem conquiſitam ſtruem, in lu-

Breul. de antiq. Pariſ.

Catar. in diſput. de Conc. ad Conc. Trid. par. I.

Balæus centuria 4. & 14. in Scoto.

Caſus in ſumma Dialect.

Sand. de ſchiſm. Anglic. lib. 2.

ludicro ſpectaculo per urbem in feretro circumferrent; & demum in foro cum cantibus lugubribus concremarent. Hoc appellabant *funus ſeu exequias Scoti ac Scotiſtarum*. Ita in omnes ſcholaſticos quaſi in unum Scotum, & ita in unum Scotum, quaſi in omnes debaccharentur, inſaniunt. Plus omnibus Scotus inviſus, quem præ omnibus volunt ſepultum.

Duo præcipue Scoto objiciuntur.

LIX. Duo fortaſſis quibuſdam in Scoto diſpliceant, quæ jam olim Jovius, & alii ejuſdem affectionis viri objecerunt. Primum, quod lites ſeverit immortales in ſcholis, acieſque inſtruxerit adverſantium ſibi religioſorum, quorum ſenſus unus & cor unum eſſe deberet. Secundum, quod quidquid ſcripſerit, obſcuro dicendi modo, denſaque involuerit caligine. Verumtamen immerito accuſatur, qui ſyncero & candido animo veritatem indagavit, mente tranquilla, & pacato corde recondita fidei myſteria tractavit. In his explicandis ob ſuam profunditatem in varios abeunt ſenſus Doctores, neque vero cuiquam improperatur, quod ſuam aperiat ſententiam, etſi ab aliis diſſentiat. Si alius ægre ferat, quod hic ſuum ſenſum depromat, & ob inde lites ferat, & bella; non hujus, ſed illius eſt culpa, qui alteri negare velit, quod ſibi licuerat. Dixit ille libere, quod ſibi verius viſum eſt, cur non & huic idipſum licebit? quod ſi liceat, licebit etiam, quia poſterius dixit ſententiam, ejus qui præceſſit examinare, & cum dicentibus ex adverſo diſputationem inire. Diſputabant cum ipſo Deo ſervi ejus, neque tamen rationes eorum dedignatus eſt excipere; neque tamquam litigioſos ipſos rejecit. Adnotavit hoc Auguſtinus contra Creſconium Grammaticum, qui in ſemetipſo condemnabat acrem dicendi modum, ex principiis Dialecticæ ſumptum, quibus contra eoſdem utebatur: *Habes*, inquit, *& apud Iſaiam Prophetam, venite, diſpatemus, dicit Dominus, & multis aliis divinarum Scripturarum locis. Lege ubi inveneris hoc verbum, & inſpice codices Græcos in eiſdem teſtimoniis ſanctarum Scripturarum, & videbis unde ſit appellata Dialectica, ne quod omnes juſti cum Deo faciunt, quibus dictum eſt, venite, diſputemus, dicit Dominus: non imiteris ſapienti pietate, ſed inſulſa temeritate crimineris*.

Sed refelluntur.

Auguſt. lib. 1. contra Creſcon. cap. 14.

LX. Plurimorum hæc conſuetudo eſt, ut dum non poſſunt, recte argumentantem & ſolide redarguentem ratione refellere, ſtatim confugiant ad calumnias, & doctum diſputatorem, litium ſatorem confeſtim appellent: *Qui enim veritati non acquieſcunt, oneroſe ac moleſte ferunt eos, qui ſecum ſedulo agunt, nec ab eorum convincendo errore diſſimulant, litigioſos & contentioſos vocant. Falſitas enim, quæ nudari & redargui metuit eorum vitiorum nomine, quæ veritas damnat, diligentiam veritatis accuſat*. Magna ſane eſt inter litigioſum & Chriſtiane diſputantem differentia: litigioſus enim verbis contendit & non curat *quomodo error veritate vincatur, ſed quomodo ſua dicta dictioni alterius præferantur: porro qui non verbis contendit, ſive ſubmiſſe, ſive temperate, ſive granditer dicat, id agit verbis, ut veritas pateat, veritas placeat, veritas moveat*. Perquiſivit itaque Scotus veritatem, & plures aliorum ſententias examinavit, ut in vera quieſceret, juxta illud Domini conſilium: *Interrogate ſemitas Dei, & videte quæ via eſt bona, & ambulate in ea*: quod ita ſanctus Zenon explicuit: *Multæ viæ interrogandæ ſunt, & in multis inſiſtendum eſt, ut unam, quæ bona eſt, inveniamus per multorum, ſcilicet, doctrinam*. Subjicio de Scoti ſtudio veritatis indagandæ, mente pacata, a contentionibus aliena, unius Paulini Berti Auguſtiniani teſtimonium:

Auguſt. citat. cap. 11.

Idem lib. 4. de doctr. Chriſt. cap. 28.

Hierem. 6. 16.

Zenon. in Pſal. 117.

Berti citatus.

Nam

Digitized by Google

Nam cum Joannes Scotus, inquit, *inveſtigandæ veritatis ſtudio mentis aciem paulo altius, quam alii intenderet, novas rationes & argumenta invenit, peculiares difficultates excogitavit, alias opiniones præter communem diſertiſſime tuetur, & aliorum dicta atque rationes ſubinde carpit. Hæc fere omnia diſputationis gratia: ut inde veritatis amatores, & diſſerendi periti haberent, in quo feliciſſime exercerentur.*

LXI. Obſcurum autem eſſe, quod ſecundo loco objiciebatur, dupliciter poteſt accidere: *vel quia de induſtria ita quis loquatur, ut non intelligatur, ut Heraclytas cognomento* σκοτεινὸς *perhibet, quia de natura nimis obſcure memoravit: aut cum rerum obſcuritas, non verborum facit, ut non intelligatur oratio: qualis eſt in Timæo Platonis.* Scotus ſane ſtylum & methodum adaptavit profundiſſimis, quæ diſcutiebat, arcanis. Per univerſam Theologiam & Metaphyſicam in naturalibus & ſupernaturalibus ſcientiis ſubtilia excogitavit argumenta, novas adinvenit quæſtiones, abſcondita detexit myſteris; quare ſublimia rerum principia ſubtiliter ſpeculatus, nihil mirum ſi terreni ſenſus obtutum, velut inter nubes aquila, ſupervolarit, humi repentibus obſcurus, quibus id dumtaxat verum eſt, & clarum, quod manibus palpant, aut ſenſuum rudi contactu exercent. In profunditatem myſteriorum obſcuritatem operis rejicit Trithem. dicens: *Doctiſſimus Scotus, & adeo profundus, ut ejus ſcripta paucis ſint penetrabilia.* Et Antonius Contarenus Patriarcha Aquilejenſis: *Scripta ejus reconditiſſimos ſenſus habent.* Hac etiam ratione obſcurus multis in locis Auguſtinus, obſcurus Ariſtoteles, obſcurus Plato, obſcurus & ipſe Paulus Apoſtolus, in cujus Epiſtolis dixit ſanctus Petrus *quædam eſſe difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles depravant.* Quod de illa quam ſcripſit ad Romanos potiſſimum intelligunt interpretes, in qua vocatio gentium, reprobatio Judæorum, altiſſima divinæ prædeſtinationis & electionis myſteria non ex humano ſenſu tractavit Apoſtolus Dei ſpiritu inflatus, ad myſteria & quæſtionis obſcuritatem ſuſpenſus, atque exclamans: *altitudinem divitiarum ſcientiæ, & ſapientiæ Dei, incomprehenſibilia judicia, atque inveſtigabiles vias ejus.*

Quare cenſetur Scotus obſcurus.

Cicero lib. 2. de fine bono & malo.

Trithem. de ſcriptor.

Contaren. ep. ad Tarviſium.

S. Petrus 3. 16.

Rom. 11. 33.

LXII. Quid itaque condemnandus Scotus, qui profunda Dei ſcrutatus eſt arcana, propterea, quia non complanavit, quæ alii arduo non poſſunt ſtudio percipere? Propterea judicandus obſcurus, quia obſcura ponderoſe tractavit, & quia puerili obvia non fecit ingenio? Quidam ſunt delicatuli, qui abſque ullo labore omnia ſibi vellent pervia, & dum altiſſima non percipiunt myſteria, non hoc ſuo imputant imbecilli ingenio, ſed docentem facile obſcuritatis incuſant. Iniquos & ineptos hos judices apte redarguit Judas Apoſtolus: *Quæcumque quidem*, inquit, *ignorant, blaſphemant; quæcumque autem naturaliter, tamquam muta animalia norunt; in his corrumpuntur. Hi ſunt murmuratores, queruloſi, ſecundum deſideria ſua ambulantes, & os eorum loquitur ſuperba, mirantes perſonas quæſtus gratia.* Eoſdem ſimili affecit cenſura D. Cyrillus Alexandrinus: *Fatuis ſane conſuetudo hæc eſt; ſemper enim ſublimiori doctrinæ, quam ipſi non intelligunt, detrahere ſolent, cumque attendere magis deberent, & ſubtilitate rerum elevari, contra dejiciuntur, durum appellant ſermonem, quem admirari deberent. Non aliter igitur, quam edentuli ſoleant, & molliora enim eligunt elementa, etiamſi pejora ſint; ſolidiora vero ac meliora edulia magnopere vituperant, ægrotationem ſuam celare ſtudentes, mentis quoque acumine privati ſcientiam abhorrere ſolent, quæ magno ſtudio magnaque opera eſſet conquirenda.*

Jud. in can. n. 10.

Cyrillus in Joan. cap. 21.

LXIII. Con-

Aliorum teſtimonia de Scoti doctrina.

LXIII. Confirmant hæc elogia variorum auctorum, quæ profunditatem & ſubtilitatem in ejus operibus commendant, & multis titulis illuſtrem ejus volunt doctrinam. Plura opportune ſuis locis dedimus ſuperius, alia bic libet ſubnectere.

Joan. de Raguſio.

Joannes de Raguſio, vir doctus, Prædicatoriæ Familiæ, in oratione quam habuit in Concilio Baſileenſi de communione ſub utraque ſpecie, & habetur ad calcem ejuſdem Concilii: *Scotus*, inquit, *præ altitudine & ſubtilitate doctrinæ antonomaſtice nomen Doctoris ſubtilis in ſcholis obtinuit &c.*

Antonin. tit. 24. c.7. §.11.

Sanctus Antoninus ejuſdem Inſtituti: *Joannes Scotus, qui ſcripſit ſuper ſententias multa ſubtilia, unde & dicitur Doctor ſubtilis.*

Ocham. in 1. d. 2. q.6.

Guillelmus Ocham, etſi Scoti Magiſtri ſui Antagoniſta: *Iſta opinio eſt, ut credo, opinio Doctoris ſubtilis, qui alios in ſubtilitate judicii excellebat.*

Andræas in fine Metaph.

Antonius Andræas per omnia optimus ejuſdem diſcipulus. *Subtiliſſimus & excellentiſſimus.*

Aſten. in 1. pag. ſum.

Harmant. Schedulat.

Doctor Aſtenſis, & Nurembergen. *famoſiſſimus & ſubtiliſſimus.*

Willot. in Athenis.

Henricus Willot: *Tales ſuæ ſubtilitatis rivos profudit, ut Doctoris ſubtilis nomen, calculo omnium ſibi congruentiſſimum invenerit. Nihil erat vel tam difficile, vel tam denſa caligine involutum, quod illius vivax & perſpicax ingenium non penetraret, nihil adeo diſtortum, & nodoſum, quod non diſſolveret &c. Hic, ut Apollonius alter, diſcipulos ex omni mundi clymate ad ſe traxit, fecitque ut nihil ad hæc uſque noſtra tempora aliud Theologica gymnaſia præter Scoti nomen perſonarent: ſibique egregie beatus quiſque videatur, qui eo duce utitur, & ſacræ Theologiæ adyta, illo Mercurio præeunte, ingreditur.*

Paul. in 1. prol. ſent.

Paulus ſcriptor, auctor vetuſtus & doctus, dum ageret de iis, qui Theologiam ſuis elucubrationibus illuſtrarunt: *Inter quos*, inquit, *ſalva pace omnium, unum aliis pluribus præſtantiorem Joannem Duns natione Scotum intueor, qui prædicta omnia tam clare, tam luculenter, tam ſubtiliter enodavit, ut merito omnibus admirandus, omnibus venerandus, & omnibus ſit ſtudio & caritate amplectendus: cujus ſententiæ ſunt profundæ, & ut patebit, propoſitiones fœcundæ, in tantum, ut unius propoſitionis fœcunditas frequenter decem, vel viginti alias ſubtiles, veras & utiles propoſitiones virtualiter includat.*

Vorilon. in fine ſentent.

Vorilongus Doctor antiquus: *Scotus honor ſtudii Pariſienſis, mentes ſuſpenſas faciens præ ſtupore, cujus dicta communem tranſcendunt facultatem.*

Idem in princ. 2. ſent.

Idem alibi, ipſum alloquens Scotum: *In tanta Univerſitate* (Pariſienſi ſcilicet) *tanta ſcientia plenus eras, ut Doctoris ſubtilis nomen retineres, cujus doctrinam, cujus opus nullus error maculavit. Devotione conſopitus præcipua ſcribebas, dum nempe tuam logicam incipiebas, ita dicebas: O Deus, qui es terminus ſine termino, da mihi bene loqui de termino. Et ſæpius tuo in libro, quem de primo principio intitulaſti, talibus ſolitus es fari ſermonibus. O Domine Deus noſter, qui venerabilem Auguſt. &c. In te multa devotione referto completum eſt, id quod Homerus de Neſtore, jam vetulo, ſolitus erat dicere: Ex cujus ore melle dulcior fluebat oratio.*

Maur. in pag. prælimin. lib. 1. ſentent.

Mauritius Hybernicus Archiepiſcopus Tuamenſis: *Elevabitur aquila, in arduis ponit nidum ſuum.* Quod de Scoto ita exponit. *Nullus ad naturæ divinæ ſecreta relevanda altius volavit, mentiſque aciem firmius affixit, ibi poſuit nidum ſuum, id eſt, quietem contemplationis, viæ ſcribendo, & patriæ perfruendo.*

Sabell. 7. exemp. c.4.

Idem lib. 2. c.5.

Sabellicus: *Nemo ſubtilius divinas tractavit litteras.* Et alibi agens de præcipuis Theologiæ Scholaſticæ Magiſtris, ait, *ut vel ſola appellatione ſint abunde noti Seraphici, Angelici, ſubtiles, irrefragabiles, titulo præclariſſimi viri, Bonaventura, Thomas, Joannes Duns Scotus, & Alexander Alenſis, inter quos Scotus ipſe ſplendide promicat.*

Corius de reb. Mediol. par. 3. ad an. 1305.

Bernardinus Corius: *Florebat his diebus frater*

frater Joannes Scotus cognominatus Doctor ſubtilis , tamquam hujus ſeculi Phœnix inter eos , qui Chriſtianam fidem illuminant . Cardanus dubitat quis ſubtilius , Ariſtoteles ſcripſerit an Scotus ? Nicolaus Audec. Carmelita : *Altius Scoto nemo vel doctius uno , dogmata ſacra docet .* Ejuſmodi Inſtituti alter vir notiſſimus Baptiſta Mantuanus præclara eum laude donat , dicens : *Quod ſi fas eſt homini Deum teneri , Scoto religio Deaſque debent .* Guillelmus Eyſengrenius : *Vir omni litteratura doctiſſimus , fide catholicus , in lege Dei exercitatiſſimus , atque in ſacris Scripturis abſolutiſſimus .* Gerardus Mercator : *Nihil eſt , quod non ſuperare potuiſſet ingenium Joannis Duns Scoti , ſi tempora modo cultum animi elegantiorem ei non invidiſſent . Nunc in ſcholaſtico illo (curioſo ne an utili) de rebus ſacris diſputandi genere , nihil eo acutius , nihil accuratius , nihil abſolutius .*

Cardan. lib. 16. *Audec. in ſacra poemat.* *Mant. in faſtis .* *Eyſeng. in Catalogo Teſtium ad an. 1305.* *Mercator in Atlante tabula 1. de Scotia .*

LXIV. Aliud etſi aliquanto diffuſius,luculentius tamen pii viri Joannis Echii, de rara Scoti ſubtilitate adjungo teſtimonium . Is in ſuo opere, quod Chriſopaſus inſcripſit , pluribus in locis Scotum laudat , ſed potiſſimum centuria ſecunda in appendice , ubi loquens de magiſtro Hervæo, ita ait : *Is eſt Hervæus ex familia ſancti Dominici , Doctor illuminatus (at Lazarus Soardus cognomen ſubtilis ei tribuit) qui cum Joanne Duns Scoto , vero cognomine Doctore ſubtili , apud Agrippinam Coloniam nobiliſſimam Germaniæ Academiam , publicitus de ſummis Theologiæ apicibus magna cum gloria diſputaſſe fertur . Verum palmam Scotum tuliſſe ajunt in eo articulo , qui de immaculata Virginis Conceptione fortaſſe tunc in controverſiam venit . E regione vero Hervæum inſigniter contra formalitates Scoti dimicaſſe , uti hodie Colonienſes ſubmurmurant : ſubtilitates Hervæi deſtruxerant formalitates Scoti . Statim poſt hoc debitum naturæ perſolvit Scotus Coloniæ, apud Cordigeros ſepultus anno gratiæ* MCCCVIII. VI. *Idus Novembris , quo anno invicta Alpeſtrium Helvetiorum in ſuperiori Germania multis Nobilibus , & Principibus exitioſa confœderatio , & liga initium ſumpſit . Sed utcumque ſit, exploratum eſt naſuto & docto lectori Hervæum fuiſſe virum doctum, acri ingenio & ſubtili , attamen Joannem Scotum multis ſubſelliis ei præferendum &c.* Andræas Vega vir omnium calculo eruditus : *Tanta eſt mihi pietas in Doctorem ſubtilem , tamque piam habeo opinionem de illius fœliciſſimo ingenio , & catholica , & omnino ſingulari , & præcellenti doctrina , ut neque illis argumentis adduci poſſim &c.* Jacobinus Bargius : *Quoniam Deo duce pro utilitate eorum , qui inſequi volunt ſanctam , profundam , & ineffabilem doctrinam Doctoris ſubtilis Joannis Scoti , ſum declaraturus, & expoſiturus ejuſdem irreprehenſibilis Doctoris primum librum ſuper ſententias .* Leonardus Leſſius in approbatione operum Scoti editionis poſtremæ Antuerpienſis, eum vocat : *cotem ingeniorum , & limam ſubtilioris Theologiæ ac Philoſophiæ , quæ in ſcholis & eruditis diſputationibus maxime triumphare conſuevit .*

Echius cent. 2. *Vega de juſtif. q. 11.* *Barg. in princ. comment. ad primum ſent.* *Leſſius in limine Oper. Scoti .*

LXV. Claudemus hoc teſtimonio Conſtantii Sarnani S. R. E. Cardinalis , qui dum de vetuſtis doctoribus ſcholaſticis ſermonem inſtituit , ita ſubjunxit : *Inter quos Joannes Duns Scotus , velut ſol , lucidiſſimum inter radiantia ſydera aſtrum , acerrimo ingenii acumine , ſubtilitate ac profunditate abditæ & miræ reconditæ doctrinæ , præ ceteris omnibus ſubtiliſſimus doctor coruſcat ; nemini , mea quidem ſententia , qui in hoc ſcientiæ genere alla ætate floruerit , ſecundus . Cujus ingenii monumenta (quæ non ſine maxima doctorum hominum admiratione , diligentiſſime leguntur) cum & doctrinæ genere & ſubtilitate ejuſmodi ſint , ut optima quæque ingenia exerceant , excitent, acuantque ad ſublimiorem quamdam divinarum rerum* cogni-

Sarnan. in epiſt. prælim. operum Ant. Andreæ.

Digitized by Google

cognitionem; mirandum non eſt graviſsimos viros eruditiſsimoſque in ea ſententia fuiſſe, ut dicerent; Scotum unum non ſolum coævos ſuos, ſed & priorum poſteriorumque ſeculorum ſummos Thealogos ingenii magnitudine, doctrinæque ſublimitate ſine controverſia ſuperaſſe. Fuit ſubtilis hic. Doctor, nobiliſsimæ Scoticæ ſectæ auctor & dux longe clariſsimus; quæ doctrinam ſuam complexa, conſtanter docet, defendit, amplificat, & ubique ſic diffundit, ut jam per univerſum orbem diſſeminata, nulla ea ſit illuſtrior. Ex hac ſecta, tamquam ex equo Trojano plurimi poſtmodum prodierunt illius ſcientiæ laudatiſsimi Principes, quorum & in docendo labor innumera doctis viris commoda attulit, & in ſcribendo induſtria ſacram Theologorum ſcholam ita exornavit auxitque, majorem ut eruditionis acceſsionem videatur non poſſe recipere. Cardinalis alter Illuſtriſſimus & doctiſſimus,

Staniſl. Hoſius. Stanislaus Hoſius in confutatione prologomenon Brentii, dum valorem Miſſæ contra perditum hominem probat, enumeratis aliis magnis Doctoribus, qui de hac controverſia tractant, unius Scoti teſtimonium ſibi ſufficere ait: *Quamvis multi ſint, qui tractent quæſtionem hanc: Utrum Sacerdotis mali Miſſa tantumdem valeat, quantum boni? (tractant enim eam Thomas de Aquino, & præceptor ejus Albertus, Bonaventura, Joannes Gerſon, Gabriel Biel, & alii nonnulli:) nos tamen vel unius Joannis Scoti teſtimonio contenti erimus, & ejus verba paucis adſcribemus. Miſſa, inquit ille, non ſolum valet &c.* Quæ verba deſumpſit ex quodlibeto 20. in quo egregie rem hanc Scotus pertractat. Videri etiam poteſt Joannes Picus Mirandulanus epiſt. ad Hermol. Barbatum.

Scoti diſcipuli. LXVI. Reliquum eſt, ut tanti Magiſtri diſcipulos enumeremus, & quem fecit arbor bona, fructum bonum oſtendamus. Prodierunt ex ſapientiſſimi Doctoris ſchola plures aliorum Magiſtri, qui religionem &

Joan. Baſſolius. univerſam Eccleſiam ſuis ſcriptis ægregie illuſtrarunt. Joannes Baſſo-

Rada to. 1. controv. 4. lius, quem plurimi fecit Scotus, atque in tanta habuit æſtimatione, ut

Anaſtaſ. Turrian. in epiſt. nuncup. hoc ſolo præſente, ſufficiens adeſſe diceret auditorium. Errat itaque Poſſevinus dum ſub annum MCCCCLXVI. vixiſſe dicit, Guillelmum Eyſengrenium ſecutus. Habentur in aliquot Galliæ Bibliothecis ejus opera MSS. in quorum fine admonetur ea ab ipſo perlecta Rhemis anno MCCCXIII. Omnium, qui tum fuere, doctiſſimum, oratorem facundum, & Theologorum nulli ſecundum dicit Eyſengrenius. Cujas fuerit Baſſolius non invenio, qui dicat: epitheto *ordinatiſsimi Doctoris* pro illius temporis ratione, quo illuſtrioribus viris agnomina affigebantur, ex optimo ordine, & clara methodo, gaudet inter antiquos Theologos.

Ant. Andræas. Secundus, Antonius Andræas ex Provincia Aragoniæ, fideliſſimus per omnia ſui Magiſtri ſectator, *Doctor dulcifluus* nuncupatus. Tertius, Fran-

Franc. Mayron. ciſcus Mayronius, cognomento *Doctor illuminatus*, Provinciæ ſancti Ludovici in Gallia, celeberrimum actum Sorbonicum inſtituit, ut ſuo

Anno 1323. loco dicemus, & plurima reliquit ſui ingenii monumenta, in quibus crebro grata animi recordatione ſui Magiſtri reminiſcitur. Quartus,

Alvarus Pelagii. Alvarus Pelagii, Hiſpanus ex Gallecia, uti ex quibuſdam monumentis Pontificiis diſpenſantibus circa quemdam defectum natalium elicio, vulgo *Alvaro Pajo, ſive de ſan Pajo*, Provinciæ tamen ſancti Franciſci Alumnus; licet Matthæus Ferchius eum putet ex hoc numero Scoti diſcipulorum expungendum, quia receptus eſt, inquit, anno MCCCV. ad Or-

Alv. l. 2. c. 33. dinem, ipſo teſte in libro de planctu Eccleſiæ, & Piſis fuiſſe conſtat anno MCCCVI. unde Scotum in Galliis florentem audire non poterat, nec ante Ordinis ingreſſum audivit, qui Bononiæ ſub Archidiacono Juriſpruden-

tiæ

tiæ addiſcendæ operam dedit. Cum tamen omnes Scoti diſcipulum fuiſſe conſpirent, non auderem refragari, præſertim cum ipſe nihil amplius dicat, quam ſe a Gondiſalvo Generali Miniſtro acceptum ad Ordinem Aſſiſii. Id autem nos ſuperius veroſimilius contigiſſe diximus in Capitulo generali celebrato Aſſiſii, in quo electus eſt in Miniſtrum Generalem prædictus Gondiſalvus anno MCCCIV. Expleto autem tirocinio in Provincia ſancti Franciſci, ubi ipſe ſe novitium fuiſſe alibi teſtatur, tranſmitti potuit Lutetiam, uti tunc moris erat majoris expectationis Fratres illuc deſtinare, neque diu hæſiſſe Piſis nobis ullatenus conſtat. Scotus autem nonniſi ſub illo tempore, uti alias præmonuimus, floruit Pariſiis. Lutetiæ vero per aliquale tempus fuiſſe Alvarum multis in locis ſui operis ipſe demonſtrat. Audiviſſe ergo potuit Scotum per unum aut alterum annum: non tamen eum in omnibus ſequitur, uti videre licet in loco proxime citato. Quintus, Joannes Canonicus, ſive Canon, alias Marbres, uti habet Willotus. Citat ſæpius Scotum, & coætaneos ſuos Franciſcum de Marchia, Petrum Aureolum, Landulphum Neapolitanum, Gerardum de Odonis, Gualterum Burleum. Sextus, Gualterus Burleus Anglus ſui Præceptoris acerrimus impugnator, quem ſexageſimum ſecundum annum agentem claruiſſe, & aliqua adhuc ſcripſiſſe memorat Zelandus apud Piſæum. Septimus, Franciſcus de Marchia, quem ex cognomine Picentem credit non immerito Poſſevinus, & ex fragmentis a Canonico relatis egregie ſubtilem reputat Ferchius, & Scoti diſcipulis annumerat. Octavus, Landulphus Caracciolus Neapolitanus vir doctiſſimus, ſanguinis claritate, dignitate Archiepiſcopali, & præclaris functionibus ſub Regibus Parthenopeis notiſſimus. Ejus commentaria in Evangelia habentus MSS. in ſacro Conventu Aſſiſiate. Nonus, Guillelmus Occham, quem immerito Hybernum facit Volaterranus, ut alias oſtendam, Magiſtri ſui antegoniſta acerrimus. Nominalium anteſignanus communiter appellatur, non quod eam ſectam inceperit, quam ſanctus Bonaventura pluribus ante eum annis refellit; ſed quod magno opere illuſtraverit, doctis etiam principiis conſolidaverit. His adnumeratur Joannes de Janduno Averroiſtarum fere præcipuus, plerumque a Magiſtri placitis deſciſcens. Peccavit uterque non tam in ſuum Magiſtrum, ejus doctrinam impugnando, quam temere nimis in univerſalem Eccleſiæ præceptorem, Joannem XXII. inſurgendo. Pœnituiſſe tamen utrumque ſui erroris alias oſtendam: ſed & Occhamum in Hybernia tamquam ſanctum coli ſcribit Volaterranus, vero ne fundamento, an falſo rumore, neſcierim. Undecimus, Hugo de Novocaſtro Anglicus, quem Scoti diſcipulum, & ſtrenuum defenſorem faciunt Willotus & Pitſæus, & ſi hic in recenſu ſcriptorum eum Scoto præponat. Petrum Aureolum his attexunt alii, ſed æmulum potius, quam diſcipulum alii appellarunt.

Anno 1304. — *Alv. cit. c. 52. errore 1. Begard.* — *An. 1304. n. 11.* — *Alv. cit. errore 1. & alibi paſſim.* — Joan. Canonicus. — Gualterus Burleus. — *Pitſ. de ſcriptor. Anglic. an 1317.* — Franciſcus de Marchia. — *Ferch. citat.* — Landulph. Neapolitanus. — Guillelmus Occham. — *Volater. in Anthropol. l. 21.* — *An. 1313. n. 15.* — *Bonav. in 1. d. 41. qu. ult. & in 3. d. 24. q. 1.* — Joannes de Janduno. — Hugo de Novo Caſtro. — Petrus Aureolus.

LXVII. Omnes hi, præter alios minus notos, doctiſſimi evaſerunt Magiſtri, multoſque ediderunt in Theologiam, & ſacram Scripturam commentarios. Bonus Magiſter bonos creavit diſcipulos, & exundanti ſuæ ſapientiæ fonte præclare, abundeque aliorum irrigavit ingenia. Bona ſors, bonum obtinere Magiſtrum: hæret enim bona diſciplina, & apud bonum præceptorem, vel aſſidue ſedere profecto juvat, quotidie aliquid boni feret diſcipulus, aut melior domum redibit: *Qui in ſolem venit, licet non in hoc venerit, colorabitur; qui in unguentaria taberna reſederunt, aut paulo diutius commorati ſunt, odorem ſecum loci ferunt, & qui apud Philoſophum fuerunt, traxerint aliquid neceſſe quod prodeſſet* *etiam*

Quantum fulſerit Scotus in diſcipulis. — *Seneca epiſt. 108.*

Hoc anno n.60.

etiam negligentibus. Solem appellaverunt alii Scotum uti ſuperius diximus; illuminavit, fovit, calefecit ad ſe venientes, excitavit & accendit diſcipulorum animos ad veritatis ſtudium; ita ut omnes arderent, omnes lucerent, & videretur inter diſcipulos Scotus, quaſi Sol inter aſtra. Ille profecto lumen ampliſſime in omnes diffudit, ſed & illi abunde exceperunt, neque tamen inaniter aut ingrate; abſque invidia etenim & liberaliter communicarunt, quod hauſerunt. Non ex illorum numero facti ſunt: *Qui ad modum illorum, qui dum ignem petunt a vicino, deinde luculento illic reperto foco, deſident manentque: ita hi ſemper aſſident præceptori, nec accendunt ingenium ſuum, ut domi ſuo fruantur igne*. Sublato namque hoc jubare, & extructo igne tanti magiſtri, ipſi lucere & ardere viſi ſunt, quorum prius fulgor ad Solis conſpectum abſorberi viſus eſt. Mirum ſane, quomodo adeo paucis annis tot potuit inſignes creare diſcipulos, qui aliorum non contemnendi evaſerunt Magiſtri, neque ſcio an fuerit ex Theologiæ Principibus, qui ita glorioſe refulſerit in ſuis auditoribus.

Plutarch. in Moral.

LXVIII. Omnes hi auditores, ſed non per omnia ſectatores: plures enim non paucas Scoti ſententias impugnarunt, alii per omnia ferme ſe ei oppoſuerunt. Hoc autem non opponendi ſtudio, ſed veritatis indagandæ ardori tribuit Mauritius Hybernicus, ita ſcribens de Occhamo: *Forte*, inquit, *non in vituperium Doctoris, quem ſuum, & religionis, & ſubtilem plerumque nominat, ſcripſit; ſed rigore Minorum, qui nemini parcunt ſynderesi, & conſcientia ſibi appropriatis moti*. Familiarem & ingenitam dixeris hujus Sodalitii viris libertatem, & facilitatem ſuis obſiſtendi, vel quod veritatem libere quærant, vel quod nolint videri ſuis per omnia applauſiſſe. Placet in veritatis inquiſitione animus ab omni affectione liber, procul ſit amicorum ſtudium, & Magiſtrorum amor, ut facilius appareat veritas, quæ omnium præferenda eſt dilectioni. Si tamen hæc cohærere poſſunt, ut illa vigeat, & iſta maneat indemnis, habenda eſt ratio præcipua Magiſtrorum. Illis ſuus maneat honos per quos ipſam, quam venamur gloriam, ſumus aſſecuti. Turpe ſane eſt, ut quæ accepi, in eum a quo accepi arma convertam. Occhamus & Jandunus plus ceteris Scoti doctrinam labefactare conati ſunt. Sed contra illorum, ceterorumque adverſariorum ſtudium inconcuſſa permanſit: neque fuit hucuſque, qui ſolidiſſima ejus principia deſtruere, aut firma fundamenta poſſet convellere.

Maur. in cap. 4. libri de 1. princ.

Veritatis ſtudiũ prævalet privato affectui in Minoritis.

LXIX. Ab ipſo ferme obitu cœpit haberi in honore per univerſum Sodalitium, & ejus doctrina placere: eam tradiderunt aliis diſcipuli, & ab his ad poſteros tranſivit. Ab uno & altero ſeculo in diſciplina Scholaſtica ab univerſis Minoritis habetur pro anteſignano & communi Magiſtro, & in aliquot Comitiis generalibus ſtatutum eſt, ut lectores omnes & magiſtri, tam in curſu Philoſophico, quam Theologico ejus ſententiam ſequerentur. Mirum ſane eſt quomodo omnium inſederit cordibus ipſe Doctor, & ejus doctrina toti placuerit Sodalitio, ut neglectis celeberrimis Theologiæ Principibus Alexandro Alenſi, irrefragabili Doctore, & Seraphico ſancto Bonaventura, quorum doctrina tantopere commendata eſt ab Eccleſia, unum Scotum ſibi præfixerit, cujus diſciplina imbuendi eſſent univerſi Fratres in omnem terram fidem Chriſti diſſeminaturi. Quo vero tempore ita primum ſtatuerint Ordinis lectores, non omnino conſtat, video tamen Occhamum eum indigitare præclaro illo agnomine: *Ordinis Doctor*, & Antonium Andræam pro re magna

A quo tempore cœpit haberi pro communi Magiſtro Scotus?

gna reputaſſe, ſi ejus doctrinam tam Metaphyſicam, quam Theologiam clariori & breviori compendio Ordini tradidiſſet, in quam probabiliter jam omnes inclinabant. Uterque vero cum fuerit Scoti diſcipulus, & paucis poſt ejus mortem annis ſcripſerint, facile judicandum eſt, & virum omnibus placuiſſe, & poſt mortem ejus ſcripta valde doctis arriſiſſe.

Minoritæ ægre ferunt quidpiam dici contra Scotum.

LXX. Scoti porro, tamquam Scholaſtici exercitus Imperatoris, nomen & æſtimationem tanti faciunt univerſi conſodales, ut nihil ſupra, & ad minimam ejus offenſionem commoveantur, & in calumniatorem inſurgant, neque a ſcribendo deſiſtant, donec læſum honorem inſtaurent. Vilis quippe nota eſt probroſum habere Magiſtrum. Hinc tot Apologiæ pro Scoti famæ indemnitate ſcriptæ, ut ſolus Matthæus Ferchius Veglenſis, Dalmata, Ordinis Minorum Conventualium, noſter amicus, vir gravis & ſolide doctus, tres ediderit, primam contra Fridericum Mateneſium, ſecundam contra Abrahamum Bzovium Polonum, tertiam in Paulum Jovium Novocomenſem. Aliam ſcripſit Illuſtriſſimus Dominus Hugo Cavèllus Archiepiſcopus Armacanus Hyberniæ Primas ex Ordin. Minor. reg. obſer. aſſumptus, in eumdem Abrahamum Bzovium; alteram ejus diſcipulus Hugo Magneſius ejuſdem Ordinis & nationis, in Nicolaum Janſenium Bzovii conſodalem & defenſorem: Joannes Stommelius Colonienſis Minorita Convent. docte pro noſtris declamavit, necnon vir clariſſimus & profeſſor eloquentiæ apud Lovanienſes Nicolaus Vernulæus, oſtendens & palam demonſtrans, *Scotum ſupra invidiam eſſe*. Optime, ſolide, & nervoſe pro eodem decertavit auctor Nitelæ Franciſcanæ Hybernus in principio ſui operis. Scoti vitam ſcripſerunt Paulinus Berti Auguſtinianus, & Petrus Rodulphus; ſed brevius, minuſque exacte, quam oportebat; gravius vero, largius, & doctius Ferchius prænominatns; uterque Ordinis Minorum Conventualium: ex Obſervantibus Marianus Florentinus, Ludovicus a Marganella, Illuſtriſſimus Cavellus largiſsime ad principium ſcripti Oxonienſis, Marcus Ulyſsiponenſis 2. part. Chronicorum, Gregorius Ruiz in limine commentariorum in librum 4. ſentent. Joannes a Pola in principio operis in primum.

Quinam ejus vitam ſcripſerunt.

Quare auctor tã diffuſe ſcripſerit pro Scoto.

LXXI. Hæc diffuſius præter noſtram conſuetudinem in Scoti commendationem & defenſionem diximus, ne periclitanti famæ tanti Doctoris deeſſe videamur. Inglorium volunt æmuli, quem gloriæ ſuæ auctorem deprædicant Franciſcani. Quotidianis calumniis expetunt, quem hi perpetuis laudibus proſequuntur, & obſcurare conantur virum, cujus doctrina univerſus Ordo clareſcit. Aliorum facta brevius licet perſtrinſtringam, licet indulgentius calumniatoribus obſiſtam, pro Scoto tamen virilius pugnandum, acrius decertandum, nervoſius ſcribendum duco, in cujus nomine tota periclitatur Religio. Hoc uno gloriatur Magiſtro, hujus indefeſse ſectandam ſibi propoſuit diſciplinam: quid fiat, ſi hæc eliminetur? Si ille non audiat glorioſe? Perit cum filio parentis honos, & cum matris gloria immenſæ prolis honorificentia. Non licet communis Magiſtri, & totius Ordinis famam contemnere. Ille Conſodalibus doctrinam tradidit: illi per orbis plenitudinem diffundunt: ſi calumniis denigratam, ſi detractionibus obſcuram, quid supereſt, niſi ut puſilli ſcandalizentur? *Æſtimationem hominum non ſolum impudenter, verum & crudeliter in hac re contemneremus, cum animas occideremus, quæ ex bono nomine, ex bona opinione Magiſtrorum pendent. Nobis itaque neceſſaria eſt vita noſtra, aliis fama noſtra.* Porro & alia mihi eſt ratio pro homine

Auguſt. lib. de bono viduitatis & habet. in q. 3. c. non ſunt audiendi.

iſthoc gravius agendi, quod indigne traducatur vir æquus & bonus, qui nulli detraxerit, quod gratis perſecutionem patiatur, qui impugnatur ſine crimine; quod vituperetur ut noxius, qui fuerat undequaque laudabilis; quod ab inferioris notæ hominibus crimen inferatur ei, qui communem hominum ſortem tranſcendit. Hujus proinde, & ceterorum virorum ſapientiſſimorum, qui Chriſtianum orbem ſuæ doctrinæ face illuſtrarunt, acerbius fero nomen traduci: *Pro quorum fama, gloria, memoria, non ſecus ac pro patriis fanis atque delubris propugnandum putarim: ac ſi pro illorum laude mihi arma capienda eſſent, non minus ſtrenue libenter caperem, quam illi pro communi ſalute ceperunt.* Ignoſcendum itaque ſi ſermonem longius protraxerimus; pro viro bono indigne traducto ſcripſimus, pro Magiſtro decertavimus, injuſtas utique illatas calumnias ſuſcepimus refellendas.

Cic. in orat. pro Cajo Babirio.

Moritur B. Clara de Monte-falco.

Cujus fuerit Inſtituti.

Marc. 2. par. l. 5. c. 44.
Rebell. par. 2. l. 2. c. 5.
Maria. l. 3. c. 15. & l. 5. c. 11.
Anton. a Montefalco in L. MSS.

LXXII. Atque ut hujus anni geſta proſequamur, præter Scotum mortua eſt etiam hoc anno XVI. Kal. Septembris beata & miraculoſa virgo Clara, oppido Montis-falci, ſito in alto colle Vallis Spoletanæ, e regione civitatis Fulginei, oriunda. Multi ex noſtris magno conatu tertio ſancti Franciſci adſcribunt Inſtituto, neque tamen inter ſe conveniunt. Aliqui volunt ſub hoc eodem ſemper vixiſſe & obiiſſe, diviſis tamen inter ſe Sanctimonialibus, poſt Claræ mortem Monaſterium, quod ante fuerat Franciſcanum, evaſiſſe Auguſtinianum. Alii vero admittunt ſub Regula ſancti Auguſtini militaſſe, ſed in habitu ſancti Franciſci inceſſiſſe, eique nomen dediſſe: licet enim, inquiunt, ſub alicujus Sancti Regula quis vivat, non tamen ſequitur ejus adſcribendum eſſe Sodalitio; ſicuti neque Fratres Prædicatores dicuntur ex Ordine ſancti Auguſtini, neque aliæ plures religiones, quia ſub ejus Regula militant: neque illæ, quæ ſancti Benedicti ſervant Inſtituta, ab eo denominationem accipiunt. Alii demum ſub initio ſuæ vitæ in primo recluſorio vixiſſe volunt, juxta Inſtituta Tertii Ordinis; deinde in Monaſterio ſanctæ Crucis a ſorore erecto cum ceteris ſociis, ſancti Auguſtini Regulam, & vitæ normam accepiſſe a Gerardo Spoletano Epiſcopo.

Legen. an. MSS.

LXXIII. Ego fateor nihil certum aut firmum in hac re me potuiſſe invenire, per quod noſtris adſcriberem Virginem ſanctiſſimam, imo expreſſe & clare conſtat, tum ex proceſſu vitæ, tum ex compendio ejuſdem, ex Bullis Pontificiis Joannis XXII. paucis poſt ejus mortem datis, & ex vita, biennio poſt deceſſum per Berengarium Africanum Vicarium Spoletanum concinnata, atque ex aliis monumentis, eam obſervaſse Regulam ſancti Auguſtini a Gerardo Epiſcopo etiam Spoletano acceptam, ſub eaque militaſse annis decem & octo, ut mox ex actis & ſummario proceſsus ſubjungam. Unde primum noſtrorum aſsertum ſubſiſtere non poteſt, illam ſcilicet Franciſcanam fuiſse, & poſt ejus mortem Monaſterium Auguſtinianum evaſiſse. Quod vero ad ſecundum & tertium attinet aſsertum, aliquanto videntur probabile reddere antiquæ imagines, & picturæ per univerſam Vallem Spoletanam, & Umbriæ Provinciam palam expoſitæ, quarum aliquas ipſemet vidi ann. MDCXVIII. dum Peruſium proficiſcerer; unamque accepi ab amico vetuſtiſſimam. Imo & in propria Eccleſia, in qua ſanctiſſimum jacet corpus, in ipſo pariete ejus effigiem ſub hoc habitu & ſcapulario Franciſcano conſpexi. Adde, non ſine omni fundamento, aut abſque aliqua hujuſmodi ratione beatæ Virginis ſanctiſſimum corpus inter Moniales Auguſtinianas conditum, in Monaſterio poſito in conſpectu Auguſtinianorum Fratrum, pro-

An habitum geſtarit Franciſcanum.

Digitized by Google

proxime habitantium aſſervatum, per plurimos annos habitu contectum & indutum Franciſcano, donec anno MDLXXVII. ſub Pontificatu Gregorii XIII. decretum fuit per Illuſtriſs. DD. Cardinales, interpretationi decretorum ſacri Concilii Tridentini præpoſitos, *Ut reſtitueretur eidem corpori habitus Ordinis ſancti Auguſtini, necnon picturis, & imaginibus de ea factis, aptaretur habitus & color, qui eidem Ordini conveniat*. Ex qua conſtitutione aperte infertur, per illud tempus corpus contectum fuiſſe habitu Franciſcano, & eumdem expreſſiſſe imagines.

LXXIV. Ad hæc adde haberi in vetuſta legenda Italice ab auctore Anonymo ſcripta, & per Antonium Philotheum Homodei Siculum correcta, ſanctiſsimam Virgunculam, dum in recluſorio ſancti Illuminati, prope carceres ſancti Leonardi in tenera ætatula moraretur, pœnitentem vitam duxiſſe, ex eleemoſynis vixiſſe, habitum deſpectum, ſcapularium, & capitium portaſſe, quæ potius Franciſcano habitui conveniunt quam Auguſtiniano. Imo potius ſuperius oſtendi, ſectatoribus Tertii Inſtituti ſancti Franciſci familiaria fuiſſe hujuſmodi capitia, dum de ſancto Ludovico Rege, & de beato Ivone ſuis locis tractavi. Neque vero legitur hunc habitum mutaſſe, quando Regulam ſancti Auguſtini ſuſcepit obſervandam, ſed retinuiſſe, uti expreſsius aſſeveravit frater Antonius a Monte-falco, beatæ Virginis concivis, in legenda quam de eadem conſcripſit anno MCCCCLXXV. cujus autographum mihi tranſmiſſum fuit ex Monaſterio Montiſlucis apud Peruſium; in qua etiam, ait, grandævos viros ſibi dixiſſe, quod viderint ſocias ejuſdem ſanctæ Virginis, ſub eodem habitu leucophæo, & ſcapulario.

Tom. 3. an. 1254. n. 29. & an. 1303 num. 12.

LXXV. Minus verum fortaſsis alicui videbitur hoc aſſertum, tum quia teſtis domeſtici, videlicet Minoritæ; tum quia ſingulare reputabitur, ut ſub habitu Franciſcano, Auguſtini vero regula militaverit. Fuit ſane domeſticus auctor legendæ, vir tamen omni exceptione major, per Umbriam, vicinas regiones, & in ipſa Urbe a doctrina, a pietate, a publicis muniis, & Vicariatus generalis officio omnibus notus, omnibus carus, uti alias largius dicemus. Deinde non ita ſingulare, aut inſolitum eſt, quaſdam perſonas ſub habitu unius religionis, & regula alterius incedere, ut etiam hodie non fiat. Ut omittam omnia ferme primæva Monaſteria Clariſsarum, quæ ſub habitu Franciſcano, & Regula ſancti Benedicti inceperunt, ut videre eſt in ſecundo Tom. noſtrorum Annalium, & regiſtro ejuſdem, nonne omnes Sanctimoniales Ordinis ſancti Dominici ſub habitu Dominicano, & regula vivunt Auguſtiniana? & Neapoli duo ſubſunt regimini Minorum regia Monaſteria Sanctimonialium, utpote ſanctæ Mariæ Magdalenæ, & ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ, quæ chordam, ſeu cingulum portant ſancti Franciſci, ſed Regulam profitentur ſancti Auguſtini? In Monaſterio de Vedano urbis Mediolanenſis Ordinis ſancti Auguſtini, major pars Monialium incedebat in habitu ſanctæ Claræ ſub Regula ſancti Auguſtini, donec poſt aliquot annos ſeparatæ ſunt a minori parte, quæ Auguſtinianum habitum & Inſtitutum præferebat, & Regulam ſuſceperunt ſanctæ Claræ ex præſcripto Eugenii IV. conceſſo eis pro ſua habitatione Monaſterii dimidio, prout ſub anno 1111. Nicolai V. alias largius referemus. Similiter evenit „ Monaſterio Panormitano ſanctæ Mariæ de Gratia Montis Virginum, ubi ſub habitu „ Cœleſtinorum Moniales vivunt ad formam Clariſſarum, & regimine „ Minorum: „ necnon in Monaſteriis aliis, quæ paſſim nos ſuis temporibus lectori offeremus. Sed & hoc ipſum Monaſterium Montis-falci ſuas paſ-

Aliquot Monaſteria habent habitum S. Franciſci, & regulam S. Auguſtini.

Gonz. 1. par. ubi agit de his Monaſteriis.
Cæſar Eugenius de domib. piis Neapoli ſive ſacra Neapol. Smen. ſius & alii.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

paſſum eſſe viciſſitudines circa habitum externum, conſtat ex gravi lite orta ſub Sixto IV. & Innocen. VIII. inter Conſtantinum Epiſcopum Spoletanum, ac Generalem Ordinis ſancti Auguſtini, & quaſdam Claram, Conſtantiam, ac Bartholomæam pro Monialibus dicti Monaſterii ſanctæ Claræ de Monte-falcone ſe gerentes, ex una parte; & Abbatiſſam ac ceteras Moniales prædicti Monaſterii ex altera, circa quaſdam litteras a prædicto Innocentio conceſſas pro habitu mutando, & deferendo Franciſcano, quas una pars prætendebat fuiſſe ſurreptitias. Duravit longo tempore contentio, & proceſſum eſt uſque ad graviſſimas cenſuras; & etiam oppidi interdictum. Tamdem dum ulterius procederetur coram Guillelmo de Perennis cauſarum Apoſtolici Palatii Auditore, commiſſa eſt cauſa Juliano Epiſcopo Oſtienſi ſancti Petri ad vincula nuncupato, & Raphaeli ſancti Georgii ad velum aureum Diacono, Cardinalibus Ordinum ſancti Franciſci, & ſancti Auguſtini Protectoribus, qui re mature diſcuſſa, aſperam contentionem tamdem reduxerunt ad ſuavem concordiam, præmiſſa per ipſum Pontificem ſuſpenſione cenſurarum uſque ad feſtum Nativitatis Domini. Acta ſunt hæc anno MCCCCXCI. ut ſub illo tempore ex ipſo diplomate, & litteris originalibus opportunius & amplius producemus. Hinc ergo ſuſpicer fundamentum ſuſcepiſſe BB. Cherubinum de Spoleto & Bernardinum de Feltro, nec non Michaelem de Mediolano, qui ante centum & plures annos floruerunt, ut alios taceam recentiores, ſacram hanc fœminam Franciſcanis adſcribendi, non quod Regulam profeſſa ſit ſancti Franciſci, ſed quod veſtem ejus aliquando fortaſſis geſtaverit, & ſub ea ſanctiſſimum viderint cadaver; donec multis poſt annis ex decreto præfato Cardinalium obductus ſit habitus Auguſtinianus.

Cherub. ſerm. 90. de Trinit. Bernard. ſerm. de S. Franc. Michael in compend. SS. Ordin.

LXXVI. In rebus incertis nihil auſim definire, præterquam quod Auguſtiniana fuerit profeſſione; an item & nigra veſte, nihil invenio firmum, aut certum, quo aperte probetur, & adverſæ refellantur conjecturæ. Dabo ſincere, quæ ex proceſſus compendio exſcripſi circa vitæ chronologiam, & acta præcipua. Nata eſt hæc beata Virgo Clara, de Cruce nuncupata, probis parentibus Damiano & Jacoba, in prænominato oppido anno MCCLXVIII. Pontificatus Clementis IV. tertio. Anno ſexto ætatis præſente R. D. Thoma Epiſcopo Spoletano ingreſſa eſt primum recluſorium cognominatum ſancti Illuminati prope carceres ſancti Leonardi, in quo aliquot Virgines, ſub regimine Joannæ ſororis ejuſdem, in jejuniis, vigiliis, & orationibus vitam potius Angelicam, quam humanam degebant. Tanta fuit ex conſortio ceterarum Virginum perfuſa lætitia, ut per integram hebdomadam non niſi divinis laudibus vacarit, & corporis vires nonniſi fruſtulo panis & pomi parte refecerit. Annum dum ageret quartumdecimum, ab hoc recluſorio omnes tranſmigrarunt ad aliud non longe diſtans in ſuburbiis, ubi erat oratorium ſub titulo ſanctæ Catarinæ del Bottaccio, in quo poſt diutinas & inſtantes orationes, divinitus ſigno Crucis admonitæ, Monaſterium conſtruxerunt ſub titulo ſanctæ Crucis. Anno XXII., poſtulante toto collegio Regulam ſibi tradi approbatam, recipit cum ceteris a D. Gerardo Epiſcopo Spoletano Auguſtinianam anno ſalutis MCCXC. die X. Junii, Nicolai VI. Pontificatus anno III. & Joanna ſoror canonice eligitur in Abbatiſſam. Ita habetur in proceſſu, & litteris Epiſcopi, quæ extant, imo & in litteris Pontificiis Joannis XXII. mox citandis. Paulo poſt moritur ſoror Joanna, & ſuccedit in regimine Clara, licet invita facta Abbatiſſa.

Parentes B. Claræ.

Primum ingreditur recluſorium.

Deinde ſecundum.

Regulam profitetur S. Auguſtini.

Fit Abbatiſſa.

An-

Anno xxv. ejus cordi imprimuntur ſigna & myſteria ſanctiſſimæ paſſionis Dominicæ. Demum anno quadrageſimo & Chriſti milleſimo tercenteſimo octavo, die ſupradicto, in ſabbato circa horam tertiam, Clementis V. Pontificatus anno iv. feliciter migravit ad ſponſum.

Cordi imprimũtur veſtigia paſſionis.

LXXVII. Hæc retulimus ex proceſſu & ſummario ejuſdem: quæ ſequuntur exſcripſimus ex litteris Pontificiis, ex relatione de ejus vita & miraculis facta in conſiſtorio coram Joann. XXII. aliiſque monumentis. Biennio ab ejus morte Berengarius Africanus Vicarius ſupra nominatus Spoletanus, abſente Epiſcopo, ſe contulit ad præfatum oppidum & Monaſterium, ubi exacte cuncta diſcuſſit, plureſque examinavit circa vitæ ſanctitatem, & miraculorum famam, quæ valde percrebreſcebat, formavitque propria auctoritate mediocrem proceſſum, vitamque deſcripſit, prout ipſe præfatur in procemio. Poſt aliquot annos Joann. XXII. ad preces & continuas inſtantias vicinarum civitatum & oppidorum dedit ſuas litteras incipientes: *Magna nobis* viii. Kal. Novembris Pontificatus anno ii. ad Epiſcopos Peruſinum & Urbevetanum, ac Magiſtrum Reginaldum de ſancta Arthemia canonicum Petragoricenſem, Capellanum Pontificium, Palatii Apoſtolici cauſarum Auditorem, & Ducatus Spoletani Rectorem; mox alias ad eoſdem quarum initium: *Dudum vobis* datas xi. Kal. Aprilis eodem Pontificatus anno, ut fieret juridica inquiſitio de ejus miraculis & vita, atque in utroque diplomate vocat: *Abbatiſſam Monaſterii ſanctæ Crucis de Monte-falco Ordinis ſancti Auguſtini*. Facto auctoritate Pontificia hoc ſecundo proceſſu, commiſſa eſt cauſa, & facta poteſtas proceſſum aperiendi & contenta referendi DD. Cardinalibus Nicolao Oſtienſi, Vitali, tunc tituli ſancti Martini in Montibus Presbytero, poſt Albanenſi Epiſcopo, & Neapoleoni tituli ſancti Adriani Diacono, & ſucceſſive poſtmodum Oſtienſi Epiſcopo; & Guillelmo tituli ſancti Cyriaci Presbytero; deinde loco dicti Domini Oſtienſis, Domino Petro Præneſtino, iſthoc vero Cancellariæ officio occupato, ſubrogatus eſt Bertrandus Tuſculanus, & loco dicti Guillelmi Petrus tunc tituli ſanctæ Suſannæ presbyter, mox Portuenſis Epiſcopus. Hi per varias vices proceſſum legerunt, contenta examinarunt, & ex tercentum tribus miraculis, quæ recenſebantur in actis, ſelegerunt triginta quinque, quæ multis teſtibus comprobata admiſerunt, & Pontifici propoſuit prædictus Neapoleo in relatione publica a ſe facta in Conſiſtorio.

Supra num. 67. Berengar. Africanus ſcribit vitam & format proceſſum ſanctæ Claræ.

Fit ſecũdus proceſſus & cõmittitur Card. videndus.

LXXVIII. Ab infantiæ primordiis a Deo fuit electa, & variis donis ornata; quadriennis cepit Deo perfecte ſervire, & ſexennis, non ſine prævio certamine, diabolo ſororis in forma ingreſſum diſſuadente, ſed Chriſto melius inſpirante, viſibiliter apparente, & in ſancto propoſito confirmante, recluſorium ingreſſa, perpetuum ſilentium obſervavit, admirabili abſtinentia corpus maceravit, & mortificatis mirum in modum ſenſibus, in divinis orationibus & meditationibus ſemet inceſſanter exercuit. Piis his exercitiis totaliter intenta, meruit Virginem ſanctiſſimam, infantulum Jeſum ulnis geſtantem, & colludentem conſpicere. Major effecta majores addebat & pœnas, ita ut nihil aliud cogitare videretur præter peregrinas corporis mortificationes. Corium hirſutum porci pro induſio ad carnes geſtabat, vel aſperum cilicium, deſuper laceram tunicam & ſcapulare, nudis pedibus ſemper incedens. Noctes ducebat inſomnes in oratione Dei, & inter orandum miro reſplendebat fulgore: quando vero oportebat fatigato indulgere corpuſculo, nuda humo vel ſubſtrata jacebat tabula. Poſt Nonam & frequenter poſt Veſpe-

Plurimæ in infantia virtutes.

Mira pœnitentia.

ſperas manducabat panem dumtaxat & aquam; ſi quod vero admittebat obſonium, ad ſancti Franciſci exemplum, cinere & aqua reddebat inſipidum, dicens, non deberi tantam corporis curam haberi, cui paleæ, beſtiarum more, potuiſſent ſufficere. Cum mala laboraret valetudine, frequenter ab Angelico concentu, quem audiebat, vires priſtinas recuperabat. Tantæ fuit verecundiæ & modeſtiæ, ut nullum in facie aſpexerit, neque Fratri germano, fratri Franciſco Damiani Ordinis Minorum (quem ex vita ejuſdem ſanctiſſimæ fœminæ per Iſidorum Moſconium edita conſtat fuiſſe lectorem apud Fulginates anno MCCCX. & poſtea Cuſtodem ſui Ordinis in urbe & Ducatu Spoletano) niſi obducto velo, loqueretur: conquerenti aliquando de hac re reſpondit, quod ad colloquium ſola lingua ſufficeret, viſus vero puritati noceret. Hinc etiam nullam corporis partem nudari patiebatur, ſed neque medico detegendam afferebat, quia oculi fontes ſunt malorum, & per eos multæ parantur inſidiæ caſtitati. Dormiens aliquando pedem extulit, ſed a ſorore reprehenſa, factum tamquam grave piaculum multis lacrymis expiavit. Similiter cum ovum ob corporis debilitatem, ſorore ſuadente, manducaret, facti pœnitens ad lacrymas confugit. Alias languenti appoſitas carnes ex ejuſdem ſororis præcepto, pie abſcondit; nec ullum corpori levamen admittebat, quæ non niſi corpori cruciando perpetuo ſtudebat. Ita ſe virgis & flagris cædebat, ut toto flueret corpore ſanguis, donec ſoror mortificationis inſtrumenta clam ablata, removit. Cum aliis Virginibus mendicatum exibat ad pagos circumvicinos, ſed ſub nullius ædibus audebat pernoctare, inviolatæ curam gerens caſtitatis, & bonæ invigilans hominum opinioni, potius volens ſub dio imbres & frigus ſufferre, quam vel integritatis vel famæ minimam pati jacturam.

Audit Concentus Angelicos. *Rara modeſtia.* *Rigoroſe ſe cædit.* *Caſtitati cavet & famæ.*

LXXIX. Cœnobii adminiſtratione poſt ſororis obitum haud libenter ſuſcepta, in nihilo auſteritatem remiſit, ſed adauxit, cilicinis veſtibus, uti prius, induta; funiculis & urticis ſe flagellabat, dies integros cibo & potu abſtinebat, orationibus intenta, (in quibus viſa eſt a Chriſto elegantiſſimis violarum ſertis exornari) omnia humana deſpiciebat, miſeros appellare ſolita, qui ea quærerent, & magis miſeros qui bona appellarent. Tanta ſollicitudine pudorem Virginum ſibi commiſſarum cuſtodivit, ut earum nomina, ne Confeſſario quidem nota eſſe voluerit; ne ſcilicet mutuæ benevolentiæ anſa præberetur. Dicebat illis ſæpius: fugiat Virginitas congreſſus virorum, ſocietateſque corruptarum; alioquin in diſcrimen adducetur. Pacem inter urbes finitimas bello commotas per litteras conciliabat, ſacræ ſcripturæ arcana mirabiliter explicabat, acceptis cœlitus donis ſcientiæ & prophetiæ. Jacobo Cardinali Columnæ dignitatis exauthorationem, & reſtitutionem prædixit, a quo beatæ Annæ digitum recepit. Margaritæ mulieris Gallicæ Romam peregrinantis adventum & nomen divinavit: & novitiam quæ occultum peccatum in confeſſione ſacramentali reticuit, erroris admonuit. Chriſtum peregrini ſpecie ſuſcepit, frequenter Angeli forma conſpexit, ejuſque ſacratiſſimum corpus ex ipſius manibus meruit accipere, cum in extaſim facta, & mox a ſorore impedita, non potuit cum reliquis Virginibus ad communionem venire. Vehementi dolore & magno lacrymarum irriguo Chriſti meditanti paſſionem ipſe Crucem ferens apparvit, impreſſitque præcipua paſſionis inſtrumenta intimo in corde, quod admirandæ magnitudinis ad menſuram ferme infantilis capitis poſt mortem apparvit. Exenteratum, & novacula diviſum ſacratiſſima repræſentavit my-

Coronatur violis a Chriſto. *Plura prædixit.* *Chriſti corpus ab ipſo accipit.* *Imprimit ei ſuæ paſſionis ſignacula.*

myſteria, eo ordine & figura, quæ hic ſubjicimus. In parte ejus dextera Jeſu Chriſti crucifixi imago, magnitudine muliebris pollicis, licet aliquanto longior, extenta tenens brachia aliquantulum ſublata; caput extra humeros decline, & deflexum. Pars dextra corporis, in qua vulnus ſitum eſt, lividum colorem gerebat, ſanguine infecta. In ſiniſtra vero vidiſſes ſyndonem minutis ſanguinis guttulis aſperſum. Vulnus in latere multo cruore manabat. In hac eadem parte circulus e nerviculis confectus ſpineam delineabat coronam, quæ hirſutis ſpinis, tortuoſiſque conſtabat aculeis: ibidem tres nerviculi, veluti tria fila, in una parte pendebant, in quorum extremo divincti, pendebant ferrei clavi, cuſpidis acutæ, nigri, tactu duriores carne; quorum duo breviores, breviori etiam revinciuntur filo; alter major, filo majore pendebat: ſub quorum loco clavorum alter aderat nerviculus lanceam deſignans, cujus erat cuſpis acuta ſane, coloris ferruginei, & duritiei, quam attingens Berengarius Vicarius quaſi ſtimulis acutis ſenſit manum pungi. Erat idem a ſuperficie eſectus, ac ſi ex ſuo latere cuſpis exiret. Fuit itidem hac in parte nerviculorum confuſa quædam congeries rubei coloris, cujus forma incerta erat: illam autem in arundine ſpongiam interpretabantur. In ſiniſtra parte cordis erat flagellum, ex quinque flexis nerviculis, nodiſque pluribus revinctum, pendens particula carnis mollis, graciliſque, ceterum, quo flagellum ſuſpenditur, referebat. Poſt eam manica carnea, ſed ligno ſimilis ſequebatur, eodemque modo funiculi, erant atro ſanguine tincti, & a carne elati & ſuperati, quæ omnia vel hodie in ipſius Claræ ſepulcro oſtenduntur. Prope erat alter nerviculus, columnam rectam, flexis & exiguis funiculis circumſeptam, notabat. Pars ejuſdem ima carni annexa erat, & tales nerviculi, qui veluti funes mediam columnam cingebant ſanguinei coloris. Hæc omnia, diſcerpto corde, integra remanſerunt. Porro ea ſimulacra, quæ Dominicæ paſſionis myſteria referebant, licet carnea eſſent, tamen colorem & duritiam earum rerum habebant, quarum exempla referebant. Quæ Moniales cum ſæpe ſæpius inſpexiſſent, Epiſcopo Spoletano renunciaverunt. Is vero Berengario Africano Vicario, ut in rei veritatem inquireret, commiſit. Hic cum omnia ſupra ſcripta comperiſſet, tum Epiſcopo, tum Joanni XXII. ſummo Pontifici ſignificavit. Singula propriis oculis ego ipſe conſpexi, & tres globulos haud notæ materiæ in veſica fellis inventos æquales nuci avellanæ, ſibi invicem per omnia ſimillimos; quorum illud mirum prodigium, quod æqualis ſint ponderis, neque duo uni præponderant, nec omnes tres majoris ſint ponderis quam unus dumtaxat; per quos mirabiliter confirmari Trinitatem divinarum perſonarum, cujus illa cultrix extitit ſingularis, non immerito, qui experimentum fecerant, aſſeverant. Quod enim expreſſius ſymbolum in rebus materialibus potuit eſſe ſanctiſſimæ Triadis? *in qua* (ut ait Auguſt.) *tantum eſt una perſona, quantum tres ſimul ſunt, & nec plus aliquid ſunt duæ, quam una, & in ſe infinita ſunt in ſingulis, & etiam omnia in ſingulis & ſingula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia.*

Tres lapilli mirandi.

Aug. lib. 6. de Trin. c. 7.

LXXX. Dum viveret autem ſacratiſſima Virgo multa patravit miracula, in quibus Andriolam monialem defunctam ſuſcitavit. Arenarium nomine Paganicum, mole aſenæ obrutum, quoad peccata ſua confiteretur, vitæ reſtituit. Per annos ſeptem multas tribulationes & immiſſiones per Angelos malos patienter & conſtanter ſupportavit, neque tamen vel latum unguem a perfecto Dei obſequio potuit dimoveri, donec tamdem

Miraculis clara ſanctiſſime obiit.

dem præmonita ſuæ reſolutionis, filias advocavit, easque in ſancto propoſito verbis ſalutaribus confirmavit, & poſtea fratri Franciſco Damiani Minoritæ germano Fratri tunc præſenti impenſius commendavit. In agone poſita dœmonem conſpiciens, intrepida dixit: *Quid a me cruenta bellua petis? Exi maledicte hinc, & evola in locum æterni cruciatus.* Mox certior effecta remiſſionis omnium peccatorum, & præmii ſuis meritis retribuendi, exclamans dixit: *O dulciſſime Jeſu, quam ingens præmium illis reponis, qui tibi diligenter inſerviunt; non ſunt condignæ paſſiones hujus ſeculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in illis.* Deinde ad Sorores converſa: *Ducite me*, inquit, *ad ſponſum: video enim cœlum apertum & ſanctos Apoſtolos, ac Dei Virgines me ſummo gaudio expectantes.* Mox dulci correpta ſopore, cum putaretur e vivis exceſſiſſe, in has voces erupit: *Filiæ, & ſorores cariſſimæ, ego ex infelici hoc mundo vado ad patrem, cujus gratiæ vos omnes commendo.* Quibus dictis, abſque ullis mortis anguſtiis ſuaviter, & placide ſpiritum emiſit, remanentibus oculis apertis, & in cœlum verſis, facie rubicunda, & toto corpore vegeto, viventi ſimillimo, quod adhuc integrum conſervatur „ Ejus animam beatus Bar-

ADDITIO ALIORUM.

Ex MSS. auth. Prov. S. Franc.

„ tholus de Corſiniano ex Minorum Familia fulgentem lumine beatiſſi-
„ mo repente conſpexit; quam cœleſtium ſpirituum circumfuſa manus in
„ Cœlum ferebat „

Errâre aliqui circa tempus mortis.

Ferrar. in catal. SS. Italiæ, die 17. Aug. Marc. cit. c. 43. Marian. citat. Ghirar. de reb. Bonon. lib. 11. in fine.

LXXXI. Subductis calculis & obſervata annorum ſerie ex proceſſus ſummario, quod ſupra dedimus, quadragenaria obiit; quo fit ut minus vere dixerint Philippus Ferrarius, & Marcus Ulyſſiponen. annum tunc egiſſe trigeſimum tertium. Erraruut etiam Marcus hic, Marianuſque dum anno MCCCXC. necnon Cherubinus Ghirardaccius Bononienſis Auguſtinianus, dum ſub anno MCCXCVIII. & die quinta Decembris obiiſſe ſcribunt.

Poſt mortem ſignis claret.

LXXXII. Poſt mortem miraculis clara, omnes ad ſui venerationem excitavit. Minorita quidam juſſus prædicare in ejus exequiis, oblitus thematis, quod pro funeralibus excogitavit, iſtud divinitus immiſſum, propoſuit: *Secundum nomen tuum, ſic & laus tua*, univerſoque ſermone non tamquam defunctam, ſed tamquam Virginem ſanctam cohoneſtavit, in magnam ſui auditorumque admirationem. Illa vero inter alia prodigia, puerum palearum cumulo oppreſſum, & duas mulieres, virumque unum, aquis ſuffocatos ad vitam revocavit. Sanguis qui ex corde ejus effluxit, in ampulla ſervatus ebullit cum grave aliquod urbi imminet infortunium. Ejus dies feſtus ſumma celebritate apud Monteſalcenſes colitur, necnon dies inventionis ſanctæ Crucis, quem illa præcipua obſervabat ſolemnitate. Ejus geſta plures ſcripſerunt, primus omnium Vicarius ſupra nominatus Spoletanus: deinde quidam Anonymus, cujus narrationem latinam, per modum dialogi compactam, Italicam reddidit frater Antonius Monteſalcenſis. In meliorem reduxit formam Antonius Philotheus Homodei Siculus, anno MDLVI. Mox ad compendium reductam vitam cultiori excripſit ſtylo Iſidorus Moſcovius, & excudit Bononiæ anno MDCI. ex Minoritis Marianus, Marcus Ulyſſipponen. Ludovicus de Miranda, & Ludovicus Rebolledo. Ex Auguſtinianis Cardinalis Seripandus, Joſephus Pamphilus, Alphonſus de Oroſco vir doctiſſimus & ſanctiſſimæ opinionis in Chronicis Auguſtinianis. Hieronymus Roman. Angelus Senenſis: ſed omnium exactiſſime, Illuſtriſs. D. Auguſtinus Antolinez, moderator primariæ cathedræ Salamanticæ, mox Archiepiſcopus Compoſtellanus, piæ memoriæ, ſummæque eruditionis

Quinam ejus vitam ſcripſerunt?

Vir

Vir notiſſimus, quem ego reverenter ſuſpiciebam. De ea largius agunt Joannes Marquez, vir doctus in libro de origine Eremitarum ſancti Auguſtini, & Manuel de la Cerda in ſua laurea Conimbricenſi. Nicolaus V. tantam Virginis excellentiam digne veneratus, indulſit ut ſequenti Antiphona, ejuſdem frequens fieret commemoratio; cujus cultum mox ſubſequentes ampliarunt Pontifices.

Mons Dei, mons pinguis, mons in quo beneplacitum eſt Deo inhabitare.
Verſic. *Ora pro nobis beata Clara.* Reſp. *ut digni &c.*

Oratio.

Deus, qui beatam Claram virginem tuam clarificaſti, & in ipſius corpore paſſionis tuæ, & Trinitatis myſteria renovaſti: præſta quæſumus, ejus precibus & imitatione ſic nos tuæ paſſionis amaritudinem recordari, ut Trinitatis beatitudine perfrui mereamur. Qui vivis & regnas &c.

LXXXIII. Florebat ſub hoc tempore apud Bononienſes frater Raynerius Samaritanus, vir eruditus, & prudens, pietate & auctoritate præclarus, cuius tanta erat apud cives opinio, ut eum delegerint arbitrum pacis ineundæ cum Azzone Marchione Ferrariæ: & mox ſuum oratorem delegaverint ad Bonifacium VIII. Feliciter omnia Romæ concluſit, ſed & Pontifex pro majori ſecuritate pacis cum Marchionibus Eſtenſibus ſtabiliendæ, per ſuas litteras decrevit, ut Bononienſes cuſtodiam ſeu præfecturam munitiſſimæ arcis de Pinmazzo huic Raynerio, & Marchiones fortalitii Spilimberti fratri Gerardo de Barbiano Ordinis Prædicatorum tribuerent. Floret Rayner. Samaritanus. *Ghirard. cit.*

LXXXIV. Duos invenio hoc anno Minoritas Epiſcopos, unum nuncupatum fratrem Gregorium, qui reſignavit Eccleſiam Suacinenſem in Dalmatia ſub Archiepiſcopo Antibarenſi, ad quam in ejus locum aſſumptus Benedictus Canonicus Antibarenſis, uti habetur in epiſtola ſcripta ad Regem Raſſiæ. Alterum factum ſuffraganeum Apoſtolici viri fratris Joannis a Monte Corvino Archiepiſcopi Cambalienſis in Tartaria, cujus præclara merita, & dilatandæ fidei ſtudia ſupra retulimus, & obviam in hujus ſuffraganei miſſione a Pontifice indicantur. Ejus diploma ad majorem tanti Viri commendationem hic ſubnectimus. Hujus Epiſcopi mentionem fecimus anno præcedenti. Frater Gregor. Epiſc. Suacineņ. *Reg. Vat. epiſt.* 400. Fr. Guillel. Epiſcopus Tartarorum. *Ann. 1307. n. 12.*

Venerabili Fratri, fratri Guillelmo de Villanova Ordinis Fratrum Minorum, per nos aſſumpto in Epiſcopum ſuffraganeum Archiepiſcopalis Sedis Cambalien. in dominio Tartarorum.

LXXXV. *Conſiderantes olim clara ſanctæ operationis ſtudia, quæ dilectus filius frater Joannes de Monte Corvino in Archiepiſcopum Cambolien. per nos aſſumptus, in partibus Tartarorum, ſecum Domini favente virtute, operatus eſt hactenus, ac in partibus ipſis exiſtens, aſſidue operatur, ipſum fratrem Joannem, Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, ac in dictis partibus exiſtentem, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in civitate Cambalien. magna utique & honorabili Regni magnifici Principis, Magni Cham Regis Tartarorum, in Archiepiſcopum aſſumpſimus & præfecimus in paſtorem, curam, & ſollicitudinem animarum omnium exiſtentiam in toto dominio Tartarorum, ſibi plenariam committentes; teque poſtmodum ſufficienter in lege Domini eruditum, de prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in adjutorium commune dicto fratri Joanni & in partem ſolli-* *Reg. Vat. in append. ep. 19.* Refert e ſo creatū Archiep. Joan. a Monte Corvino.

licitudinis pro majori animarum ſalute ſpecialiter duximus deputandum, ac in dicto dominio in Epiſcopum aſſumpſimus, & præfecimus in paſtorem; ac demum tibi per venerabilem fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Sabinen. apud Sedem Apoſtolicam manus fecimus conſecrationis impendi. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad partes prædictas, ſine dilatione qualibet, cum gratia noſtræ benedictionis accedens, commiſſam tibi in hac parte curam & ſollicitudinem ſic ſalubriter gerere ſtudeas, quod præter divinæ retributionis præmium, dignis poſſis exinde laudibus merito commendari. Datum Pitavii Kalen. Maji an. III.

Comitia Hyberniæ.

LXXXVI. Frequenter coibant Patres ſub hoc tempore in Provincia Hiberniæ, vel pro retinenda, vel pro reſtituenda regularis vitæ diſciplina; invenio enim in illorum actis tum hoc anno Kilkenniæ, tum ſequenti Dublinii comitia celebraſſe. In Provincia ſancti Franciſci & Cuſtodia Caſtelli datum Fratribus locum Montoni hoc ipſo anno die XXIX. Aprilis cum aſſenſu generalis Concilii Viennenſis, ſcribit Rodulphus. Sed non potuit hoc anno obtineri aſſenſus generalis Concilii, biennio ferme poſterioris. In provincia Aquitaniæ, & Cuſtodia Agennenſi apud Nitrobriges in Gallia ante hunc annum poſſediſſe ajunt locum de Manſo: Rodulpho de Maſo Agennenſis diœceſis conſtat ex diplomate Pontificio, quo ratam vult conventionem factam circa quamdam ſedandam controverſiam: *Ex tenore veſtræ petitionis*. Nonis Februarii. Neſcio an hic ille locus, quem Gonzaga appellat Manſiacenſem, ſed originem nimis recentem facit dum eam tribuit, Albretenſium, Caumonſtenſium, & Calongenſium dominis, ſub anno MDLXXXII. Direptus deinde, & omni ſuppellectile ſpoliatus, funditus everſus eſt ab Hæreticis, quorum gladio perierunt ibidem tres Religioſi inſignes, Fortes vivatus, Gallardus vivens, eorumque Guardianus, cujus nomen ignotum. Ut in provincia Calabriæ, & Cuſtodia Regii alius ædificaretur Conventus in Caſtro Nicoteræ Melitenſis diœceſis, indulſit etiam hoc anno Pontifex: *Ad ordinem Fratrum*. VI. Kal. Junii. Ibidem conditi ſunt aliquot beati Viri, teſte Rodulpho, quorum nomina ignorantur. Miror adeo vetuſti loci non meminiſſe Piſanum.

Conv. Montoni. *Rodul. fol.* 253. Conv. Manſi. *Gonz. in Prov. Aquit. recent. Con.* 29. Ibidem occiſi tres Martyres. Conv. Nicoteræ. *Rodul. fol.* 279.

Varia indulta.

LXXXVII. Graviſſimas ſub hoc tempore intulit moleſtias Fratribus Epiſcopus Aurien. in Gallecia, cujus etiam multa gravamina retulimus alias. De iis examen commiſit Pontifex Archiepiſcopo Compoſtellano, & aliis: *Grave gerimus*. Idibus Martii. Aremburgi Marchiſiæ & nobilibus Clariſſis Monaſterii Petragoricen. de quibus ſupra ſermonem inſtituimus, conceſſit licentiam quibuſdam de cauſis ſepta Monaſterii egrediendi: *Cum ſicut in parte*. X. Kal. Aprilis. Largiſſima deinde bulla, inſertis conventionis & declarationis graviſſimis inſtrumentis, ad earumdem nobilium Clariſſarum petitionem manifeſtum voluit vicecomitatus Leomaniæ, & Altivillaris pertinere ad nobilem virum Arnaldum Garſiæ Delgot, & Bertrandum ejus filium, qui tamen prius attinebant ad prædictam Marchiſiam ex hæreditate materna, donec illa jus omne refudit in patrem. A patre vero venerunt in poteſtatem Philippi Regis, a quo prædicti Arnaldus, & Bertrandus Vicecomitatus dono acceperunt. Clariſſis Burdegalenſibus ob ſuam paupertatem indulſit, ut quibuſdam anni temporibus poſſent extra ſepta Monaſterii exire: *Odor famæ veſtræ*. VII. Idus Novembris. Ex alio diplomate pia recurrit memoria Sclaimundæ ſeu Clarimundæ Reginæ Majoricarum, in quo refer-

Tom. 5. *an.* 1287. *n.* 18. & *an.* 1296 *n.* 19. *An.* 1306. *n.* 29. & *an.* 1307. *n.* 19. *Regeſt. Vatic. fol.* 395.

tur Clariſſis, & Minoritis valde fuiſſe addictam. Alias de eadem ſermo redibit.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

,, I. MOrtuo Alberto concorditer electores Henricum VII. Comi-
,, tem Lutzemburgicum Imperatorem dixerunt; id male au-
,, diente Philippo Francorum, quod eam dignitatem affectaret: quo
,, tempore religioſi Equites Hoſpitalis Hieroſolymitani Paleſtina tota-
,, liter expulſi a Sarracenis, ſuffragiis Pontificiis adjuti, valida claſſe
,, maritima, fortiſſimaque militum acie Rhodum Inſulam, centum qua-
,, draginta milliarium amplitudinis, a continenti Aſiæ viginti milliari-
,, bus diſtantem, profligatis Maumethanis, tamdem anno ſequenti oc-
,, cuparunt: ac interea Summus Pontifex pro Eccleſiæ negotiis fratrem
,, Joannem de Dione ſuum Pœnitentiarium ad Eduenſes parteſque cir-
,, cumvicinas Legatum Apoſtolicum deſtinavit expedito Brevi: *Cum nos*
,, *dilectum &c.* VIII. Idus Septembris: fratri etiam Petro ſuo Legato
,, ſcripſit: *Cum ad partes &c.* XVII. Kal. Octobris: ſicuti & fratri Ve-
,, nuto pro quodam Epiſcopatu: *Si ſubditorum &c.* III. Kal. Junii. Ce-
,, terum diverſis executorialem tranſmiſit, ut Guardiano Lodobenſi:
,, *Expoſuit nobis &c.* IX. Kal. Februarii. Guardiano Antiſiodorenſi: *Ac-*
,, *cepimus nuper &c.* IV. Idus Aprilis. Guardiano Alberſtadenſi: *Etſi*
,, *Eccleſiarum &c.* VI. Idus Maii. Guardiano Januenſi: *Saluti & quie-*
,, *ti &c.* III. Idus Maii. Pro recuperatione vero Terræ ſanctæ ſollicitus
,, indulgentiam conceſſit: *Exaurientes &c.* V. Idus Junii. Sicut etiam
,, Monialibus Carcaſonenſibus, & Monaſterii de Torniello, primis:
,, *Vitæ &c.* ſecundis: *Quoniam ut ait &c.* ambo VIII. Idus Novembris.
,, Abbati vero Ciſtercienſium ſubſidium Terræ ſanctæ commendavit:
,, *Gerentes de veſtrorum &c.* II. Nonas Septembris: & datis commiſſio-
,, nibus pro Inquiſitione Carcaſonenſe: *Olim nobis &c.* VIII. Idus Se-
,, ptembris. Fratri Marcello Inquiſitori breve expedivit: *Cum dilectum*
,, *filium &c.* III. Kal. Januarii.

Henricus Lutzemburg. eligitur Imperat.

Dogl. par. 4. fol. 389.

Indic. ex Vatic.

Indulgent. pro T. S. & Mon.

Ex Oder. n. 34.

,, II. Per id vero temporis florebat Clarus Florentinus Provinciæ
,, Tuſciæ, ut nomine, ita & ſcientia clarus, pietate etiam & religione
,, inſignis: ſacræ paginæ & juris Pontificii doctor egregius, ſcripſit ſum-
,, mam caſuum conſcientiæ, quæ manuſcripta extat in Bibliotheca ſanctæ
,, Crucis Florentiæ: varios etiam in jure canonico tractatus. Sed fra-
,, ter Hermanus Pliſnenſis Miniſter Provinciæ Boemiæ & Poloniæ ree-
,, lectus Gzaslaviæ in Boemia in feſto Nativitatis beatæ Mariæ Virginis
,, anno MCCCVII. cum indixiſſet comitia provincialia celebranda Cra-
,, coviæ hoc anno MCCCVIII. bellorum turbinibus impeditus ea diſtulit
,, ad annum MCCCIX.

Clarus Florent. pietate inſignis.

Varia opera ſcribit.

Caſim. Biern. art. 20. n. 5.

AR-

ARGUMENTUM.

Mittitur Legatus Apoſtolicus in plurimas & praecipuas Orientis regiones frater Petrus de Plana, Epiſcopus Ruthenenſis, Patriarcha Hieroſolymitanus. Nuncii ad alias deſtinantur partes frater Joannes de Dione, & frater Guillelmus de ſancto Marcello. Floret beata Angela Fulginas, cujus acta recenſentur: Mortuo Carolo Claudo, Rege Siciliæ, ſancti Ludovici Epiſcopi genitore, inſtituitur Rex Robertus, germanus frater. Creantur Epiſcopi. Comprobatur miraculis Indulgentia Portiunculæ. Ædificantur Cœnobia.

Fr. Petrus Epiſc. Ruth. Patriarch. Hieruſolymitanus Legatus Apoſtolicus.

I. Magno ſtudio incumbebat Clemens Pontifex rebus Chriſtianorum in Syria afflictis ſuccurrendis; quare publica indicta oratione, & valida Cruceſignatorum manu collecta, ſub magni Magiſtri hoſpitalis ſancti Joannis ductu mittenda, legatum expeditionis, ſeu paſſagii, quod vocant, creavit fratrem Petrum de Caſſano Epiſcopum Ruthenenſem in Gallia, & Patriarcham (uti aſſerit Marianus) Hieroſolymitanum, ex Minoribus aſſumptum, cujus conſilio omnia peragerentur, in Regnis Cypri, & Armeniæ Minoris, & in Inſula Rhodi. Petrum de Plana, de Plena vocat hunc Claudus Robertus, ejuſque memoriam occurrere ſcribit in tabulis Epiſcoporum Ruthenenſium ſub anno MCCCIV. & MCCCVIII. illumque præceſſiſſe in eadem Sede Vivianum Minoritam ab anno MCCXLVII. uſque ad annum MCCLXXIV. commemorat. Amplam ei conceſſit auctoritatem teſtamentum condendi in quodam diplomate, reſervando tamen Ordini Minorum, cujus, inquit, erat profeſſor, quæ in ipſo Ordine acquiſivit: & in alia bulla facultatem tribuit, quos vellet ex Prædicatoribus, & Minoribus (quorum exhortationibus, & prædicationibus maxima pars militum conſcripta eſt) aſſumendi in ſocios laborum. Alias plures facultates per peculiaria reſcripta eidem conceſſit. Subjungo dumtaxat diploma datum ad Regem Cypri, & mutata dumtaxat inſcriptione ad Regem Armeniæ, in qua conſpiciet Lector, quam longe lateque ſe diffuderit ejus auctoritas.

Marian. cap. 3.

Gallia Chriſtiana de Epiſc. Ruthenen.

Fr. Vivianus Epiſc. Ruthen.

Reg. Vat. epiſt. 560.

Cariſſimo in Chriſto filio Henrico Regi Cypri Illuſtri.

Reg. Vat. ep. 718. 1. Pet. 5. v. 8.

Miſere derelicta terra ſancta.

II. *Vulnus & livor, & plaga tumens, quæ ille Leo rugiens ex Ægypto progreſſus, damnati generis beſtia, iræ plena, in Terram ſanctam, funiculum hæreditatis Domini, & habitatores ipſius Catholicæ fidei profeſſores truculentius intulit, fidelium ingratitudinem arguunt, & de ipſorum, proh dolor! damnoſa tarditate queruntur, quoniam terra illa deſerta eſt, Civitates ejus igne ſuccenſæ. Regionem illam ſanctiſſimam, Chriſti Sanguine purpuratam, coram nobis devorant alieni, ac filia Syon vaſtitatis hoſtilis perferens deſolamen*, ut umbraculum in vinea, & tugurium in cucumerario *deploranda ſtrage, ſeu captivitate ſuorum inter alienigenas profani ritus, & opprobria exprobrantium noſcitur derelicta. Propterea in ara Crucis expanſis manibus, in auribus fidelium clamat aſſidue Dominus Jeſus Chriſtus, clamant livores & vulnera, clamant caput & manus, pedes & latera, clamant ſpinæ, clavi, & lancea, clamant opprobria; non tam articulatæ vocis exclamatione, quam evidenti oſtentatione paſſiones ipſius, afflictiones innumeras, & diverſa teſtantis genera tormentorum.*

Iſai. 1. v. 7.

Ind. v. 8.

Clamat Chriſtus ut ei ſuccurratur

torum. His noſtræ redemptionis inſigniis idem Redemptor hominum immenſa beneficia, humano impenſa generi exprobrant, dum pro tot beneficiis impenſis eiſdem, nihil digni rependentes, etiam contra nominis ſui blaſphemos, qui prædictam terram infeſtæ perſecutionis inſtantia totaliter occuparunt, fervore fidei Chriſtianæ, & compaſſionis affectu in ipſius redemptoris ulciſcendas injurias non aſſurgunt. Horum igitur conſideratio, quæ tantorum fidelium animos excitare deberet in proſequendo dicto negotio, non indigne ſollicitat mentem noſtram, ut pietatis oculo terram reſpiciamus eamdem, & attendentes diſcrimina, quæ per hæc eidem fidei orthodoxæ non eſt dubium imminere, ad terram prædictam piæ compaſſionis intuitum dirigamus.

Ingrati non audiunt Chriſtiani.

Licet igitur poſt funeſtam & lugubrem occupationem terræ prædictæ ad eruendam ipſam de Agarenorum manibus, prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum ſollicitudo pervigil laboraverit; quia tamen propter ingruentes, quas varietas temporum peperit ſeculo tempeſtates, proſecutio etiam tam pii, ſanctique negotii uſque ad hæc tempora fore dignoſcitur, permittente Domino, prorogata: Nos ad liberationem terræ prædictæ, una cum Fratribus noſtris intentis deſideriis ſuſpirantes inter alia, quæ fore putavimus proſecutioni hujuſmodi, auctore Domino, profutura, certum paſſagium, quod conſideratis quam pluribus circumſtantiis, & conditionibus temporum, & locorum, ad præſens plurimum utile fore creditur, ut nimium fructuoſum, per dilectos filios magiſtrum, & Fratres hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani in inſtanti tempore, Deo auſpice, faciendum providimus, ipſum ſucceſſivis temporibus, conflatis ad hoc fidelium viribus, ſuperno nobis aſſiſtente præſidio, felicius proſequendum.

Subſidium Pontificium quare dilatum.

Ideoque ad venerabilem Fratrem noſtrum Petrum Epiſcopum Ruthenen. Apoſtolicæ Sedis Legatum, utpote virum nobis experientia familiari præcognitum, in timore Domini timoratum, litterarum ſcientia præditum, in agendis grandibus circumſpectum, ac fervidum ejuſdem Catholicæ fidei zelatorem, mentis noſtræ oculos dirigentes, ac fiduciam in Domino obtinentes præcipuam, quod ipſe tamquam Athleta Domini ad præmiſſorum proſecutionem magnanima virtute intrepidus laborabit, zelumque Dei habens ſecundum ſcientiam, non minus merito operum exemplari, quam virtute vocis ad obſequendum Domino, fideles ipſius efficaciter excitabit; ipſum pro hujuſmodi Chriſti negotio ad hoc providimus deputandum, ſibi in Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano Patriarchatibus, nec non in regnis Cypri, atque Armeniæ Minoris, & Inſulæ Rhodi plenæ legationis officium committentes, ut ipſe, auctore Domino, evangelizet pro Chriſti populis verbum Crucis, recte regat, & dirigat, aſpera convertat in plana, & ſicut diligens cultor evellat & deſtruat, diſſipet & diſperdat, ædificet & plantet, ac faciat auctoritate noſtra quæcumque ad honorem Dei, augmentum Catholicæ fidei, exaltationem Romanæ Eccleſiæ, recuperationem terræ prædictæ, ac ſtatum proſperum partium prædictarum viderit expedire.

Legatus miro commendatur.

Ampla ei confertur poteſtas.

Hier. 1. v. 10.

Contradictores & rebelles quoslibet per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, quibuslibet privilegiis ſeu Indulgentiis Apoſtolicis, per quæ nullum utiquam in hac parte volumus afferri ſuffragium, nequaquam obſtantibus, conceſſa ſibi libera facultate. Ideoque celſitudinem regiam rogamus & hortamur attente, quatenus eumdem legatum, immo potius nos in ipſo benigne recipiens, & honeſte pertractans, ipſumque habens favorabiliter commendatum, ſibi tamquam Apoſtolicæ Sedis Legato, in iis, quæ ad officium ſuæ legationis pertinent, pro noſtra, & ejuſdem Sedis reverentia, humiliter obedias, & intendas eidem Legato ſuper eis regii favoris ſuffragia cum expedierit,

dierit, & ab ipſo fueris requiſitus, efficaciter impendendo. Ita quod exinde præter divinæ retributionis præmium, & humanæ laudis præconium, noſtram & Sedis prædictæ benedictionem, & gratiam uberius merearis. Datum apud Montilium Carpentoraten. diœceſis XVII. *Kalend. Octobris anno* IV.

III. Præmiſit itaque Pontifex per hunc legatum, & magnum Magiſtrum aliquas turmas equitum, & militum copias, magnis conceſſis indulgentiis ad ſacrum bellum transfretantibus, vel eoſdem copiis auxiliaribus, aut ſacris orationibus, adjuvantes. Sane in diplomate, quod dedit ad univerſos Eccleſiarum prælatos, & mox ad quatuor Generales Ordinum Mendicantium præfectos, ut curarent pias orationes pro hujus expeditionis exitu felici ad Deum effundi, pie & Chriſtiane oſtendit, ſe plus ſpei in piorum precibus, quam in pugnantium viribus collocaſſe: *Speramus enim*, inquit, *dictum negotium poſſe hujuſmodi orationum & precum ſubſidiis efficaciter adjuvari, & non minus ipſum per hæc ſpiritualia, quam temporalia ſuffragia promoveri, quoniam orationes, et ſi non tam aperte, utilius tamen pugnant. Nam cum certabat legifer ille precibus mox Iſrael in prælio ſuperabat, & per occultum illius agonem, manifeſtam ipſe victoriam reportabat.* Solventes autem illi ad finem hujus anni Neapoli adverſo tempore, & vento contrario, magna rerum & perſonarum jactura, conquaſſatia navibus, Brunduſium vix appellunt. Hic hærendum fuit uſque ad principium anni ſequentis, quo tempore proſpere navigantes applicuerunt Rhodum, inſulamque omnem felici prælio, magna Sarracenorum ſtrage, poſt longam obſidionem obtinuerunt in ipſo feſto Virginis Aſſumptæ. Poſt hæc alias in circuitu inſulas in ſuam poteſtatem redegerunt, multis portubus acquiſitis, faciliorem & ſecuriorem ſuam fecerunt in Orientem navigationem.

Petit Pontifex precibus juvari fidelium.

Reg. Vat. ep. 967

Exodi. 17. v. 11.

Feliciter agunt milites capta inſula Rhodi.

IV. Alium etiam virum prudentem & doctum, fratrem Joannem de Dione ſuum Pœnitentiarium miſit Nuncium pro quibuſdam Romanæ Eccleſiæ negotiis ad civitatem Eduenſem, & partes circumvicinas, necnon & tertium fratrem Guillelmum de ſancto Marcello, virum conſilio providum, & providentia circumſpectum, una cum aliis quibuſdam perſonis deſtinavit Inquiſitorem ad regnum Siciliæ, ut ſimul cum Ordinariis locorum ejuſdem Regni in ſingulis eorum Civitatibus, diœceſibus, ac Provinciis inquireret contra ſingulares perſonas, & Fratres Ordinis Templariorum in eiſdem Civitatibus, diœceſibus, ac Provinciis degentes, etiamſi aliunde veniſſent, vel illuc adducti fuiſſent. Deinde per alias litteras eidem injunxit, ut contra dictum Ordinem & magnum præceptorem dicti Ordinis in eodem Regno conſtitutum, ſine Ordinariis ipſis inquireret; præcepitque, ut in univerſum omnes utriuſque ſtatus Eccleſiaſtici & ſeculares ei opem omnem ferrent, & auxilium, ut rite & recte examen fieret contra homines de peccatis nefandis, & graviſſimis criminibus accuſatos. Verum eſt extraordinariam contra Templarios commiſſionem multis in locis Cardinalibus, & Epiſcopis datam eſſe, attamen declaravit Pontifex tantum abeſſe, ut ipſe ordinarios fidei quæſitores a poteſtate inquirendi contra eos arcuerit, ut potius ad perpetuam rei memoriam decreverit, per quamcumque, & quibuſcumque, etiam S. R. E. Cardinalibus factam inquirendi ſuper hæretica pravitate poteſtatem, nulla ratione derogari juribus & auctoritati Inquiſitorum ejus loci, quinimo eos & poſſe officio ſuo libere defungi & de-

Fr. Joannes de Dione Nuncius Apoſtol.

Epiſt. 96. Kal. Aug.

Epiſt. 112. 3. Kal. Januar.

Fr. Guillel. a S. Marcello Inquiſitor in Sicilia.

& debere a Cardinalibus Commiſſariis, in cauſis emergentibus aſſumi ad tam ſanctum negotium peragendum.

V. Claruit ſub hoc tempore in Hiſpania, & Provincia ſancti Jacobi, vir devotiſſimus, & omnium virtutum exercitio perquam colendus frater Joannes de Candia (aliis de Cambia quid ſi de Gandia? quod probabilius puto, non enim videtur adeo veroſimile, hominem Cretenſem neptes habuiſſe in Hiſpania, uti mox recenſebo) prodigiis etiam, & miraculis poſt mortem illuſtris. Lectione publica ſacræ doctrinæ, & divini verbi aſſidua prædicatione diſtractus, vitæ exemplaris ſpecimen, & orationis fervorem non remittebat. In Conventu Legionenſi cum proſtratus coram ſanctiſſimo Sacramento ferventer oraret, apparuit ei equus terribilis, & niger abſque ſeſſore. Qui cum manibus elevatis in Dei ſervum vellet irruere, appropinquavit altari magna fiducia, committens ſe Chriſti, ibidem recluſi, tutelæ, Facta ei vox ex tabernaculo, monens ne timeret, ſed equum ex fræno apprehenderet, & in Dei virtute ad terram elideret. Fecit ita Joannes, & pede conculcavit caput ejus, tenuitque per aliquantulum ſpatium temporis, non audens Dei præceptum præterire, quantumvis humana voce equus rogaret, ut abire permitteret. Mox alia voce, ex eodem loco emiſſa ut abire permitteret, impoſito tamen præcepto, ne amplius perturbare auderet coram ſacra Euchariſtia deprecantes, ita firmiter promittentem dimiſit magno hinnitu, & ſtrepitu tamquam fumum evaneſcentem. Obiit in Conventu Aurienſi illius Provinciæ honorifico conditus ſepulcro. In Monaſterio Alerici Clariſſarum valde turbabatur a Dæmone Monialis quædam adoleſcens, apparente ſibi ubique, dum ſine teſte, aut comite incedebat, in hominis ſpecie & ad inhoneſta alliciente. Abbatiſſa (quam fratris Joannis neptem vocant Chronica antiqua, licet Marcus Ulyſſiponen. aliter textum intellexerit) rem retulit ſuo Confeſſario, qui & ultimam confeſſionem exceperat prædicti famuli Chriſti. Conſuluit ille, ut tentata magna ferretur devotione in ſanctam Euchariſtiam, & precibus fratris Joannis ſe commendaret, ac ter diceret orationem Dominicam, ubicumque Diabolus ei appareret: quod dum illa impenſius fecit, ab omni deinceps liberata eſt moleſtia; fugiente Diabolo, & multis conviciis inſequente Fratrem, qui hæc Virginem docuerat. Similiter contigit nobili cuidam fœminæ, quam marito abſente Dæmon provocabat ad coitum; hac enim arte a Confeſſario edocta ejus turpes eluſit conatus.

B. Joan. de Cambia. Chron. antiq. Marian. citat. Marc. cit. cap. 24.

Diabolus orantem nititur conturbare.

Sed ſuo malo.

Moritur.

VI. In Provincia Caſtellæ, & Conventu Burgenſi requieſcit frater Martinus, vir perfectus in diſciplina regulari, miraculis clarus. Sedebat aliquando quiſpiam ſuper ejus ſepulcrum, audivitque ex ipſo loculo vocem ſibi dicentem; ſurge, & recede, non enim mereris ſuper Dei ſervi tumulum ſedere. Stupefactus receſſit vir, locumque deinceps habuit in veneratione. Poſt multos annos voluerunt Fratres prope ejus corpus aliud ſepelire, ſed dum incaute veſpillo terram effodit, ligone pedem fratris Martini offendit, ex quo protinus copioſus tamquam rivulus emanavit ſanguis, quo factum eſt, ut erga eum populi accreverit devotio, & honorificentiori conderetur ſepulcro.

Chron. ant. Marian. citatus. B. Martinus.

VII. Tunc etiam claruit frater Ademarus, aliis Aldemarius de Felzineo in Provincia Aquitaniæ, vir eximiæ ſanctitatis, filius Illuſtriſs. herois Domini Caſtrinovi de Monte-murato, & Dominæ Gerardæ, Rodulpho Bertoldæ, de Felzineo, ejus conſortis. Ordinem ſancti Benedicti profeſſus in Monaſterio Figiaci carnis macerationibus, lacrymis con-

Chron. ant. Marian. citat. Marc. citat. c. 28. Rodul. fol. 73. B. Ademarus ex Benedictino fit Franciſcanus.

continuis, & ſanctis operationibus totus addictus, Decanus factus eſt Monachorum. Magnum ſortitus nomen in populo, & inter Monachos honorem, majoris perfectionis acquirendæ gratia tranſivit ad Inſtituta Minorum. Is ſolemni profeſſione adnumeratus, virtutibus acquirendis, & augendis totus incubuit, horas ita diſtribuens, ut nullam abſque merito præteriret. Aliquam orationi, meditationi, & mentis recollectioni, alias utenſilibus coquinæ lavandis, vel domui verrendæ, alias aliis laboribus, corporiſque neceſſariæ ſervituti dedicabat. Erat in obediendo promptiſſimus, in humilitate profundus, in paupertate rigidus, in pœnitentiis ſeverus, & a mundi tumultibus procul amotus. Uſque ad ſenectam & ſenium áſpero cilicio, diuturno jejunio, duro lecto, crebris vigiliis, longa oratione, vario labore, diris flagellis & exquiſitis pœnis corpus maceravit, carnem ſuam cum vitiis & concupiſcentiis cruci affigens. Quidquid vero laboris aut incommodi patiebatur, totum referebat ad Chriſti gloriam; & ad modum illius coqui, de quo Joannes Scholaſticus narrat, quod inter continuos fletus, & cordis compunctionem ſemper in ſuo miniſterio habebat Deum præ oculis, & ex intuitu materialis ignis ſemper cogitabat flammam inferni; ita hic ſervus Chriſti in quibuſcumque actibus Deum cogitabat præſentem. Ipſo tirocinii inter Minores anno, infirmitate gravi oppreſſus, pervenit uſque ad portas mortis, & Fratres tamquam brevi morituri ſpiritum Deo commendabant, donec repente aperti ſunt ei cœli, oculiſque in altum fixis, vidit viſiones Dei, revelataque ſunt ei Secreta cœleſtia, mox patefacta ſunt ei arcana ſacræ Scripturæ, datuſque eſt ſpiritus ſapientiæ & intellectus, & donum prophetiæ. Melius habens perite callebat ſacram Scripturam, æternæ lucis irradiatus fulgoribus penetrabat occulta divinæ Sapientiæ, enodabat dubia quæſtionum, futuros prædicebat eventus. Hinc evaſit ferventiſſimus & eximius prædicator, ſed ad conciones habendas plus oratione, quam lectione ſe præparabat; ſermonem vero confirmabat Deus ſequentibus ſignis: data etenim illi gratia curationum, infirmos quoſque ſanabat. Dæmones e corporibus potenti virtute pellebat, multiſque malis ſola oratione medebatur.

Ejus virtutes.

Climax in Scala gradu 4.

VIII. Innumera hujuſmodi patravit miracula, quæ noſtrorum exciderunt incuria: ſola hæc ad poſteros tranſmiſſa comperio. Quando immanis & ſæva illa lues circa annum MCCCXI. urbes depopulavit, & incredibilem ubique ſtragem exercuit, Ademarus Xenodochia, valetudinaria, & domos ſingulorum percurrebat, corporis animæque neceſſitatibus ſuccurrebat, infirmis diligenter inſerviebat, & quoſdam mirabiliter ſanabat. Nobilem Heroinam Galhardam nomine, dominam de Claveriis deprecantem, ut pro ſe oraret, recitato alta voce Evangelio ſancti Matthæi quod incipit: *Confiteor tibi Pater*, elevatiſque oculis in cœlum, tacita oratione præmiſſa, in extaſim raptus per mediam horam facie mutatus, totoque corpore rigidus & immobilis, ab incurabili infirmitate, per crucis ſignum & manuum impoſitionem repente ſanavit. Nobilem virum Guillelmum Baraſci magna febre laborantem e lecto exilientem, ad ſe currentem ut orationis fieret particeps, dum chordam ſeu cingulum manu teneret, crucis ſigno & impoſitis manibus ab intenſiſſimo dolore capitis, & febris ardore liberavit. Domicellam quamdam gravi ſquinantia jam animam acturam, circumſtantibus lectum cum luminaribus & cereis accenſis, plurimis fœminis conſanguineis exitum præſtolantibus, ſimiliter curavit, ita ut quæ prius ex interno & externo gutturis tumore,

Magna ejus caritas erga infirmos.

Multos ſanat mirabiliter.

re nec verbum, neque ipſum anhelitum poterat emittere, repentino motu exilierit e lecto, laudans Deum in Sanctis ſuis, & die ſequenti perrexerit ad Templum Minorum ſacrum auditura. In uno valetudinario tria hæc perpetravit miracula, ad quæ commota magna hominum multitudo domum redeuntem ſequebatur media æſtate, & menſe Auguſti; quo tempore adeo intenſi erant calores, tantaque terræ ſiccitas, ob aquæ penuriam, ut terræ fructus & germina univerſa exſiccarentur, armenta & greges morerentur, & homines viderentur ad Solem tamquam ad ignem vere torreri. Ad illorum preces oravit, ut Dominus miſereretur tantæ calamitatis, & repente condenſatis nubibus deſcendit imber abundans. *In magna ſiccitate pluviam impetrat.*

IX. In territorio ſancti Africani Vabrenſis diœceſis, quidam erat puerulus, filius unicus & dilectus matri ſuæ, gravi & horribili morbo epilectico laborans. Cui cum nulla medicina, aut arte ſubveniri poſſet, nobiliſſima domina de Pavaro, quæ Ademari audivit referri virtutes, ſuaſit ut ei ſcriberetur, quatenus intercedere vellet apud Dominum pro pueri ſalute. Miſſus ad hoc ſpecialis nuntius, cui poſt lectam epiſtolam, & factam orationem dixit Servus Dei: *Revertere ad Dominum tuum, & dic conceſſam a Domino gratiam, quam poſtulabat*. Ita factum, viſumque eſt in uno miraculo & enituiſſe Sancti virtutem in curanda infirmitate, & apparuiſſe donum prophetiæ in prædicendo ſucceſſu. *Puerum abſentem ſanat.* Alias cum famulus Dei eſſet in clauſtro Conventus Figiaci ante portam capitularis ædis, venit ad eum quidam cœcus, unum habens extinctorum luminum omnino deſiccatum, orationiſque ab eo petiit ſuffragium. Non denegavit gratiam Ademarus, ſed facta oratione, fecit etiam ſuper utrumque oculum crucis ſignum, ad quod, multis circumſtantibus, cœcus deſideratum viſum recepit. *Cœcum illuminat.* Nobilis juvenis Aſtorgius, filius unigenitus piæ, & ſanctæ memoriæ dominæ Dulciæ de Aureliaco Baroniſſæ, Ordini Minorum valde addictæ, cum infirmitate graviſſima ſpiritum emiſiſſet, & tota nocte jacuiſſet mortuus in caſtro Paraleti, die ſequenti fortuito illac tranſiens frater Ademarus ingreſſus eſt, heroinam viſitaturus. *Dulcia de Aureliaco.* Flentem invenit, & totam domum mœrore confectam, ob unici hæredis gravem jacturam. Cum lacrymantibus lacrymatus eſt pius pater, mox ad orationem converſus in ſecreto cubiculo rogavit Dominum, ut mœrentis matris miſereretur. *Mortuum puerum ad vitā revocat.* Mox reverſus ad locum ubi cadaver erat, vultum defuncti detexit, deinde crucis impreſſit ſignum, poſtremo manus impoſuit, & a mortis ſomno juſſit expergeſieri. Statim obedivit, qui mortuus erat, & reſurrexit, ac per quadraginta annos rexit Baronatum Aureliacenſem.

X. Aliud perpetuum adhuc inviſitur in illis partibus, ab eo patratum, & repetitum miraculum. Cum enim divina celebraret myſteria, ad Dominicæ paſſionis memoriam ex intimis præcordiis profunda ſuſpiria, & ex oculis lacrymarum emittebat irrigua, quæ dum ſuper corporalia cadebant, ad ſingulas guttas cruces efformabant cœleſtis coloris pulchriformiter ordinatas. *Lacrymis in linteo cruces efformat.* Ipſa diſpoſitio, ars, color, & tam diuturna duratio ſufficienter probat, non artificio humano, ſed divina impreſſas fuiſſe virtute, atque hinc magna habentur in veneratione in plurimis Eccleſiis illius regionis. Tamdem in Conventu Figiaci plenus dierum & meritorum ſanctiſſime obdormivit in Domino, & ibidem ſepultus continuo multis effulſit miraculis. *Sancte moritur.* Pauca hæc, quæ de ejus vita & portentoſis operibus retulimus, ſcripſit frater Joannes Yuiovis ejus ſocius,

Quinam de eo ſcripſerunt.

qui perpetratis in valetudinario miraculis adfuit, tunc in religione tirunculus, mox factus Baccalaureus Pariſienſis. Chronica antiqua Ordinis, ejuſdem meminerunt, ex quibus Marianus & Marcus exſcripſerunt.

Marian. cap. 3. Marc. cit. lib. 7. c 6. Jacobil. de ſanctis Fulgin.

B. Angela Fulginas conjugata. Pœnitentiæ ſpiritum concepit.

XI. Obiit hoc anno pridie Nonas Januarii beata Angela Fulginas, fœmina ſanctiſſima, nobilibus parentibus nata, Tertii Ordinis ſancti Franciſci profeſſa, multis privilegiis & donis a Domino condecorata. Matrimonii vinculis alligata, filios aliquot procreavit, quos materno diligebat amore, & matrem adhuc ſuperſtitem filiali reverentia. Habitabat prope ſancti Franciſci Templum, in quo pœnitentiæ ſalutaris, & vitæ auſterioris ſpirituus a Domino concepit. Ut hanc perfectius ſectaretur, inſtanter petiit a ſanctiſſimo Patriarcha congruum ſibi dari magiſtrum, & prudentem Confeſſarium, ut ſicut in ejus æde melioris vitæ inditum eſt deſiderium, ita ab ipſo cœleſtis diſciplinæ acciperet præceptorem. Apparuit nocte oranti Vir ſanctus, pium commendavit propoſitum, & ardens adimplevit deſiderium; proponendo ei probatum & prudentem virum, qui confeſſiones exciperet, & in via Domini diligenter inſtrueret. Die ſequenti in Templo ſancti Feliciani vidit prædicantem quemdam Minoritam Epiſcopi capellanum & pœnitentiarium, cui poſt concionem univerſa peccata plenarie detexit. Deinde a veſtigiis crucis, & paſſionis Dominicæ iter hoc cœleſte incepit nova diſcipula: & intra paucos dies ita in ſchola Domini profecit, ut nihil niſi Chriſtum amaret, & præter ſolum Chriſtum cuncta vileſcerent. Dolebat ſe teneri mariti obedientia, matris reverentia & cura filiorum, ut ſe totam Chriſto conſecraret, in quo amando curam omnem vellet impendere. Petiit repetitis precibus a Domino, ut dignaretur impedimenta omnia tam externa quam interna removere, ut animæ virtutibus colendæ, & cœleſtibus contemplandis myſteriis tota vacaret; factumque eſt, ut paulo poſt genitrix, deinde maritus, mox filii omnes ex hoc mundo tranſirent.

Curarum expers ſolum Chriſtum cogitat.

A vinculis ſeculi abſoluta, & a curis domeſticis liberata, terrena omnia generoſo animo pede conculcans, poſſeſſiones & prædia vendidit univerſa, & in pauperum uſus diſtribuit, quamtumvis reluctarent ex adverſo conſanguinei & amici dicentes, in vidua adoleſcente & ſpecioſa periculoſam eſſe rerum inopiam, & nobili parentelæ verecundam. Invicto animo ſuperavit omnia obſtacula, & inventam, vel a Domino oſtenſam pretioſam paupertatis margaritam, datis omnibus facultatibus, juxta Evangelicum comparavit conſilium, ut poſt Chriſtum nudum facilius currere poſſet exonerata.

Luca 18. 22.

Per quos gradus pervenit ad perfectionem.

XII. Gradatim pervenit ad perfectionem; ipſa enim in vita, quam ſuo dictaverat Confeſſario, decem & octo commemorat gradus, per quos tranſivit. Primum, perfectam cognitionem peccatorum. Secundum, magnam verecundiam & erubeſcentiam de eiſdem. Tertium, ſatisfactionem & pœnitentiam pro pœna illis debita. Quartum, conſiderationem divinæ miſericordiæ, quæ peccantem tanto tempore dignata eſt ſufferre. Quintum, illuminationem interiorem, quo ſingulos expendebat defectus, quos continuis lacrymis conabatur abluere. Sextum, dignam ponderationem gravitatis peccati, quæ Deum & creaturas offendit. Septimum, profundam contemplationem Chriſti in cruce pro ſe patientis. Octavum, recognitionem immenſi hujus beneficii cum immenſo dolore, quod etiam illa Chriſti mortis fuerit cauſa, & firmo propoſito numquam eum offendendi, ſed pro eo omnia derelinquendi. Nonum, deſiderium adinveniendi viam crucis: atque exinde ſe intellexiſſe,

eam

eam conſiſtere in vera abnegatione ſenſuum, amicorum, parentum, & terrenarum poſſeſſionum, in quo gradu veſtes mutavit & cibos; cara pignora, quæ ſupra retulimus, amiſit, & voluntatem ſuam per omnia divino ſubjecit imperio. Decimum, varias viſiones Chriſti ſibi apparentis, & ſingulas ſui corporis cicatrices eidem oſtendentis, ad quæ doloroſa ſpectacula ita flebat ardenter, ut lacrymæ oculos adurerent & genas, & ad tanti ignis lenimen frigidam oporteret adhibere. Undecimum, vehemens ſtudium pro Deo patiendi tribulationes & inopiam. Duodecimum, ferventem orationem ad Virginem Deiparam, & Joannem Evangeliſtam, ut propter dolorem, quem ipſi prope crucem Chriſti ſuſtinuerunt, eidem acquirerent perpetuam memoriam paſſionis ejuſdem. Tertiumdecimum, perſeverantiam in hoc deſiderio, propter quod in viſione patefactum eſt cor Salvatoris. Quartumdecimum, præclaram viſionem de vulnere laterali, ad quod juſſa os apponere, ebibit abunde de ſanguine fluente, per quem mundata eſt a peccatis, & ingenti accenſa deſiderio pro Chriſto patiendi. Quintumdecimum, impetrationem beneficii, quod a ſacratiſſima Virgine, & collega Evangeliſta petebat, doloris ſcilicet intenſiſſimi, pro Chriſti voluntaria paſsione, unde ortum eſt vehemens deſiderium ſemet abjiciendi & humiliandi, & terrena omnia procul faciendi. Sextumdecimum, dignam conſiderationem bonitatis divinæ, & perfectum intellectum orationis Dominicæ. Decimumſeptimum, firmam fidem ſupernaturalem, qua cuncta myſteria noſtræ fidei, præſertim paſſionis Dominicæ, excellentius credidit, & clarius penetravit. Decimumoctavum, viſiones cœleſtes, & alloquia divina, ad quæ viluerunt omnia ſublunaria, & comedere tædebat, tantuſque incenſus eſt in corde ignis amoris, ut dum de Deo aut Chriſti paſsione quis loqueretur, ſtatim ſtrideret, & magna voce coram omnibus ejularet, ſui omnino oblita, neque tacere in ſua erat poteſtate. Hinc orta tam vehemens animi paſsio, ut quando Chriſtum paſſum quocumque modo videret, ſtatim febricitaret, & toto langueret corpore, donec ſocia ſolerti cura picturas omnes paſsionis ab illius oculis removeret.

XIII. Antequam vero ad ultimos gradus pertingeret, vehementer eam torſit Diabolus exterioribus cruciatibus & internis tentationibus. *Diabolus multas infert moleſtias.* Infirmitates multas & intolerabiles immiſit, deinde concupiſcentiæ ollam plus ſolito ſuccendit, ita ut ad removendum inordinatiſſimum appetitum, & extinguendam voraciſſimam flammam, ſæpiſſime materialem ignem admoveret, donec a Confeſſario fuerat reprehenſa. Ipſa aſſerit, tot ſibi inflictas infirmitates, & animi dolores, ut calamo nullatenus poſſent comprehendi, & nulla in toto corpore particula remanſerit abſque vehementi dolore. Paſſiones vero animæ plures eſſe dicebat, quas ne pateretur adeo vehementes & moleſtas, potius optaret vivam ad flammas circumcirca obductas aſſidue torreri. Victis tamdem per Dei gratiam moleſtis his, & variis artibus inimici, conſolationes plurimas accepit cœleſtes, & viſiones Sanctorum, inter quos ſanctum Franciſcum, cujus habitum ſuſcepit ſub tertii Ordinis Inſtituto, ſibi benedicentem conſpexit. *S. Franc. ei benedicit.* Pro obtinendo vero ſpiritu paupertatis Aſſiſium perrexit, ſanctum Patriarcham rogatura, mox Romam Apoſtolorum verticem Petrum obſecratura, ut inſigne hoc donum concederet: ſed in itinere Aſſiſiate, Hiſpellum prætergreſſa ſocium habuit, & collocutorem Spiritum ſanctum, cor ejus & purum amorem expoſtulantem, neque dulces intermiſit ſermones, donec ad ædem ſancti Franciſci pervenit.

Nul-

Nullam in valle Spoletana ſibi cariorem dixit, & ſe eamdem variis chariſmatibus repleturum promiſit. Cum vero ab ejus colloquio Dominus recederet in introitu Templi, cœpit clamare, & alta voce hæc verba ingeminare: *Amor meus, adhuc non te cognovi perfecte, & ita repente recedis?* Neque poterat tacere vel animi motum comprimere, quantumvis populus adeſſet, & conſanguinei ad ejus inconditas voces verecundarentur. Poſt regreſſum ex Aſſiſio ſæpiſſime in ſecreto oratorio Chriſtum & Spiritum ſanctum meruit videre, & colloquentes audire, idque ſemel illius ſociæ miræ ſimplicitatis & puritatis Virgini revelatum eſt per vocem cœleſtem, dicentem ſibi: *Ingredere, Spiritus ſanctus eſt in cella.* Quod ut illa fecir, & quid factum ſit, interrogaret? Deo ita volente arcana Chriſti colloquia, & quæ vidit, ordine retexit, & plura deinceps communicavit.

Alloquitur & comitatur eam Spiritus ſanctus.

Sociæ ſpiritus retexit arcana.

XIV. Frequentes paſſa extaſes, in Deum extra ſe rapiebatur, neque ullus ferme præteribat dies abſque conſolatione aliqua cœleſti, modo Angelorum, modo ſancti Joannis Baptiſtæ, & frequenter ſancti Franciſci viſione donata. Dum ſemel eſſet in mentis exceſſu circa horam diei tertiam, prædicta ſocia oculis vidit corporeis ſuper pectus ejus ſtellam varicolorem miræ pulchritudinis. In ſabbato ſancto dum Chriſtum in ſepulcro jacentem contemplaretur, in extaſim facta, vidit ipſum ſepulcri locum, & Chriſtum aſſidentem, cujus vulnus laterale, deinde os ipſum tremens & pavens oſculata eſt; ſed ad tantam dulcedinem & odoris ſuavitatem mox abſorpta. Alium deinde addidit Chriſtus favorem, quod amore languentem in lecto brachio dextro dulciter & fortiter amplexatus ſit, dicens: *Te diligo ſponſa mea, amica mea, & tamquam ſumme dilectam libenter amplector.* Alias eamdem ſacratiſſimam meditata paſſionem, vidit Chriſtum ſibi blandientem, & ſuis pœnis contemplandis addictos quina benedictione ſacrantem. Aliam accepit benedictionem a ſacratiſſima Dei Genitrice, necnon ex ulnis ejus meruit Chriſtum infantulum ſuſcipere, & dulciter amplecti. Tamdem tantam a Domino gratiam obtinuit, ut ſumma tranquillitate animi, prompta carnis ſubjectione, & potentiarum ſuavi concentu, ad functiones quaſque obeundas frueretur; adjecta inſuper clara intellectus illuminatione, ut veras quaſque viſiones a falſis poſſet diſcernere. Ab omnibus Sanctis, præſertim a ſua Sanctiſſima Genitrice valde dilectam eſſe, Chriſtus ei revelavit, & ſuo tempore inter illos collocandam promiſit. Percepit miris modis & revelationibus ſibi factis, præcipua noſtræ fidei myſteria, atque inter hæc abſconditum ſanctiſſimæ Trinitatis arcanum, & obſcuras quaſque ſacræ ſcripturæ ſententias didicit genuine interpretari. In quadam extaſi per integrum triduum in Deum abſorpta duravit.

Frequentes patitur extaſes.

Chriſtum oſculatur.

Et Chriſtus amplectitur.

Et illa Chriſtum infantulum.

Ejus illuminatur intellectus.

Triduanam extaſim paſſa.

XV. Septem habuit circa auguſtiſſimum ſanctæ Euchariſtiæ ſacramentum admirabiles viſiones, in quo multoties vidit Chriſtum infantulum, & alias ipſas ſpecies ſacramentales in carnem converſas. Immiſſum ei cœlitus deſiderium Chriſtum Dominum ſecundum humanitatem, prout in cœlo eſt ſecundum carnem, videndi; dum autem ſe ad communionem Euchariſticam præpararet, audivit vocem ſibi dicentis: *Accede ad altare, quia modo ſuper illud Chriſtus deſcendit, ſociatus multitudine Angelorum.* Acceſſit ut ſacram ſuſciperet ſynaxim, & vidit Chriſtum Dominum gloria magna refulgentem ſuper aram ſtantem, & ſibi dicentem: *Dilecta mea* (quo nomine eam ſemper interpellabat) *quod concupieras; jam vides; ecce hoc modo, & tu aſtabis coram me in gloria paradiſi.* Dum ali-

Videt Chriſtum in Euchariſtia.

Et ſuper altare.

aliquando vellet divinum hoc ſumere alimentum, nec eſſet qui miniſtraret, apparuerunt ei Angeli, & ſacro cibo refecerunt. Tantam fortitudinem & nutrimentum ex hoc ſacratiſſimo reportabat convivio, ut per duodecim annos continuos nihil corporalis cibi deguſtarit, plene ſatiata hac eſca cœleſti; quam quotidie digno ſumebat fervore, carnis potius, quam panis dulciſsimum, & inexplicabilem habentem in ore ſaporem.

Miniſtrant ei Angeli panis ſacramentum.

Duodecim annis aliud non manducat.

XVI. Inter tot gratias, favores & privilegia divina viliſsimam & indigniſsimam ſe reputabat, cujus humilitatem Dominus reſpiceret, neque quidpiam adeo deſideravit, quam ab omnibus vilipendi, & opprobriis ſaturari. Chriſto in cruce pro ſe paſſo vices volebat, ſi poſſet, rependere, pro illo mortem atrociſsimam & exquiſitam obeundo. Si quis ignominiis, opprobriis, verbo aut verbere, hæc ſummopere deſiderantem, afficiebat, gratias reddebat, & pro eo tamquam benefactore precabatur, ſummum reputans gaudium, aliquid pati pro Chriſto. At quanto magis illa ſe dejiciebat, tanto plus Dominus honorabat in populis, inſpirans omnibus, ut tamquam ſuam ſponſam ſumme dilectam venerarentur, & tamquam Chriſtianæ perfectionis magiſtram plurimi tam viri, quam fœminæ ſequerentur. Magnum Fulginei inſtituit virtutis ſeminarium, concurrentibus plurimis, ut eam audirent, & imitarentur, illa confirmante doctrinam ſuam variis miraculis, & multis prodigiis. His ſuis filiis & diſcipulis vidit ſacratiſſimam Virginem benedicentem, oſcula infigentem, & multa bona precantem, necnon ſanctum Franciſcum piam illorum vitam, religioſumque Inſtitutum approbantem, & hæc verba paterno & miro affectu promentem: *Benedictio æterna, completa & abundans, quam ego habui a patre omnipotente, deſcendat hodie ſuper capita iſtorum dilectiſſimorum filiorum tuorum, atque meorum.* Magna cura eos educavit, & inſtruxit in via humilitatis & pœnitentiæ, per quam ſecurius incedi dicebat; quibus in quadam exhortatione retulit ſequentia: *Narro*, inquit, *vobis filii cariſſimi, quod vidi, quod perſpexi. Vidi enim certiſſime, quod ipſe benedictus Deus viſceroſe effunditur ſuper nos, & mater ejus dulciſſima, juvantque nos, ut portemus jugum pœnitentiæ; idque dumtaxat a vobis expoſcunt, ut ſitis vos, filii dilectiſſimi, exemplaria luminoſæ vitæ Chriſti ſumme luminoſæ, doloroſæ, pauperrimæ & deſpectæ. Volunt etiam & cupiunt vos videre mortuos vivos; & quod habitatio veſtra ſit in cœlis, & uſus dumtaxat corporis in mundo. Et ſicuti mortuus * non alteratur, nec de honore ſuperbit nec de vituperio turbatur, ita vos ſitis conſtantes & immutabiles ad quoſque eventus, & prædicetis aliis potius mortificatione vitæ, quam contentioſo ſermone. Intentio veſtra ſit ſemper in cœlo, & Chriſto crucifixo, qui vult ut ipſum in vita pœnitente & operibus ſanctis circumferatis.* Unde volens eos opere docere, ubi Chriſtus inveniretur in medio languorum, laborum, & paupertatis, feria quinta hebdomadæ ſanctæ duxit eos ad xenodochium ſancti Feliciani; quod poſtea unitum eſt oratorio Boni Jeſus, ubi ſimul cum ſua ſocia beata Paſchalina, de qua inferius agemus, detractis & venditis capitis velamentis, præter quæ nihil aliud ſupererat, emerunt pauperibus piſciculos, & panes porrexerunt pro amore Dei emendicatos. Deinde laverunt pedes fœminarum, & manus virorum languentium, præſertim unius horrida lepra reſperſi, manus habentis omnino corruptas plurimo ulcere, & putore fœtentes. Aquam vero lotionis biberunt, ex qua tantam perceperunt dulcedinem & lætitiam, quantam non poterant enarrare; aliaſque ſenſerunt gratias divinas, per quas ſuis diſcipulis confirmavit

Cupit pro Chriſto pati.

Plurimi ei adhærent.

Benedicit eis S. Franc.

Pia ad eoſdem ſuadela.

* *Simile exemplum habet ſ. Franciſcus in ſuis opuſculis, exemplo 1.*

Paſcalina ejus ſocia.

An. 1313.

vit magiſtra Chriſtum Dominum, pro nobis factum leproſum & virum dolorum, facilius & ſecurius inter leproſos & pauperes inveniri.

XVII. Tamdem multis virtutibus clara, prodigiis & miraculis inſignis, in varios incidit languores, per quos tamquam aurum per ignem probatum, totaliter defœcatam, ad ſe Dominus voluit transferre. Illa autem obitum ſuum longe ante præſcivit, & ad deſideratum ex hoc mundo tranſitum quotidianis ſe præparavit exercitiis. Filios & filias, quas plurimas ei Dominus dedit ſuæ vitæ ſectatrices, convocavit, quibus plurima dedit monita ſalutis, teſtamentum condens ad exemplum ſancti Franciſci, quod hic ſubjungo eiſdem verbis, & humili ſtylo, quo ipſa Confeſſario dictavit.

Mortem præſcivit.

Teſtamentum condit.

XVIII. *Filioli mei, quæ dico vobis non dico niſi ſolum propter amorem Dei, & ut promiſi vobis, quod non libenter porto ſub terram aliquid, quod vobis poſſit prodeſſe. In hoc autem, quod volo dicere, nihil habeo facere ex me, ſed totum eſt Dei. Nam placuit divinæ bonitati dare mihi curam, & ſollicitudinem omnium filiorum ſuorum, & filiarum ſuarum, hujus Inſtituti: ego autem cuſtodivi eos ut potui, & doloravi pro eis: & plures fuerunt dolores pro eis, quam vos credatis. O Deus meus, modo reaſſigno eos tibi, & rogo per ineffabilem tuam caritatem, ut cuſtodias eos ab omni malo, & conſerves eos in omni bono, in amore paupertatis, deſpectus & doloris, & transformatione, & in imitatione tuæ vitæ & perfectionis, quam nobis verbo & forma, & vita viva oſtendere placuit tibi. O filioli mei amantiſſimi, exhortor hac exhortatione ultima, ut ſtudeatis eſſe parvi, & vere humiles & manſueti, non ſolum opere exterius, imo etiam ex profundo corde, ut vere ſitis ſcholares, & vere diſcipuli illius, qui dixit:* Diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. *Nec curetis de potentia, honoribus, neque prælationibus. O filioli mei, ſtudeatis eſſe parvi, ut Chriſtus exaltet vos in perfectione meritorum, & ſuæ gratiæ. Sitis ita humiles, quod tamquam nihil vos exiſtere continue æſtimetis. Maledictæ ſunt iſtæ ſufficientiæ, quæ tollunt animas, ſcilicet potentiæ, honores & prælationes; fugite ab illis, quoniam magna deceptio & periculum eſt in illis: & major deceptio eſt in ſufficientiis ſpiritualibus, quam in corporalibus, vel temporalibus, ſcilicet in ſcire loqui de Deo, intelligere ſcripturas: facere magnas pœnitentias, habere cor quaſi occupatum in rebus ſpiritualibus. Multoties enim iſti tales in errorem cadunt: & difficilius corriguntur, quam qui habent temporales ſufficientias. Igitur æſtimetis vos eſſe nihil. In veritate, anima non poteſt habere meliorem viſionem, neque ſcientiam quam videre ſuum nihil, & ſtare in ſuo carcere. O filioli mei ſtudeatis habere caritatem, ſine qua non eſt ſalus, neque meritum. Ecce enim Deus dicit:* omnia mea tua ſunt. *O quis eſt qui mereatur hoc quod omnia bona Dei ſint ſua? in veritate non eſt aliud, quod mereatur, niſi caritas. O filioli mei, & Patres, & Fratres, ſtudete vos diligere invicem, & habere iſtam caritatem, & mutuam dilectionem: hac enim meretur anima hæreditare bona divina, & exhortor, ut non ſolum habere velitis iſtam caritatem inter vos, immo etiam ad omnes gentes. Dico enim vobis, quod plus recepit anima mea de Deo, quando ploravi, & doloravi peccata proximi, quam mea. Et Mundus truffat * de hoc, quod dico, quod homo poſſit plorare peccata proximi ſicut ſua: vel pluſquam ſua, quia videtur eſſe contra naturam. Sed caritas quæ hoc facit, non eſt de hoc mundo. O filioli mei, ſtudeatis habere iſtam caritatem, & neminem judicetis, etiamſi videritis hominem peccare mortaliter: non dico, quod non diſpliceat vobis peccatum: ſed dico, quod non judicetis peccantes, neque con-*

Matth. 11. 29.

Periculum honoris mundani.

Quæ eſt vera ſcientia.

Lucæ 15. 31.

Hortatur maxime ad mutuam caritatem.

* *Idiotiſmus Italicus, i. irridet vel cachinnatur.*

contemnatis: quia neſcitis judicia Dei. Nam multi apud homines videntur damnati, qui apud Deum ſunt ſalvati: & multi apud homines videntur ſalvati, qui apud Deum jam ſunt reprobati & damnati: & ſcirem vobis dicere, quod aliqui ſunt, quos vos deſpexiſtis, de quibus habeo firmam ſpem, quod Deus reducet eos ad manum ſuam. Ego non facio aliud teſtamentum, niſi quod commendo vobis iſtam mutuam dilectionem, & profundam humilitatem: & relinquo vobis totam hæreditatem meam, quæ etiam Chriſti Jeſu eſt, ſcilicet paupertatem, dolorem, & deſpectum, vitam veram Jeſu Chriſti: illi enim, qui habebunt iſtam hæreditatem, ſcilicet vitæ Chriſti, erunt mei filii: filii enim ſunt Dei, & non eſt dubium, quod poſtea habebunt hæreditatem vitæ æternæ. Deinde imponens manum ſuper capita ſingulorum, per ſuas vices accedentium, benedixit eis his verbis: *Benedicti ſitis a Domino, & a me filioli mei, vos & omnes alii, qui hic præſentes non ſunt, & ſicut ſignificatum eſt mihi, & demonſtratum a Domino, ita iſtam æternam benedictionem vobis concedo præſentibus & abſentibus: & ipſe Chriſtus det eam vobis illa manu, quæ fuit in cruce elevata. Amen.*

Quam reliquit filiis hæreditatem.

XIX. Doloribus prægravatæ apparuit aſtans ante lectum Chriſtus Dominus, dixitque: *Confortare dilecta mea, ego huc venio ad miniſtrandum tibi, tamquam ſponſæ cariſſimæ; adeſtque hic, quem præ omnibus veneratus es, Franciſcus pater tuus, & ſervus meus fideliſſimus; ne cadas animo, tranſibunt hæ momentaneæ paſſiones, ſed tibi repoſita ſunt præmia ſempiterna. Venient mecum chori cœleſtes, ut te in æterna recipiant habitacula.* Hac viſitatione vehementer recreata eſt, & præ cordis jubilo valde leves putavit eſſe dolores, quos antea ſenſit acerbiſſimos. Igitur circa feſtum Nativitatis Domini iterum oppreſſa doloribus, ad ægritudinis lenimen elata voce dixit: *Verbum caro factum eſt.* Et deinde magna interpoſita mora, quaſi aliunde veniret exclamavit: O *qualiter omnis creatura deficit, neque ullus intellectus etſi Angelicus ſufficit ad hoc comprehendendum.* Et poſtea ſubjunxit: *Anima mea lota eſt, & mundata in ſanguine Chriſti, qui erat ita recens & calidus, ac ſi tunc exiret de corpore Crucifixi.* Et mox addidit: *Chriſtus Dominus modo me præſentavit Patri, a quo mihi dicta ſunt iſta verba. O ſponſa & ſpecioſa, o dilecta mea in caritate perpetua, veni, veni coronaberis, cito liberaberis a tantis doloribus, & indueris veſtimento jucunditatis, quale decet ſponſam ſumme dilectam. Oſtenditque mihi perquam amanter veſtem pulcherrimam, non tamen ex auro, aut materia aliqua terrena compactam; ſed lumen erat quoddam mirificum, aut ſplendor immenſus, quo anima decoratur. Et ſponſum ipſum animarum, Verbum æternum, quod incarnari voluit pro nobis, me fecit perfecte ipſum intelligere & qualiter a Patre procedit. Mox ipſum Verbum audivi mihi dicens: Veni ſponſa, veni, te omnes Sancti & ſpiritus cœleſtes cum lætitia & jucunditate expectant.*

Chriſtus morientem conſolatur.

XX. Pridie vero ante tranſitum frequenter repetebat: *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum*: cui reſponſum eſt: *Deus tecum fuit in vita, neque deerit in morte.* Collacrymantibus autem filiis, & conquerentibus, quod eos derelinquebat mortem libenter oppetiens, inquit: *Hucuſque celavi mortem ne contriſtarer vos, attamen nunc ſcitote quoniam oportet me recedere.* Eodemque die ceſſantibus doloribus univerſis, quibus multis diebus per ſingula membra horribiliter torquebatur, in tanta corporis quiete & ſpiritus jucunditate jacebat, quod jam videbatur aliquod promiſſæ ſibi lætitiæ prægustare. In hac ſerenitate mentis & faciei uſque ad completorium diei ſequentis, quod Sabbatum erat, cir-

Placidè obdormit in Domino.

circumſtantibus multis Fratribus ultima pietatis officia exhibentibus, ipſo die octava ſanctorum Innocentium, ultima diei hora, quaſi levi ſomno correpta, obdormivit in Domino, & anima illa ſanctiſſima a carne ſoluta in abyſſum divinæ claritatis abſorpta eſt, immortalitatis ſtolam

Honorifice ſepelitur.

a Chriſto Domino receptura. Ejus corpus delatum eſt in Eccleſiam ſancti Franciſci ejuſdem civitatis Fulginei, concurrente ad illius exequias univerſa civium multitudine, & populis convicinis. Deinde conditum eſt in arca marmorea in ſacello prope ſacrarium, ubi etiamnum hodie inviſitur repoſitum ſupra altare, magna cum veneratione, quam multis ſibi conciliaverat, & adhuc conſervat, miraculis & prodigiis.

Plurima dictavit opuſcula.

Arnoldus ejus confeſſarius, a Chriſto benedictus.

XXI. Plurima opuſcula de oratione, de humilitate, de caritate, de paſſione Domini, alioſque pios tractatus Confeſſario dictavit, quæ ſimul cum vita ejuſdem, ab ipſa narrata conſcripſit frater Arnoldus confeſſarius, vir doctus & pius, cui, illa petente & vidente, Dominus benedixit, eumque a Deo valde dilectum eſſe Chriſtus ipſe teſtatus eſt. Omnia commiſſa ſunt examini octo virorum doctorum ex Ordine Minorum,

Ejus opuſcula a multis examinata.

quorum unus profeſſus eſt ſacram Theologiam per plures annos Mediolani; tres rexerunt Provinciam ſancti Franciſci, duo fuerunt Inquiſitores hæreticæ pravitatis in Valle Spoletana, & reliqui duo fuerunt Cuſtodes ejuſdem Provinciæ. Omnes unanimi ſuffragio probarunt opus, necnon alii viri eruditi præter Franciſcanos. Tamdem vidit, legit, & commendavit Jacobus Cardinalis de Columna, ad dignitatem Cardinali-

Quinam ejus vitam ſcripſerunt?

tiam a Clemente reſtitutus. Scripſerunt alii compendioſius ejus vitam, potiora ex Arnoldo deſumentes, Marianus Florentinus latino, Marcus Ulyſſiponenſis Hiſpano, Ludovicus Jacobilli Fulginas Italico idiomate. Opus ipſum Arnoldi latinum typis evulgatum Venetiis Paulus Rhoſellus dicavit D. Angelicæ Abbatiſſæ ſanctæ Luciæ Venetiarum anno MDXXI. & Italicum fecit frater Hieronymus Capugnanus Magiſter ſacri Ordinis Prædicatorum. Meminit ejuſdem Molanus in additione ad Martyrologium Uſuardi die IV. Januarii, Parthenopæum condidit, ubi multæ Virgines ſanctiſſime hucuſque vixerunt.

Per ejus doctrinam multi proficiunt.

Ubertin. in prologo 1. arboris vitæ crucifixi.

XXII. Quantum vero per ejus doctrinam plurimi profecerint, egregio teſtimonio tamquam oculatus & expertus teſtis ſcribit Ubertinus de Caſali, dum refert extinctum in ſe ſpiritum revixiſſe per hujus ſanctiſſimæ fœminæ diſciplinam: *Vigeſimo quinto anno*, inquit, *ætatis meæ; & modo, quem prætereo, ad reverendæ matris, & ſanctiſſimæ Angelæ de Fulgineo, vere Angelicæ vitæ in terris, me Deus adduxit notitiam, cui ſic cordis mei defectus, & ſua ſecreta beneficia revelavit Jeſus, ut dubitare non poſſem ipſum eſſe, qui loquebatur in illa: & ſic omnia dona propria per meam malitiam perdita, in immenſum multiplicata reſtituit, ut jam ex tunc non fuerim ille qui fui. Et inexpertis prius ſuæ virtutis inflammantis ſplendoribus totam mentis meæ faciem immutavit: & infirmitates & languores ab anima, & corpore ſic repulit: & priores diſtructiones renovavit, ut nullus ſanæ mentis, qui me prius cognoverit, habeat dubitare quia ſpiritus Chriſti in me ſit de novo genitus. Ac per hoc veliut, nolint æmuli detrahentes ſanctitati irreprehenſibilis vitæ illius ſanctiſſimæ animæ: & mutationi divinæ, quæ ad ejus verbum, & meritum oritur in vita multorum ſpiritualium filiorum: ſit mater pulchræ dilectionis, timoris, & magnitudinis, & ſanctæ ſpei; quia venient eis omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius: etiam multis, qui fuerant prioribus temporibus diſſoluti.*

XXIII. Mor-

Moritur Carolus Rex Siciliæ. *Sumont. l.3. c.3.*

XXIII. Mortuus eſt hoc anno Carolus Claudus Pater ſancti Ludovici Epiſcopi die IV. Maii ætatis ſuæ ſexageſimo primo, regni vero vigeſimo quinto. Multa in Minores contulit beneficia, in quibus & Eccleſiam ſancti Laurentii, & Monaſterium adjunctum nobiliori opere a Carolo Andegavenſi ſuo patre inchoatum, abſolvit. Succeſſit in regno Robertus Dux Calabriæ tertiogenitus, licet Carolus Rex Hungariæ, Caroli Martelli primogeniti Caroli hujus Claudi, filius jure hæreditario ſibi deberi regnum contenderet. Etenim Clemens Pontifex Robertum, apud ſe in Gallia tunc degentem, Siciliæ Regem, & Sanciam ejus uxorem Reginam renunciavit XXVI. Auguſti in pleno conſiſtorio, auditis prius Oratoribus Caroli Hungari, & rationibus, quæ pro ejus parte afferebantur. Juſte ita potuiſſe facere Pontificem ſcribunt optimi quique Juris interpretes: præterquam enim, quod hoc votum erat Siculorum, qui a Miniſtris Hungaris Regi detrectabant, & Robertus pacis ac belli artibus inſtructus magis ex re Eccleſiæ & Reipublicæ Chriſtianæ videretur, illa potiſſima aderat ratio, quod regnum illud tunc non tam ſucceſſione hæreditaria devolvebatur in poſteros, quam conceſſione Romani Pontificis, ad quem pleno jure ſpectabat, commendabatur Principibus feudatariis. Coronatus eſt itaque VIII. Septembris Avenione, pacto prius, quod ſolveret quotannis in feſto ſancti Petri unciarum auri octo millia, & Beneventana Civitas pleno jure ad Romanam pertineret Eccleſiam. Hæc præmiſimus de ſucceſſione Roberti tum in gratiam ſancti Ludovici, ejus fratris natu majoris, in quem devolveretur regnum, ſi vixiſſet, neque juri hæreditario renunciaſſet; tum quia hominis in Minores ſumme propenſi, & benefici ſæpius redibit memoria, dum potiora beneficia ſuis quæque annis explicabuntur.

Succedit Robertus S. Ludovici frater.

Bartol. Auten. poſt Fratres c. de legit. hæred. Bald. l. cum antiquiorib. c. de jure liberandi. Afflictus deciſ. 119. n. 3.

Fr. Simon Epiſcopus Pacenſis.

XXIV. Duos invenio hoc anno creatos Epiſcopos ex Ordine Minorum, fratrem Simonem in Eccleſia Pacenſi vulgo Hiſpanico *Badaioz* ad Anam fluvium ſub Archiepiſcopo Compoſtellano, per mortem Bernardi Epiſcopi vacante, ad quam in diſcordia electi ſunt Garſias Cantor Pacenſis, & Alphonſus Cantor Hiſpalenſis: *Regimini univerſalis*: Idibus Julii; translatus eſt ſub anno MCCCXXIV. ad Eccleſiam Tudenſem. Et fratrem Venutum de Neocaſtro in Eccleſia Catacenſi, vulgo *Catanzaro* in ulteriori Calabria, ſub Archiepiſcopo Regino, vacante per obitum Jacobi Epiſcopi. Electus eſt in diſcordia ſimul cum Waltero ejuſdem Eccleſiæ Archidiacono; ſed cum Miniſtri Generalis licentiam aut conſenſum impetrare non poſſet, idque malis artibus effingeret, vocatus eſt in judicium a Clemente Pontifice, quantumvis eum adjuverit nobilis vir Petrus Comes Catanzarii, cujus idem frater Venutus erat Capellanus: *Si ſubditorum*. III. Kal. Julii. „ Fuiſſe alium ſub hunc annum fratrem
„ Petrum Minoritam Epiſcopum Rapollanum in Regno Neapolitano
„ ſub Archiep. Manfredonii, confeſſarium, conſiliarium, & familiarem
„ Roberti Principis filii Caroli II. qui erat Dux Calabriæ, & Vicarius
„ generalis pro Patre in Regno Neapolitano, mihi conſtat ex monu-
„ mentis inde tranſmiſſis, & excerptis ex Regio Caroli regeſto. Fuit
„ inſuper Epiſcopus Callienſis in Umbria ſub Archiep. Urbinate frater
„ Rogerius de Tudinis e Callio, rexitque Eccleſiam hanc annis decem.

Fr. Venutus Epiſcopus Catac.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Petrus Epiſcopus Rapollanus.

Barthol. de Aſiſ. in tr. de Indulg. Portiunc. Marian. cit.

Comprobatur veritas Indulgentiæ Portiunculæ.

XXV. Plurimum confirmata eſt hoc anno veritas ſacræ Indulgentiæ Portiunculæ. Præterquam enim, quod Princeps tenebrarum Ravennæ per os cujuſdam nobilis dominæ, Santoſæ nomine, plurima de veritate & virtute hujus Indulgentiæ coram multis peregrinis, & viris religioſis ma-

manifeſtavit; accidit quod quidam nobilis vir ex partibus Apuliæ Francus nomine ad eamdem lucrandam ſe accingens, cum univerſa familia duxerit etiam ſecum quemdam agricolam ſuum mercenarium, cui ſolvit quidquid debebat, ut commodius & facilius hoc iter aſſumeret. Cum vero regrederetur, prolixi itineris labore feſſus, & dolore pedum gravatus agricola non poterat incedere, conquerebaturque de hero, quod illum induxerit ad hanc peregrinationem ſuſcipiendam, in qua pecunias, quas accepit, inſumpſit, nec quibus domum rediret, aut equum conduceret viribus & pedibus deſtitutus, haberet. Cui herus: *Non te pæniteat*, inquit, *veniſſe, rem magnam acquiſiviſti, quam ſi non tanti facias, da mihi valorem & meritum hujus ſacræ Indulgentiæ eo modo, quo eam ipſe die lucratus es, pro anima Fratris mei nuper defuncti applicandam, & ego tantum tibi ſolvam numeratæ pecuniæ, quantum in via hac inſumpſeris, & addam quantum ſufficiat, ut reliquum iter conficias*. Libenter ruſticus aſſenſit, & herus pecuniam coram ſociis numeravit. Itinerantibus ſequenti die, Frater defunctus clariſſime apparuit, magnaſque egit gratias ob receptum liberationis e purgatorio beneficium, admittente Deo in ſatisfactionem pœnarum, quæ ſufferendæ ſupererant, & ſacræ Indulgentiæ magnam virtutem, & Fratris fidem ardentem. Addiditque ſignum veræ apparitionis & liberationis, nimirum revelationem earum rerum, quæ domi poſt ejus receſſum contigerunt; quas ut ille appulit, vidit eſſe veriſſimas, magnamque eſſe vim & virtutem ſacrarum Indulgentiarum; neque hanc deinceps dum vixit, quotannis omiſit lucrari.

Alio item argumento.

XXVI. Beatus Joannes Alvernicola hoc anno, ipſo die Portiunculæ excepit confeſſionem cujuſdam ſenis, centum & plures annns habentis, qui non longe a civitate Aſſiſii Peruſium verſus habitabat, & tertii Ordinis veſtem geſtabat. Ejus pietatem in tanta ſenectute admiratus, interrogavit cur non confracto indulgeret corpnri, mnleſto jam parcens itineri? Cui ſenes: *Et ſi venire non poſſem reverende Pater, me vehi curarem, imo & trahi, ne ſacer hic dies abſque tanto lucro tranſiret. Unde vir bone*, inquit confeſſarius, *tanta hujus Indulgentiæ tibi indita fides?* Reſpondit ſanctum Franciſcum apud patrem ſuum ſæpius ſuſceptum hoſpitio, & dum Peruſium pergeret poſt obtentam a Domino hanc Indulgentiam, ut eam Pontifex confirmaret, & promulgari permitteret, rem omnem narraſſe, & ſemetipſum tunc aſtitiſſe narranti. Nullo itaque anno, dum per vires aut ſalutem licuit, omiſi, nec omittam dum vixero, & potero ad ſacrum hoc Templum ſacro hoc remiſſionis die venire.

Conven. Lutenen.

Reg. Vat. ep. 113.

XXVII. Habuiſſe ſub hoc anno Minores Conventum Lutenæ vel Lutabæ, vulgo *Lodeva* urbe Epiſcopali in Gallia ſub Archiepiſcopo Narbonenſi, mihi conſtat ex bulla Clementis Pontificis hoc anno. IX. Kal. Februarii data apud Carbonam Tholoſanam in favorem Petri Bnxerie presbyteri Rectoris Eccleſiæ ſancti Baudilii de Blandatio Nemsuſen. diœceſis, cujus hæc inſcriptio: *Dilectis filiis Præcentori & Jordano de Podio Canonico Eccleſiæ, ac Guardiano Fratrum Ordinis Minorum Lodoven.* Ex qua habetur, & tunc ibi Conventum Minorum extitiſſe, & Eccleſiam Cathedralem, nam ex ſtylo Curiæ ſemper determinate ponitur diœceſis, ubi ipſe locus, qui nominatur, non eſt Sedes Cathedralis. Immerito itaque Aubertus Miræus, vir alias doctus & pius, ait Epiſcopatum hunc inſtitutum a Joanne XXII. in Monaſterio ſancti Fulcrani Canonicorum regularium ſancti Auguſtini. Errorem hauſit ex Papirio Maſſonio, ſed deceptum utrumque, præter hoc diploma, probat Garſias Loaiſa in notis ad

Eccleſia Cathedralis Lutenen. antiqua.

Miræus in Greg. E. cl.

Loaiſa in notis ad Concil. Lucen. Baron. an. 189. n. 31.

ad Concilium Lucenſe, & Baronius agens de Concilio Toletano tertio, in quibus Lutenenſes, vel Lutabenſes fuiſſe monent Epiſcopos. Et Bonifacius Papa meminit Eccleſiæ Lutenenſis epiſtola ad Hilarium Narbonenſem.

XXVIII. In alio diplomate dato Avenione. III. Idus Maii confertur facultas Prædicatoribus, vel Minoribus accipiendi locum conſtruendum alterutri ex his Religionibus per nobilem virum Raynaldum Spinulæ de Luculo civem Januenſem in fundo proprio, in Januenſi vel Terdonenſi diœceſi. Non tamen aliunde mihi conſtat, cui ex præfatis Religionibus domum extruxerit, aut an omnino extruxerit. Terdonæ Conventum vetuſtum eſſe conſtat ex Piſano, quem tamen ipſe & Rodulphus in provincia Januæ ſub Cuſtodia Papiæ recenſent, incerto auctore & tempore. Quid ſi fortaſſis Raynaldus hic fuerit conſtructor? Nihil etiam certi nobis ſuppetit de Conventu Alberſtadenſi, quam quod hoc tempore extiterit; uti conſtat ex diplomate dato in eodem loco VI. Idus Maii ad Priorem Prædicatorum, & Guardianum Minorum Alberſtadenſem circa confirmationem Junctæ de Gramchuelt electæ in Abbatiſſam Monaſterii ſancti Servati Ovedelingeburgen. Canonicarum Ordinis ſancti Auguſtini. Ejus meminerunt præfati auctores in provincia Saxoniæ, & Cuſtodia Alberſtadenſi. Dato ibidem altero VII. Kalen. Junii conceſſit Pontifex auctoritatem Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum recipiendi locum conſtruendum in villa Laberhanum per nobilem virum Bernardum Comitem Aſtariaci, cujus tamen mentionem non invenimus apud noſtros auctores. Conceſſit etiam Fratribus Oxonienſibus ad amplitudinem ſui Conventus, propter multos Fratres illac ex diverſis mundi partibus concurrentes ad generale ſtudium, domum Fratrum de Pœnitentia Jeſu Chriſti, quorum Ordo erat antiqnatus in Concilio Lugdunenſi, & plurimi ex eiſdem tranſibant ad Minores, ex quibus non paucos recepiſſe Petrum Teukesbury Provincialem Angliæ, ſcribit Thomas Eccleſtonus, illius temporis & nationis hiſtoricus fidelis: *Exbibita nobis*. VI. Kal. Junii.

Reg. Vatic. ep. 278.

Conven. Terdonen.

Epiſt. 591.

Conv. Alberſtaden.

Epiſt. 65.

Conv. Laberhanum.

Ampliatur Conventus Oxonienſis.

Eccleſt. de ingreſſu Min. in Anglia.

XXIX. Monaſteria aliqua Clariſſarum etiam hic indigitare libet, quæ ſub hoc anno commemorantur. Dato diplomate ad Miniſtrum provinciæ Burgundiæ jubet Pontifex, ut concedat nobili Viro Joanni de Gabilone, Domino de Arlato, quas velit pias & religioſas Sorores ad fundandum Monaſterium Clariſſarum in prædicta villa Biſuntinæ diœceſis, & quos eligere voluerit Fratres ad eas regendas: *Apoſtolicæ Sedis*. XVIII. Kal. Julii. Et per alias litteras: *Sincera devotio*, eodem die. Similem fecit poteſtatem nobili mulieri Rambaudæ Dominæ de Tornello Mimaten. diœceſis, ut in ipſa hac Civitate Monaſterium extrueret pro ſua filia, Rambauds etiam dicta, Clariſſa, aliiſque Monialibus: *Cum ſicut*. VIII. Idus Novembris. Hortatur fideles ad ſubveniendum ſuis eleemoſynis Clariſſis Monaſterii de Leodone Sannevo Eccleſiam ædificantibus: *Quoniam ut ait Apoſtolus*. X. Kal. Septembris. Regulam etiam Tertiariorum a Nicolao IV. approbatam, ſuis litteris de verbo ab verbum inſeruit, & denuo confirmavit: *Tenorem cujuſdam privilegii*. III. Kal. Septembris.

Mon. Arlaten.

Mon. Mimaten.

Mon. Leodonen.

Confirmatur Regula Tertiariorum.

SUP-

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Henricus in Italiam deſcendit.

,, I. HEnricus ut Solium Imperiale conſcendit, avocatam ſecreto
,, Eliſabetham, alteram ſororem Wenceſlai junioris Boemo-
,, rum Regis nupſit filio ſuo Joanni, eumque Boemiæ Regem inaugura-
,, tum (ducente Petro Archiepiſcopo Moguntino validum exercitum)
,, in Henricum Carintium illud Regnum occupantem dimiſit; quo tem-
,, pore ipſe in Italiam deſcendebat. Summus vero Pontifex rebus Chri-
,, ſtianorum Orientis omni ſolertia incumbebat, & magnus Magiſter
,, Hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani ſtrenue pro iiſdem in Inſula
,, Rhodo laborabat: ſed in Religione Joannis Petri Olivi reſurgente
,, doctrina, zelus Fratrum ſpiritualium in Fratres de Communitate, &
,, horum potentia in illos excitabant diſſidia. Interea ſummus Pontifex
,, fratri Guillelmo de ſancto Marcello ſuo Nuntio Apoſtolico apud Si-
,, culos ter ſcripſit pro pace, primo: *Poſtulat inſtanter &c.* ſecundo:
,, *Ex ſupremæ providentiæ &c.* tertio: *Cum nos dilectum filium &c.*
,, IV. Kal. Martii. Executoriales etiam expedivit ad Guardianum Baſi-
,, leenſem: *Promptuaria malignorum &c.* eodemque tempore ad Regem
,, Romanorum pro eodem negotio: *Faciens miſericordiam &c.* X. Kal. Fe-
,, bruarii: ad Guardianum Virodunenſem: *Ad noſtri Apoſtolatus &c.*
,, VIII. Idus Martii: ad Guardianum Saonenſem: *Præſentiam &c.* No-
,, nis Maii: ad Guardianum Tarnienſem: *Ex ſuſceptæ &c.* VIII. Kal.
,, Junii: Inquiſitoribus etiam Albienſibus ſcripſit: *Significarunt no-
,, bis &c.* VI. Idus Februarii: fratri Venuto quamdam citationem: *Du-
,, dum &c.* III. Kal. Junii: fratri vero Vitali de Furno de rebus Bonifa-
,, cii VIII. *In negotio ſuper &c.* IV. Kal. Junii. Diſpenſavit autem cum
,, aliquibus, cum fratre ſcilicet Ferdinando: *Creditæ nobis &c.* VI. Idus
,, Aprilis, & cum fratre Michaele: *Regularis Ordinis &c.* XII. Kal. Se-
,, ptembris: nonnullis etiam Fratribus quaſdam exemptiones conceſſit:
,, *Dudum &c.* XVIII. Kal. Maii, & dimiſſo fratre Petro ad Benedicti-
,, nos: *Religionis tuæ &c.* VI. Kal. Maii: Cardinali Thomæ nonnullos
,, Fratres habere conceſſit: *Cum te &c.* VIII. Idus Octobris.

Dogl. p. 4. fol. 389.

Indic.

Ex Vatic.

Litteræ pro Inquiſitoribus Albiæ.

Pro diverſis aliq diverſa.

ARGUMENTUM.

Exorta gravi controverſia in Religione circa gradum obſervandæ paupertatis, præcipuos Ordinis Patres ad ſe vocat Pontifex, & patienter utrimque auſcultat. Gonſalvus Miniſter Generalis indicit Comitia generalia Patavii. Fratres ſtrictioris obſervantiæ temere recedunt a corpore Religionis. Miniſter Generalis omni conatu invigilat moribus reformandis. Multa patiuntur in Livonia a Theutonicis Minoritæ. Fratri Guillelmo a ſancto Marcello graviſſima datur commiſſio Urbem pacificandi. Imperator Tartarorum ſimul cum matre ad fidem convertitur per Minoritas, & ſancto fine quieſcit. Florent Viri docti, & extruuntur Cœnobia maxime Clariſſarum Neapolitanarum.

An. 1307. n. 4. Claren. Tribul. 5. Marian. c. 4. Chron. antiq. MSS.

I. SCISSA jam Religione, uti diximus ſuperius, in duas partes, illam quæ Fratrum Spiritualium, atque alteram, quæ de communitate appellabatur, hæc quæ numeroſior & potentior erat, illam vi-

viribus & auctoritate carentem quotidianis moleſtiis conterere non ceſſabat, ut vel omnino deleret, vel ad unitatem corporis revocaret. At illa propoſiti tenax, mala quæcumque potius tolerare, quam ad gremium Religionis redire decrevit, eam prætexens cauſam, non licere illis aggregari, quibus non eſt cordi Regulæ obſervantia, & multipliciter peccant in ſanctam paupertatem. Diverſa hæc ſtudia magis videbantur in provincia Provinciæ in Gallia, quibus obviare volens, & Fratrum ſpiritualium nuncupatorum cauſam juvare Raymundus de Villanova ex Provincia oriundus, medicus Caroli Claudi; vir pius & bonus, egit cum prædicto Rege paulo ante ejus mortem, ut ſuam interponeret auctoritatem, ne tot perſecutionibus illi pauculi Fratres attererentur, & ſcribere dignaretur ad Miniſtrum Generalem, ut fieret illis propitius. Ita efficaciter peroravit, ut non ſolum ad Ordinis Primicerium, verum & ad Pontificem Clementem ſuas litteras dederit, rogans ut hæc ſcandala tollerentur, ea potiſſimum arte, convocatis & auditis optimis, gravioribus, & in regimine expertis viris, utpote Raymundo Gaufridi olim Miniſtro Generali, atque huic ſimilibus, quid dicerent, quid tollendum, quid mutandum, quidve innovandum in Religione, ut perfectius ſanctum obſervaretur Inſtitutum. Juſtis pii Regis precibus Pontifex commotus, vocavit prædictum fratrem Raymundum & alios, mox in ejus litteris nominandos, ad locum Malauſanæ Vaſionenſis, Vocontiorum diœceſis in Comitatu Avenionenſi, ubi præcepit eis ſub pœna excommunicationis, ut ſibi revelarent, & in ſcriptis traderent omnia, quæ minus regulariter impune fiebant in Religione, & matura videbantur egere correctione, præſertim ſi Regulæ ſubſtantia, & declaratio Nicolai III. ſuper eamdem edita, in communitate Ordinis, vel communiter a Fratribus obſervaretur.

Chron. 24. general.
Marc. cit. c. 17.
Diſſident Minores circa modum obſervandæ paupertatis.

Carolus Claudus favet ſtrictioribus.

Vocat ad ſe Pontifex præcipuos.

II. Facta eſt longa & moleſta ſatis diſceptatio de hac re in variis conſiſtoriis coram Pontifice, Raymundo prædicto, Ubertino de Caſali, eorumque complicibus, multas tranſgreſſiones objicientibus, fratre Alexandro de Alexandria Lombardo, ſacræ Theologiæ Magiſtro, mox Ordinis Generali Miniſtro, communitatem ſtrenue defendente, & ſtudioſe diffamante doctrinam Petri Joannis Olivi, a quo tot mala, totque contentiones exortas eſſe dicebat. Illa ipſa objecit capita, quæ ſupra retulimus, nihilque non fecit, ut publico condemnaretur decreto univerſa doctrina. Hanc aſſumpſit ſibi curam Ubertinus Caſalenſis doctrinam, & auctorem defendendi: aliæque hujuſmodi intermiſcebantur quæſtiones, quibus percipiendis, & diſcutiendis ſcriptis, præſertim Petri Joannis examinandis præfecit Pontifex tres Cardinales ex Ordine Prædicatorum Gualterum Winckterburnum Sareſbirienſem Anglum, tituli ſanctæ Sabinæ, Thomam Joiſium Anglum tituli ſanctæ Luciæ, & poſt mortem Gualteri, ſanctæ Sabinæ, Nicolaum Farinulam Gallum Rothomagenſem tituli ſancti Euſebii: necnon fratrem Guillelmum Petri de Godivo Bajonenſem Gallum ſacri Palatii Magiſtrum, fratrem Ægidium *... Eremitam Ordinis ſancti Auguſtini, & fratrem Vitalem de Furno Ordinis Minorum provinciæ Aquitaniæ Miniſtrum. Judices tamen principalis controverſiæ circa tranſgreſſiones Ordinis inſtituit Petrum de Capella Gallum ex Epiſcopo Toloſano Cardinalem ſancti Vitalis, mox Epiſcopum Præneſtinum, & ſupradictum Cardinalem Thomam Anglicum. Sed infirmitate gravato Cardinale Præneſtino, commiſſa fuit cauſa Berengario Stedelli, alias Frondoli Gallo tituli ſanctorum Nerei & Ac-

Quinam præcipui actores in hac controverſia?

Serio agitur de doctrina Petri Joann. Olivi.

Diſcutienda cómittitur viris graviſſimis.

* *For. Romanum*

Judices principalis controverſiæ.

Acchillei, mox Epiſcopo Tuſculano; Guillelmo Arcuſato Burdegalenſi ſanctorum Coſmæ & Damiani, Diacono, poſtea presbytero ſanctæ Pudentianæ, & Thomæ prædicto. Verum quia Fratres de communitate mala multa comminabantur Fratribus, multaque objiciebant crimina, propter quæ in illos animadvertendum prædicebant, præſertim in fratrem Ubertinum de Caſali, quem gravius de multis accuſabant, neceſſarium judicavit Pontifex præcipuos cauſarum actores a juriſdictione Prælatorum eximere, quod & fecit per ſpeciale diploma, cujus exemplar ſubjicio.

Dilectis filiis Generali Miniſtro, ceteriſque Fratribus tam Prælatis, quam ſubditis Ordinis Minorum præſentibus, & futuris.

Regeſt. Vat. ep. 1084.

Plures querelæ delectæ ad Pontificem.

III. *Dudum ad Apoſtolatus noſtri notitiam frequenter & ſecreto, & tamdem in conſiſtoriis tam ſecretis, quam publicis, noſtris & Fratrum noſtrorum auribus extitit frequentius intimatum, quod nonnulla erant corrigenda in Ordine veſtro, quæ omnino matura & celeri lima, & correctione Sedis Apoſtolicæ indigebant, cum per Prælatos ipſius Ordinis remanerent penitus incorrecta, licet ſolemniter & frequenter fuerint ſuper hoc pluries requiſiti. Cum autem nobis exiſtentibus in Conſiſtorio publico, nominarentur per fide dignos quædam ſolemnes perſonæ ejuſdem Ordinis, ac magnæ & ſolemnis auctoritatis & zeli, per quas poteramus plene, ut dicebatur, ſuper his informari: ne talis ac tanti moles negotii ſuper conſcientia noſtra penderet, deliberavimus deſcendere ad inquirendum de propoſitis veritatem, ac Miniſtrum ipſius Ordinis Generalem, dictaſque perſonas, & quaſdam alias ejuſdem Ordinis, nobis notas, quas in ejuſdem Ordinis regulari obſervantia zelo Dei fervere credimus, per litteras ſecretas ad noſtram præſentiam fecimus evocari: videlicet dilectos filios Fratres Raymundum Gaufridi, ſacræ Theologiæ Doctorem, ac Ordinis veſtri olim Generalem Miniſtrum,*

Vocat a quibus informari poſſit.

Raymundum de Giniaco, dudum provinciæ Aragoniæ Provincialem Miniſtrum, Guillelmum de Cornelione Cuſtodem Arelaten.... Guidonem de Levis, Ubertinum de Caſali, Bartholomæum Sicardi, tunc Diffinitorem Provinciæ ad Capitulum generale, Guillelmum de Agantico Lectorem Biterris, Petrum Raymundi de Cornelione, Petrum Malodii Lectores, cum quibuſdam aliis ſociis eorumdem. Et poſtmodum ab ipſo Miniſtro ſecrete exquiſivimus veritatem, & a prædictis aliis plures ſubſequenter.

Judices cauſæ.

Et cum nos occupati diverſis & variis, non in perſona propria vacare poſſemus prout deſideraſſemus, & negotio expediſſet, de communi tam tui Miniſtri & ſociorum tuorum, quam etiam prædictorum per nos vocatorum concordia, venerabilem fratrem Petrum Præneſtin. Epiſcopum, & dilectum filium noſtrum fratrem Thomam tituli ſanctæ Sabinæ presbyterum Cardinalem, ſuper ipſo negotio dedimus auditores. Debilitato vero poſtmodum infirmitate corporea Epiſcopo Præneſtin. prædicto, & ſe excuſante, quod dicto negotio intendere non valebat: nos venerabilem fratrem Berengarium Epiſcopum Tuſculanum, & dilectos filios noſtros Guillelmum tituli ſanctæ Potentianæ presbyterum Cardinalem in dicto negotio adjunximus auditores.

Eximit a ſubjectione Prælatorum Fratres Spirituales.

Verum quia dictum negotium nondum habuit finem ſuum, timebant prædicti ad nos evocati, ut dicebant, ex veriſimilibus conjecturis ſibi magna pericula imminere, a prælatis & ſubditis Ordinis antedicti. Et quia non debet ad noxam imputari, quod factum eſt ad medelam, nos de Fratrum noſtrorum

con-

conſilio & aſſenſu, Fratres Raymundum, Guillelmum de Cornelione, Guidonem, Ubertinum, Bartholomæum, Gaillelmum de Agantico, Petrum Raymundi, & Petrum Malodii ſupradictos, ab omni obedientia & juriſdictione veſtra filii Miniſter, & Prælati ac ſucceſſorum veſtrorum prorſus eximimus, durante negotio ſupradicto. Verum quia vitiis favere non intendimus ex præmiſſis, nec viam claudere obſervantiæ regulari, volumus, quod ſi forte dictos fratres Raymundum, Guillelmum de Agantico, Petrum Raymundi, & Petrum Malodii ſupradictos, vel aliquem ex eis, quod abſit, interim committere contingeret aliquid inhoneſtum, ipſi, & eorum quilibet per auditores corrigantur eoſdem, prout congruum fuerit, & eis videbitur expedire. Et licet nonnalli dicti Ordinis Fratres in diverſis partibas conſtituti in præfato negotio, ſeu contingentibus illud idem in toto vel in parte ſaltem eam dictis Fratribas Raymundo, Guillelmo de Cornelione, Guidone, Ubertino, Bartbolomæo, Guillelmo de Agantieo, Petro Raymundi, & Petro Malodii ſentire dicantur; nolumus tamen Fratres ipſos ſic ſentientes, propter hoc majoris correctionis ſubeſſe rigori; auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, quod dicti Fratres præmiſſi occaſione negotii, vel ex cauſis aliis prætextu ipſius per ſuos Prælatos gravius nullatenus puniantur, nec tractentur, quam ſi ſæpe dictis Fratribus ut præmittitur, nominatim expreſſis in ipſo negotio, minime adhærerent, ſeu quod idem, ut præmittitur, ſentiunt cum eiſdem, nec etiam a ſuis promotionibus, conſolationibus, ſeu gratiis excludantur Ordinis ſupradicti, vel etiam retardentur, niſi per Sedem Apoſtolicam aliud ſuper hoc extiterit ordinatum. Præmiſſa quidem omnia univerſis & ſingulis dicti Ordinis Fratribus in virtute obedientiæ, necnon & ſub pœnis aliis, quas ſicut inobedientium protervia & contrarium præſumentium exegerit, auctore Domino, infligemus, eidem præcipimus inviolabiliter obſervari, Decernentes ex nunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam extiterit attentatum. Volentes inſuper ſtatui eorumdem de ſubſequenti ſalubri remedio providere, univerſis & ſingulis veſtrum tam Prælatis, quam ſubditis, & officialibus quibuſcumque auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne dictos Fratres ſuperius nominatos, auctoritate noſtra vocatos ad nos, ut prædicitur, propter materiam hujuſmodi negotii, vel contingentia ipſum diffamare, gravare, vel offendere, vel a proſecutione hujuſmodi negotii quomodolibet impedire nunc vel in poſterum præſumatis, nec mutetis eos de Provinciis, vel Cuſtodiis, ſeu locis ipſis conſolatoriis; nec privetis eos gratiis, & licentiis, ſeu aliis competentibus eis ſecundum gradum ſuum, & aſſuetis ipſis, & ſuis ſimilibus dari in Ordine a Prælatis. Si quæ vero poſt hujuſmodi inchoationem negotii eis, vel eorum alicui contraria ex cauſis hujuſmodi alicubi ſunt illata, ipſa revocamus, & mandamus totaliter revocari: Nullum etiam eorumdem a promotione quacumque, vel ſtudio, aut electione ad quemcumque ſtatum vel officium, ſi ei alias idoneitas ſuffragatur, impedire quomodolibet præſumatis. Et ut breviter omnia comprehendantur, in omnibus volumus, atque præcipimus, quod vos habeatis ad ipſos quoad exhibenda conſolatoria, & cavenda moleſta ſicut habuiſſetis, ſi de ſupradictis & contingentibus ipſa, dictum vel factum aliquid nullatenus extitiſſet. Verum quia ex his, ut præmittitur, non intendimus favere vitiis, nec viam claudere obſervantiæ regulari, ſi forte, quod abſit, contingeret aliquem de Fratribus, qui in diverſis partibus Ordinis, idem ſentiunt, in aliquo crimine legitime deprehendi, volumus quod ſicut Fratres ceteri poſſint a Prælatis ſine calumnia corrigi & puniri ſecundum æquitatem juſtitiæ, & Ordinis Inſtituta: ita tamen quod occaſione

Adhibitis tamen quibuſdam declarationibus.

prædicti negotii, & ipſum contingentium in nullo alicujus culpa gravetur amplius, nec acrius vel durius puniatur, vel aliter judicetur, vel modis ſeu cautelis aliis inquiratur contra eos, quam alias probabiliter factum fuiſſet, ſi numquam hoc negotium contigiſſet. Quinimo ex hoc propter reverentiam Sedis Apoſtolicæ, & ad omnem ſuſpicionem vitandam debet a vobis agi miſericordius cum eis. Ad hæc quia Fratribus ſuperius expreſſis pro proſecutione negotii antedicti, majus poſſet periculum imminere, ne ſub colore juſtitiæ aliquid contra ipſos in futurum contingeret attentari, præcipimus & diſtrictius inhibemus, ne quis ipſorum propter aliquam culpam præteritam, præſentem, vel futuram, vere vel falſo impoſitam, vel imponendam, pro qua eſſet pœna notabili puniendus, poſſit a quibuſque puniri, vel pro talibus judicialiter conveniri, niſi coram nobis vel ſucceſſoribus noſtris, aut Auditoribus ſupradictis, vel aliis deputandis a nobis; eoſdem ſub noſtra protectione & defenſione ſuſcipimus, ac ab omni alterius ſuperioritate eximimus, ut non poſſint in proſecutione hujuſmodi negotii quomodolibet impediri. Ut autem prædicta omnia integraliter obſerventur, vos & omnes & ſingulos Ordinis veſtri Fratres Prælatos, & ſubditos, & officiales quoſcumque, qui in præſenciarum, vel in poſterum contra prædicta quibuſcumque occaſionibus, ſeu coloribus quæſitis, ſcienter venire præſumpſerint, ex nunc excommunicationis ſententiæ, quam in omnes & ſingulos, contrarium facientes, ferimus, decernimus ſubjacere, abſolutione ipſorum nobis & noſtris ſucceſſoribus ſpecialiter reſervata. Et nihilominus quidquid contra prædicta, vel eorum aliquid attentatum fuerit, decernimus irritum & inane, ac illis Fratribus, quos in præmiſſis aliquid grave propter cauſas hujuſmodi præſumptum fuerit, recurrendi ad Sedem prædictam, abſque alicujus ſui ſuperioris licentia petita, vel obtenta, liberam tribuimus facultatem. Quia vero negotium iſtud, quod corde gerimus, ſecundum honorem Dei intendimus terminare, volumus, quod ex Fratribus ſuperius nominatis, vel ex eis adhærentibus in prædictis, quatuor vel ſex apud prædictam Sedem remaneant cum ſociis opportunis, quos accipiendi ejuſdem intentionis ſecum, eis auctoritatem & licentiam impartimur, ad prædictum negotium libere proſequendum, qui etiam de licentia prædictorum Auditorum aſſignatorum, vel alicujus eorum, ad quem recurſum habuerint, mutari poſſint, & licentiari pro neceſſitate ipſorum, & illis alios ſubrogari, pluresque vocari, prout prædicti Auditores, aut eorum aliquis, ad quem recurrerint, ad proſecutionem dicti negotii, viderint expedire. Et ne quis prædictorum ignorantiam, contra prædicta faciens, allegaret, præcipimus per te, Generalis Miniſter, vel per Procuratorem Ordinis, Provincialibus Miniſtris, & per ipſos ceteris Fratribus tenorem præſentium abſque tarditate aliqua, fideliter publicari, & has litteras vobis, & veſtrum alteri præſentatas, integras, & illæſas in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub prædicta excommunicationis pœna mandamus abſque mora reſtitui prædictis Fratribus, in quorum ſecuritatem prædicta noſtra proviſio emanavit, & penes ipſos, prout expedire viderint, conſervari. Non obſtantibus ſi Ordini prædicto, ſeu perſonis ejuſdem, a dicta Sede ſit indultum, quod perſonæ ipſæ interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, litteris, & indulgentiis, eis ab eadem Sede ſub quavis verborum forma conceſſis, per quæ effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum inhibitionis, revocationis, mandato-

to-

Digitized by Google

torum, voluntatum, præceptorum, ſuſceptionis, exemptionis, prælationis, conſtitutionum, & conceſſionum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Avenion. XVIII. *Kal. Maii anno* V.

IV. Præfati autem Fratres ſimul congregati, diligenti præmiſſa inquiſitione, condixerunt, & conſcripſerunt, quod quantum ad ſubſtantiam, & ad neceſsitatem oportebat, regula & Nicolai declaratio per communitatem Ordinis ſervabatur, aliquas tamen relaxationes, & impunitates peculiares inter Fratres exortas fuiſſe, præſertim in aliquibus Provinciis. Rem largius relatam, & ſcripto explicatam tradiderunt Pontifici, quam ille per fratrem Vitalem Miniſtrum Aquitaniæ miſit Joanni Portuenſi Epiſcopo, Cardinali, Ordinis protectori, & fratri Gonſalvo Generali Miniſtro legendam & tranſcribendam, ut pro futuris eventibus remaneret apud eoſdem exemplar. Factis tranſumptis, remiſſum eſt autographum per eumdem fratrem Vitalem, & in Archivo Camerarii Apoſtolici repoſitum. At Ubertinus de Caſali durius ceteris in hac re egit: animo commotus ob indigne ſibi objecta crimina, porrexit Pontifici & Auditoribus cauſarum libellum ſub nomine prædicti Raymundi, minutim & individualiter omnes vel etiam minimas tranſgreſsiones, videlicet viginti quinque contra regulam, & decem contra Nicolai declarationem, continentem. Illi vero, qui Ordinis communitatem defendebant, ſentientes ita calumnioſe & doloſe religionem traductam, aliud obtulerunt ſcriptum nomine totius religionis, refellentes ſerio & ponderoſe Ubertini articulos. Auctores hujus ſcripti fuerunt Gonſalvus Generalis Miniſter; frater Alanus Provincialis Turoniæ, Alexander Terræ laboris, Vitalis Aquitaniæ, Richardus Angliæ; Jacobus Aſculanus ſuperioris Germaniæ, Ferdinandus Caſtellæ, Romæus Aragonius, Alexander Bononienſis, Umbertus Burgundiæ, Thomas Saxoniæ, Ricardus Mediolanenſis, Joannes Apuliæ, Gerardus Provinciæ; necnon Ordinis Procurator Generalis frater Raymundus, & frater Bonagratia de Pergamo, alias de Bergomo qui ſuo nomine, & vice totius communitatis Ordinis obtulerunt libellum Auditoribus harum cauſarum. Huic vero Ubertinus, & alii alterum oppoſuerunt incipientem: *Contra quoſdam*, &c. & huic etiam reſpondit communitas per alterum qui incipit: *Et quicumque hanc regulam*.

Ubertin. de Caſali nimis ardens in hac cauſa.

Vehementer alii concitantur contra eum.

V. His altercationibus & alternis diſceptationibus protractum eſt negotium ad duos annos, donec ſeptimo ſui Pontificatus, pridie Nonas Maii in Concilio Vienneſi, uti tunc largius referam, Pontifex edidit illam ſolemnem decretalem: *Exivi de paradiſo*: quæ habetur in Clementinis tit. *de verborum ſignificatione*. Interim vero dum rei exitus ſperabatur, obiit Raymundus Gaufredi Pariſiis, ſeu ut alii volunt, ruri in quadam poſſeſſione ſuorum conſanguineorum, quo recreandi animi & perſecutionis fugiendæ gratia receſſit, & paulo poſt deceſſerunt frater Guido de Mira del peſcio, frater Bartholomæus de Siccardo, & ſocius fratris Ubertini, non ſine ſuſpicione mortis violentæ, ſeu propinati veneni. At verius refertur, moleſtiis, afflictionibus, & injuriis a Fratribus illatis ſucubuiſſe. Tanto tempore diſſidentibus inter ſe Conſodalibus, his pro obſervantia regulæ, illis pro honore religionis, ſummo ſtudio, & commotis animis invicem pugnantibus, non potuit adeo religioſe aut pacifice tranſigi negotium, quin gravia exinde incommoda, honoris jactura, & Prælatorum naſceretur contemptus, atque ex his non-

Differtur cauſæ reſolutio.

An. 1312.

Moritur Fr. Raymundus Gaufredi.

nonnulla ſcandala pullularent, quod certe in ſanctiſſimo & florente Inſtituto miſerrimum erat videre. Quid vero actum ſit circa doctrinam Petri Joannis in Concilio Viennenſi, ſuo loco dicetur.

An.1312. Capitulum generale 16. VI. Antequam eo uſque hæc perveniret diſceptatio, hoc anno ſub feſto Pentecoſtes, celebravit Comitia generalia Patavii frater Gonſalvus Generalis Miniſter, in quibus facta eſt tranſlatio tumuli ſancti Antonii ad medium Eccleſiæ, & multa ſtatuta ſunt contra relaxationes introductas in Ordinem, præſertim circa receptionem pecuniarum, ſtructuram Conventuum nimis curioſam, abuſum illorum, qui appropriabant ſibi domicilia locorum, in quibus naſcebantur, extra quæ nolebant habitare, cautumque eſt, ut minus indulgerent Fratres carnibus veſcendis, præſertim in cœnis, neque apponerentur in refectorio niſi ſemel in die; & non niſi probatiſſimi Fratres mitterentur ad infidelium converſionem, cum experientia conſtiterit, minus probatos mores & inſufficientiam quorumdam plus obfuiſſe quam profuiſſe in Oriente.

Quæ ibidem ſtatuta.

VII. Dum hæc fierent Patavii, & Avenione ſupradictæ lites protraherentur, duriuſque ageretur cum Fratribus, qui ſpirituales vocabantur, quorum major pars in Provincia, & in Etruria vigebat. Provinciales omnia æquius ferebant, utpote vicini Pontifici, a quo facile erat obtinere remedium, ſed Etruſci impatientius, quia nullum aderat malorum refugium. Videntes itaque non mitigari perſecutionem, quantumvis omnem rigoroſius Pontifex vetuerit, receſſerunt abſque ulla auctoritate a corpore religionis, & ſumma temeritate elegerunt ſibi Miniſtrum Generalem, & inferiores quoſque Prælatos ſecundum Minorum conſuetudinem. Ut ita facerent, conſilio fuit quidam Martinus Senenſis Canonicus regularis Ordinis ſancti Auguſtini, aliquantæ auctoritatis in populo, qui promiſit eis ſe illos in Curia, ad quam pergebat defenſurum, & ita facturum, ut factum confirmaretur, addens diviſionem hanc eſſe ſanctiſſimam, & ſumme rationabilem, electionemque Generalis Miniſtri cenſendam eſſe canonicam. Aliter tamen judicatum eſt in Curia, magnumque in omnibus rebellio hæc generavit ſcandalum; & in complices, ac ſodales eorum Provinciales, Pontificis & Cardinalium animos commovit. Atque ita factum eſt, ut facilius crederentur, quæ eis objiciebantur a Fratribus Communitatis, & favere deſiſterent, qui prius erant propitii.

Strictioris obſerv. Fratres in Etruria recedunt ab Ordine.

VIII. Ut his malis mederetur frater Gonſalvus Generalis Miniſter, & meliorem ſuperinduceret faciem rebus Fratrum de Communitate, acceſſit ipſe ad Provinciam Etruriæ, & quo potuit conatu eam reformavit. Dum autem abiret, ſequentem ſcripſit epiſtolam ad fratrem Pacem ejuſdem Provinciæ Miniſtrum.

Gonſal. Miniſter generalis cupit ſuis malis mederi.

In Chriſto ſibi cariſſimo Patri, fratri Paci Miniſtro Fratrum Minorum in Provincia Tuſciæ frater Gonſalvus Generalis Ordinis Minorum Miniſter & ſervus &c.

Epiſtola ejuſdem ad Fratres Tuſciæ.

Licet contra monſtruoſam redditaum abuſionem, quam ad fundamentalem noſtri ſtatus ſubverſionem filii ſeculi hujus in Ordinem noſtrum, proh dolor! a nonnullis introduxerunt diebus, remedium, diſtrictis & gravibus vallatum ſententiis, venerabilis anteceſſor meus cum Capitulo generali providerit: quia tamen plures Provinciæ, quod abſque verecundia ipſarum dici non poteſt, illud ſalubre remedium contempſiſſe hucuſque,

que, vel ſaltem neglexiſſe inveniuntur, redditus & alias proviſiones ſeu penſiones, domos quoque cenſuales, vel ſeparatas a locis Fratrum, & interdum etiam poſſeſſiones agrorum, vinearum, & rerum aliarum, donationes inſuper inter vivos, & ſucceſſiones hæreditarias ſuſcipiendo, vel retinendo, ſeu vendicando illicite, quamvis ſub fallaci colore liciti, quandoque nituntur hoc agere: conniventibus oculis tranſire non valeo, quin ratione incumbentis mihi officii, cum effectu laborem, ne generalium Capitulorum edita ſuper his ſtatuta, cum continuo animarum periculo, ulterius contemnantur: tenore igitur præſentium tuæ dilectioni in virtute Spiritus ſancti diſtricte præcipio per obedientiam ſalutarem, quatenus Deum & regulæ puritatem, quam vovimus ac declarationis verbum, ubi nobis rerum etiam noſtro competentium uſui, receptio, ſub colore providentiæ in futurum interdicitur, habendo præ oculis: conſiderando etiam quod ſi talia permittantur, creſcere ſic poterunt, quod omnino exterminabitur illa ſancta mendicitas, quam nobis regula memorata imponit; omnes redditus annuos, vel perpetuos, ſeu proviſiones, eleemoſynas, ac penſiones certa obligatione ſolvendas annuatim, aut in perpetuum, Conventibus vel perſonis, nec non & poſſeſſiones quaſcumque cum donationibus inter vivos, & ſucceſſionibus hæreditariis, ac domibus ſeparatis a Fratrum habitatione, ſi quæ ſunt per totam Provinciam tuam, facias ſine dilatione moroſa plenarie alienari a Fratribus, ita quod quæ licite diſtrahi poſſunt, ſic quod ipſorum pretia prædictorum Fratrum neceſſitatibus applicentur, diſtrahantur ſimpliciter. Quæ vero licite ſic diſtrahi nequeunt, publice coram illis, ad quos pertinere noſcuntur, abſque omni fraude vel dolo, ſub inſtrumento publico, vel authenticis litteris, in præſentia vocatorum ad hoc, teſtium, qui non ſint de Ordine, reſignentur. Nec de commiſſariis perpetuis, aliquem ſe intromittere patiaris. Et hoc Cariſſime, cum tanta, & tam diligenti efficacia exequaris, quod non oporteat me pro ipſorum exterminatione pleniori, Viſitatorem mittere ſpiritualem; quæcumque circa præfata egeris, vel agenda dimiſeris, quantitates quoque ac qualitates, & ſummas reſignatorum, ſeu diſtractorum, cum nominibus perſonarum, & locorum habentium talia, modiſque reſignationum reſcripturus mihi plenarie, quam citius commode poteris ante primum Capitulum generale. Porro Fratres omnes ſupradictæ Provinciæ tuæ præſentes pariter & futuros in ſcriptis, quæ haberi volo, & legi frequenter in omni loco ipſius Provinciæ, moneo primo, ſecundo, & tertio, præcipiens nihilominus eis, & eorum ſingulis, diſtricte per obedientiam ſalutarem, ne contra præfatas diſtractiones, ſeu reſignationes per ſe vel per alium, facto, verbo, ſigno vel ſcripto, ſeu quovis alio modo aliquod impedimentum procurent, ſed potius ad earum impletionem quantum ab eis dependet, diligenter inſiſtant, numquam de cetero talia recepturi. Si quis vero ſcienter contrarium fecerit, excommunicationis ſententiæ ſubjacere ſe noverit, quam ex nunc pro tunc in eiſdem ſcriptis fero in eum, nolens, quod per aliquem inferiorem Generali Miniſtro præter articulum mortis ab ea poſſit abſolvi, niſi per eum cui ex certa ſcientia, & in ſpeciali abſolutionis hujuſmodi poteſtatem, Generalis ipſe duxerit committendam. Vale in Domino, & ora pro me. Data Piſis VI. Kal. Novembris anno Domini MCCCX.

Loquitur de decretali: Exiit qui ſeminat §. Inſuper nec utenſilia.

IX. Hoc ipſo anno ad provocationem regni Poloniæ, & Livoniæ, & Archiepiſcopi Rigenſis Clemens Pontifex commiſit Joanni Archiepiſcopo Bremenſi, & Alberto de Mediolano Canonico Ravennati cognitionem multorum ſcelerum, quæ clamore valido, & inſinuatione continua objicie-

Reg. Vat. ep. 412. Cromer. lib. 11. rerum Polonic.

ciebantur Præceptori, & Fratribus Hoſpitalis ſanctæ Mariæ Theutonicorum. Omnia prolixe & minutim refert Pontifex in ſuo diplomate, maxime quæ contra Archiepiſcopum, & Eccleſiam Rigenſem indigne perpetrabant. Ante centum annos in Livoniam introducti ſunt, ut contra Paganos opem ferrent, nihil tamen nunc præter ſpolia & rapinas curabant, dum omnia præſertim dictæ Eccleſiæ jura, per ſummam injuriam uſurpabant. Multa præterea nefaria in Pruſſia, ac Lituania deſignabant, unde appareret eos delendæ potius, quam propagandæ apud barbaros Religionis, curam habuiſſe. Illud probat execrabile hoc facinus ac dirum nefas, quod cum Rex Paganorum cum ſuis ſubditis fuiſſet ad fidem Chriſti converſus, ac diverſos Epiſcopos ſucceſſive, & presbyteros ſeculares, ac Fratres Prædicatorum & Minorum Ordinum in toto regno ſuo ordinaſſet ad extirpationem errorum, & illuminationem, ac plantationem orthodoxæ fidei permanſuros, iidem Præceptores & Fratres, proh pudor! velut ejuſdem fidei ſubverſores, quoſdam eorumdem Epiſcoporum, Presbyterorum, & Fratrum exinde dejici, quoſdam vero interfici latentibus & occultis ſtudiis procurarunt, & taliter Pagani etiam ad fidem converſi lumine veritatis abjecto, errores, proh dolor! priſtinos reſumpſerunt, & ſic quondam Lethonien. Eccleſia Cathedralis in dicto regno conſiſtens cum ſua civitate, & diœceſi, non abſque multorum fidelium animarum, & corporum deplorando periculo, miſerabiliter fuit deleta. Deinde ex eo, quod Fratres Ordinis Minorum caſtri Bransberg, ejuſdem Rigen. Provinciæ, prædicationi dictorum Paganorum inſtantes, Verbum Dei continue diffundebant, ac quidam frater dicti Ordinis jugiter per Paganos diſcurrens, virtute verborum, & operum corruſcando, die quolibet multos paganos cognitione veræ fidei illuſtratos regenerationis lavacro innovabat, eiſdem Fratribus Minoribus de dicto loco ignominioſe dejectis, eumdem locum funditus deſtruxerunt, nullos omnino ejuſdem verbi prædicationi inſiſtere permittentes. Hæc & alia quam plurima prædictum explicat diploma.

Varii Theutonicorum exceſſus in Livonia.

Eorumdem erga Minores gravamina.

X. Variæ etiam diſſenſiones & bella civilia erant in ſacra Urbe, in qua, Paſtore & capite longe diſtante, omnia peſſumdabant, nec tuta patebat via peregrinis ad limina Apoſtolorum, aut ſepulcra Martyrum accedendi. Miſit itaque Pontifex fratrem Guillelmum de ſancto Marcello Pœnitentiarium ſuum, quem anno ſuperiori diximus delegatum in Siciliam circa negotium Templariorum, ut commotos animos ſedaret, & belligerantes pacificaret. Hoc ejus miſſionis inſtrumentum.

Fr. Guillelm. a S. Marcello jubetur Urbem pacificare.

Dilecto filio fratri Guillelmo de ſancto Marcello, Ordinis Minorum, Pœnitentiario noſtro.

Reg. Vat. in append. ep. 1.

PUlſat inſtanter ad oſtium cordis noſtri, mentemque ſollicitat paternæ dilectionis affectus, quem ad Romanam Urbem habemus, ut circa ipſam, cujus in commiſſo nobis Apoſtolatus officio, ſpecialiter curam ſuſcepimus, ejuſque ſtatum, quem pro dolor! pacis æmulo ſuperſeminante zizaniam, jam ab olim novimus periculis diverſis expoſitum, convulſum diſſidiis, diſpendiis conquaſſatum, & formidabilis nubilo turbationis obductum ſollicite cogitemus, & ad ejus reformationem celerem tanto vigilantius intendamus, quanto ad id ſpecialius officii noſtri debitum nos inducit, & veræ dilectionis affluentia, quam ad Urbem eamdem ejuſque cives, quos velut ſpe-

ſpeciales filios affectione paterna complectimur, gerimus, nos impellit. Sane ex adverſis conditionibus Urbis præfatæ, quas frequenter meditatione lugubri recenſemus, tanto vehementius anxiamur, quanto earum occaſione non ſolum ejuſdem Urbis civibus, verum alienigenis, & fere fidelium nationibus univerſis, quibus ad viſitanda Apoſtolorum limina aliaque veneranda, & piiſſima loca Urbis prædictæ aditus clauditur, graviora conſpicimus animarum & corporum pericula provenire. Quamobrem tam periculoſis turbinibus & peſtiferis novitatibus ſalubriter, prout nobis fuerit ex alto conceſſum, obviare volentes, ut eis ſubmotis memoratæ Urbi, & circumpoſitæ regioni pacifici ſtatus, & ſtabilis læta ſerenitas illuceſcat, te, quem nobis ad exequendum mentis noſtræ conceptum idoneum tuæ circumſpectionis induſtria repræſentat, ad Urbem ipſam decrevimus deſtinandum: diſcretioni tuæ tenore præſentium committentes, & mandantes expreſſe, quatenus ad prædictam Urbem te perſonaliter conferens, quoſcumque nobiles & cives ipſius, & illos potiſſime a quibus cauſa hujuſmodi turbationum noſcitur præcipue dependere, ſecundum traditam tibi a Deo gratiam, ſalutaribus monitis, & exhortationibus, ex quibus odioſi conceptus turgidique animi ipſorum mulceri valeant, benigne alloquens, eos ad bonum pacis & concordiæ, quod utique inter eoſdem nobiles vigere vehementi deſiderio affectamus, ſtudeas inclinare. Spes enim nobis indubia provenit, quod eorumdem nobilium, & civium erga Sedem Apoſtolicam innata devotio ſic benigne ob reverentiam dictæ Sedis & noſtram, tuis hortationibus condeſcendet, ſicque tuæ, immo verius noſtræ, obtemperabit inſtantiæ, ac tua ſuſcipiendo monita efficaciter, ut ſperamus, annuet votis noſtris, & tamquam benedictionis filii, qui numquam a matris voluntate degenerant, ejuſdem Sedis gratiam uberius merebuntur, quodque ſalutis, & pacis ſemina, quæ te ſpargere continget in eos, gratia cooperante divina, optatos nobis manipulos reportabunt. Etſi prædictos nobiles vel eorum aliquos inobedientes fortaſſe inveneris, volumus, quod illud nobis per tuas litteras ſignificare procures, ut circa id de opportuno poſſimus remedio providere. Datum Avenion. XVIII. Kal. Febr. anno quinto.

XI. Subjunxit deinde alias litteras ad univerſos Nobiles Urbis, necnon ad Fortibrachium de filiis Urſi, & Joannem natum Richardi de Anibaldenſibus, Almæ urbis Senatores, in quibus monet, ſe hunc tamquam ſuum Nuncium deſtinare. Deinde aliis litteris præſcribit univerſis Abbatibus, & ſuperioribus Monaſteriorum in Urbe, & ejus territorio conſtitutorum, ut ei de neceſſariis expenſis, hac legatione fungenti, provideant. Alium etiam Minoritam fratrem Stephanum confeſſarium Dionyſii Regis Luſitaniæ non mediocri affecit honore, præficiens eum Eccleſiæ Portugallenſi, nobili & antiquæ in Luſitania, ſub Archiepiſcopo Bracarenſi, qua ſe celebre Duri flumen evolvit in Oceanum. Confeſſarius erat Dionyſii Regis Portugalliæ, & vacabat Eccleſia per mortem Fredoli Epiſcopi in curia decedentis: *Regimini univerſalis*. III. Idus Februarii „ Fuiſſe hoc anno Epiſcopum Engoliſmenſem in Gallia ſub Archiep. Burdegalenſi fratrem Fucaldum Minoritam, ſcribit Claudius Roberti in ſua Gallia Chriſtiana, atque ex Andrea Quercetano, filium fuiſſe nobilium virorum Guidonis Rupifucaldi, & Agnetis Rupis-Cavardæ; Fratrem habuiſſe Aymarum Burdegalenſem, ipſumque Fucaldum, prius fuiſſe Archidiaconum Engoliſmenſem. Fuiſſe etiam hoc anno Inquiſitorem contra hæreticam pravitatem in provincia Ravenna-

Ibid. ep. 2. 3. 21.

Frater Stephanus Epiſcopus Portugallen.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Fucald Epiſc. Engoliſmen.

Rubeus lib. 6. an. 1310. Frater Hugolinus Epiſc. Faventin.

„ nati, & interfuiſſe Concilio Provinciali Ravennati a Rainaldo Archie-
„ piſcopo indicto, narrat Rubeus in ſua hiſtoria. Eccleſiæ etiam Fa-
„ ventinæ in Emylia ſub Archiep. Ravennate præfecit fratrem Hugoli-
„ num Minoritam. Diſceſſit e vita anno MCCCXXXVI. „

Imperator Tartarorum ad fidẽ converſus. *Antonin. lib. 24. cap. 9. §. 11. Marian. c. 3.*

Similiter ejus Pater, qui & miraculis claruit.

XII. Sub hoc tempore & regimine fratris Gonſalvi Magnus Cham Imperator Tartarorum, cum matre ſua ad Catholicam fidem per Fratres Minores, maxime per fratrem Joannem a Monte Corvino, propter quem Joannes voluit appellari, converſus, & baptizatus eſt, & paulo poſt ex hac vita migravit, atque in Conventu Fratrum more Imperiali, ſolemni ritu eſt tumulatus. Cujus corpus cum per triginta annos fuiſſet ſub terra, & propter ingruentia bella a Fratribus illinc diſcedentibus, transferretur ad Saray civitatem, ita integrum & incorruptum cum veſtibus, & pulvinari byſſino inventum eſt, ac ſi tunc fuiſſet ſepultum, admirantibus omnibus fidelibus, & infidelibus, qui exhumatum conſpexerunt. In hoc eodem loco de Saray, jacet etiam Cathogonti Frater Imperatoris Tartarorum ad fidem converſus per Fratres Minores, qui multa jocalia, & donaria dedit Monaſterio. Vitæ dicunt fuiſſe ſanctiſſimæ, & miraculis fulſiſſe. Scribit ex teſte oculato Piſanus ad ejus ſepulcrum liberatam quamdam Sarracenam a dœmonio vexatam. Hoc item anno Kalendis Septembris Raynaldus Ravennæ Archiepiſcopus, & Ildebrandinus Aretinus Epiſcopus conſecraverunt Eccleſiam Montis Alvernæ (illam in qua apparvit Chriſtus in forma Seraphica ſancto Franciſco, Stigmatibuſque inſignivit) in honorem ſanctæ Crucis, & Angelorum, & ipſius ſancti Patris Franciſci.

Piſan. con. 11.

Conſecratur Eccleſia Montis Alvernæ.

ADDITIO ALIORUM.

Ex Monum. MSS. Prov. ſancti Franciſci.

„ XIII. Hoc anno beatus Ventura Piſcinianenſis Umber Ordinis
„ Tertii profeſſor diem obivit tertio Idus Julii. Is deſiderio ſolitudinis
„ incenſus locum ſibi delegit in ipſa Patria, ubi ab hominum conſuetu-
„ dine, convictuque ſemotus uni Deo vacaret; a quo etiam miraculo-
„ rum ornatus gloria, magna cum hominum prædicatione ad ſuperos
„ abiit. Cadaver ejus ad Trebienſe Templum Divi Franciſci inſigni
„ pompa delatum eſt, & a populo Chriſtiano egregiæ cujuſdam pietatis
„ officiis deinceps cultum, Sed & ille ſeceſſus, ubi vita innocentiſſime
„ acta optimarum exempla virtutum Ventura reliquerat, frequentari
„ ſubinde cœptus eſt; in eoque Cœnobium religionis cauſa iiſdem Fra-
„ tribus attributum. „

Floret Malachias Hibernicus.

XIV. Floruit etiam ſub hoc tempore frater Malachias Hibernicus, inter inſigniores ſui temporis doctores connumerandus, qui magnam ab eruditione & pietate laudem domi foriſque ſibi comparavit. Oxonii Theologiæ lauream aſſecutus, ob eximias artes, & quæ in ipſo renitebant virtutes, in tantam abiit æſtimationem, quod dignus habitus ſit, qui coram Eduardo II. Angliæ Rege, Principibus, & Primatibus divina oracula prædicaret. Fuit vir probus, in virtute conſtans, qui non timebat a facie Regis, nec cujuſpiam Dynaſtæ, quin vitia ſui ſeculi acerrime increparet, procul faciens omnem adulationem. Plura ſcripſit quæ alias referemus. Inter ſui Inſtituti viros doctos hunc enumerat Antonius Senenſis in Catalogo Scriptorum Ordinis Prædicatorum, ſed aperte Franciſcanum faciunt ceteri, qui de eo ſcribunt, Antonius Poſſevinus, Henricus Willot, imo & hereticus Balæus, qui majori diligentia ex Chronographis Hibernis collegit ſcriptores ejuſdem gentis, & monumenta MSS. Hibernica ad me tranſmiſſa ita expreſſe affirmant.

Balæus de Scriptor. Britan. cent. 14.

Item Hugo de Novo caſtro.

XV. Hujus etiam temporis cenſendus vir alter ejuſdem Inſtituti do-

doctrina celebris, patria Anglus, Hugo de Novocaſtro, quod in tractu ſitum eſt Dunelmenſi, vulgo cognominatus *Doctor Scholaſticus*. Superius diximus Scoti diſcipulum fuiſſe, cujus etiam ſe probavit diligentem ſectatorem, & ſtrenuum deſenſorem. Hic unus eſt ex quatuordecim præcipuis doctoribus Minoritis, qui in circuitu ſepulcri Joannis Scoti, nominibus æri inciſis, leguntur in Eccleſia Minorum Conventualium Coloniæ hoc modo: *Magiſter Hugo de Novocaſtro*. Sub anno MCCLXXXIV.
floruiſſe refertur a Joanne Pitſeo, cum neque ejus Magiſter Scotus *Pitſeus de Script. Ang.*
adhuc ſub illo anno magno aliquo nomine florere potuerit, obiit ſepultuſque eſt in Con. Pariſ.

XVI. Circa hæc tempora Noveſii, celebris oppidi Germaniæ inferioris ad Rhenum, vulgo *Nuys*, a Colonia Agrippina leucas quinque diſtantis, collegium Templariorum, ipſis captis, datum eſt Senatus favore Minoritis. Ante hoc aliud ibi obtinuiſſe domicilium ſuſpicor ex iis, quæ ſcribit Petrus Merſæus Cratepolius, videlicet tempore Syfridi *Cratepol. de Archiep. Colonien. n. 56. & 58.*
Archiepiſcopi Colonienſis anno Domini MCCLXXV. vixiſſe religioſum virum fratrem Nicolaum Minoritam ſanctimonia conſpicuum; mortuumque die XIII. Aprilis, ſepulturam accepiſſe Noveſii apud ſuos conſodales, ubi multis & ſere infinitis claruit miraculis. Certe monumenta Provinciæ Coloniæ ad me tranſmiſſa aſſerunt anno MCCXXXIV. illuc introductos Minores, idque teſtari inſcriptionem marmoreo lapidi inciſam. Anno MDII. VII. Idus Sept. Raymundus Cardinalis ſanctæ Mariæ novæ Alexandri VI. Legatus juſſit Archiepiſcopum Colon. ut domum hanc conferret Obſervantibus, de quo penes me extat ipſius diploma; quod tamen ſacere omiſit. Locum omnino deſolatum Ferdinandus Archiepiſcopus Coloniæ contulit Patribus Societatis Jeſu anno MDCXV. in menſe Februario. Fratres regularis obſervantiæ ab eodem Sereniſſimo Principe Electore Ferdinando, veluti hoſpites & ſacellani in eamdem urbem ad locum Obercloſter introducti ſunt, donec eis alium commodiorem locum concedat. Idem ſupradictus Cratepolius paulo antiquiorem facit *Conv. Bonnæ.*
ædem Minorum Bonnæ ejuſdem tractus ad Rhenum Urbis antiquæ in amœniſſimo loco Confluentiam & Moguntiam verſus; quippe ab eodem Syſrido Eccleſiam Conventus inchoatam anno Domini MCCXCVIII. affirmat.

XVII. Longe ante hæc tempora extructum fuiſſe Conventum Baſi- *Conv. Baſileenſ.*
leenſem, præter diploma Pontificium, quo committitur hoc anno Epiſco- *Reg. Vatic. an. 5. ep. 74.*
po Argentinenſi, Priori Prædicatorum, & Guardiano Minorum Baſileenſi, ut Gerardum Epiſcopum Lauſanenſem a ſe electum Baſileenſem, admitti ad eamdem ſedem curarent, non obſtante contradictione, & temeraria electione Canonicorum; mihi probant ea, quæ de electione Henrici Minoritæ tunc Guardiani Baſileenſis ad eamdem Eccleſiam, diximus alias. Similiter nobis conſtat de Conventu Lubecæ urbis anti- *Tom. 4. an. 1274. n. 35.*
quiſſimæ & nobiliſſimæ Germaniæ in Saxoniæ & Holſatiæ confinibus; ha- *Conv. Lubec.*
beo enim diploma Pontificium hoc anno miſſum ad Priorem Prædicatorum, & Guardianum Minorum Lubecenſis urbis, quo jubentur ſervare *Reg. Vat. ep. 176.*
interdictum ab Epiſcopo Burchardo promulgatum propter violentam ſui & Canonicorum ex urbe ejectionem. Hujus tumultus meminit Albertus Krantzius, cauſamque recenſet. In eumdem modum ex commiſſione facta *Krantzius in Metrop. lib. 8. cap. 38.*
Guardiano Tarvienſi & aliis, circa Monaſterium ſancti Petri Generenſis Ordinis ſancti Benedicti, Tarvi, Helvetiæ olim urbis Epiſcopalis, Cœno- *Conv. Tarvien.*
bium conſtat extitiſſe Minorum. Murciæ, Hiſpaniæ Terraconenſis urbis in *Epiſt. 786.*

finibus Baſtetanorum, & Regni Murcienſis capitis, Conventum hoc tempore antiquiorem fuiſſe, & in medio foro, ubi nunc ſanctæ Catarinæ ſurgit Parochia, præextitiſſe antiqua ſui Archivi probant monumenta. Ab illo loco in eum, quem modo poſſidet, circa hunc annum translatus eſt, magnifico & pulcherrimo opere ex publicis & privatis eleemoſynis conſtructus, quem dum ad iter Romanum Illuſtriſſimum Dominum fratrem Antonium a Trejo, digniſſimum illius urbis Epiſcopum, tunc Philippi III. ad Paulum V. Oratorem, comitarer, lætus conſpexi; egregia enim domus ſtructura, Templum, ſitus, officinarum diſpoſitio, & ſuper omnia inſtructiſſima & copioſiſſima Bibliotheca a R. P. Didaco Arze ſummo ſtudio collecta, & exquiſitis, optimiſque libris referta (cui alteram laudabili æmulatione oppoſuit in religioſiſſimo Conventu ſanctæ Catarinæ extra, ſed prope, urbem R. P. Alphonſus Vargas) valde arriſerunt. Tranſivit a Patribus Conventualibus ad Obſervantes anno MCCCCLXXV.

Conv. Bejari. *Idem in Prov. S. Michaelis Conv. 9.*

XVIII. Hoc anno ædificari cœpit Conventus Bejari, oppidi in Hiſpania celebris, & Ducatus titulo inſignis, extra muros, loco eminenti, ſed præcipiti, & amœno ſuper Tormium flumen rapidiſſimum. Ex monumento lapideo in muro prope oſtium, patulo conſtat primum ſtructorem fuiſſe quemdam fratrem Paſchaſium Guardianum, ſed matrem ejus poſt decennium totum abſolviſſe. Aliquando adjudicatum eſt Provinciæ Angelorum, aliquando Provinciæ ſancti Michaelis, ad quam modo ſpectat. *Conv. Chringeſveld.* Admittendi alium Conventum extruendum ab Eliſabetha Imperatrice, relicta vidua Imperatoris Alberti in loco de Chringeſvelde, ubi occiſus eſt, uti alias diximus, in diœceſi Conſtantienſi, conceſſa eſt *Annal. Hibern.* a Pontifice hoc anno Minoritis licentia: *Religionis veſtræ.* XIV. Kal. Julii. Moritur hoc anno in Abbatia ſancti Thomæ martyris Dublinii in Hibernia, D. Nigellus le Bruin Miles Eſcaator D. Regis Anglorum, & ſepelitur apud Minores Dublinien. cum tanta pompa & numero cereorum, qualis antea viſa non eſt in Hibernia.

Monaſt. Corporis Chriſti Neapolitan.

XIX. Hoc anno inchoatum a Roberto Rege Siciliæ in urbe Neapolitana illuſtre, magnificum, atque ad miraculum grande nimis, Templum Clariſſarum ſub titulo ſanctiſſimi Corporis Chriſti, communiter tamen a ſancta Clara denominatum. Traditionem refert vulgarem, & auctorem *Sumont. l. 3. ad an. 1301.* habet Sumontium, qui dicat, quod pio & inſigni hoc opere ſatisfactum voluerit neci Caroli Martelli Regis Hungariæ, quem ferunt propinato veneno e medio ſuſtuliſſe, ut devolveretur ad ipſum jus regni hæreditarium. Ceterum alii hiſtorici, neque tanti ſceleris meminerunt, neque aliam tantæ extruendæ molis cauſam aſſignant, quam Regis pietatem, & ſummum in rem Franciſcanam affectum Saneiæ conſortis, cui varia Pontificia, & regia diplomata, ſuis locis a nobis producenda, totum opus aſcribunt, domui conſummandæ tria millia aureorum ſingulis menſibus diſtrahenda Rea deſtinavit, neque tamen ante triginta potuit annos compleri. Altaris majoris ſummitatem tegit pulcberrima tabula marmorea palmos decem & octo longa, larga ſeptem, alta unum. Tholus *Templi magnificentia.* quatuor innititur columnis affabre elaboratis, quarum duæ anteriores ex Salomonis Templo Hieroſolymitano extractæ ſunt. Super altare erectum *Anno 1343.* eſt ſepulcrum ipſius Roberti, uti largius alias ſub ejus morte dicemus. Ad cornu Epiſtolæ erectum eſt ſepulcrum Caroli primogeniti hujus Ro*Sepultus ibidem Dux Calabriæ Carolus.* berti; hoc adjuncto epitaphio: *Hic jacet Princeps illuſtris D. Karolus, primogenitus Sereniſſimi Domini noſtri, Domini Roberti, Dei gratia Jeruſalem & Siciliæ Regis incliti, Dux Calabriæ, ac præfati Domini noſtri*

Regis

Regis Vicarius generalis, qui juſtitiæ præcipuus zelator, & cultor, ac reipub. ſtrenuus defenſor. Obiit autem Neapoli catholice receptis ſacroſanctæ Eccleſiæ omnibus Sacramentis anno Domini MCCCXXVIII. *Indict.* XII. *anno ætatis ſuæ* XXXI. *regnante feliciter præfato Domino noſtro Rege, regnorum vero ejus anno* XX. *Ipſius anima requieſcat in pace. Amen.* Prope hoc ſepulcrum aliud nobile conſurgit Reginæ Joannæ, primæ hujus nominis, prædicti Caroli filiæ, Andreæ Regis conjugis, quem ætatis ſuæ anno decimonono ſtrangulari feciſſe aliqui, etſi fortaſſis non tam vere ſcribunt, quo etiam mortis genere illa, poſt acceptos alios maritos, ſuum regnum clauſit ſub Carolo III. Epitaphium vel ne in perpetuum dedecus ſceleris non omnino veri, vel quia amici ſive ſucceſſores tolli curarunt, omnino expunctum eſt ex marmore; quod tamen aliunde hic ſubminiſtro: Necnon Regina Joanna.

Inclyta Parthenopes jacet hic, Regina Joanna
Prima, prius felix, mox miſeranda nimis.
Quam Carolo genitam multavit Carolus alter,
Qua morte illa virum, ſuſtulit ante ſuum:
M. CCC. LXXXII. XXII. *Maii*, V. *Indict.*

XX. Sub Reginæ tumulo apparet alter in pavimento, cui hæc inſcriptio: *Hic jacet corpus nobilis mulieris dominæ Hodoronæ de Noviam Cabellanæ illuſtris dominæ, dominæ Joannæ, Dei gratia Jeruſalem & Siciliæ Reginæ, & magiſtræ bonæ memoriæ dominæ Mariæ Duciſſæ Calabriæ matris ejus. Quæ obiit anno Domini* M. CCC. LXXV. *die* X. *Septembris*, XIV. *Indict. Cujus anima requieſc. in pace. Amen.* Ad cornu Evangelii inviſitur pulchrum Mauſolæum, inſcriptis his verbis: *Hic jacet corpus illuſtris dominæ, dominæ Mariæ de Francia Imperatricis Conſtantinopolitanæ, ac Duciſſæ Duracii, quæ obiit anno Domini* M. CCC. LXVI. *die* XX. *menſis Maii. Cujus an. req. in pace. Amen.* Prope hoc item aliud inclita hac memoria: *Hic jacent corpora illuſtriſſimarum dominarum, dominæ Agnetis de Francia Imperatricis Conſtantinopolitanæ, ac Virginis dominæ Clementiæ de Francia, filiæ quondam illuſtriſſimi Principis D. Dom. Karoli de Francia Ducis Duratii, quarum an. req. in pace. Amen.* In pavimento coram altari majori jacent Valentinus Claver de Aragonia ſub Alphonſo I. Rege, oppidorum caſtrorumque regulus, in Aragoniæ Regno ſupremi Concilii Præſes, ſeu ejuſdem Regni Vicecancellarius; ejuſque uxor Maroveſia de Torelles, in alio repoſita ſepulcro anno MCCCCLXIV. Sunt & alia in eadem Eccleſia nobilium virorum ſepulcra, quorum Epitaphia volenti dabit Illuſtriſſimus Gonzaga. Hodorona de Noviam. Maria Imperatrix. Agnes Imperatrix. Clementia de Francia. Valentinus Claver.

XXI. Completa autem eſt ex parte Eccleſia, & tota quantumvis miræ magnitudinis, laminis plumbeis cooperta anno MCCCXXVIII. quo etiam anno in menſe Januarii, turris campanariæ prope Eccleſiam in area, quæ præ foribus Templi eſt, extruendæ fundamenta jecit Robertus. Magnificum ſane opus ex candido marmore compactum, ſi perficeretur (neque enim tertia adhuc pars extructa eſt) omnes in ſui raperet admirationem & univerſis ubique hujus generis turres, ſi non præcelleret, ſaltim primas quaſque adæquaret. Duas præ ceteris habet campanas inſolitæ magnitudinis, quibus inſcriptus annus fuſionis MCCCXXVI. Quinque ingentes fudiſſe Robertum, & trabibus ligneis impoſuiſſe dum turris ædificaretur, chronica Neapolitana vetuſta recenſent. Quadrangula eſt, & in unoquoque latere inciſa habet carmina, in quibus memoriæ conſervantur rerum præcipuarum eo loco geſtarum. Ex illa par- Turris campanaria.

Quo anno fundata eſt Eccleſia.

parte, quæ meridiem reſpicit, commemoratur his verſibus annus fundationis Eccleſiæ.

Illuſtris clarus Robertus Rex Siculorum,
Sancta Regina, prælucens cardine morum,
Clari conſortes, virtutum munere fortes,
Virginis hoc Claræ Templum ſtruxere beatæ.
Poſtea dotarunt, donis multiſque bearunt.
Vivant contentæ dominæ, Fratreſque Minores
Sancta cum vita, virtutibus & redimita.
Anno milleno, centeno ter ſociata
Deno, fundare Templum cœpere Magiſtri.

Amplæ huic Templo conceſſæ Indulgentiæ.

Joannes XXII. anno MCCCXXX. conceſſit huic Monaſterio omnes & ſingulas Indulgentias, quas ubique terrarum ſui Prædeceſſores elargiti ſunt Monaſteriis quibuſcumque Minorum; atque hoc commemorant hæc carmina ex latere occidentali.

Anno milleno, terdeno conſociata
Et trecenteno, quo Chriſtus nos reparavit,
Et genus humanum collapſum ad ſe revocavit:
Eleuſes cunctas conceſſit Papa Joannes
Virginis hoc Claræ Templo, virtute colendo
Obtinuit mundo toto, quas Ordo Minorum.
Si vos Sanctorum, cupitis vitamque piorum
Huc o credentes, veniatis ad has reverentes.
Dicite quod gentes, hæc credant quæſo legentes.

Conſecratio Eccleſiæ.

Conſecrata eſt Eccleſia anno MCCCXL. a quinque Archiepiſcopis & totidem Epiſcopis, quorum nomina primis dumtaxat characteribus indicantur, ſed diœceſes perfecte explicantur his carminibus ad orientalem plagam inciſis:

Anno ſub Domini milleno Virgine nati,
Et trecenteno conjuncto cum quadrageno
Octavo curſu currens Indictio ſtabat:
Prælati multi ſacrarunt hic numerati
G. Pius hoc ſacrat Brunduſii Metropolita,
R. quæ Bari Præſul, B. ſacrat & ipſe Tranenſis.
H. dedit Amalfa, dignum dat Contia Petrum,
P. Maris caſtrum, Vicum I. G. datque Miletum,
G. Bhianum, Murum fert N. Venerandum.

Principes qui adfuerunt.

Huic conſecrationi interfuit ipſe Rex, & Regina Sancia, Andræas Dux Calabriæ, cum Joanna ſua conſorte, proximis Regis conſanguineis, Maria Dux Duracii, Joanna ſoror cum Carolo conjuge, Robertus Dux Tarentinus, cum Philippo fratre, deinde Ludovicus, & Robertus prædicti Caroli fratres. Ita exprimitur in ſubjectis verſibus ad Septentrionem:

Rex & Regina ſtant hic multis ſociati
Ungariæ Regis generoſa ſtirpe creatus,
Conſpicis Andreas Calabriæ Dux veneratus,
Dux pia, Dux magna, conſors huicque Joanna
Neptis Regalis ſociat ſoror ipſa Maria
Illuſtris Princeps Robertus, & ipſe Tarenti
Ipſeque Philippus frater vultu reverenti
Hoc Dux Duratii Carolus ſpectat reverendus,
Suntque duo fratres Ludovicus & ipſe Robertus.

XXII. Huic

XXII. Huic inſigni Eccleſiæ conjuncta ſunt duo Cœnobia, primum & præcipuum Clariſſarum pari magnificentia & amplitudine fabricatum, ſecundum Minoritarum. Illud præter ancillas & inferioris conditionis fœminas ducentas, quinquaginta excipit Sanctimoniales, quarum numerus ex Reginæ Sanciæ fundatricis lege augeri non poteſt; hoc vero ex ejuſdem Reginæ conſtituto, quinquaginta debet habere Fratres, licet modo numerentur vigintiquinque dumtaxat, obſequiis Sororum addicti. His Eccleſiæ cura incumbit, pars confeſſiones excipit Sanctimonialium, pars ſacra operatur, pars altera domeſticis miniſteriis invigilat. Guardianum habent, ad cujus præſcriptum omnia regantur, cui ſi ex mendicatione non ſuppetant neceſſaria pro vita & amictu Fratrum, omnia abunde miniſtrantur ab Abbatiſſa. Redditus habent Sorores ſatis amplos, namque ultra ducentas uncias auri annuas, quas Rex Robertus ex facultatibus Nicolai de Jamvilla, Regii juris factis, huic loco applicuit, multa prædia & bona largiſſima manu eis conceſſit Regina, quæ ampliſſimo inſtrumento, ſuo tempore producendo, inferius lector poterit aſpicere, necnon optimas præſcriptas ab eadem regulas ad bonum & ſalutare regimen Monaſterii. *De adjuncto Monaſterio Monialium.* *Et Conventu Fratrum.*

XXIII. Illud etiam hi Reges dignitatis & eminentiæ obtinuerunt huic ſuo Monaſterio, ut in die Corporis Chriſti Neapolitanus Archiepiſcopus in ſolemni & generali proceſſione, quæ illo die fieri ſolet, cum ſacroſancto Chriſti Corpore ad portam hujus Templi accedat, atque in oſtii limine pretioſam pixidem tradat Patri Guardiano, ad eumdem locum ſacris veſtimentis induto expectanti, qui eam perferat ad ſummum uſque altare. Ita longo tempore fieri conſuetum, ſed nunc loco pixidis ſumit Guardianus de manu Diaconi thuribulum, & ſanctiſſimæ Euchariſtiæ in manibus Archiepiſcopi geſtatæ, thus adhibet, deinde cum eodem Præſule ad altare progreditur, ubi cum primum panis ille Angelorum pretioſiſſimæ cuidam argenteæ arculæ committitur, ſacra coram toto illo celeberrimo cœtu ſolemniſſime operatur Guardianus. Peracta demum illius propitiatoriæ hoſtiæ elevatione, redit ad Eccleſiam matricem, ex qua proceſſerat ſolemnis illa ſupplicatio. Hujus Monaſterii curam habuerunt Patres Conventuales uſque ad annum MDLXVIII. quo ex mandato Pii V. ad preces Philippi II. Hiſpaniarum & Siciliæ Regis ad Patres Obſervantes eſt devoluta. Ex ejuſdem Pontificis decreto ſuberat immediate uterque Conventus Miniſtro Generali, poſtea ſub Cardinale Geſualdo Neapolitano Antiſtite translatum eſt regimen ad Cardinalem Ordinis Protectorem, non tamen ſine turbis; & Fratres illic victuri, evocantur ex variis Provinciis ſtrictioris Obſervantiæ. Sæpius recurret hujus Monaſterii memoria ex plurimis Pontificiis indultis, quæ ſuis quæque annis diligenter producemus. Multis iiſque inſignibus domus hæc honeſtatur reliquiis, necnon corpore beati Philippi Aquerii Minoritæ hominis ſanctiſſimi, miraculis clari, cujus vitam ſub mortis anno deſcribemus. Dum hujus Templi fundamenta jacerentur, obiit horum Regum filius Ludovicus, hoc ipſo anno ſepultus in Eccleſia Minorum ſancti Laurentii prope majus ſacellum in tumulo marmoreo e terra erecto, cujus tamen modo ferme nullum eſt veſtigium præter lapidem ſepulcralem, cui epitaphium, & imago ſunt inciſa, qui adhuc inviſitur ſuo loco ſublatus, & poſitus ſuper altare quartæ columnæ, ad dextram ingredientis e porta majori. Hoc illud epitaphium: *Hic jacet Dominus Ludovicus, filius Illuſtris Regis Roberti, qui obiit anno Domini* MCCCX. *die* XII. *menſis* *Eo procedit ſolemnis ſupplicatio Corporis Chriſti.* *Ludovicus Princeps ſepultus ad S. Laurentium.*

ſis Auguſti. *Indict.* VIII. *cujus animæ requieſcat in pace*. *Amen*.

Monaſt. Meſſanen.

XXIV. Pluribus ante hunc annis conſtructum Monaſterium Clariſſarum urbis Meſſanæ in Trinacria a Conſtantia Regina, Petri Aragonii conjuge, diploma Pontificium hoc anno datum ad Miniſtrum Provinciæ Siciliæ narrat. In eo ad preces Friderici Regis Trinacriæ ſive Siciliæ, prædictæ Conſtantiæ filii, committit curam Monaſterii Fratribus Minoritis; & illud adjunxit hujus Reginæ pietatis monumentum, quod ipſa etiam ſanctæ Claræ habitum ſuſceperit, per quod confirmatur, quod de hujuſmodi veſtis ſuſceptione nos prælibavimus alias: *Exhibita nobis*. Kal. Junii.

Conſtantia Regina ſuſcepit habitum S. Claræ.

Tom. 4. an. 1275. n. 3. & an. 1290. n. 23.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. ANnus hic plura exhibuit ſolerter collecta, prudenterque di-
„ geſta ab Annaliſta, apud quem legendæ veniunt inter Fra-
„ tres ſpirituales (ita nuncupabantur zelatores obſervantiæ regulæ) &
„ Fratres de Communitate diſſenſiones: præter autem ea, quæ ipſe
„ enarrat, pauca admodum ſunt, quæ adjungi poſſint, demptis iis, quæ
„ ex Vaticano regeſto obſervavit Petrus de Alva & Aſtorga, & quidem
„ Summus Pontifex Conventui Sparrenſi in Aquitania indulgentiam
„ conceſſit: *Eccleſiarum &c.* Idibus Januarii. Fratri Arnoldo, ut ſecum
„ Fratres habere poſſit: *Cum te &c.* III. Kal. Junii. Regi Aragoniæ, ut
„ ſecum habitent ſex Fratres: *Chariſſimi &c.* IV. Kal. Julii. Guardiano
„ Burdegalenſi executorialem: *Dum te circumſpectionis &c.* Idibus Ju-
„ lii: & Miniſtro Generali Gonſalvo citationem: *Regnans in cælis &c.*

Indic. ex Vatic.

Literæ pro diverſis.

„ II. Circa hunc annum fratrem Matthæum Rubianum, in monte
„ Rubiano in Picæno oriundum, vitæ ſanctimonia celebrem floruiſſe,
„ plures ex noſtris commemorant, quos citat Arturus, referuntque poſt
„ obitum a beato Joanne de Alvernia inter choros Angelorum & San-
„ ctorum una cum Seraphico Patre ſancto Franciſco, gloria & claritate
„ fulgentem viſum fuiſſe; ejus vero corpus ibidem jacere: iis ergo tem-
„ poribus litium & controverſiarum inter Fratres, præter hunc etiam
„ ab Annaliſta commemoratum, qui legit diſcet plures admodum fuiſſe,
„ non tam ſcientia, quam religione & virtutibus claros, quorum per-
„ fectionis ſplendor imperfectorum tenebras profligaret, cunctoſque
„ ad arctam ſanctitatis viam invitaret.

Matthæus Rubianus ſanctimonia celebr.

Artur. in Martyr. ad diem 4. Julii.

Wadd. ad ann. 1244. n. 11. & 1271. n. 10.

Viſio de ipſius gloria.

AR-

Digitized by Google

ARGUMENTUM.

Inchoatur Concilium Viennenſe. Rex Armeniæ Oſinus petit aliquot ſibi concedi Minores & obtinet. In Tartaria fides propagatur, & plures mittuntur operarii ac Epiſcopi Minoritæ. Moritur Beatrix Auguſta apud Minores ſepulta. Henricus Imperator ſub ſua protectione ſuſcipit Montem Alvernæ. Virtutes & geſta pleraque referuntur ſanctæ Eliſabethæ Aragoniæ, Luſitanorum Reginæ; & multiplicantur Domicilia.

I. AD Kalendas Octobris anni præteriti, juxta miſſas Indictionis Concilii litteras, debuit Synodus generalis Viennæ Allobrogum celebrari; ſed quibuſdam de cauſis per integrum annum fuit dilata. Vocati interim cum Prælatis Eccleſiarum etiam religionum Generales Præfecti, repetitis eiſdem litteris, quibus ſuperius diximus Reges invitatos ad Concilium, incipientibus: *Regnans in cœlis triumphans Eccleſia*; quæ habentur in principio hujus Synodi impreſſæ, datæ Avenione x. Kal. Decembris anni proxime elapſi. Has eaſdem ut accepit Gonſalvus Minorum Primicerius, in Galliam abiit, & deſtinato tempore Concilii inchoandi, Viennam. Tres ejuſdem congregandi cauſas præſcribit in diplomate Pontifex: ut ponderoſius examinaretur cauſa Templariorum, de plurimis iiſque graviſſimis ſceleribus accuſatorum; ut ageretur de recuperanda Terra ſancta: ut corrupti hominum mores reformarentur, Eccleſiaſtica aſſereretur libertas, & depravata dogmata quorumdam eliminarentur. Trecentis itaque, & amplius (alii centum quatuordecim dicunt) Epiſcopis cum Summo Pontifice, Cardinalibus, Patriarchis Alexandrino & Antiocheno, aliarum Eccleſiarum, & Religionum Prælatis, Philippo Rege, filiis ejus tribus, Carolo Valeſio fratre, aliorum Principum Legatis, magno numero Viennam convenientibus, inchoata eſt prima ſeſſio Sabbato ante feſtum ſancti Lucæ Evangeliſtæ, in qua Pontifex prædicta negotia propoſuit conſideranda, ut quis, quid de unoquoque judicaret, exponeret. His meditandis, & alternis conſiderationibus plene diſcutiendis, reliquum illius anni, & tres inſuper menſes elapſi ſunt; ſecunda etenim ſeſſio nonniſi ad undecimum Aprilis potuit haberi, in qua & ſequentibus decreta anno ſequenti commodius enarrabimus.

[Margin: Inchoatur Concilium Viennen. — Anno 1308. n. 8. — Illi intereſt Gonſalvus Generalis Miniſter. — Cauſæ convocandi Concilii. — Quinam adfuerunt Prælati & Principes. — Prima ſeſſio Conc. Viennen.]

II. Rex Armeniæ Oſinus ex ſpeciali affectu erga Minores, qui indefeſſe in iis partibus laborabant, & Regibus prædeceſſoribus utiliter & laudabiliter aſtiterunt, petiit a Clemente hoc anno, ut ex ſpeciali privilegio ſibi liceret ſex ex eiſdem apud ſe retinere. Annuit per has litteras Pontifex, datis aliis ad Miniſtrum Cypri, ut confeſtim ſex probos & doctos viros tranſmitteret.

[Margin: Sex Fratres conceduntur Regi Armeniæ.]

Cariſſimo in Chriſto filio Oſino Armeniæ Regi Illuſtri.

DEvotionis tuæ ſinceritas promeretur, ut Apoſtolica Sedes, ad quam promptitudinem geris reverentiæ filialis, petitiones tuas libenter exaudiat, tuaque deſideria pia favore benivolo proſequatur. Tuis itaque ſupplicationibus inclinati, convocandi ad te, & tecum etiam domeſtice, & familiariter retinendi ſex ex Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, quos Miniſter dicti Ordinis regni Cypri ad hoc duxerit eligendos, prout alias cla-

[Margin: Reg. Vatic. ep. 774.]

ræ

* For. Haytoni.

ræ memoriæ Hecchoni *, *fratri tuo, Regi Armeniæ, fuiſſe aſſeris ab Apoſtolica Sede conceſſum, plenam tibi præſentium auctoritate, concedimus facultatem. Datum in Prioratu de Grauſello prope Malauſanum Vaſionen. diœceſis. x. Kal. Julii anno* vi.

Anno 1307. n.8.

Mittuntur plures Fratres, & Epiſcopi in Tartariam.

Anno 1307. n.8.

Fr. Thomas, Hieronymus & Petrus Epiſcopi in Tartaria.

Frater Daniel Tharſeo.

An. 1309. n.1.

III. In Tartaria meſſis multa, & magna ſatis, plurium operariorum requirebat ſubſidium, neque ſolus ſufficiebat frater Joannes a Monte Corvino, ante aliquot annos, uti diximus, aſſumptus in Archiepiſcopum Cambalien. ampliſſimæ civitatis magni Regis Tartarorum, cui cura & ſollicitudo animarum omnium exiſtentium in toto dominio Tartarorum commiſſa erat: neque tot curandis populis, qui quotidie convertebantur ad fidem pares erant, alii ex Ordine Minorum Epiſcopi, quos ſupra diximus eidem miſſos in adjutorium. Quare alios tres ejuſdem Suffraganeos creavit hoc anno ex eodem Ordine Pontifex; videlicet fratrem Thomam, fratrem Hieronymum, & fratrem Petrum de Florentia; datis xi. Kal. Martii, & xiii. Kal. Januarii litteris incipientibus: *Rex Regum & Dominus Dominantium*, in quibus maximopere laudat aſſiduam Minorum, præſertim Joannis prædicti, ſollicitudinem in vinea illa inculta excolenda. Electum etiam hoc anno quaſi per inſpirationem divinam, ut ipſe Pontifex narrat, ad Archiepiſcopatum Tharſi .... Ciliciæ urbis, ſancti Pauli Apoſtoli natalitiis celeberrimæ per obitum Joannis Archiepiſcopi vacantem, fratrem Danielem de Terdona, voluit Clemens confirmari per fratrem Petrum Epiſcopum Rutenen. in illis partibus, uti diximus, Legatum Apoſtolicum, quantumvis Miniſter Provincialis illius tractus ſuum diſtulerit exhibere conſenſum: *Inter ſollicitudines*. x. Kal. Julii.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Hugolinus Epiſ. Faventin.

Item Fr. Joan.

„ Ex Monumentis Eccleſiæ Faventinæ invenio hoc anno electum „ ejuſdem ſedis Epiſcopum fratrem Hugolinum Minoritam. Obiit an„ no mcccxxxvi. Succeſſitque eodem anno ejuſdem Inſtituti vir alter „ digniſſimus frater Joannes de Bruratis. Hugolinus anno mcccxxiv. „ adſtitit Bertrando Cardinali tit. ſancti Marcelli in urbe Placentina „ Sedis Apoſtolicæ Legato.

Corius de reb. Mediol. part. 2. ad hunc annum. Cruſius de rebus Suevicis lib. 4. par. 3. c.2. & 3.

Moritur Beatrix Auguſta.

Sepelitur apud Minores.

IV. Poſt multas devictas, aliaſque pacificatas urbes in Lombardia pervenit hoc anno Genuam Henricus Luzemburgus Imperator, ubi dum aliquoto hæreret tempore, obiit Beatrix Auguſta, fœmina piiſſima, & prudentiſſima, quam multis lacrymis & communi dolore proſecuti ſunt pauperes omnes, quos ſæpiſſime liberaliſſima cibabat manu, necnon urbes integræ, ac plurimi heroes, qui veniam concitati in ſe Imperatoris, hujus interventu obtinuerunt. Sepulta eſt ſumma cum pompa & majeſtate in Conventu Minorum Conventualium ejuſdem urbis, quo, cum in agro Senenſi biennio poſt moreretur ipſe Henricus, juſſit ſuum cor transferri, ac in eodem cum cara conjuge condi ſepulcro. Ceterum Henricus, non hoc, ſed ſequenti anno Romæ coronatus, Tybur abiit, hinc Aretium, Aretio in agrum Florentinum divertens, & Etruſcos ſibi haud obſequentes armis divexans aſcendit montem Alvernæ, ubi per aliquot dies magna animi conſolatione commoratus, & pio de ſalute animæ ſuæ cum beato Joanne Firmano inito colloquio, profuſa manu Fratribus neceſſaria quæquæ juſſit miniſtrari; deinde e monte deſcendens in Vallem Arni e caſtro Montis Varchii hoc eis privilegium tranſmiſit.

Henr. Imper. ſuſcipit ſub ſua protectione Montem Alvernæ.

V. *Henricus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, nobilibus viris univerſis, Vicariis civitatis & diſtrictus Aretii, ac communitatibus de Caſſentino, de Ubertinis, de Valenzano, Talla, Baguena & de Cluſio*

Digitized by Google

ſio cæteriſque Romani Imperii fidelibus, præſentes litteras inſpecturis, gratiam ſuam, & omne bonum. Cum nos Religioſos viros Joannem Guardianum, & Fratres Minorum Ordinis domus Sacri loci montis Alvernæ devotos noſtros dilectos, in protectionem noſtram & Imperii ſpecialem duxerimus aſſumendos, fidelitati veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatenus Guardianum & Fratres loci prædicti nobis commiſſos habentes, ipſos in perſonis & rebus ſuis auctoritate noſtra efficaciter defendatis, non permittentes ipſis a quoquam moleſtiam aut injuriam aliquam irrogari, ſi indignationem noſtram & pœnam ad libitum noſtrum inferendam volueritis evitare, præſentium teſtimonio litterarum. Datum in caſtris ante caſtrum Montis Varchii XVII. *Kal. Octobris, anno Domini* MCCCXII. *regni noſtri anno* IV. *Imperii vero primo.*

VI. Florebat hoc tempore ſumma pietate & plurima virtute jam quadragenaria, Eliſabetha Aragonia, Regina Luſitaniæ, Dionyſii Regis conjux, de cujus infantia, virtutum primordiis, continuis incrementis, Regiis nuptiis & probatiſsimis moribus plura præfati ſumus. Mulierem fortem procul, & de ultimis finibus Hiſpaniæ acceptam quotidiano amoris incremento proſequebantur Luſitani, quam tot annorum experimento probarunt non tam imperare, quam providere, & opitulari cariſsimis populis in animo habuiſſe. Amorem augebat, quod affabilitate oris, comitate ſermonis, radios Regiæ majeſtatis adeo mulcebat, ut non modo principibus viris ac fœminis, verum etiam infimæ cujuſque conditionis mortalibus gratus pariter, ac facilis ad Reginam pateret acceſſus. Totius Regni loca ſanctitate, populique veneratione celebriora, ea præſertim, in quibus viros, aut fœminas Religione, morumque innocentia inſignes eſſe noverat, ipſa ſæpe præſens viſitabat, nec ita raro pedibus id præſtabat, etſi longior via foret, nec modo in pagis, & oppidis minoribus, ſed etiam in regiis civitatibus; & quidquid ad utenſilia opus eſſe intelligebat, libenter ac largiter donabat.

Marc. 2. par. l. 8. c. 16. & ſeqq. Proceſſus canonization. Vaſconcellus & Freyre in ejus vita. Tom. 4. an. 1271. n. 12. & ſeqq. Tom. 5. an. 1282. n. 16. & ſeqq.

Eliſabethæ reginæ comitas & affabilitas.

Pia inviſit loca.

VII. Ultra munificentiſsimam, quam alias enarravimus erga univerſum egenorum genus exercuiſſe liberalitatem, elucebat in eadem Regina digna magnificentia, qua publicam populorum utilitatem, commune refugium miſerorum, Religionis ſplendorem, Numinis venerationem ſine ulla ſui nominis vel etiam tenui recordatione ſedulo curavit. Quocumque tranſibat, ſi noſocomium, templum, aquæductum, aut aliud quodvis publicæ utilitatis vel pietatis opus inchoatum animadvertiſſet, illico grandem pecuniæ vim fabrorum præſidi de ſuo numerari præcipiebat, ut cœptum ædificium celerius, atque commodius, poſſet abſolvi. Ciſtercienſibus Virginibus Monaſterium Almoſterii nobiliſsimum, & Scalabitana villa VI. M. P. in via Ulyſsipponenſi in valle amœniſsima, pulcherrimis ædificiis, hortis, aquarumque ſcaturiginibus conſpicuum, complevit. Opus incboaverat Berengaria Arias, ſed ad faſtigium, morte præveniente, non poterat perducere; Reginæ tamen commendatum eſſe voluit, ut perficeret. Illa quidem magnificentiſsimum opus non modo perfecit, ſed numeris omnibus abſolutum, magna reddituum ſumma locupletatum, ſub Berengariæ nomine, cujus marmoreum ſepulcrum hodieque in Templo cernitur, Virginibus incolendum dedit.

Tom. 5. an. 1282. n. 15.

Regia in ea lucet magnificentia.

Monaſteriũ nobile Ciſtercien. ædificat.

VIII. Martinus (vel fortaſsis Joannes Martini Minorita, quem anno MCCLXXVIII. diximus ad hanc Eccleſiam aſſumptum) Pontifex Ægitanienſis, quem nunc vocant Guardienſem, Scalabi uti habet proceſſus, & reliqui auctores (non in ipſa Guardiæ urbe, ut quidam indicare videtur) *Freyre c. 7.*

Domum pueris expoſitis alendis conſummat.

Brephotrophium pueris expoſitis alendis ſub tutela beatæ Virginis Deiparæ, & ſanctorum Innocentium cœpit ædificare, ſed a morbo lethali præoccupatus, Reginæ, cujus pietatem exploratam habebat, operis perfectionem vehementer commendat, illa vero, ut erat animo Regio, plus quam petierat, aſsignaveratque Martinus, molita, non ſolum pro certo numero puerorum, ſed pro omnibus quicumque & undecumque eſſent eo deportati, redditus aſsignavit; idcirco poſſeſsiones auxit, & annuas penſiones, noviſque exædificationibus Martiniana tecta valde amplificavit. Id vero caritatis indicium periucundum erat, quod in eum locum quoties veniebat, nutrices puerorum cum ipſiſmet alumnis ad ſe vocabat in regium palatium, eoque delectata ſpectaculo coram prandebat, omnibuſque ac ſingulis veluti cariſsimis filiolis, de menſa aliquid mittebat. Educatos tradi curabat opificibus, ut unuſquiſque in ea arte, cui aptior eſſet, erudiretur: ubi vero jam comparare ſibi victum quivis poterat per artem, domo illa diſcedebat, retento tamen jure, ut infirmus ibidem curari poſſet: affirmabat enim Regina eos, quibus parentes eſſent ignoti, altricem domum loco parentum agnoſcere, ac propterea ad eamdem pro quærenda ope tamquam ad matrem illis confugiendum eſſe, ſi quando ad eas anguſtias deveniſſent, quæ maternam ſollicitudinem requirunt. Brephotrophium hoc poſtea ab Innocentio VIII. Rex Luſitaniæ Emanuel, ut publico Scalabis Xenodochio jungeretur impetravit.

Bene natis pauperibus alteram ædificat. Perpetua Sacerdotia inſtituit.

IX. In urbe Leiria aliud ſtatuit ædificium, quod ipſe conſpexi, magniſque redditibus locupletavit, ut ibi ac inde bene natis pauperibus largiter omnia vivendo neceſſaria ſuppeditarentur. In eadem urbe, & Obediis oppido duo Sacerdotia in perpetuum, datis annuatim redditibus, inſtituit. Pulchrum & magnificum Clariſſarum Conimbriæ ædificavit Monaſterium, de quo nos ſuo loco diſſeremus. In oppido Novarum Turrium grande caſtimoniæ aſylum ſtatuit fœminis, quæ abjecta turpi vivendi licentia, Veneri nuncium remittebant. In oppido ſuo Alenquerio Spiritui ſancto, ab eodem in columbina ſpecie ſibi apparente, in ſomnis admonita, Templum erexit, in loco, quo operis exemplar, & fabricæ delineamenta, ac dimenſiones omnes cœlitus deſignatas, præſente magiſtratu, reperiit. Beneficium agnoſcens cœleſte, miram illam operis idæam, genuflexa, fixis in cœlum oculis, per horæ medium immobilis gratias egit immortales. Hortata deinde fabros ad inchoandum opus, juxta repertum exemplar ipſa diſceſsit, eoque rurſus pomeridiano tempore veniens, a puella forte obvia roſarum faſciculum accepit, & alloquuta operarios, egregiæque monetæ ſolutionem pollicita, ſingulis ſingulas e faſciculo ſuo roſas donavit comiter, *& hæc*, inquit, *ſit pro hodierno labore merces*. Res dictu mira! operarii domos unuſquique ſuas ſub noctem repetituri ab opere diſcedunt, ad ſarcinulas veniunt, ut accipiant curtam ſupellectilem, & roſas ab Eliſabetha donatas; ecce ubi roſas primum omnes manibus tangunt, odoris cauſa naribus admovent, mox inter manus nareſque rubeas roſas in ſcuta aurea flaveſcere animadvertunt, admirantur, venerantur, prædicant coram omnibus, etiam coram Dionyſio omnes concordes teſtificantur. Rex unam eamdemque ſanctiſſimæ conjugis virtutem excellentem in contrariis prodigiis veneratus, non minus roſas in aurum converſas modo admiratur, quam aurum in roſas transformatum, ut alias ſcripſimus, prius fuerat admiratus.

An. 1317. Lubricis fœminis aſylum caſtimoniæ erexit. Templum item Spiritui ſancto.

Roſas in pecuniam vertit.

Tom. 5. an. 1282. n. 16.

X. Non minori certe efferenda præconio ſanctiſſimæ fœminæ pruden-

dentia in tollerandis mariti ſui adulterinis amoribus. Etenim licet tot tantiſque virtutibus effulſerit & Regem bina fecerit prole parentem, Conſtantia quam enixa eſt anno XVII. ſuæ ætatis, quæ Ferdinando Caſtellæ Regi nupſit, & Alphonſo, quem anno peperit vigeſimo, regni hæredem: ille tamen poſtquam jura conjugii ſancte caſteque diu ſervarat, ab ea cœpit alienari, ſeptemque a totidem pellicibus liberos ſuſcepit. Regina vero, etſi de Rege multa alia indigna ſæpe audiret & videret, miro patientiæ Chriſtianæ, prudentiæque exemplo, de officiis & obſequiis ab eadem antea illi præſtari ſolitis tamquam veneratiſſimo, ac dilectiſſimo marito, nihil omnino prætermittebat, imo & obſequia nova ante homines, & novas cum tota familia ante Deum addebat precationes ad Regem ſibi Deoque reconciliandum, atque ad meliorem frugem recipiendum. Id tamen niſi monumentis adeo multis, gravibuſque teſtatum inveniretur, poſteritas haud credere poſſet: omnes nimirum filios ex pellicibus ſuſceptos a Dionyſio, ipſa nutricibus commendabat alendos, domi ſuæ per egregios pædagogos in omni honeſta diſciplina erudiendos curabat, fovebat, recreabat, ac veluti in deliciis habebat, nec unquam vel minimum de marito ſuo, de ſua fortuna, de ſua ſorte, acceptaque injuria conqueri audita eſt.

Prudentiſſime fert Regis vagos amores.

Adulterinos tanquam proprios educat filios.

XI. Facilem tamen aditum apud Regem, ab Eliſabetha alienum, nequiſſimi mortales inveniebant, ad falſas de ſanctiſſima Regina, dominaque ſua obtrudendas ſuſpiciones: ſemper enim calumniator, ac adulator animos explorant auditorum, de veritate nequaquam ſolliciti. Nobilis ergo adoleſcens Reginæ erat a ſecretis, & in primis carus, propter egregiam morum honeſtatem ac fidem; offenſus alius ea adoleſcentis honeſtiſſimi gratia & favore apud Reginam, illum apud Regem, ſi non perpetrati, meditati ſaltem adulterii inſimulat, affirmans illam adeo conjunctam amicitiam non alio tendere, quam ad flagitium. Dionyſius, qui adulterinis amoribus erat immerſus, pede ſuo alios dimetiens, non modo faciles aures, ſed etiam fidem adhibuit calumniatori. Re itaque pauliſper diſſimulata, cum auræ captandæ ergo propter Mondæ ripam ulteriorem incederet, fornaci calcariæ appropinquans præfectum vocat, eique remotis arbitris commendat, ut ſequenti die ad ſe venturum primo ephebum domus ſuæ, & quæſiturum an Regis mandatum fuiſſet exequutus, in fornacem ſine ulla cunctatione vivum immitteret, & comburendum penitus curaret. Poſtera die Rex adoleſcentem Reginæ carum accerſit, diſſimulatoque furore, ad fornacis calcariæ præfectum quam celeriter ire jubet, ac eum de mandati Regii executione, ut pactum fuerat, rogare. Sed proh! quanta eſt Deo cura innocentiæ. Caſtiſſimus adoleſcens inſtar Uriæ necis ſuæ bajulus, doli neſcius, vix pontem fluvii ſuperarat, cum in D. Franciſci Templo campanulæ tinnitus auditur in ſignum venerabilis hoſtiæ attollendæ, accurrit de more adoraturus, ſacrificii finem expectat; Sacerdos alius interea egreditur ſacrificaturus, accedit ipſe ut integro ſacrificio faciendo reverenter interſit, poſtpoſita Regis iniqua obedientia ſinceræ Religioni. Calumniator ſceleris conſcius, & valde ſollicitus de ſucceſſu, Regi ſe offert nuncium ad funeſtiſſimam uſtrinam, venitque feſtinus & rogat præfectum, an Regium mandatum ſit exequutus? ea proferentem quaſi impetu facto militari, præfectus ipſe invadit cum furca ſua, ſubeunt auxiliares Miniſtri cum fuſcinis, & tridentibus præacutis: calumniator infamis exclamat, vociferatur, proteſtatur, ſe eum non eſſe ſententia Regia ad combuſtionem

Indigne eam traducit quidam ex aulicis.

Rex ſuſpectum ejus amicum jubet comburi.

2. Reg. c. 11. 14.

Dum audit miſſam liberatur. In calumniatorem recidit pœna.

nem damnatum, nihilum tamen proficit, ſed vivens adhuc ab illo furcifero exercitu, veluti a tartareo ſatellitio arreptus, in flammas temporarias æterno vero ſimiliter conjungendas incendio inter miſerrimos ejulatus ferociſſime conjicitur. Sic ultore Deo, rediit in auctorem ſcelus. Caſtus vero ac fidelis nuntius, peracto ſacrificio, imperata exequitur, Regi ut a calcario præfecto acceperat, ſatisfactum eſſe imperio ſuo, renunciat. Hæſit obſtupefactus Dionyſius, neque poterat non mirari eventum non modo inexpectatum, verum etiam inopinatum; ea tamen rei novitate, admirabilitateque vehementer commotus, & ſceleris ultorem, & innocentiæ liberatorem Deum veneratus eſt, ac ſe promptum ex animo oſtendit ad conjugalem, divinamque gratiam modis omnibus recuperandam. Honeſta proponenti Deus adfuit, abjectiſque turpiſſimæ conſuetudinis illecebris, Dionyſius ad Deum placandum, ad venerandam, diligendamque Reginam, ad ſubditos ſuos ſancte, juſteque regendos, animum, cogitationeſque convertit, ac nervos omnes intendit.

XII. Mira fuit ſemper ſanctiſſimæ hujus Reginæ induſtria ac diligentia in pacificandis inimicis, & tollendis diſcordiis, ut peculiari celebratur elogio in oratione inſtituti pro ejus feſtivitate officii Eccleſiaſtici: *Clementiſſime Deus, qui beatam Eliſabeth Reginam inter ceteras egregias dotes, bellici furoris ſedandi prærogativa decoraſti &c.* Id multis probavit pacificationibus factis inter privatos homines multis locis regni Luſitaniæ, ſed & amplius oſtendit in conciliandis adverſis Principum animis, qui in magnam perniciem regnorum ad bella procedebant. Graviter diſſidebat a Rege Dionyſio ejus frater Alphonſus periculoſa de redditibus lite, non ſine ſanguine dirimenda: ſuis expenſis Regina amicitiam auro pretioſiorem redemit. Cintram, aliaque oppida in Luſitania & amplos in illis redditus marito lubentiſſime remittens. Præcipuum Reginarum munus eſſe intelligens, iratos in populum, & clientes regum animos mulcere, officiique admonere, & hoſtiles fraudulentorum mutuo inſidiantium telas clariſſimis veritatis radiis retexere; in hunc ſcopum omnes cogitationes deſtinabat. Regem monebat frequenter, ſuadebat efficaciter, benevolum animum, mentemque benignam in bene merentes acciperet; nec aures falſis delationibus præberet. Ipſa, ſi quos exaſperatis animis diſcordare intelligebat, ad concordiam æquis conditionibus revocabat; ne perplexis litium ambagibus, odioque Vatiniano tempus tererent, facultates exhaurirent, ac vitam in diſcrimen pertinaciter adducerent, largaque manu ſi debitores injuriæ damnum, vel quid ſimile, ſolvendo non eſſent, munera & beneficia largiebatur, ne pacis conditiones medio in curſu retardarentur. Non tamen ob hæc, ſi quid juſtitia omnino plectendum ſuaderet, diſtrictoque vindictæ gladio reſecandum (quod in fœminis maxime mirandum) crudeli pietate, ac inani miſericordia protegebat, flexo in contrariam ſententiam Regis animo.

Pacificat Dionyſium & Alphonſum fratrem.

XIII. Pacis vero conciliandæ amor extra Luſitaniæ limites, longe lateque extendebatur, in reliqua præcipue Hiſpaniarum regna, ne eorum Principes, dum inteſtino odio mutuo deſæviunt, aliique alios omni conatu bello ſubjugare ſtudent, perfidis ex Mahometica fæce Mauritanis, non modicam adhuc Hiſpaniæ partem incolentibus, oramque maritimam... claſſibus infeſtantibus, & in inſidias excubantibus, delendæ reipublicæ Chriſtianæ occaſionem imprudenter exhiberent. Fratrem

trem ſuum Jacobum Aragoniæ Regem, & generum Ferdinandum Caſtellæ Regem diſſidentes, quod multi Principes fruſtra tentaverant, ad veræ pietatis amicitiam adduxit: perfecitque ut Regem Dionyſium uterque juſtiſſimum dubiæ litis arbitrum fraterna conſenſione eligerent, regiſque decretum unanimiter audirent. Quod re ipſa præſtiterunt, & ob hanc cauſam Dionyſium Eliſabetha, poſthabito otio, magnis expenſis in Aragoniam ſequuta eſt. Tarraſonæ conventum eſt a tribus Regibus miro apparatu & ſplendore; totidem aderant Reginæ uxores, inter quas Eliſabetha caduceatrix magno quidem labore, ſed longe majori voluptate pacis ſtabilitæ, inter omnes enituit. Item Aragoniæ & Caſtellæ Reges.

XIV. Dionyſium etiam conjugem, ac Ferdinandum Caſtellæ Regem ad triſte bellum, triſtiaque arma nullos habitura triumphos, jam jam venturos, poſt depopulatos utrimque agros, & oppida everſa, feliciſſime ſedavit, impetravitque ut, dimiſſo exercitu, ambo pacifico apparatu, non bellico tumultu in oppido Alcaniſio convenirent de rerum ſumma tractaturi. Venerunt cum Ferdinando mater Maria, ſororque Beatrix, & Henricus pueri Regis tutor, cum Dionyſio Eliſabetha pacis caduceatrix, filia Conſtantia, & Alphonſus frater, multi præterea ex utraque parte Religionis Antiſtites & Magnates. Reliquis bene compoſitis ex utriuſque Regis ſententia & voluntate, fœdus amicitiæ denuo confirmatum eſt, & affinitate gemina corroboratum: Ferdinando enim collocata eſt Conſtantia, & Beatrix in Alphonſi Luſitani Principis ſexennis ſponſam accepta, ubi ſuppeteret ætas accipienda in uxorem. Luſitaniæ etiam & Caſtellæ Reges.

XV. Accidit poſtremo ejus conjugi Dionyſio, quidem quod ſolitum eſt ſemper evenire patri cuilibet in filium nimis indulgenti; cum Principem Alphonſum natu maximum, regnique hæredem, & ſuperflua magnificentia, & immodica paterni affectus ſignificatione, jam inde a primo ætatis ſexennio tractaſſet, adoleſcentis animus immoderatis favoribus inſoleſcens, venerandam Dionyſii ſenectutem contemnere cœpit, eoque vivente, modis omnibus regnum affectare, exercitu quoque improborum hominum collecto, diſſimulanter regiam accedere ad urbem, occupaturus, niſi Dionyſius certior factus cum tumultuario milite, quantum potuit, Scalabi Sintram advolaret derepente nocte intempeſta juvenem inſolentem, nihil minus opinantem, obſeſſurus, comprehenſurus, occiſurus: ſed Eliſabetha Deum imprimis ſuppliciter & enixe precata, ut tantam calamitatem a Luſitania averteret, nuntios diverſis viis complures maxima celeritate præmiſit ad filium, de patris adventu, de iracundia, de furore, denique de evidenti periculo vitæ ſuæ faciens certiorem. Ille fluctuans ira bis aciem inſtruxit, cornua direxit, certus occurrere venienti regi, extremamque belli fortunam, vel etiam per enorme parricidium experiri. Sed non ſine divini Numinis impulſu, cui preces Eliſabethæ fuerunt auditæ, ante patrii exercitus adventum, reduxit ipſe ſuum, & alia via ad Matrem veniens gratias acturus, nulla ratione potuit ad ſaniorem, pacatioremque mentem, ſive maternis minis, ſive lacrymis & precibus reduci. Conjugem quoque ac filium.

XVI. Imo vero vindictæ cupidior extra Luſitaniam in oppido Alcaniſio uxorem, filiumque Petrum & cariſſima omnia reponens, Luſitanum agrum ſcelerato exercitu populatur, caſtella occupat, incendit vicos, omnia reddit infeſta. Dionyſius tamen audaciam juvenilem uno ictu jugulaturus ſelectiſſimam, numeroſiſſimamque veterani militis & exer-

exercitati manum collegit, atque Conimbricam, ubi filius ſe receperat, obſeſſurus, prius aliquorum conſilio Reginam, ne filio aut conſilio, aut pecuniis, aut præmonitionibus poſſet eſſe auxilio, Alenquerium relegavit. Tulit illa patientiſſime, nec aliud in exilio prius aut antiquius habuit quam pro mariti, filiique incolumitate, regni totius tranquillitate, Deum noctu, diuque precari. Cum tamen apud Conimbricam, acerrime cruenteque ab utroque exercitu dimicari audiiſſet, etſi Regi ad nutum obtemperare concupiſceret, contra ejuſdem voluntatem eſſe non poſſe judicavit, ſi pro Reipublicæ ſalute, pro regni totius communi bono, pro ipſius Regis honore & incolumitate præſcriptos fines tranſiliiſſet, Conimbricamque advolaſſet. Fecit illa animoſe, armatos fœmina inermis aggreditur, alloquitur, obſecrat, orat, exorat, patrem filio reconciliat, filium patri audientem facit & ſupplicem.

Exulat Regina.

Filium reconciliat Patri.

XVII. Concordia firmata jurejurando, brevi diſſoluta eſt ob Alphonſi pertinaciam; cum enim armato exercitu Ulyſſiponem verſus iter haberet, a patre monitus, ut alio verteret iter, obſtinate ſe venturum reſpondit: at Dionyſius hoſtilia ſuſpicatus octo ab urbe paſſuum millibus armatus & ipſe procedit obviam protervo adoleſcenti ad oppidum Alvogas. Cernere erat, ſed non ſine lacrymis, hinc inde ſtare cives, paternum filialemque, liceat ita dicere, exercitum, cognatas acies, paria ſigna ſignis paribus infeſta, quina ſcuta, ſcutis quinis minitantia; & quod majori dignum eſſet commiſeratione, campos cognatis cadaveribus albere, fraterno ſanguine rubere; nec dubium quin ea dies Luſitaniæ futura eſſet calamitoſiſſima, niſi Eliſabetha tanti mali nuntio perculſa ſine apparatu, ſine ſatellitio, ſine ornatu regio, vix domeſticorum exigua ſequente turba, celerrime ad pugnæ locum convolaſſet, ubi ſpicula, glandes, lapides, clamorem militum, ſplendorem, colliſionemque armorum intrepide, conſtanterque contemnens, per medias armatorum, pugnantium acies, ac refertiſſimos cuneos ſola penetravit; curſat, recurſat, filium tamdem reperit, alloquitur, objurgat, increpat perfidiam, condemnat proterviam, execratur, reprehendit temeritatem, hortatur ad obedientiam, ad reverentiam, ad amorem patris; ad arma deponenda compellit, ad veniam petendam ſuadet. Geſſit ille morem ſanctiſſimæ, cariſſimæque parenti, datoque ſuis ad recipiendum ſigno, ipſe ſenis tantum ſtipatus equitibus ad patrem venit ſupplex, Regem, Dominumque nominat lacrymabundus, veniam rogat, obedientiam, reverentiamque in poſterum nullo modo violandam promittit. Rex etſi aliquanto ſeverius acceſſit verbis, gratiam tamen illi paternumque affectum identidem pollicitus, Scalabim dimittit, admonitum, ne officio diſcederet, alioqui ſe illi affuturum ubicumque terrarum eſſet, non jam amplius benignum genitorem, ſed acerrimum, atque implacabilem ultorem. Ecce quanta prudentia patris iras, filii audaciam ſuperavit Eliſabetha, non una tantum, ſed triplici inſignis victoria de armatis fœmina inermis; regni tranquillitatem, filii ſalutem, mariti reverentiam mira induſtria, incredibili conſtantia defendit.

XVIII. Univerſa Hiſpania per Eliſabetham pacata, Ferdinandus gener brevi diſceſſit e vita, florentiſſimus adoleſcens: quamobrem Dionyſius & Eliſabetha Mirobrigam (quæ modo eſt civitas Roderici) in confinio Caſtellæ, ſe contulerunt inviſendæ, ſolandæque filiæ Conſtantiæ cauſa. Ibi Urraca Vaſquia virgo honeſtiſſima, & Eliſabethæ cariſſima a ſubito & immodico dolore, quem jam pridem pati ſolita erat, ita vehemen-

hementer corripitur, ut diu ſine mente, ſenſuque jaceret, comedendi loquendique facultate privata; ubi tamen ad ſe rediit, Reginam precata eſt, ut pro ea Deum Optimum Maximum rogaret, alterum e duobus, vel integram valetudinem, vel feſtinam mortem. Regina ad pietatem & aſpectu cariſſimæ Virginis, & oratione commota, bonam illi, firmamque a Deo precata valetudinem, caput ac reliquum Virginis corpus manu ſua percurrens, ſalutari crucis ſigno communit. Res dictu mira! quæ ſæpiſſime lethali conſueverat affligtari morbo, & diſcruciari dolore, ab ea die per totam vitam importuno, intolerabilique deliquio liberata eſt, eam fœlicitatem ſanctiſſimis Eliſabethæ precibus ſæpe, ac palam referens acceptam.

Liberat pediſſequam a lethali.

XIX. Locus eſt tribus fere milliaribus Ulyſſippone diſtans in valle amœniſſima, Challas dicta, ubi collegium illuſtre ac numeroſum ſub ſancti Auguſtini diſciplina plures Virgines Deo ſacras cuſtodit, longe ab hominum colloquio & aſpectu; inter eas quædam genere nobilis & moribus inſignis nomine Margarita Trege, cui tuberculum ſtomacho agnatum dolori erat immodico; hanc Regina dum collegium luſtrat, conſpicata, ac affectam valetudinem e pallido vultu interpretata, accedit, conſolatur, bono animo eſſe jubet, partem laborantem Cruce ſignat, & manu impoſita fovet: ſubſidit tumor, evaneſcit dolor, redditur ori color: opem præſentiſſimam omnes admirantur, prædicant Eliſabethæ virtutem, teſtificantur, in tabulas publicas referendum curant. Margaritam nihil aliud in ore habere, nihil frequentius prædicare, nihil majoribus encomiis efferre, quam Reginæ excellenti virtute acceptum beneficium. Novit hoc Eliſabetha, Virginem curatam accerſit, ſilentium imponit, affirmat ſe mulierem eſſe aliis ſimilem, peccatis non modo obnoxiam, verum etiam onuſtam, ſi quid in ſe factum eſſe cognoſcat, id totum Deo Optimo Maximo a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum, adſcribi oportere.

XX. Conimbrica Portum urbem clariſſimam veniens Eliſabetha, in nobili vico Arrifana, quindecim milliariis ante Urbem habuit obviam ruſticam fœminam, quæ filiolam a nativitate cœcam ducebat, haud ignara quantæ foret ſanctitatis Eliſabetha, propterea rogat, ut puellæ tenebroſos oculos manu tantum impoſita permulceat. Regina quæ illius erat comitas & humanitas, victa miſeræ matris oratione, & puellæ miſericordia commota, morigerata eſt ruſticanæ voluntati, leniter quaſi aliud agens, puellæ oculos manibus ſuis contingens. Contactu, veluti aurora præfulgente ſol puellæ illuceſcit; quæ neque lucem neque colores noverat, ſubitaneo pulcherrimi cœli, pratorumque aſpectu delectatur, admiratur; ipſa pro ſe, mater pro filia, Reginæ, ruſtico quidem ſermone, ſed ingenti animorum, voluntatumque expreſſione gratificantur. Jubet, datis veſtibus, tacere utramque, omneſque domeſticos, qui aderant, res tamen, Deo ita permittente, divulgata eſt, viva adhue Eliſabetha, & ab iis qui viderant, ac ſuperſtites erant, ea defuncta, jurejurando eſt confirmata.

Puellæ cœcæ lumen reſtituit.

XXI. Haud diu ſupervixit Conſtantia marito Ferdinando; Regina vero paulo poſt filiæ obitum Scalabi Ulyſſipponem cum Rege profecta, juxta oppidum Azambugiam ad ripam Tagi hominem anachoreticum videt currentem, conantemque Regio currui appropinquare, ſed a cuſtodia repelli, jubet tamen illum ad colloquium benigne admitti; tunc ille: *Conſtantia*, inquit, *filia tua, ſæpe mihi meo in gurguſtiolo dormienti viſa*

Liberat ſuis & aliorum precibus filiam a purgatorio.

viſa eſt commendare, ut te parentem ſuam rogarem auxilium pro cariſſima filia in igne purgante acerbiſsime cruciata, a quo abſolvenda erit, ſi per caſtum integrumque Sacerdotem unius anni ſpatio quotidie ſacrificium pro ſe fieri procures. Regina cum Rege prius oſtento communicato, de conſilio ipſius Ferdinandum Mendeſium ſacerdotem ad ſe venire jubet, eo quod fama eſſet, illum ab omni ſceleris inquinamento ita purum ſemper vixiſſe, ut divinam gratiam luſtrali fonte primum comparatam in eam diem caſtiſſime retinuiſſet: in mandatis dat piiſſimo Sacerdoti id, quod a filia per anachoretam fuerat poſtulatum, ut ſine ulla intermiſſione vel negligentia exequatur. Ille adeo religioſe, diligenterque imperata fecit, ut annuo devoluto ſpatio, Reginæ in urbe Conimbrica moranti in ſomnis filia Conſtantia hilari aſpectu, veſte candida, obverſata ſit nomine ſuo eam compellans, & læta renuncians ſe liberatam ſupplicio & graviſſimo cruciatu, ad voluptatem ſempiternam evolaſſe. Regina ſtatim Dionyſio exſpoſuit ſpectrum, & bene mane veniens in ſacellum habuit obvium Ferdinandum presbyterum, qui monuit peractum eſſe anni ſpatium, nec ullum ſupereſſe ſacrificium pro Conſtantia faciendum, pro quo fieri deberet in futurum ſciſcitatus. Eliſabetha collatis inter ſe nocturno Conſtantiæ oſtento, diurnaque Ferdinandi admonitione plane intellexit a clementiſſimo Deo æternam cariſsimæ filiæ datam eſſe beatitudinem, pro quo gratias eidem quam potuit maximas egit, ac ſolemni ritu, nonnulla ſacra celebrari curavit, coactiſque undequaque innumeris pauperibus, pecuniarum ingentem vim, profuſiori etiam quam ſoleret, liberalitate viritim erogavit.

Diviſis aquis per fluvii alveum tranſit.

XXII. In eodem oppido Scalabitano verſabatur, cum ardentiſsimo ſtudio flagrare cœpit videndi ſepulcrum Irenæ Virginis ac martyris Luſitaniæ, ab Angelis olim, ſicuti Clementi in Ponto, in medio Tagi alveo conſtructum ante oppidum. Oranti ergo Reginæ prope ripam ardentiſſime, Tagus inſtar rubri maris utrimque exaggeratis undarum voluminibus, iter aperuit ad Virginis ſepulcrum: intrepido animo viam arenoſam inter aqueas turres ingreſſa ad Virgineum cadaver accedit, amplectitur, oſculatur, nequit tuendo & tractando ſatiari, donec appetente nocte inde avelli neceſſe fuit, aquis undique ancillantibus, & veluti officii cauſa proſequentibus, relictum prius Reginæ in obſequium locum, iterum ad Virginis cuſtodiam occupaturis. Alia præclariſsimæ hujus Reginæ acta ſuis annis opportunius referemus.

Agitur de multiplicandis domiciliis Minorum, & Præd. in Livonia.

XXIII. Hoc anno Archiepiſcopus Rigæ in Livonia Metropolis, præſens in curia explicuit Pontifici, quam fuerit utilis & opportuna ſaluti fidelium & infidelium converſatio Fratrum Minorum & Prædicatorum in ſua Provincia, dum illos ſalutaribus monitis quotidie erudiebant, & hos potenti virtute ad fidei unitatem reducebant. Conceſsit itaque ut ipſe & ſucceſſores ejus in ſingulis Civitatibus dictæ Provinciæ Cœnobium his ædificarent Ordinibus: *Cum ſicut in noſtras*. XIII. Kal. Martii. Fratribus provinciæ Valentinæ reliquit Gabriel Dionyſii miles Valentinus domos & facultates, quas habebat in villa de Canolx Valentinæ diœceſis, ut ibidem in honorem ſanctæ Crucis Conventum ædificarent pro tredecim Fratribus Philoſophiæ ſtudentibus, quorum unicuique certam ſummam pecuniarum quotannis recipiendam legavit. Cum vero villa adhuc Sarracenis abundaret, & tuta conſcientia non poſſent Fratres annuos redditus poſsidere; renunciarunt omni juri, quod ex hujuſmodi legato eis poſſet provenire, quod ad hæredum inſtantiam

Annuis relictis redditibus Fratres renunciant.

Pon-

Pontifex ratum voluit & firmum : *Expoſuit nobis . Idibus Junii .* ,, Circa
,, hoc tempus abſolutum perfectumque fuiſſe Conventum Exeæ Equi-
,, tum , Regiæ in Aragonia villæ , diœceſis Cæſar-Auguſtanæ , ſcribit
,, Goozaga . Sed Monumenta illinc tranſmiſſa ab exoriente Religione
,, initium accepiſſe , atque Jacobum I. Aragoniæ Regem an. MCCLXV.
,, die VIII. Octobris in aula quadam capaciſsima , quæ adhuc extat , Co-
,, mitia habuiſſe . Tranſivit a Conventualibus ad Obſervantes an-
,, no MDLXVII. & integre reſtitutus eſt nobili fabrica . Obiit hic in ſene-
,, ctute bona, anno MDCXIV. vir pius, magnæ opinionis in populo, frater
,, Dominicus Senura inter Conventuales , antequam pellerentur, initia-
,, tus . Aliquot menſibus ante mortem quotidie deſcendebat in ſepul-
,, crum concameratum , quo erat tumulandus , & mortis exercebat præ-
,, ludia .

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Conv. Exeæ equitiæ.

Gonz. in Prov. Aragon. Con. 14.

Fr. Domin. Senura .

XXIV. Occurrit hoc anno memoria Monaſterii Sanctimonialium Ordinis ſanctæ Claræ villæ de Reche in Anglia, diœceſis Elyenſis, paulo ante ſundati , dum fundatoribus ejuſdem nobili viro Hugoni de Vece , & Dionyſiæ uxori ejuſdem Pontifex licentiam concedit bis in anno illud ingrediendi : *Devotionis veſtræ* . XVIII. Kal. Maii .

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO .

,, I. VIennæ Allobrogum congregato Concilio generali tercento-
,, rum & amplius (licet alii centum quatuordecim dicant)
,, Epiſcoporum cum ſummo Pontifice , Cardinalibus , Patriarchis Ale-
,, xandrino & Antiocheno , aliarum Eccleſiarum , & Religionum Præ-
,, latis , Philippo Rege , filiis ejus tribus , Carolo Valeſio fratre , alio-
,, rum Principum Legatis , magno numero confluentibus , inchoata eſt
,, prima ſeſſio Sabbato ante feſtum ſancti Lucæ Evangeliſtæ , in qua Pon-
,, tifex cauſam Templariorum maturius diſcutiendam ; recuperationem
,, Terræ ſanctæ , reformationem corruptorum morum , Eccleſiaſticam
,, libertatem , & depravata dogmata eliminanda (quæ præcipua erant ,
,, ob quæ Concilium indictum fuerat) propoſuit , ut quis quid de uno-
,, quoque judicaret , ſincere exponeret : excurrebat interea tempus his
,, meditandis , quando Henricus VII. Romanorum Rex per Alpes
,, Taurinas , cum comitante Amadeo IV. Sabaudiæ Comite , qui Ma-
,, riam filiam Antonii Ducis Brabantiæ , Limburgi , Joanniſque Ducis
,, ſororem , & ipſius Henrici ſororiam anno MCCCIV. in tertiam , &
,, legitimam uxorem duxerat ; & cum eo Montis Ferrati Marchione ,
,, Imperatoris præfati ſocero , in Italiam deſcendit , ejuſque plana ſub-
,, alpina pertingens , omnium fere Civitatum ejuſdem Nuncios excepit ,
,, ac ſubinde Mediolanum perveniens , licet quantum poſſet viribus
,, obſiſteret Guido Turrianus Guelphorum caput , in Eccleſia ſancti
,, Ambroſii corona ferrea donatus eſt , Genuam poſt devictas , vel pa-
,, catas Urbes attigit , ubi Beatricem Auguſtam conjugem , fœminam
,, piiſſimam & prudentiſſimam fatis functam reliquit , ſepultam ſumma
,, cum pompa in Eccleſia Fratrum Minorum ſancti Franciſci , ut Annali-
,, ſta refert . Inter hæc autem præter in Annalibus relata , occurrunt
,, notanda , ſummum Pontificem conceſſiſſe Joanni ex noſtris Epiſcopo ,
,, ut teſtamentum condere poſſet: *Quia præſentis &c.* V. Idus Februarii :
,, Blancæ ut inter Moniales habitaret : *Inter ceteras &c.* V. Idus Maii :
,, Gentilcelmæ ingreſſum Monaſteriorum : *Devotionis tuæ &c.* Idibus

Concilium generale Viennenſe .

Pingo. in Amad. IV.

Amadeus IV. Sabau. comitatur Henric. in Italiâ.

Guido obſiſtit el Mediolani coronatur .

Litteræ pro diverſis .

Wadd. ad hunc an. n. 14.

„ Junii : Cardinali Arnoldo ſecum ducere Fratres : *Cum te &c.* XIV. Ka-
„ lendas Julii : & fratri Michaeli Vitali executorialem expedivit : *Peti-*
„ *tio &c.* Kal. Auguſti : ſed contra fratrem Bencorteſem epiſtolas de-
„ dit : *Cum noſtra &c.* II. Kal. Auguſti : & nonnullos Fratres Provinciæ
„ ad ſe vocavit : *Cum nos te &c.* X. Kal. Auguſti.

Indic. ex Vatic.

Percevalli Epiſ. Min.

„ II. In annum ſequentem Waddingus recenſens promotionem fra-
„ tris Percevalli Minoritæ ad inſulas Nubienſes ita ſcribit : *Aſſumptus*
„ *etiam hoc anno a Clemente frater Percevallus Minorita ad Eccleſiam*
„ *Nubienſem* (Nubiam autem in Africa ad Hili ripam occiduam, ex
„ Ptolomæo & Plinio ſitam ſcribit Philippus Ferrarius) *Vacantem per*
„ *ceſſionem Joannis Epiſcopi factam per ſuum Procuratorem fratrem Por-*
„ *chettum Spinulam Minoritam Archiepiſcopum Genuenſem, in manu Petri*
„ *de Columna Cardinalis, eamdem ex commiſſione pontificia acceptantis :*
„ *Regimini univerſalis &c.* VI. Kal. Julii : ita ille. At mirum, eſt homi-
„ nem oculatiſſimum in lectura Ferrarii adeo allucinatum fuiſſe, ut Nu-
„ biæ Africanæ Epiſcopium Percevallo poſuerit ; cum revera ad Ne-
„ bienſem Eccleſiam in Corſica Inſula promotus fuerit, & non ad Nu-
„ bienſem : & quidem Ughellus in ſua Italia ſacra ita ſcribit : *Frater Price-*
„ *vallus ex Ordine Minorum ad hanc Sedem, nempe Nebienſem, ſubvectus*
„ *eſt anno* MCCCXI. VIII. *Kal. Julii : ex Regeſto Vaticano*. Pricevallus
„ vero Ughelli eſſe Percevallum Waddingi, ex eo facile conſtare po-
„ teſt, quod uterque eum dicant ſucceſſorem Joannis ejuſdem Civitatis
„ Epiſcopi, & quidem de Joanne ita dicit Ughellus : *Joannes præſula-*
„ *tus Nebienſis munere.... volens obivit anno* MCCCXI. Waddingus vero ut
„ ſupra notavimus, dicit Percevallum ad eam Eccleſiam vacantem per
„ ceſſionem Joannis Epiſcopi promotum fuiſſe : ſed hic lapſus clarius ſuo
„ tempore apparebit.

Wadd. ad ann. 1312. n. 11.

Ferd. Ughel. in Ital. Sac. fol. 1410. n. 4.

Succeſſor Joann. qui ſponte ceſſit.

Vide infr. ad 1331. n. 2.

ARGUMENTUM.

Proſequuntur Patres Concilium Viennenſe : agunt de doctrina Petri Joannis & obſervantia Regulæ Franciſcanæ, quam graviſſimo commentario Pontifex declarat. Ad Concilium accedunt Raymundus Lullus de fidei acturus profectu, & Gonſalvus Generalis Miniſter lapſam diſciplinam reſtituturus. Moriuntur Gentilis de Monte-florum, & Joannes Minius de Muro Cardinales Minoritæ, quibus ſubſtituitur alter, frater Vitalis de Furno. Fundatur Univerſitas Dublinenſis, inſtitutis inter ceteros Magiſtris Minoritis. Conſtruuntur Cœnobia.

Secunda ſeſſio Concilii Viennen. Templarii deleti.

I. HABITA hoc anno ſecunda ſeſſio Concilii Viennenſis III. Idus Aprilis, in qua collatis Patrum ſententiis, decretum eſt, ut nomen, & Ordo Templariorum penitus aboleretur, quorum Inſtitutum multis turpitudinum maculis eſſe cœperat infame. Crimina enormia, & quæ horret animus audire ; inſanæ idololatriæ, præpoſteræ libidinis, & vitæ turpiſsimæ, non ſingulis modo, ſed univerſis, totique Ordini objecta, dabit præ ceteris auctoribus clarius, breviuſque Joannes Mariana, quæ talia tamque enormia ſunt ut non facta, ſed potius ficta, & anicularum fabulis ſimilia eſſe quis judicarit. Joannes Villanus illius temporis auctor, ſanctus Antoninus & alii a calumniis defendunt, fama tamen frequentior, & ſenſus prope omnium condemnat. Divitias, quibus

Marian. de reb. Hiſp. lib. 15. c. 10.
Villan. l. 8. c. 92.
Antonin. tit. 21. c. 8. §. 5.

bus aucti in immenſum erant, malo fuiſſe fateamur neceſſe eſt; ſive copia voluptatum, virtutum indole, quibus res tantas terra marique profecerant extincta, ſive ex ea re invidia apud populum conflata, apud Principes ſpe lucri. Tam cito in omne improbitatis genus publice degeneraſſe vix eſſet credibile, niſi Clementis diplomata, quæ in Archivo Vaticano legi, & in plurimis tabulariis aſſervantur (ad omnes quippe Europæ nationes tranſmiſſa) indicio eſſent, famam haud quaquam vacuam fuiſſe, affirmantis duos ſexaginta ex eodem Ordine ſe coram quæſtione habita, ſcelera quæ enumerantur, & communiter circumferuntur, faſſos, veniam petiiſſe. Duos ex eodem Ordine Priorem Monfalconis in agro Toloſano, Noffum exulem Florentinum, quibus alii acceſſere, haud ſatis idoneos auctores aut teſtes fuiſſe, multi volunt; attamen capitibus accuſationis ad Regem Galliarum miſsis Pictavium, ubi cum Pontifice hærebat, uno tempore quaſi inde dato ſigno, Templarii omnes comprehenſi ſunt in Gallia anno MCCCVII. die XIII. Octobris quo etiam anno Philippi Flasburii Chronica captos referunt in Hibernia. De iis quæſtiones tormentis habitæ, plerique aut omnes dulcedine vitæ, aut ſcelerum conſcientia, crimina, de quibus accuſabantur, confeſsi ſunt, damnati quam plurimi, ac vivi igne cremati. Tamdem in hac Concilii ſeſsione ſententia in omnes lata, ut Militia hæc penitus extingueretur. Crimina profecto objecta, ſi ſufficienter probata, ſeverum hoc exterminium merebantur, niſi fortaſsis veroſimilius videatur haud illa delicta in omnes Provincias manaſſe, aut contaminaſſe ſingulos, unde neceſſe fuit aliquos pati innoxios. Cunctis tamen ejus Ordinis clade documentum datum ſimilis perfidiæ vitandæ, præſertim viris ſacratis, quorum opes vireſque integra magis probitatis opinione, quam re alia nituntur. Bona Hoſpitalariis addicta, quo illi tempore Rhodum inſulam Turcis, uti diximus, eripuerant, unde major ad populum gratia, ſpeſque poſſe per eos bellum inſtaurari. Domicilia numeroſa ſatis & ampliſsima, Pontificis arbitrio, aut magiſtratuum locorum in quibus erecta variis uſibus adjudicata: plurima noſtri Conſodales obtinuerunt. His tragœdiis completam videmus prophetiam beati Hugonis de Dina, qua longe antea hujus Militiæ deſtructionem prædixit, necnon illam Moyſis ſententiam: *Incraſſatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem ſuum, & receſsit a Deo ſalutari ſuo. Provocaverunt eum in Diis alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitaverunt &c. & tamdem ad iracundiam incitatus Dominus ceſſare fecit ex hominibus memoriam eorum*, poſt centum octuaginta & quatuor annos, quibus glorioſe militaverant, & præclaras obtinuerunt victorias in ſui & Chriſtiani nominis augmentum.

Juſto ne vel injuſte?

Anno 1309. n. 1.

Tom. 5. an. 1278. n. 32.

Deu. 32. v. 15.

II. Hoc illud arcanum multi volunt eſſe, quod in ſuo pectore reſervaſſe diximus alias Philippum Regem, quando pepigit cum Clemente de conferendo per ſuos amicos Cardinales ſummo Pontificatu, atque alia quinque propoſuit ſibi concedenda. Hoc itaque obtento, proceſsit ad cetera, nimirum veniam capti Bonifacii Papæ, læſæque majeſtatis Pontificiæ. Secundo, ut eadem fieret gratia facinoris cooperatoribus. Tertio, concederentur ſacerdotiorum decimæ. Quarto, quod jam obtinuit, ut reſtituerentur ad dignitatem Cardinalitiam Petrus & Jacobus Columnæ. Quod vero quintum ſupererat omnino iniquum erat, & injuſtum; petebat enim ut condemnaretur Bonifacii Pontificis memoria, ejuſque nomen e ſerie Pontificum expungeretur, viriliter tamen reſtiterunt Patres; ſed hi maxime, Richardus Petronus Senenſis Cardinalis

An. 1305. n. 1.

Quæ petiit Philippus Rex a Clemente Pontifice.

Defenditur contra eumdem Bonifacii memoria.

ſancti Euſtachii, Guillelmus longus Bergomenſis Cardinalis ſancti Nicolai in carcere Tulliano, & ex Minoribus Cardinales duo, frater Gentilis a Monte Florum Cardinalis ſanctorum Silveſtri & Martini in Montibus, & frater Joannes Minius de Muro, quem corrupte vocat Bzovius Mamurcenſem, & perperam Gentilem dicit Juriſconſultum, ita ſcribens: *Tres Cardinales Richardus, Gentilis, & Joannes Mamurcenſis, hic Theologus, illi juriſconſulti, multis argumentis probaſſent Bonifacii innocentiam*. Sed eo Ordine factum eſt ut Richardus per leges Imperatorias, Guillelmus per Pontificias, hi duo Cardinales Minoritæ per ſacram Theologiam ſatis ſuperque Bonifacii cauſam defenderint, verum & legitimum fuiſſe Pontificem probarint. De Gentili ita ſcribit Ciaconus: *Hic Cardinalis acriter ſeſe oppoſuit* (Philippo) *in Concilio Viennenſi & Theologica facultate eum* (Bonifacium) *Catholicum Pontificem fuiſſe conſtantiſſime aſſeruit, quum itidem ſe præſtituros in legibus Canonicis obtuliſſent Richardus Petri Cardinalis ſancti Euſtachii, & Guillelmus Longus Cardinalis ſancti Nicolai in carcere. Eorum igitur induſtria actum eſt, ut impii conatus Regis eluſi ſint*. De Joanne Minio de Muro ita ſubdit: *Bonifacii VIII. memoriam, quam Philippus Francorum Rex, tamquam hereticum damnari a Pontifice petebat; theologica facultate ſe defenſurum in Concilio Viennenſi obtulit, & impiam Regis temeritatem repreſſit*. Duo etiam Equites Catalani Caroccius & Guillelmus cognomento Debolus ad ſingulare certamen provocarunt ſi qui eſſent, qui Bonifacium Pontificem fuiſſe negarent, aut hæreſis crimine maculatum auderent aſſerere. Dolebat iſtud valde Philippo, quod vehementer timeret, ne quæ in Bonifacium excogitaverat, ſibi aut poſteris incommodaret: eo tamen temperamento cautum eſt Regis dolori & honori, ut Pontifex extremam hujus cauſæ cognitionem ad ſe revocaret, ſanciretque illatas a Philippo vel a miniſtris injurias nullo unquam tempore Regi aut poſteritati objici debere.

Bzov. hoc anno n. 1. Vill. l. 9. c. 22.

Ciacon. in Bonif. VIII. n. 1.

Idem n. 15.

Tertia ſeſſio Con. Viennen.

III. Tertia ſeſſio Concilii habita fuit in feſto ſancti Joannis ante Portam Latinam, quod incidit in ſabbatum infra Octavam Aſcenſionis Dominicæ. Sed die præcedenti Patrum ſuffragiis in ſecreto conſiſtorio decretum eſt contra fratrem Ubertinum Caſalinum, ejuſque ſequaces. Modum vivendi communitatis Ordinis ab illis vehementer in multis accuſatum, eſſe licitum & ſufficientem ad veram Regulæ ſancti Franciſci obſervantiam. De hoc præcipuo, aliiſque incidentibus dubiis lecta eſt publice in Patrum conſeſſu graviſſima illa conſtitutio: *Exivi de paradiſo*, quæ habetur in Clementinis de verborum ſignificatione, cujus nos ſub brevi compendio hic damus deciſiones. Primo, declarat Minores ex vi ſuæ profeſſionis non teneri plus ceteris Chriſtianis ad obſervantiam totius Evangelii. Secundo, determinat ea verba, quæ habeant vim præcepti in Regula. Tertio, docet ex Regula, evacuandam eſſe ſollicitudinem rerum temporalium, quas novitii in ſeculo poſſederant. Quarto, agit de pluralitate tunicarum reſecanda, de vilitate veſtium ſervanda, de calceamentis ſine neceſſitate non portandis. Quinto, docet Fratres obligari ad jejunia Eccleſiæ etiam in Regula non expreſſa. Sexto, definit quæſtus pecuniarios non eſſe licitos, reprobat recurſus ad amicos ſpirituales in materia pecuniæ circa caſus expreſſos in Regula, aut declaratione Nicolai III. non licere docet cippos ſeu truncos exponi in Eccleſia pecuniis immittendis, neque de iis diſponi, aut computum exigere. Septimo, decernit Minores incapaces eſſe hæreditatis. Octavo, non licere eis vivere ex annuis redditibus. Nono, neque aſſiſtere

Agitur de obſervantia Regulæ Minorum. Editur Clement. Exivi de parad. Quæ in ea continentur.

ſuis

ſuis advocatis, aut procuratoribus in curiis, executores agere teſtamentorum, hortos exceſſivos, aut vineas habere. Decimo, interdicit eis cellaria & granaria, ubi ex mendicatione frequenti poſſint nutriri, nec non curioſas aut magnificas Eccleſias, paramenta pretioſa, & oblata magni valoris. Undecimo, diſſolvit principale dubium, de quo maxime controvertebatur; dicit enim, Fratres ex profeſſione ſuæ Regulæ ſpecialiter obligari ad arctos ſeu pauperes uſus, qui in Regula continentur, ſecundum modos in ea præſcriptos. Ultimo, determinat quomodo procedendum ſit in electionibus, præſertim Miniſtrorum Provinciæ Hiberniæ, Romaniæ, & Græciæ, quas vocat tranſmarinas, atque hac deciſione longiſſimam & doctiſſimam claudit decretalem. Ex illa fortaſſis prodiit Bzovii error aſſerentis, in Concilio vetitum, ne Regula ſancti Franciſci a Fratribus Minoribus obſervetur, niſi ex formula a Concilio correcta. Regulæ formulam non correxit, neque immutavit Concilium aut Clemens: dubia dumtaxat emergentia ad tollendum Fratrum ſcrupulos docto & gravi hoc diplomate explicavit. *Bzov. ann. 1313. n. 1. ad fin.*

IV. Circa doctrinam vero fratris Petri Joannis, de qua valde diſceptabatur, Ubertino cum ſuis eam animoſe propugnantibus, reliquis vero adverſæ partis acriter impugnantibus, ita concluſum eſt, ut aliqua definitione expreſſa Pontificia condemnarentur, videlicet, quæ de eſſentia Divina generante & generata, de anima rationali, non ut rationalis eſt, corpus informante, & de Chriſto, dum viveret, lancea vulnerato dixiſſe ferebatur, de quibus nos largius egimus alias; (cui immerito & abſque ulla aliorum auctorum fide alias hæreſes Bzovius affigit, nimirum quod negaverit Dei patris filium, corpus paſſibile & animam intellectivam ſeu rationalem, ipſum corpus vere per ſe & eſſentialiter informantem aſſumpſiſſe, & quod baptiſmus eſſet tam parvulis, quam adultis perfectum remedium ad ſalutem) alia vero diſpoſitioni capituli generalis reſervarentur, ut ſi ita conſultum videretur Patribus propter majorem Ordinis tranquillitatem, tota doctrina interdiceretur. Reclamabant vero propugnatores, rigide valde actum cum homine, qui ſe ſuaque omnia ſæpius verbo & ſcripto, maxime in mortis articulo, coram multis teſtibus ſubjecit correctioni S. R. E. Quod ſi vero ita videretur expedire, ut aliqua Apoſtolica reprobarentur definitione, valde injuſtum eſſe ut cetera committerentur Ordinis arbitrio, cujus communitas graviter & abſque miſericordia vivum & defunctum eſt perſecuta; neque debere ut propter ſeptem vel octo articulos, qui illi objiciebantur, tota tolleretur e medio, cum & alii fuerint celebres auctores, qui in quibuſdam hallucinati ſunt & corrupti, non tamen omnia illorum opera ſunt condemnata. Prævaluerunt tamen qui contra Petrum agebant, & ſupprimendas omnino volebant ejus commentationes, ex quibus aſſerebant, omnes hos exortos eſſe tumultus.

Actâ in Concilio de doctrina Petri Joannis.

Vide quæ diximus anno 1297. n. 15. & ſeqq. Bzov. an. 1311. n. 11. vide eumdem ann. 1199. n. 19. an. 1297. n. 30. & anno 1325. n. 8.

V. His ita circa moleſtas & diuturnas diſceptationes decretis, hortatus eſt Pontifex Prælatos, qui tunc in curia degebant, ut regulam obſervari curarent ſecundum novam hanc declarationem, præcepitque ut ſemina omnia diſcordiæ procul facerent; Fratres eouſque exemptos caritative tractarent, & abſque ulla a ceteris differentia ad Ordinis officia promoverent. His vero injunxit, ut quamprimum ad unitatem & obedientiam religionis redirent, pacem & unionem cum reliquis Fratribus ſervarent. At frater Ubertinus exclamans genuflexus ait Pontifici: *Retribue ſervo tuo, vivifica me ſecundum verbum tuum*, adjunxitque, ſe propter

Hortatur Pontifex Fratres ad pacem.

Ubertin. de Caſali vellet ſeparatim vivere.

pter ejus præceptum ad curiam veniſſe, in qua multa perpeſſus timebat, & ſciebat ſe graviora paſſurum, ſi in manus traderetur Prælatorum. Petiit itaque, ut ſibi ſuiſque daretur facultas extra illorum obedientiam militare ſub regula ſancti Franciſci, ut ita ſeparatus a perſecutoribus, commodius eamdem obſervaret, juxta ejus declarationem. Noluit Pontifex annuere, ſed omnino voluit ut unus eſſet Paſtor & unum ovile. Illi vero nullum ſibi ſubterfugium relictum perſpicientes redierunt ad gremium religionis; aliqui tamen in diverſis Provinciis ab ea recedentes ſub pallio zeli, & majoris obſervantiæ, facti ſunt Ordini inviſi, contra quem multa intentarunt, & ſcandala multa excitarunt. Contra hos graviſſimis egit Clemens cenſuris, donec ad proprias ſedes regreſſi ſunt, quorum plurimi corde compuncti, ob miniſtratas turbarum & ſcandalorum occaſiones, pœnitentiam egerunt, dieſque ſuos pie & laudabiliter in religione terminaverunt.

At non permittit Pontifex.

VI. Atque iſta non minus docte, quam pie pro re Franciſcana (cui ſe addictiſſimum a tenera ætatula profitetur in prædicta extravagante) egit Clemens in Concilio Viennenſi. Sed his utique magnum aliquid adjungit Joannes Villanus, & ex eo Abrahamus Bzovius, necnon ſanctus Antoninus, ut in ipſo Concilio Pontifex ſanctum Ludovicum Caroli Claudi Regis Siciliæ filium Epiſcopum Toloſatem ex Ordine Minorum Sanctorum numero adſcripſerit. Neſcio ſane unde hujus erroris fundamentum deſumpſerint. Scio vero Bzovium citare acta Concilii Viennenſis, nihil tamen hujuſmodi, neque ipſum Ludovici nomen in eiſdem actis conſpicitur, & nonniſi poſt plures annos a Joanne XXII. in divorum numerum eſt relatus. Fortaſſis de eo canonizando, vel de examinandis ab eo patratis miraculis tractatum fuit a Patribus. Alterius generis ipſo illo loco eſt alius Bzovii error, quo ait Clementem Arnaldi Villanovani libros condemnatos, ut univerſi Epiſcopi & Univerſitatum moderatores, atque Inquiſitores conquirerent, ignibuſque exurerent, auctoritate Apoſtolica mandaſſe, & pro his citat ex regeſto Vaticano Epiſtolam decimam ſeptimam. Atqui hanc ipſam ego exſcripſi, quæ ita incipit, & rei ſeriem enarrat.

Villan. citatus. Bzovius hoc anno n. 5. Antonin. tit. 21. c. 3. ante §. 1.

An in hoc Concilio tractatum de canonizando S. Ludovico.

Corriguntur Bzovii errores.

Arnaldi Villanovani libri an condemnati.

VII. *Dudum quondam magiſter Arnaldus de Villanova, Clericus Valentinæ diœceſis Phyſicus noſter, dum adhuc viveret, pluries poſtquam aſſumpti fuimus ad culmen Apoſtolicæ dignitatis, nobis dixit oretenus, ſe valde utilem librum ſuper medicinæ practica compilaſſe, quem nobis frequenter dare promiſit, & etiam verbo dedit, in nos ex tunc in quantum potuit ejuſdem libri dominium transferendo. Cum igitur dictus magiſter Arnaldus morte præventus, præfatum librum tradere nobis juxta hujuſmodi promiſſionem nequiverit, fraternitati veſtræ ac veſtrum ſingulis in virtute obedientiæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnes electos Abbates, Priores, Decanos &c. moneant, quod quicumque habet vel habere alium ſcit prædictum librum, revelari & ad nos tranſmitti curet, quod ſub excommunicationis pœna fieri jubemus. Datum Viennæ Idibus Martii anno* VII. Hæc totius Epiſtolæ ſumma, in qua nec condemnationis, nec Inquiſitorum, nec ignis vocabulum exprimitur. Verum eſt, referri in directorio Inquiſitorum quædam opera Theologica ab hoc homine, ultra ſphæram ſuæ artis tranſiliente, compoſita fuiſſe, a duobus Inquiſitoribus cum conſilio Theologorum prohibita, inquit Eymericus, MCCCXVII. Sede vacante; ſed hæc cohærere non poſſunt, nam ſub illo anno non vacabat Sedes, dum anno præcedente electus eſt Joannes XXI. alias XXII.

Direct. 2. par. 9. 11. & 18.

Quid-

Digitized by Google

Quidquid autem ſit de operibus Theologicis , quæ in medicina , in quâ vehementer excelluit, per varios ſcripſit tractatus, impreſſa ſunt Lugduni anno MDIV. & MDXX. ex quibus aliquos tolli juſſit Index expurgatorius Hiſpaniæ. Ille tamen quem adeo avide perquirebat , & ſibi dari cupiebat Clemens , compoſitus eſt ſub Bonifacio VIII. de variis experientiis curandorum morborum acutorum valde curioſus , pervenitque aliquando ad manus meas manuſcriptus . Ipſum auctorem ferunt a Friderico Rege Trinacriæ miſſum nuncium ad Clementem , in mari obiiſſe & Genuæ ſepultum . Sub Clemente obiiſſe ſatis ſuperque conſtat ex initio epiſtolæ productæ.

Index in 2. claſſe.

VIII. Venit hoc tempore Viennam etiam Raymundus Lullus Majoricenſis tria illa in Concilio propoſiturus , quæ toties magno bono rei Chriſtianæ, uti putabat, aliis Pontificibus & Principibus expoſuit, quod & nos alias enarravimus . Tamdem primum vidit completum , ſcilicet , ut collegia & ſtudia Orientalium fundarentur linguarum , unum in curia Pontificia , ſecundum Bononiæ , tertium Pariſiis , quartum Salamanticæ, quintum Oxoniæ ſuſtentanda per Pontificem & Prælatos Eccleſiarum illarum nationum, præter Pariſienſe , quod Rex Galliarum propter ſuum affectum erga Raymundum, qui de hac re ſæpius cum eo egit opportune , importune , ſuis expenſis voluit fundare & nutrire . Videnda eſt hac de re Clementina : *Inter ſollicitudines* , *de Magiſtris* ; quæ prima eſt in libro quinto. Secundum etiam de unione Ordinum militarium quodammodo conſpexit , dum bona Templariorum data ſunt Hoſpitalariis , illis extinctis . Mirum quantum hoc anno ejus manes exagitet Abrahamus Bzovius , dum tamen ſint & alii plerique atque integrum regnum Majoricarum , qui pro homine uſque ad ſanguinem decertandum putent . Hæc tamen nos alias ad vitæ ejus periodum commodius examinabimus.

Bovillus in ejus vita.
Vita ejus MSS.
Raymundus Lullus in Concilio Viennen.
Tom.5. an.1291. n.2. & an.1295. n.15.
Hoc anno n. 17. & ſeqq.
Anno 1315.

IX. Expleto Concilio frater Gonſalvus Generalis Miniſter cum ex ratione officii , & conſcientiæ dictamine , tum ne hujuſmodi alias reſuſcitarentur lites in religione , accinxit ſe virtute & fortitudine ad reformanda , quæ videbantur laxioris diſciplinæ . Diſcurrens itaque per varias Provincias compellebat omnes ad veram regulæ obſervantiam , ædificia ſumptuoſa diruebat , veſtes exceſſivas auferebat , annuos redditus & legata perpetua reddebat dominis ſeu illorum hæredibus , omnes jam initas reſcindens pactiones , neque aliquid præteriit laboris aut curæ pro univerſo Sodalitio reformando , præſertim circa paupertatem juxta ſtatutas a ſancto Franciſco regulas retinendam. At parum hæc ſubſtiterunt , moriente anno ſequenti Gonſalvo , & habenas laxantibus ſucceſſoribus .

Generalis Miniſter Gonſalvus diſciplinam regularem reſtituit

X. Hoc anno Gentilis de Monte Florum Cardinalis Minorita tituli SS. Silveſtri & Martini in montibus vir doctus & prudens obiit Avenione , corpus vero delatum in Italiam , Aſſiſii in Eccleſia ſancti Franciſci , & ſacello SS. Ludovici & Martini a ſe conſtructo ſepultum eſt . Neſcio quænam illa monumenta Avenionenſia , ex quibus infert Andreas Victorellus amicus noſter in additionibus ad Ciaconum , Cardinalem hunc obiiſſe anno milleſimo tercenteſimo ſeptimo in Hungaria : cum non niſi anno ſequenti miſſus ſit in Hungariam , ut ſuo loco admonuimus , & optimi ſcribant auctores eum interfuiſſe Concilio Viennenſi , in eoque , prout paulo ante diximus , cauſam Bonifacii VIII. defendiſſe contra Philippum Pulchrum Regem Gallorum . Sed a me admonitus ſincere errorem

Moritur Gentilis de Monte Florum Cardin.
Victorell. in add. ad Clem. V. ann. 1308.
Ann. 1308. n. 1.
Hoc anno n. 2.

rem in libri fine correxit. Eodem anno, & in eadem urbe diſceſſit etiam Cardinalis alter ejuſdem Inſtituti profeſſor, & protector frater Joannes a Muro Epiſcopus Cardinalis Portuen. & ſanctæ Ruffinæ (licet ejus mortem in annum ſequentem Marianus rejiciat) ibidem ad ſuos Conſodales ſepultus. Hoc ipſo anno III. Idus Februarii Clemens adhuc Viennæ exiſtens ei conceſſit facultatem teſtandi. Ejus vitam ſive elogium ſcripſiſſe Iſidorum Robertum ſibi familiarem refert Ciaconus, cujus tamen ſcripta non licuit videre. Succeſſit vero his in iſta dignitate hoc ipſo anno ſabbato Quatuor temporum Adventus Domini frater Vitalis de Furno (quem alii Joannem Vitalis vocant) Vaſatenſis Vaſco, ſacræ Theologiæ Mſgiſter, ex Miniſtro provinciæ Aquitaniæ, creatus Presbyter Cardinalis SS. Silveſtri & Martini in montibus tituli Equitii, poſtea Epiſcopus Cardinalis Albanus a Joanne XXII. factus, ſub quo ſimul cum fratre Bertrando itidem Cardinale Minorita ſuſcepit cauſam ſuorum Conſodalium de paupertate Chriſti tuendam. Horum utrumque a doctrina & ſcriptis laudat ſolitis elogiis Paulus Corteſius.

Ciac. in Bonifac. VIII. n. 15.

Creatur Cardin. frater Vitalis de Furno.

XI. Aſſumptus etiam hoc anno a Clemente frater Percevallus Minorita ad Eccleſiam Nubienſem (Nubiam autem in Africa ad Hili ripam occiduam ex Ptolomæo & Plinio ſitam ſcribit Philippus Ferrarius) vacantem per ceſſionem Joannis Epiſcopi factam, per ſuum procuratorem fratrem Porchettum Spinolam Minoritam Archiepiſcopum Genuenſem in manu Petri de Columna Cardinalis, eamdem ex commiſſione Pontificia acceptantis: *Regimini univerſalis*. VI. Kalend. Julii. Invenio etiam hoc anno memoriam Joannis de Verunis Minoritæ Inquiſitoris in provincia Provinciæ in diplomate, quo hunc & alios plures viros graves ex Ordine Minorum vocat Pontifex ad ſuam præſentiam.

Fr. Percevallus Epiſc. Nubien. *Ferrar. in lexic. Geograph.*

Fr. Joan. de Verunis Inquiſitor.

XII. Conceſſit hoc anno Pontifex ad inſtantiam Joannis Lechi Archiepiſcopi Dublinienſis (non Eduardi Regis, ut perperam & contra diplomatis tenorem ait Bzovius) privilegium ut in civitate Dublinii in Hibernia inſtitueretur ex conſenſu & conſilio Suffraganeorum ipſius Archiepiſcopi, Univerſitas Scholarium, & in qualibet ſcientia ac facultate licita ſtudiorum genera, illudque perpetuis vigeret temporibus in eadem civitate, in quo Magiſtri docere, ac ſcholares in eiſdem facultatibus audire libere valerent ac ſtudere, & qui ad Doctoratus honorem eſſent aſſumendi, in qualibet facultatum ipſarum licentiam poſſent obtinere. Cauſam hujus conceſſionis aſſignat, quod licet plures Doctores, ſeu Baccalaurei ſaltem in Theologica facultate, aliiſque & grammatica, ſive artibus, Magiſtri legentes eſſent in Hibernia, tamen neque in eadem, neque in Scotiæ marinæ, neque Norvegiæ partibus, quæ Hiberniæ erant viciniores, Univerſitas ulla, aut ſtudium generale tunc habebatur. Voluit itaque in prædicta civitate Univerſitatem erigi, ut in illo regno, inquit, florerent viri decori ſcientia litterarum, & gradibus Magiſterii. Dedit diploma in Prioratu de Granſello III. Idus Julii. Pontificat. anno VII. Dum vero expectaretur conſenſus Suffraganeorum Epiſcoporum, ſtabilirentur annui redditus, & pr æpararentur quæ ad nobilem hanc fundationem erant neceſſaria, elapſi ſunt aliquot anni; ſub Joanne XXII. tamdem erecta eſt Univerſitas, ejuſque privilegio & auctoritate creati ſunt inter primos magiſtros, qui cathedras moderarentur Minoritæ duo Henricus Cogre, & Edmundus Bernarden viri docti, quorum ſollicitudine & prudentia non modicum ſuſcèpit Univerſitas incrementum. Joannes Clin Chronologus Hibernus eorumdem ſub hoc tem-

Bzov. hoc anno n. 10. Reg. Vat. ep. 935.

Inſtituitur Univerſitas Dublinien.

Digitized by Google

tempore meminit, nec non Capituli Provincialis hoc anno Yogheliæ celebrati.

XIII. Robreciminicus Conventus Provinciæ Hungariæ ſanctæ Mariæ, licet aliquanto antiquior, reductus tamen ad commodiorem formam per quemdam nobilem virum, & ſtrenuum militem Jacobum nomine, hoc anno ſub Carolo III. provinciæ Hungariæ adjudicatus eſt; aliud vero non invenio hoc anno extructum Minoribus domicilium. Clariſſarum aliquot occurrunt, maxime Guadalfagiaræ, tunc villæ non ignobilis, nunc urbis Caſtellæ in Hiſpania, & Toletanæ diœceſis *Gualdajara*, quod Maria Fernandez Coroneli, Joannis a Zerda conjux, Galleca, Compoſtellana diœceſi oriunda, Caſtellæ Reginæ Sancii ferocis conjugis nutrix, & Eliſabethæ Regum filiæ magiſtra, intra oppidi muros ſanctæ Claræ ſacrum fundavit ſub anno MCCCVII. licentia prius obtenta Clementis Pontificis. Factum ille confirmavit hoc anno, intercedente prædicta Regina, dato ſecundo diplomate: *Iis quæ pie aguntur*. Nonis Julii, in quo ait, eam Monaſterium fundaſſe, & de bonis propriis dotaſſe competenter. Multa etiam liberaliter contulerunt Maria Regina, & Eliſabetha filia, ſed & ædes ipſas & omnia ſua ab eiſdem accepit prædicta nobilis fœmina, propter quæ in antiquis aliquot monumentis fundatrices dicuntur, maxime Eliſabetha. Prædicta vero Maria Fernandez, tamquam vera fundatrix, jacet in medio choro Monialium, filius ejuſdem ad dexteram majoris ſacelli latus; filia habitum Clariſſarum Tauri induta, atque illinc tranſlata eſt, ut Abbatiſſam ageret hujus Monaſterii, ibidemque defuncta ad lævam ſepulta eſt. Mirum illud eſt, quod cum ferme ante trecentos annos obierint, adhuc matris & filiæ corpora adeo tractabilia, integra & incorrupta perſeverent, ut a pauciſsimis horis mortuæ videantur, & indui atque exui ad Monialium libitum patiantur. Nobiliſsimas habuit hæc domus Sanctimoniales, Comitum, Marchionum, & Ducum filias, ut vel ex ipſa ſerie Abbatiſſarum apud Petrum Salazarium provinciæ Caſtellæ Chronologum licebit aſpicere. Reges Hiſpaniæ domum multis privilegiis munierunt, prædiis auxerunt, & duces Infantatus optimis probatiſque reliquiis exornarunt.

Gonza. in Prov. Hung. S. M. Con. 19.

Conv. Robreciminin.

Idem in Provinc. Caſtell. Monaſt. 3.

Salazar. lib. 5. de Prov. Caſtell. c. 30.

Monaſt. Guadalfagiaræ.

XIV. Hoc eodem anno idem Pontifex alio diplomate refert a Philippo pulchro Galliarum Rege extructum, & dotatum Monaſterium Clariſſarum apud Montellum, aliis Moncellum, ſeu Montis Cœli prope pontem ſanctæ Maxentiæ Beluacenſis diœceſis, quamvis adhuc introductæ non fuerint Sanctimoniales, quæ locum inhabitarent. Eas illuc adveniſſe ſub Philippo Valeſio ex Pruvinenſi, Longi campi, & ſancti Marcelli Monaſteriis ad numerum duodenarium, ex unaquaque ſcilicet æde quatuor, & cum his Petronillam de Troya primam Abbatiſſam, tantæ ſanctitatis fœminam, ut pio cultu eam illius ædis incolæ continuo proſequantur, ſcribit Franciſcus Gonzaga. Sed in eo errat, quod primam fundationem Philippi protrahat ad annum MCCCXXXVI. niſi fortaſſis aliunde error irrepſerit in numeros. Inter inſigniores hujus loci Sorores fuit filia Comitis Bolonienſis, ſoror Margarita a Bolonia, cujus frater Illuſtriſsimus Cardinalis Guido a Bolonia ſacram ædem dedicavit, ſub nomine ſanctiſsimi præcurſoris Dominici Joannis Baptiſtæ, præſentibus Rege, Regina, ceteriſque aulicis. Anno Domini MCXXVI. totum hoc Monaſterium incendio, flammiſque abſumptum eſt, & (exceptis aliquot muris) in cineres redactum. Sed Regiis & aliorum facultatibus nunc reſtauratum, & tanto ſplendori reſtitutum, ut inter elegantiora

Idem in Provin. Franciæ Monaſt. 11.

Monaſt. Mont.

ac nobiliora hujus Provinciæ Monaſteria connumerari poſsit. Conſtat antiquarum Sororum fide, & teſtimonio, hoc Monaſterium quondam honoratum fuiſſe Pontificiis, iiſque plumbatis bullis triginta tribus, quibus varia privilegia, tum Monaſterio privata, tum quoque ceteris communia conceſſa ſunt, quæ omnes incendio ceſſerunt. Habetur denique hoc loco corpus beatæ Virginis Marcellinæ arcula reconditum. Hæc una fuit ex undecim millibus Virginum. Illius oſſa tempore præmemorati incendii (ipſa nihilominus arcula cum reliqua totius Monaſterii ſupellectile prorſus exuſta) intacta reperta ſunt.

XV. Reginæ Sanciæ Roberti Regis Siciliæ conjugi ex ſumma erga Clariſſas devotione conceſsit Pontifex, ut duas ſecum ſemper habere poſſet Sanctimoniales: *Perſonam tuam*. xii. Kalend. Julii. Deinde alio diplomate licentiam indulſit, Monaſterium Clariſſarum ædificandi pro centum Virginibus, quod & illa fecit pro ducentis & ultra, uti anno ſuperiori retulimus, opus ſuum adjungens Eccleſiæ a ſuo conjunge ædificatæ: *Eximiæ devotionis*. xii. Kal. Julii. Blanchæ ſancti Ludovici Regis filiæ, de qua nos alias præfati ſumus, intra ſepta Clariſſarum degenti, indulſit, ut aliquoties exire poſſet, & aliquando admittere intra eadem ſepta, non tamen intra clauſuram Monialium viros & mulieres pro ſeriis negotiis: *Inter ceteras* v. *Idus Maii*. Aliud cum amplioribus clauſulis conceſsit eidem privilegium, quod nos, omiſſo priori, dabimus in regeſto: *Eximiæ devotionis*. iv. Kal. Januarii.

Ann. 1310. n. 19.

Tom. 5. an. 1256. n. 6.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. HOc anno habita fuit ſecunda ſeſsio Concilii Viennenſis iii. Idus
„ Aprilis, in qua collatis Patrum ſententiis decretum eſt, ut
„ Nomen & Ordo Templariorum penitus aboleretur: quando Henricus
„ Piſis exceptis Nuntiis, qui eum invitabant, Romam petiit, ubi ſum-
„ ma pompa & honore a Cardinalibus Legatis Pontificiis, de more,
„ Imperiale diadema cum omnium applauſu ſuſcepit: ſed lætitia Urbis
„ non diu duravit, volens enim movere in Thuſciam Imperator, ſtipen-
„ dia militaria a civibus expetebat, quibus renuentibus ſolvere, & in
„ auxilium habentibus Joannem fratrem Roberti Regis, coactus eſt
„ Imperator deſerere Urbem: ac interea tertia ſeſſio Concilii Viennæ
„ habita fuit in feſto ſancti Joannis ante Portam Latinam, quæ incidit
„ in Sabbatum infra octavam Aſcenſionis Dominicæ: ſed antea Patrum
„ ſuffragiis in ſecreto Conſiſtorio concluſum eſt contra fratrem Uberti-
„ num de Caſali, ejuſque ſequaces, declarando modum vivendi Com-
„ munitatis Ordinis eſſe licitum, atque ſufficientem ad obſervantiam
„ Regulæ Fratrum Minorum: quamobrem præcepit Pontifex ſpirituali-
„ bus regreſſum ad Ordinem, ſuorumque Prælatorum obedientiam: at
„ nihilominus in publico Patrum conſeſſu graviſsima illa conſtitutio:
„ *Exivi de Paradiſo*, quæ habetur in Clementinis de Verborum ſignifi-
„ catione, lecta fuit, quam ſub compendio refert Annaliſta, & nobis
„ placet hic ad litteram referre.

Ordo Templariorum aboletur.

Wadd. ad hunc ann. n. 1. Henricus excipitur & coronatur Romæ.

In Conſiſtorio ſecreto concluditur contra Ubertinum de Caſali.

CLEMENS PAPA &c.

„ I. E*Xivi de Paradiſo, dixi, rigabo hortum plantationum, ait ille*
„ *cæleſtis agricola, qui vere fons ſapientiæ verbum Dei, a Patre*
„ *in Patre manens, genitum ab æterno, noviſſime diebus iſtis (fabricante*
San-

Declaratio ſum. Pontif. in regul. FF. Minorum.

„ *Sancto Spiritu) in utero Virginis caro factum , exivit homo ad opus ar-*
„ *duum redemptionis humani generis peragendum : exemplar ſe dando cœle-*
„ *ſtis vitæ , præbens hominibus ſemetipſum . Verum quia plerumque mor-*
„ *talis vitæ ſollicitudinibus preſſus homo , mentis aſpectum ab exemplaris*
„ *hujuſmodi intuitu divertebat : verus noſter Salomon in ſolio militantis*
„ *Eccleſiæ hortum voluptatis inter ceteros quemdam fecit a procelloſis mun-*
„ *di fluctibus elongatum , in quo quietius ac ſecurius vacaretur contem-*
„ *plandis , ſervandiſque hujuſmodi operibus , exemplaris in hunc mundum*
„ *introivit ipſe , ut rigaret ipſum fœcundis aquis gratiæ , & doctrinæ .*
„ *Hic hortus ſiquidem eſt Fratrum Minorum ſancta Religio , quæ muris re-*
„ *gularis obſervantiæ firmiter undique circumcluſa , intra ſe ſolo contenta*
„ *Deo adornatur abunde novellis plantationibus filiorum . Ad hunc veniens*
„ *dilectus Dei Filius mortificantis pœnitentiæ myrrham metit cum aroma-*
„ *tibus , quæ ſuavitate mira univerſis odorem attrahentis ſanctimoniæ*
„ *circumfundunt . Hæc eſt illa cœleſtis vitæ forma , & regula , quam de-*
„ *ſcripſit ille Confeſſor Chriſti eximius ſanctus Franciſcus ; ac ſervandam a*
„ *ſuis filiis verbo docuit pariter & exemplo .*
„ 2. *Quia vero dictæ ſanctæ regulæ profeſſores , ac æmulatores devoti ,*
„ *ut & alumni , & veri Filii tanti Patris affectabant , ſicut & ferventer* Pontifices declarunt regulam.
„ *affectant , ad purum , & ad plenum præmiſſam regulam firmiter obſer-*
„ *vare : attendentes quædam quæ dubium poterant afferre ſenſum in ipſius*
„ *regulæ ſerie contineri, pro ipſorum declaratione habenda recurrerunt pru-*
„ *denter olim ad apicem Apoſtolicæ dignitatis , ut certificati per ipſam ,*
„ *cujus pedibus etiam per ipſam regulam ſunt ſubjecti , poſſent Domino*
„ *(pulſis cunctis dubiis) cum plena claritate conſcientiæ deſervire . Horum*
„ *autem piis , & juſtis ſupplicationibus plures prædeceſſores noſtri Romani*
„ *Pontifices ſucceſſive (ſicut dignum erat) applicantes aures & ad animum ,*
„ *declaraverunt ea quæ dubia videbantur : addiderant nonnulla , & aliqua*
„ *conceſſerunt , ſicut expedire videbant Fratrum conſcientiis , ac puræ ob-*
„ *ſervantiæ hujus ſtatus . Verum quia plerumque ubi culpa non eſt , eam time-*
„ *re ſolent conſcientiæ timoratæ , quæ in via Dei quodcumque devium expa-*
„ *veſcunt , non ſunt ad plenum ex dictis declarationibus dictorum omnium*
„ *Fratrum conſcientiæ quietatæ , quin circa aliqua ad regulam ipſorumque*
„ *ſtatum pertinentia dubitationum in ipſis fluctus aliqui generentur &*
„ *oriantur , ſicut ad aures noſtras pluries , & de quampluribus in publicis ,*
„ *& privatis conſiſtoriis eſt perlatum . Quapropter per ipſos Fratres nobis*
„ *eſt humiliter ſupplicatum , quatenus prædictis dubiis , quæ occurrerunt ,*
„ *& quæ poſſunt occurrere in futurum , adhibere opportuna declarationis*
„ *remedia , de benignitate Sedis Apoſtolicæ curaremus .*
„ 3. *Nos igitur , cujus animus ab ætate tenera pia devotione efferbuit*
„ *ad hujuſmodi profeſſores regulæ , & ad Ordinem ipſum totum : nunc autem* Affectus Pontificis in regulę pro-
„ *ex communi cura paſtorali regiminis , quam immeriti ſuſtinemus , ad* feſſores .
„ *ipſos fovendos dulcius & attentius gratioſis favoribus proſequendos tanto*
„ *provocamur ardentius , quanto frequentius intenta mente revolvimus*
„ *fructus uberes , quos ex eorum exemplari vita , & ſalutari doctrina toti*
„ *univerſali Eccleſiæ continue cernimus provenire , tam pia ſupplicantium*
„ *intentione commoti , ad peragendum diligenter quod petitur , ſtudia no-*
„ *ſtra duximus convertenda : ipſaque dubia per plures Archiepiſcopos , &*
„ *Epiſcopos , & in Theologia Magiſtros , & alios litteratos providos , & di-*
„ *ſcretos examinari fecimus diligenter .*
„ 4. *Cum igitur inprimis ex eo quod in dictæ regulæ principio habe-*

,, *tur*: Regula, & vita Fratrum Minorum hæc eſt: ſcilicet Domini no-
,, ſtri Jeſu Chriſti ſanctum Evangelium obſervare, in obedientia viven-
,, do, ſine proprio, & in caſtitate. *Item infra*: Finito vero anno pro-
,, bationis,recipiantur ad obedientiam promittentes vitam iſtam ſemper
,, & regulam obſervare. *Item circa finem regulæ*: Paupertatem, & hu-
,, militatem, & ſanctum Evangelium Domini Noſtri Jeſu Chriſti, quod
,, firmiter promiſimus, obſervemus: *fuit hæſitatum, an Fratres ejuſdem*
,, *Ordinis ad omnia, tam præcepta, quam conſilia Evangelii, ex profeſſione*
,, *ſuæ regulæ teneantur: quibuſdam dicentibus, quod ad omnia: aliis au-*
,, *tem aſſerentibus, quod ad ſola tria illa conſilia, videlicet, vivere in obe-*
,, *dientia, in caſtitate, & ſine proprio, & ad ea, quæ ſub verbis obliga-*
,, *toriis ponuntur in regula, obligantur. Nos circa hunc articulum præde-*
,, *ceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, ipſumque articulum quoad ali-*
,, *quid clarius proſequentes, dictæ hæſitationi duximus reſpondendum, quod*
,, *cum votum determinatum cujuslibet habeat cadere ſub certo, vovens re-*
,, *gulam non poteſt dici teneri ex vi voti hujuſmodi ad ea conſilia Evangelica,*
,, *quæ in regula non ponantur, & quidem beati Franciſci conditoris regu-*
,, *læ hæc probatur fuiſſe intentio, ex hoc quod quædam Evangelica conſilia*
,, *in regula poſuit, aliis prætermiſſis. Si enim per illud verbum*: Regula
,, & vita Fratrum Minorum hæc eſt &c. *intendiſſet eos ad omnia conſilia*
,, *evangelica obligare, ſuperflue & nugatorie quædam eorum, ſuppreſſis*
,, *ceteris, in regula expreſſiſſet. Cum autem natura termini reſtrictivi hoc*
,, *habeat, quod ſic excludit ab ipſo extranea, quod cuncta ad ipſum perti-*
,, *nentia concludit: declaramus & dicimus, quod dicti Fratres non ſolum*
,, *ad illa tria nude & abſolute accepta ex profeſſione ſuæ regulæ obligantur,*
,, *ſed etiam tenentur ad ea omnia implenda, quæ ſunt pertinentia ad tria*
,, *prædicta, quæ regula ipſa ponit. Nam ſi ad hæc tria prædicta tantum*
,, *præciſe & nude promittentes ſe ſervare regulam vivendo in obedientia,*
,, *caſtitate, & ſine proprio, & non etiam ad omnia contenta in regula,*
,, *quæ hæc tria modificant, arctarentur pro nihilo & vane proferrentur*
,, *hæc verba*: Promitto ſemper hanc regulam obſervare: *ex quo ex his*
,, *verbis nulla obligatio naſceretur. Nec tamen putandum eſt, quod beatus*
,, *Franciſcus profeſſores hujus regulæ, quantum ad omnia contenta in re-*
,, *gula modificantia tria vota, ſeu ad alia in ipſa expreſſa intenderit æqua-*
,, *liter eſſe obligatos; quin potius aperte diſcrevit, quod quoad quædam*
,, *ipſorum ex vi verbi tranſgreſſio eſt mortalis, & quoad quædam alia, non:*
,, *tum ad quædam ipſorum verbum apponat præcepti, vel æquipollentis ei-*
,, *dem, & quoad aliqua verbis aliis ſit contentus.*
,, 5. *Item quia præter ea, quæ expreſſe verbo præcepti, ac exhortatio-*
,, *nis, ſeu moniti ponuntur in regula: talia nonnulla verbo imperativi modi*
,, *negative vel affirmative appoſito inſeruntur, hactenus extitit dubitatum*
,, *an tenerentur ad iſta, ut ad habentia vim præcepti. Et quia, ut intellexi-*
,, *mus, non minuitur hoc dubium, ſed augetur ex eo quod fælicis recorda-*
,, *tionis Nicolaus Papa III. prædeceſſor noſter noſcitur declaraſſe, quod*
,, *Fratres ipſi ex profeſſione ſuæ regulæ ſunt adſtricti ad ea conſilia evangeli-*
,, *ca, quæ in ipſa regula præceptorie vel inhibitorie, ſeu ſub verbis equi-*
,, *pollentibus exprimantur; & nihilominus ad eorum omnium obſervan-*
,, *tiam, quæ ipſis in eadem regula ſub verbis obligatoriis indicuntur;*
,, *ſupplicaverunt prædicti Fratres, ut ad ipſorum conſcientias ſervandas*
,, *declarare, quæ horum cenſeri debeant præceptis æquipollentia, ac obliga-*
,, *toria dignaremur. Nos itaque, qui in ſinceris horum conſcientiis delecta-*
mur,

Fratres non tenentur ad omnia conſilia Evangelica.

Tenentur Fratres ad omnia, quæ pertinent ad tria vota.

,, *mur, attendentes quod in his, quæ animæ ſalutem reſpiciunt, ad vitandos*
,, *graves remorſus conſcientiæ pars ſecurior eſt tenenda: dicimus quod licet*
,, *Fratres non ad omnium, quæ ſub verbis imperativi modi ponuntur in re-*
,, *gula, ſicut ad præceptorum, ſeu præceptis æquipollentium obſervantiam*
,, *teneantur: expedit tamen ipſis Fratribus ad obſervandam puritatem re-*
,, *gulæ, & rigorem, quod ad ea, ſicut ad æquipollentia præceptis ſe nove-*
,, *rint obligatos, quæ hic inferius adnotantur. Ut autem hæc, quæ videri*
,, *poſſint æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel ſaltem ratione materiæ de*
,, *qua agitur, ſeu ex utroque ſub compendio habeantur: declaramus, quod*
,, *illud quod ponitur in regula de non habendo plures tunicas, quam unam*
,, *cum caputio, & aliam ſine caputio: item de non portandis calceamentis,*
,, *& de non æquitando extra caſum neceſſitatis: item quod Fratres vilibus*
,, *induantur. Item quod jeſunare a feſto omnium Sanctorum uſque ad Nata-*
,, *le Domini, & in ſextis feriis teneantur: Item quod Clerici faciant divi-*
,, *num officium ſecundum ordinem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ: Item quod Mi-*
,, *niſtri, & Cuſtodes pro neceſſitatibus infirmorum, & Fratribus induendis*
,, *ſollicitam curam gerant: Item quod ſi quis Fratrum in infirmitatem ceci-*
,, *derit, alii Fratres debent ei ſervire: Item quod Fratres non prædicent in*
,, *Epiſcopatu alicujus Epiſcopi, cum ab eo illis fuerit contradictum: Item*
,, *quod nullus audeat penitus populo prædicare, niſi a Generali Miniſtro, vel*
,, *aliis, quibus ſecundum declarationem prædictam id competit, fuerit exa-*
,, *minatus, approbatus, & ad hoc inſtitutus: Item quod Fratres qui co-*
,, *gnoſcerent ſe non poſſe præmiſſam regulam ſpiritualiter obſervare, debeant,*
,, *& poſſint ad ſuos Miniſtros recurrere: Item quod omnia quæ ponuntur in*
,, *regula ad formam habitus tam Novitiorum, quam etiam profeſſorum:*
,, *necnon ad receptionis modum, ac profeſſionem ſpectantia, niſi recipienti-*
,, *bus quoad habitum Noviciorum (ſicut dixit regula) ſecundum Deum aliter*
,, *videatur. Hæc (inquam) omnia ſunt a Fratribus tamquam obligatoria*
,, *ſervanda: Item ordo communiter ſentit, tenet, & tenuit ab antiquo,*
,, *quod ubicumque ponitur in regula hoc vocabulum*, teneantur, *obtinet*
,, *vim præcepti: & obſervari debet a Fratribus ſicut tale.*
,, 6. *Ceterum quia Chriſti Confeſſor prædictus agendorum, ac ſervando-*
,, *rum circa recipiendos ad Ordinem, Miniſtris, & Fratribus modum præ-*
,, *bens, dixit in regula, quod caveant Fratres & eorum Miniſtri, ne ſint*
,, *ſolliciti de rebus ſuis temporalibus, ut libere faciant de eis quidquid ipſis*
,, *a Domino fuerit inſpiratum: licentiam tamen habeant ipſi Miniſtri mit-*
,, *tendi eos ad aliquos Deum timentes ſi conſilium requiratur, quorum con-*
,, *ſilio ſua bona pauperibus erogentur: dubitaverunt, & dubitant multi Fra-*
,, *trum, an liceat ipſis de bonis ingredientium quidquam recipere ſi donetur:*
,, *& ſi ad dandum perſonis & conventibus poſſint eos inducere ſine culpa: Si*
,, *etiam ad diſponendum diſtributionem rerum talium debeant ipſi Miniſtri*
,, *ſeu Fratres dare conſilium, ubi ad conſulendum alii, quam ex ipſis ad*
,, *quos ingreſſuri mittantur, poſſint idonei inveniri. Nos autem conſideran-*
,, *tes attente intendiſſe ſanctum Franciſcum ſuæ regulæ profeſſores, quos*
,, *fundaverat in maxima paupertate, ab affectu temporalium rerum ipſo-*
,, *rum ingredientium per dicta verba ſpecialiter & totaliter elongare, ut*
,, *quantum eſt ex parte Fratrum ipſorum, receptio ad Ordinem ſancta &*
,, *puriſſima appareret, & ne aliquo modo oculum viderentur habere ad bona*
,, *eorum temporalia, ſed ad ipſos tantum divino ſervitio mancipandos: dicimus*
,, *de cetero debere tam Miniſtros quam Fratres ceteros, a dictis inductionibus*
,, *ad ſibi dandum & ſuaſionibus, necnon & dandis circa diſtributionem con-*
ſiliis

An Frat. poſſint licite recipere de bonis inſtantium religionem, ſi eis dentur.

Cautela a Fr. obſervanda circa receptionem oblatorũ ab ingredientibus religionem.

,, *ſiliis abſtinere, cum per hoc ad timentes Deum ſtatus alterius mitti de-*
,, *beant, non ad Fratres: ut vere cunctis pateant eſſe tam ſalubris Inſtituti*
,, *paterni ſtudioſi zelatores, ſæduli, & perfecti. Cum vero facere de rebus*
,, *ſuis quod Dominus inſpirabit, ipſamet regula ingredientibus liberum eſſe*
,, *velit, non videtur quin liceat eis recipere, conſideratis ſcilicet eorum*
,, *neceſſitatibus & moderaminibus declarationis jam dictæ, ſi quid de bonis*
,, *ſuis intrans ſicut, & ceteris pauperibus per modum eleemoſynæ libere ve-*
,, *lit dare: cavere tamen in acceptione oblatorum talium decet Fratres, ne*
,, *ex receptorum quantitate notabili, præſumi poſſit ſiniſter oculus contra*
,, *ipſos.*
,, 7. *Præterea cum dicatur in regula, quod illi qui jam promiſerunt obedien-*
,, *tiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio qui habere*
,, *voluerint: Item quod fratres omnes vilibus induantur: noſque prædicta ver-*
,, *ba declaraverimus æquipollere præceptis: volentes hæc determinari ple-*
,, *nius, dicimus quantum ad numerum tunicarum, quod plures uti non licet,*
,, *niſi in neceſſitatibus, quæ haberi poſſunt ex regula, ſecundum quod hunc paſ-*
,, *ſum memoratus prædeceſſor noſter plenius declaravit. Vilitatem autem*
,, *veſtium tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam intelligi debere*
,, *dicimus, quæ ſecundum conſuetudinem vel conditionem patriæ debeat*
,, *quantum ad colorem panni & pretium vilitas merito reputari: non*
,, *enim quoad regiones omnes poteſt determinatus unus modus in talibus aſſi-*
,, *gnari. Hujuſmodi etiam vilitatis judicium Miniſtris & Cuſtodibus ſeu*
,, *Guardianis duximus committendum, eorum ſuper hoc conſcientias oneran-*
,, *tes: ita tamen quod ſervent in veſtibus vilitatem, quorum etiam Mini-*
,, *ſtrorum, Cuſtodum & Guardianorum judicio eodem modo relinquimus,*
,, *pro qua neceſſitate poſſint ipſi Fratres calceamenta portare.*

Declaratio circa jejunium.

,, 8. *Deinde cum duobus temporibus annotatis in regula, ſcilicet a feſto*
,, *omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, & maxime quadra-*
,, *geſimæ, in quibus jejunare tenentur, inſeratur in eadem regula: aliis*
,, *autem temporibus non teneantur niſi ſexta feria jejunare: & ex hoc vo-*
,, *luerint aliqui dicere, quod dicti Ordinis Fratres non tenentur, niſi ex*
,, *condecentia ad alia jejunia, quam ad iſta: declaramus, debere intelligi eos*
,, *non teneri ad jejunium aliis temporibus, preterquam in jejuniis ab Eccle-*
,, *ſia conſtitutis: non eſt enim veriſimile, quod vel Inſtitutor regulæ, vel*
,, *etiam confirmator abſolvere ipſos intenderit a ſervandis illis jejuniis, ad*
,, *quæ de communi ſtatuto Eccleſiæ obligantur ceteri chriſtiani.*
,, 9. *Porro cum dictus Sanctus volens Fratres ſuos ſuper omnia a dena-*
,, *riis ſeu pecunia eſſe totaliter alienos, præceperit firmiter Fratribus univer-*
,, *ſis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per ſe, vel per interpo-*
,, *ſitam perſonam: iſtumque articulum declarans prædeceſſor noſter, caſus*
,, *& modos poſuerit, quibus ſervatis a Fratribus non poſſint dici, nec de-*
,, *bent per ſe, vel per alium pecuniæ receptores, contra regulam vel ſui Or-*
,, *dinis puritatem. Dicimus fratres teneri cavere ſummopere quod pro aliis*
,, *cauſis & ſub modis aliis, quam ponat dicti prædeceſſoris noſtri declaratio,*
,, *ad dantes pecunias, ſive deputatos nuncios non recurrant, ne (ſi ſecus ab*
,, *ipſis attentatum fuerit) tranſgreſſores præcepti & regulæ merito poſſint*
,, *dici: nam ubi aliquid alicui generaliter prohibetur, quod expreſſe non*

Prohibeu. cippi.

Fr. nequeunt recurrere ad pecun. niſi pro cauſis expreſſis a Nicol. III.

,, *conceditur intelligitur denegatum. Quocirca quæſtus omnis pecuniæ, ac*
,, *oblationum, pecuniarum receptio in Eccleſia, vel alibi, cippi vel trunci*
,, *ordinati ad offerentium, vel donantium pecunias reponendas: necnon &*
,, *quicumque recurſus ad pecunias, ſeu habentes ipſas, qui per declaratio-*

nem

,, nem ipſam non conceditur: hæc inquam omnia ſunt eis ſimpliciter inter-
,, dicta. Cum etiam recurſus ad amicos ſpirituales expreſſe cantum in duobus
,, caſibus ſecundum regulam concedatur: videlicet pro neceſſitatibus infirmo-
,, rum, & Fratribus induendis: idque pie & rationabiliter conſiderata ne-
,, ceſſitate vitæ, ad alias neceſſitates Fratrum pro tempore occurrentes (ceſ-
,, ſantibus eleemoſynis) ſeu etiam ingruentes, ſæpe dictus prædeceſſor
,, noſter duxerit extendendum: attendant Fratres præfati, quod pro nullis
,, cauſis aliis quam prædictis vel ſimilibus in via, vel alibi recurrere licet
,, eis ad amicos hujuſmodi, ſive ſint dantes pecunias ſeu deputati per ipſos,
,, ſive nuntii vel depoſitarii, ſeu alio quovis nomine appellentur: etiamſi
,, conceſſi per eamdem declarationem modi circa pecuniam integre ſerva-
,, rentur. Denique cum idem Confeſſor ſumme affectaverit, ſuæ regulæ
,, profeſſores tataliter eſſe abſtractos ab affectu & deſiderio terrenorum, &
,, ſpecialiter a pecunia & ejus uſu totaliter inexpertos, ſicut probat prohi-
,, bitio de recipienda pecunia in regula ſepius repetita: curare Fratres vi-
,, gilanter neceſſe eſt, quod eum ex cauſis prædictis & modis ad habentes pe-
,, cunias deputatas pro ipſorum neceſſitatibus recurrere opportebit ad te-
,, nentes ipſas, quicumque hi fuerint principales vel nuntii, in omnibus ſic
,, ſe gerant, quod ſe cunctis oſtendant in dictis pecuniis (ſicut nec habent)
,, penitus nihil habere. Quapropter præcipere quod & qualiter pecunia
,, expendatur, computumque exigere de expenſa, eam quomodocumque re-
,, petere ſive deponere, aut deponi facere, capſulam pecuniæ, vel ejus cla-
,, vem deferre, hos actus & conſimiles ſibi Fratres illicitos eſſe ſciant:
,, prædicta enim facere ad ſolos Dominos pertinet, qui dederunt, & eos quos
,, ipſi deputaverunt ad hoc ipſum.

Cautelæ obſervandæ a Fr. circa pecuniam tam cum deponitur, quam circa depoſitatam & circa depoſitar.

,, 10. Proinde cum Vir ſanctus paupertatis præmiſſæ in regula modum
,, exprimens dixerit in eadem: Fratres nihil ſibi approprient, nec do-
,, mum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tamquam peregrini & advenæ
,, in hoc ſeculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, va-
,, dant pro eleemoſyna confidenter: ſicque declaratum extitit per nonnul-
,, los prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intel-
,, ligi debere tam in ſpeciali quam etiam in communi, propter quod &
,, rerum conceſſarum omnium, oblatarum & donatarum Fratribus (quas
,, & quarum uſum facti, ſcilicet Ordini vel ipſius Fratribus licet habere)
,, proprietatem & dominium in ſe & Romana Eccleſia receperunt, dimiſſo
,, ipſis Fratribus in eis tantummodo uſu facti ſimplicis. Ad noſtrum fuerunt
,, deducta examen quæ in Ordine fieri dicebantur, & videbantur prædicto
,, voto & puritati Ordinis repugnare: videlicet, ut ea proſequamur ex ipſis
,, quæ remedio credimus indigere, quod ſe inſtitui hæredes non ſolum ſuſti-
,, nent ſed procurant: Item quod redditus annuos recipiunt interdum in tam
,, notabili quantitate, quod Conventus habentes totaliter inde vivunt: Item
,, quod cum ipſorum negotia etiam pro rebus temporalibus in curiis agitan-
,, tur, aſſiſtunt advocatis & procuratoribus, & ad inſtigandum eoſdem
,, ſe ibidem perſonaliter repreſentant: Item quod executiones ultimarum
,, ſuſcipiunt voluntatum, & gerunt, ſeque intromittunt quandoque de
,, uſurarum, vel male ablatarum diſpoſitionibus ſeu reſtitutionibus facien-
,, dis: Item quod alicubi non ſolum exceſſivos hortos, ſed etiam vineas ma-
,, gnas habent, de quibus tam de oleribus quam de vino multum colligitur
,, ad vendendum: Item quod temporibus meſſium vel vindemiarum ſic copio-
,, ſe granum & vinum mendicando vel aliunde emendo colliguntur a Fratri-
,, bus, & in cellariis & granariis reconduntur, quod per anni reſiduum &
abſque

Sum. Pontif. receperunt in ſe & Romana Eccl. dominiū eorum quorum uſum Fr. licet habere.

,, *abſque eorum mendicatione poſſunt tranſigere vitam ſuam: Item quod Ec-*
,, *cleſias vel alia ædificia faciunt vel procurant fieri in quantitate & curio-*
,, *ſitate figuræ, & formæ, ac ſumptuoſitate notabiliter exceſſiva, ſic quod*
,, *non videntur habitacula pauperum, ſed magnatum: Paramenta etiam*
,, *Eccleſiaſtica in pleriſque locis tam multa habent, & tam notabiliter pre-*
,, *tioſa, quod excedunt in his magnas Eccleſias Cathedrales: equos inſuper*
,, *& arma eis oblata in funeralibus recipiunt indiſtincte: tamen communi-*
,, *tas Fratrum & ſpecialiter Rectores ipſius Ordinis aſſerebant, quod præ-*
,, *dicta, ſeu plura ex ipſis in Ordine non fiebant, quod & ſi qui reperiuntur*
,, *rei in talibus rigide puniuntur: necnon contra talia ne fiant, ſunt facta*
,, *pluries ab antiquo ſtatuta in Ordine multum ſtricta. Cupientes igitur nos*
,, *ipſorum Fratrum providere conſcientiis, & cuncta dubia (quantum*
,, *poſſibile nobis eſt) de ipſorum pectoribus removere, ad prædicta, modo,*

Fr. Minor. non ſunt capaces ſucceſſionum cum in his tranſeat dominiū ad hæred.

,, *qui ſequitur reſpondemus. Cum enim ad veritatem vitæ pertineat, ut id*
,, *quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræ-*
,, *ſentet: neceſſe habent Fratres, qui ſe expropriatione tanta a temporali-*
,, *bus abſtraxerunt, ab omni eo, quod dictæ expropriationi eſſet, vel poſſet*
,, *videri contrarium, abſtinere. Quia igitur in ſucceſſionibus tranſit non*
,, *ſolum uſus rei, ſed & dominium ſuo tempore in hæredes: Fratres autem*
,, *præfati nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum Ordini poſſunt, etiam*
,, *in communi: declarando dicimus, quod ſucceſſionum hujuſmodi, quæ*
,, *etiam ex ſui natura indiferenter ad pecuniam, & etiam ad alia mobilia,*
,, *& immobilia ſe extendunt (conſiderata ſui puritate voti) nullatenus*
,, *ſunt capaces: nec licet eis valorem hæreditatum talium, vel tantam ea-*
,, *rum partem, quod præſumi poſſit hoc in fraudem fieri, quaſi ſub modo &*
,, *forma legati ſibi dimitti facere, vel ſic dimiſſa recipere: quin potius iſta*
,, *ſic fieri ab ipſis ſimpliciter prohibemus. Cumque annui redditus inter im-*
,, *mobilia cenſeantur a jure, ac hujuſmodi redditus obtinere paupertati &*
,, *mendicitati repugnet, nulla dubitatio eſt, quod prædictis Fratribus*
,, *redditus quoſcumque ſicut & poſſeſſiones vel earum etiam uſum (cum eis*
,, *non reperiatur conceſſus) recipere vel habere (conditione conſiderata ipſo-*
,, *rum) non licet. Amplius, cum non ſolum quod malum eſſe dignoſcitur,*
,, *ſed & omne quod ſpeciem habet mali, ſit a viris perfectis ſpecialiter*
,, *evitandum: ex talibus autem aſſiſtentiis in curiis, & inſtigationibus,*
,, *cum de rebus agitur in ipſorum commoda convertendis, creduntur veriſi-*
,, *militer ex his, quæ foris patent (de quibus habent homines foris judica-*
,, *re) in ipſis rebus Fratres aſſiſtentes aliquid quærere tamquam ſuum:*
,, *nullo modo debent hujuſmodi voti & regulæ profeſſores ſe talibus curis, &*
,, *litigioſis actibus immiſcere: ut & teſtimonium habeant ab his qui foris*
,, *ſunt, & puritati ſatisfaciant voti ſui, evitetur per hoc ſcandalum proxi-*

Fr. non poſſunt recipere annuos redditus nec poſſeſſiones nec eorum uſum.

,, *morum. Verum etiam cum dicti Ordinis Fratres non ſolum a receptione,*
,, *proprietate, dominio, ſive uſu ipſius pecuniæ, verum etiam contrectatio-*
,, *ne qualibet ipſius, & ab ea ſint penitus alieni, quemadmodum ſæpe dictus*
,, *prædeceſſor noſter in declaratione hujuſmodi regulæ plane dixit: cumque*
,, *dicti Ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſſint in judicio expetiri,*
,, *prædictis Fratribus non licet nec competit, quin potius conſideratu ſui*
,, *puritate ſtatus debent ſcire ſibi interdictum, quod hujuſmodi executioni-*
,, *bus & diſpoſitionibus ſe exponant, cum hæc ſæpius abſque litigio & con-*
,, *trectatione vel adminiſtratione pecuniæ nequeant expediri. Verumtamen*
,, *in his exequendis dare conſilium ipſorum ſtatui non obſiſtit, cum ex hoc*
,, *ipſis circa bona temporalia nulla juriſdictio ſive actio in judicio, ſive di-*
,, *ſpenſatio tribuatur.*

11. Li-

,, 11. *Licet vero non ſolum ſit licitum , ſed & multum conveniens ra-*
,, *tioni , quod Fratres qui in laboribus ſpiritualibus orationis & ſtudii*
,, *ſedule occupantur , hortos & areas habeant competentes ad recollectionem*
,, *vel recreationem ſui , & interdum ad ſe ipſos poſt labores hujuſmodi cor-*
,, *poraliter deducendos , necnon ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſe ipſis:*
,, *habere tamen hortos aliquos ut colantur , ac olera & alia hortalitia pre-*
,, *tio diſtrahantur , necnon & vineas , repugnat ſuæ regulæ & Ordinis pu-*
,, *ritati , ſecundum quod dictus prædeceſſor declaravit ac etiam ordinavit :*
,, *quod ſi talia ad uſus proxime dictos , ut puta agrum vel vineam ad colen-* Fr. non poſſunt habere hortos vineas , nec ſimilia .
,, *dum & conſimilia Fratribus legarentur , per omnem modum Fratres a*
,, *receptione talium abſtinerent , cum etiam præmiſſa habere ut pretium*
,, *fructuum ſuis temporibus habeatur , ad naturam & formam proventuum*
,, *appropinquet . Rurſus cum prædictus Sanctus , tam in exemplis vitæ ,*
,, *quam verbis regulæ oſtenderit ſe velle , quod Fratres ſui & filii divinæ*
,, *providentiæ innitentes , ſuos in Deum jacerent cogitatus , qui volucres cæ-*
,, *li paſcit , quæ non congregant in horrea , nec ſeminant nec metunt : non eſt*
,, *veriſimile voluiſſe ipſum eos habere granaria vel cellaria , ubi quotidianis*
,, *mendicationibus deberent ſperare poſſe tranſigere vitam ſuam . Et idcirco*
,, *non ex timore levi relaxare ſe debent ad congregationes & conſervationes*
,, *hujuſmodi faciendas : ſed tunc tantum cum eſſet multum credibile ex jam*
,, *expertis , quod non poſſent vitæ neceſſaria aliter invenire . Hoc autem Mi-* Non habeant Eccl. exceſſivas in magnitudine .
,, *niſtrorum & Cuſtodum ſimul , & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus &*
,, *cuſtodiis (cum Guardiani & duorum de conventu loci diſcretorum Sacer-*
,, *dotum & antiquorum in Ordine Fratrum conſilio & aſſenſu) duximus*
,, *judicio relinquendum , eorum ſuper hoc ſpecialiter conſcientias onerantes .*
,, *Hinc eſt quod , cum Vir ſanctus Fratres ſuos in paupertate ſumma , ac humili-*
,, *tate fundare voluerit , quoad affectum pariter & effectum , ſicut fere regu-*
,, *la tota clamat : convenit ipſis , quod nullo modo deinceps fieri faciant , vel*
,, *fieri ſuſtineant Eccleſias vel alia quæcumque ædificia , quæ (conſiderato* Temperata & humilia ædificia habeant .
,, *Fratrum inhabitantium numero) exceſſiva in multitudine & magnitudi-*
,, *ne debeant reputari . Ideoque volumus , quod ubique in ſuo Ordine ,*
,, *deinceps temperatis & humilibus ædificiis ſint contenti , ne huic tantæ*
,, *paupertati promiſſæ , quod patet oculis , contrarium foris clamet . Quam-*
,, *vis etiam paramenta & vaſa Eccleſiaſtica ad honorem divini Nominis or-*
,, *dinentur , propter quem omnia fecit ipſe Deus : tamen qui abſconditorum*
,, *eſt cognitor , ad animum ſibi miniſtrantium reſpicit principaliter , non ad*
,, *manum : nec per illa ſibi vult ſerviri quæ ſuorum ſervitorum conditioni*
,, *& ſtatui diſſonarent : propter quod ſufficere debent eis vaſa & paramenta*
,, *Eccleſiaſtica decentia , in numero & in magnitudine ſufficientia competenter .*
,, *Superfluitas autem aut nimia pretioſitas , vel quæcumque curioſitas in his*
,, *ſeu aliis quibuſcumque non poteſt ipſorum profeſſioni vel ſtatui convenire :*
,, *tum enim hæc ſapiant theſaurizationem ſeu copiam , paupertati tantæ*
,, *quoad humanum judicium derogant manifeſte : quapropter præmiſſa ſer-*
,, *vari a Fratribus volumus , & mandamus . Circa equorum vero & armo-*
,, *rum oblationes illud decernimus in omnibus , & per omnia obſervandum ,*
,, *quod per declarationem prædictam in pecuniariis noſcitur eleemoſynis de-*
,, *finitum .*

,, 12. *Ex præmiſſis autem ſuccrevit non parum ſcrupoloſa quæſtio inter*
,, *Fratres : videlicet utrum ex ſuæ profeſſione regulæ obligentur ad arctum*
,, *& tenuem , ſive pauperem uſum rerum : quibuſdam ex ipſis credentibus*
,, *& dicentibus , quod ſicut quoad dominium rerum habent ex voto abdica-*

,, *tionem arctiſsimam, ita ipſis quoad uſum arctitado maxima & exilitas*
,, *eſt indicta: aliis in contrariam aſſerentibus, quod ex profeſsione ſua ad*
,, *nullum uſum pauperem, qui non exprimatur in regula obligantur, licet*
,, *teneantur ad uſum moderatum temperantiæ, ſicut & magis ex condecenti*
,, *quam ceteri chriſtiani. Volentes itaque conſcientiarum prædictorum Fra-*
,, *trum providere quieti, & his altercationibus finem dare, declarando*
,, *dicimus, quod Fratres Minores ex profeſsione ſuæ regulæ ſpecialiter ob-*
,, *ligantur ad arctos uſus ſeu pauperes, qui in ipſorum regula continen-*
,, *tur: & eo obligationis modo, ſub quo continet ſeu ponit regula dictos*
,, *uſus.*
,, 13. *Dicere autem ſicut aliqui aſſerere perhibentur, quod hæreticum*
,, *ſit, tenere uſum pauperem includi vel non includi ſub voto evangelicæ pau-*
,, *pertatis, præſumptuoſum & temerariam judicamus.*
,, 14. *Demum quia ex eo quod dicta regula per quos, & ubi fieri debeat*
,, *Miniſtri Generalis electio tradens, nullam facit de Miniſtrorum Provin-*
,, *cialium electione, vel inſtitutione penitus mentionem, oriri ſuper hoc po-*
,, *terat dubitatio inter Fratres: nos volentes poſſe ipſos clare & ſecure pro-*
,, *cedere in omnibus factis ſuis: declaramus, ſtatuimus etiam & ordinamus*
,, *in hac conſtitutione in perpetuum valitura, ut cum alicui Provinciæ de*
,, *Miniſtro fuerit providendum, ipſius Miniſtri electio penes Capitulum Pro-*
,, *vinciale reſideat, quam idem Capitulum die ſequenti, qua fuerit con-*
,, *gregatum, facere teneatur. Ipſius autem electionis confirmatio ad Mi-*
,, *niſtrum pertineat Generalem, & ſi quidem ad electionem hujuſmodi per*
,, *formam ſcrutinii procedatur, & votis in diverſa diviſis, electiones plures in*
,, *diſcordia celebrari contingat, illa quæ a majori parte Capituli numero*
,, *(nulla zeli vel meriti collatione, aut conſideratione habita) fuerit cele-*
,, *brata, exceptione ſeu contradictione quacumque alterius partis non ob-*
,, *ſtante, per dictum Generalem Miniſtrum de conſilio diſcretorum de Ordi-*
,, *ne (prius tamen ex Officio, prout ſpectat ad ipſam, diligenti examinatio-*
,, *ne præmiſſa) confirmetur, vel etiam infirmetur; prout ei ſecundum*
,, *Deum viſum fuerit expedire: & ſi fuerit infirmata, ad Capitulum Pro-*
,, *vinciale electio hujuſmodi revertatur.*
,, 15. *Ceterum ſi Capitulum Provinciale die prædicta Miniſtrum elige-*
,, *re prætermittet: ex tunc Miniſtri Provincialis proviſio ad Generalem*
,, *Miniſtrum libere devolvatur. Verum ſi Miniſtro prædicto, & Capitulo*
,, *generalibus ex certa ac rationabili cauſa, videretur aliquando in Provin-*
,, *ciis ultra Maris Hiberniæ, Græciæ, ſeu Romaniæ, in quibus hactenus alius*
,, *providendi modus dicitur ex cauſa certa, & rationabili fuiſſe ſervatus,*
,, *expedire Miniſtrum Provincialem, per Miniſtrum Generalem, cum pro-*
,, *borum Ordinis conſilio potius, quam per Capituli prædicti electionem præ-*
,, *fici: in Provinciis Hiberniæ etiam ultramarinis irrefragabiliter, in Ro-*
,, *mania vero, vel Græcia quando Miniſter dictæ Provinciæ moreretur, vel*
,, *abſolveretur citra Mare; illa vice ſervetur abſque dolo, partialitate,*
,, *& fraude (ſuper quo eorum conſcientias oneramus) quod ſuper hoc dictus*
,, *Miniſter cum dictorum proborum Conſilio duxerit ordinandum.*
,, 16. *In deſtitutione vero dictorum Miniſtrorum Provincialium ſerva-*
,, *ri volumus, quod ſuper hoc hactenus de ipſo Ordine extiterit obſervatum.*
,, *Ceterum ſi contigerit eoſdem Miniſtro Generali carere, per Vicarium*
,, *Ordinis fiat ſuper hoc, quod faciendum fuerit per eumdem Miniſtrum*
,, *uſquequo proviſum fuerit de Generali Miniſtro.*
,, 17. *Porro ſi quid de hujuſmodi Miniſtro Provinciali ſecus attentari*
for-

Digitized by Google

„ *forte contigerit, illud ipſo facto ſit irritum, & inane. Nulli igitur* „ *omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum declarationum, dicto-* „ *rum, commiſſionis, mandati, conſtitutionum, judicationum, & volun-* „ *tatum infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc at-* „ *tentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum* „ *Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.*

„ II. Lecta in publico Patrum conſiſtorio præfata conſtitutione, „ litigiis Fratrum utcumque proviſum eſt, patientiæ commiſſis ſpiritua- „ libus, iis vero de communitate ſtimulo conſtitutionis admonentis de „ iis, quæ ſecundum ſuam Regulam ſervare debebant. Sperabant primi „ aliquid amplius; ſed non licuit, plurimum ſibi obſtante ſui ipſorum „ ſpiritus indiſcreto zelo, & maxime eorum Tuſciæ, qui propria aucto- „ ritate ab Ordinis obedientia ſe abſtraxerant, quod clarius, & proli- „ xius a Waddingo exprimitur. Ceterum ſummus Pontifex applicans „ rebus Soriæ ad omnes Chriſtifideles diploma commune expedivit: „ *Intollerabilibus &c.* VI. Idus Februarii: Nicolao Cardinali conceſſit „ ut ſecum Fratres aſſumere poſſet: *Cum te &c.* IV. Idus Februarii: & „ fratri Joanni ut ad Benedictinos tranſiret indulſit: *Cum ſicut &c.* „ III. Kal. Junii. Replicavit etiam litteras pro Terræ ſanctæ ſubſidio, & „ bello Siculo: *Nuper multorum &c.* II. Idus Junii: & ad Philippum „ Francorum Regem: *Licet in generali &c.* XII. Kal. Januarii: & indul- „ gentiam pro obſervantibus Regulam ſancti Patris noſtri Franciſci „ elargitus eſt: *Cordi eſt nobis &c.*

„ III. Interea damnato militum Templariorum Ordine, ut diceba- „ mus, & eorum bonis Ordini militum Hoſpitalis ſancti Joannis Hiero- „ lymitani applicatis, exceptis iis, quæ in Regnis Caſtellæ, Aragoniæ, „ Portugalliæ, & Majoricarum erant, & aliis pluribus, Monaſterium „ percelebre ſub invocatione Aſcenſionis Chriſti, ab illis conſtructum, „ vel ſaltem ſuæ juriſdictionis Taviræ, vel Tavile in Regno Algarbii, „ ſeu Algarbiorum noſtris Minoritis conceſſum fuit, ſi non hoc anno, „ ſaltem non diu poſt, a quibus ſancto Patri Franciſco dedicatum extitit. „ Hunc Conventum dicit Annaliſta, incertæ fundationis, ſed certæ „ translationis ad Obſervantes. Ceterum Tavira Algarbiorum Civitas „ antiqua & nobilis, multoties Regum Portugalliæ curia, ad oras Oceani „ gratiſſimis nemoribus abundans, ſolo fertili, & perenni fluvio irrigato, „ jacet. Occurrit etiam hic nonnulla referare de Conventu Limbur- „ genſi, cujus præfatus Annaliſta tantum ad annum MCDLXIV. meminit, „ cum alioquin in regeſto Piſani ſub anno ſaltem MCD. legatur. Eſt au- „ tem Limburgum urbs, Ducatus Limburgenſis caput, in Archidiœceſi „ Trevirenſi, a Trajecto ad Moſam XV. Leucis gallicis diſtans, in rupe „ ſita, vicino fluento Weſa, quod ex arduenna ſilva originem trahens, „ ex adverſo Auguſtæ Eburonum in Moſam influit: habet hæc Civitas „ inter cetera præclara etiam Conventum Minoriticum ſancto Seba- „ ſtiano dedicatum, longe certe ante hunc annum a Dominis Gerlaco, „ & filio fundatum, & conſummatum, ut ex noviſſimis relationibus Pro- „ vinciæ Recollectorum ſanctæ Eliſabethæ diſcimus: Illuſtriſſimus ſiqui- „ dem Gerlacus Limburgenſis Comes, qui primus ædem Fratribus po- „ ſuit, filium habuit Joannem Comitem, & ipſum Limburgi: Limbur- „ genſium vero Comitum ultimus, cui fundatoris titulus debebatur, „ debitum naturæ ſolvens hoc anno MCCCXII. die ſancti Michaelis ſacra

Joannes ibidem ſepelitur.

„ in choro apud Fratres ſepulturam nactus eſt; ejus vero Mater ſuperſtes non niſi anno MCCCXV. corruptionis pondere depoſito, migravit e vivis ad filium ſuum apposita ut fundatrix: & hæc eſt cauſa cur illius Cœnobii ſub hoc anno memoriam egerimus, certioribus monumentis latentibus. Ceterum ſecundo a Civitate lapide ad pagum ſpa nuncupatum in amœno quodam nemore eſt fons celeberrimus ab efficacia pellendi morbos deſperatiſſimos.

Inf. ad an. 1667.

ARGUMENTUM.

Moritur Gonſalvus Miniſter Generalis & laudatur. Succeſſor eligitur Alexander ab Alexandria. Protector Ordinis inſtituitur Arnaldus de Pelagrua Cardinalis, Pontificis affinis. Floret beatus Hugo Pratenſis. Moriuntur beatus Antonius Tigrinius, & alii ſanctitate conſpicui, nec non beata Paſchalina Fulginas, & Henricus Imperator. Claret doctrina Joannes Baſſolius, & alii infulis Pontificiis. Variis ædibus extructis Ordo dilatatur.

Gonſalvus lapſã diſciplinam reſtituit.

I. MInister Generalis Gonſalvus totus incumbebat hoc anno abuſibus reſcindendis, & relaxationibus ab Ordine procul eliminandis, neque ſuo ſat erat zelo, ſi hæc per alios miſſis præceptoriis litteris fieri juberet, niſi & ipſe præſens omnia luſtraret, oculis perſpiceret, & factis non verbis remedium adhiberet. Francia magna ex parte peragrata, tamdem venit Lutetiam Pariſiorum, ubi cum Fratrum mores ad priſtinam integritatem modis omnibus, exhortationibus, increpationibus revocaret, concitavit in ſe laxioris vitæ fautores & ſectatores. Horum fraudibus impie ſublatum e medio, loco etiam ſecreto aliqui ſcribunt, alii laboribus fractum, & curis oppreſſum fatis volunt ceſſiſſe, neque vero ubi ſepultus ſit, poſſunt oſtendere, quod aliquibus argumento eſt, ut priori adhæreant aſſertioni. Attamen non adeo firmum videbitur, aliorum Generalium Miniſtrorum ſepulcra in æde Aracœli, & alicubi perquirentibus, neque invenientibus. Minima erat priſcis illis patribus cura de conſervanda ſuorum Fratrum, aut Præfectorum memoria, tumuliſque eorumdem lapide aut metallo tegendis, aut Epitaphiis incidendis. Sive vero hac ſive illa obierit morte Gonſalvus, magnam fecit Ordo jacturam ad tanti viri ſubtractionem, poſtquam eumdem prudenter & ferventer gubernavit annis haud integris novem, turbulentis ſemper temporibus & ſciſſis in contraria partibus impeditus, ne majora tractaret & perficeret.

Moritur Pariſiis.

Memoriale Ord. prima impreſſion. in generali 15. Marian. l.4.c.4.

II. Virum hunc valde laudat Alvarus Pelagius ejus ſynchronos; ab eo quippe receptus eſt in hanc Sodalitatem: *Humilem fuiſſe*, ait, *patientem, pauperem, orationi deditum, deſpectum mundo, mortificatum, pœnitentem, verum magiſtrum Chriſtum in virtutibus ſectantem.* Aliud ejuſdem præclarum Gonſalvi elogium ſuperius exſcripſimus, ubi *ſanctæ* eum vocat *memoriæ, genere & virtutibus nobilem, ardentiſsimum paupertatis & regularis obſervantiæ zelatorem, virum doctiſsimum, in cælis coronatum, & glorioſa throno fulgentem apparuiſſe, quia puriſsime in Ordine juſtitiam obſervavit*, ſubjungitque: *Totum Ordinem expropriavit in vita ſua, & ſententiam excommunicationis tulit contra omnes Fratres, ſubditos & prælatos, niſi intra certum terminum, illis, a quibus habebant redditus, vel*

Alv. Pelag. l. 2. de planctu Eccl. c.33.

Commendatur.

Ann. 1304. n. 35.

co-

eorum hæredibus univerſos reſignarent , quod & factum eſt , & propter hoc quibuſdam perſecutionem paſſus eſt ; tamen Fratres communiter poſt mortem ejus ad redditus ſuſcipiendos ſunt reverſi . Et ipſe cum Patribus ſanctis requieſcit in pace , beati Franciſci verus Vicarius & ſucceſſor . At antequam Gonſalvus hoc rigore redditus diſtraxerit , vix , inquit , fuit in Ordine locus ſeu Conventus , qui non haberet aliquos redditus ſeu proventus annales .

III. Patres , quorum intererat , ſtatim de ſucceſſore deligendo cogitarunt , & Comitia in Civitate Barcinonenſi , ſub feſto Pentecoſtes celebranda indixerunt . Sumptus omnes adminiſtravit Petrus Arragoniæ Rex , Ordini addictiſſimus , eoque ipſe cum Patribus convenit , & capitularibus actis cum eiſdem voluit intereſſe . Eo præſente , die Junii III. vel ut alii volunt , XII. unanimi omnium ſuffragio in primo ſcrutinio electus eſt in Miniſtrum Generalem frater Alexander de Alexandria Statiellorum, vulgo Italico, *Aleſſandria della Paglia* , urbe Epiſcopali Liguriæ , ſub Ducatu Mediolanenſi , primum nuncupata Cæſarea , deinde Alexandria in gratiam Alexandri III. a quo Sede Epiſcopali an. MCLXXV. eſt condecorata . Miniſter erat , & alumnus Provinciæ Januenſis, vir doctiſſimus , & Magiſter Pariſienſis , qui paulo ante , uti dixeramus , communitatem Ordinis contra ſequaces Fratris Petri Joannis Olivi , Ubertinum de Caſale , & alios defendendam ſuſcepit . Statutum eſt in his comitiis , ut ſuppoſito privilegio conceſſo Univerſitati Toloſanæ , de conferendis in omni facultate gradibus Magiſterii , ſi abſque ſcandalo & detrimento honoris Religionis , aliter fieri non poſſet , propter uſum & concurrentiam aliarum Religionum , conſtituerentur per Miniſtrum Generalem in Conventu Toloſano Baccalaurei præſentandi & promovendi ad magiſterium : id vero curaret ille quam maxime , ne propter multitudinem , & inſufficientiam promovendorum huiuſmodi facultas Theologica , & Magiſterium haberentur contemptui .

Maria. l. 4. c. 5. Marc. par. 2. l. 7. c. 31.

Capitulum generale 37.

Eligitur in generalem Alexander ab Alexandria .

Ann. 1310. n. 2.

Conſtituuntur Baccalaurei in Conventu Toloſano .

IV. Expletis comitiis , abiit Miniſter in Galliam ad Pontificem , petiitque & obtinuit in Ordinis Protectorem Arnaldum de Pelagrua Cardinalem Diaconum ſanctæ Mariæ in Coſmedin , Pontificis affinem . Hujus auctoritate & favore impetratæ ſunt litteræ Pontificiæ ad aliquot Italiæ Prælatos , ut compellerent Fratres illos , qui a corpore Ordinis receſſerunt , ad obedientiam regredi Superiorum , litteras ipſas ad partes Tuſciæ datas , do ex regeſto Vaticano .

Ordinis Protector Arnaldus de Pelagrua .

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Januen. ac Lucan. Bononien. Epiſcopis .

V. *AD noſtri Apoſtolatus auditum relatio fide digna perduxit , quod nonnulli Fratres locorum Ordinis Minorum , tam civitatis Florentinæ , quam nonnullarum aliarum partium Tuſciæ ab eiſdem locis , eorumque conventibus temeritate propria recedentes , alia loca in eiſdem civitate & partibus contra ſtatuta ejuſdem Ordinis receperunt , non abſque gravi ſcandalo morantur in eis pro ipſorum libito voluntatis . Cum igitur nos in deſideriis habeamus , ut idem Ordo , ejuſque perſonæ in ſtabilis caritatis dilectione perſiſtant , Fraternitati veſtræ , per Apoſtolica ſcripta mandamus , quatenus vos , vel duo , aut unus veſtrum per vos , aut per alium , ſeu alios , prædictos Fratres , & eorum ſingulos , ut eiſdem locis , ut præmittitur , receptis , per eos omnino dimiſſis , ad præfata priora loca una cum aliis dictorum Conventuum Fratribus ſub dicti Ordinis , ac Superiorum ſuorum obedien-*

Reg. Vat. ep. 392.

Jubet Pontifex ut qui receſſerunt ab Ordine , ad eumdem redeant .

Digitized by Google

dientia morari qualibet occaſione, & exceptione poſtpoſita, revertantur, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, ſuper quæ plenam vobis poteſtatem concedimus, compellatis. Non obſtantibus generalis Concilii de duabus, & fælicis recordationis, Bonifacii Papæ VIII. de una, dietis, & aliis tam prædicti Bonifacii Papæ VIII. quam aliorum Prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus contrariis circa judices promulgatis. Datum in Priorotu Idibus Julii anno VIII.

Venerabilibus Fratribus Aretinen. Lucanen. & Piſtorien. Epiſcopis.

Indid. ep. 393.

VI. *DUm honeſtatis fructus, & honoris uberioris, quos Ordinis Fratrum Minorum producit ſancta plantatio, in cæleſtibus horreis inferendos, in examen noſtræ conſiderationis adducimus, illum brachiis ſinceræ caritatis amplectimur, & circa eum, quem in domo Domini prælucere ſyderea caritate conſpicimus, paterna ſollicitudine vigilamus, ut Deo propitio, protegatur a noxiis, ſalubria ſemper incrementa ſuſcipiat, & floridæ pacis affluat ubertate, nullaque in eo radix amaritudinis pullulet, vel ſtirpis noxiæ ſuccreſcere valeat incrementum. Propterea diſſenſionis odibilis ingrata materia dudum, illo procurante malorum omnium inventore, qui latius ibi ſuæ conſuevit nequitiæ venena diffundere, ubi ſe magis obfuturum exiſtimat, ſuſcitata, tunc auditui noſtri Apoſtolatus innotuit. Verum licet hujuſmodi diſſenſionis negotium poſt conſultæ diſcuſſionis examen, & deliberationis exactæ conſilium, per noſtræ declarationis edictum duxerimus terminandum, prout in noſtris inde confectis litteris, quarum tenorem jam ad Fratres dicti Ordinis, per provinciam Tuſciæ conſtitutos perveniſſe confidimus, plenius continetur; quia tamen relatione intelleximus fide digna, quod nonnulli Fratres ejuſdem Ordinis præfatæ provinciæ occaſione diſſenſionis prædictæ, ad illicita laxatis habenis, quædam loca dicti Ordinis in eadem provincia conſtituta contra ipſius ſtatuta Ordinis temeritate propria occuparunt, & detinent occupata, ſuis alias obedire Superioribus aſpernantes, in propriæ ſalutis interitum, ipſius jacturam Ordinis, & aliorum etiam ſcandalum plurimorum. Nos cupientes, ut declaratio ipſa pro ejuſdem Ordinis ſtatu proſpero & tranquillo plenius obſervetur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel unus, aut duo veſtrum per vos, ſeu alium, vel alios eiſdem Fratribus ex parte noſtra in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipere ſtudeatis, ut ipſi dictam ordinationem plene & inviolabiliter perpetuis futuris temporibus obſervantes, ad omnimodam prædictorum Superiorum ſuorum obedientiam omni exceptione, & excuſatione poſtpoſita, revertantur ubicumque, & ſicut iidem Superiores voluerint moraturi, ac devotum impenſuri Domino famulatum, ſecundum ipſius Ordinis inſtituta. Datum in Prioratu de Grauſello prope Malanſana Vaſionen. Diœc. Idibus Julii anno* VIII.

Nolunt aliqui ex eis redire, ſed fugiunt in Siciliam.

VII. Harum litterarum auctoritate factum eſt, ut plurimi redierint, receptique ſint in viſceribus caritatis: alii vero ſpiritu præſumptionis agitati transfretarunt in Inſulam Trinacriæ, Pontificis, & ſuorum Superiorum imperium detrectantes: ubi a Friderico Rege, & plurimis Prælatis, viriſque nobilibus amice recepti, & protecti ſunt ſub ſpecie pietatis, cum magno tamen ſcandalo religionis. Reſipuerunt ex his duo Fratres Germani oppidi Pratenſis in Tuſcia frater Simon, & frater Franciſcus Donatini, & coram Rege ac Pontificibus confeſſi ſunt humiliter

ter ſe temere & impie feciſſe, quod fugerint Pontificem & Prælatos ſui Inſtituti; redieruntque in ſuam Etruriæ provinciam, in qua deinceps tranquille vitam conſummarunt.

VIII. Floruit hoc tempore beatus Hugo de Prato, qui cum Doctor eſſet in Theologia, & vir magni nominis in ſeculo, habitum aſſumpſit Minorum, & ſtatum delegit humilem laicorum, ſeu, uti alii vocant, converſorum. Severe nimis animadvertebat in ſemetipſum, corpus caſtigans, & in ſervitutem redigens, lorica ferrea ſuper nuda carne annis indutus quadraginta, a quo *Pantieræ* cognomen ſortitus eſt. Utramque exercebat vitam, activam & contemplativam, atque de hac opus utiliſſimum & doctum ſcripſit lingua vernacula; aliquot etiam Epiſtolas, in quibus & profundam ſcientiam & miram præfert pietatem. Ad Tartaros ſimul cum aliis Fratribus miſſus, ut viam Dei in veritate & ſimplicitate doceret, illinc anno MCCCXII. ſcripſit ad ſuos olim Confratres ſocietatis Cippi nuncupatæ, ſitæ in Monaſterio Minorum ſanctæ Crucis, loci nativi Pratenſis, in quorum libris ejus nomen tamquam hujus Sodalitatis Confratris ſcriptum adhuc conſpicitur. Ubi curſum conſummaverit non plane conſtat; probabilius judicaverim in Tartaria vitæ terminum poſuiſſe.

Floret B. Hugo Pratenſis.

Marian. cit. c. 4. Marc. cit. c. 15. Rodul. fol. 121.

IX. Moritur hoc anno in Conventu Montis Luci prope Spoletum beatus Antonius Tegrimius Piſanus, (ex cujus familia hodie viget Dom. D. Tegrimius Tegrimii vir optimus Epiſcopus Aſſiſias, & Congregationi ſacrorum Rituum a ſecretis) qui relictis maternis illecebris, & deſponſata ſibi adoleſcentula, neglectoque jure civili, cui vacabat & facultate plurima terrena, Minorum habitum ſuſcepit, in quo ſanctiſſime vixit, virtutibuſque claruit, præſertim humilitatis, obedientiæ & paupertatis. In vita, & poſt mortem plurima patravit miracula, diemque & horam, qua ex hoc mundo tranſiturus erat ad Patrem, clara didicit revelatione. Medicus quidam Spoletanus plaga cruris inſanabili vehementer afflictus, votum emiſit, quod ſi meritis & interceſſione hujus ſancti Viri ab hoc malo liberaretur, tertio ſancti Franciſci Inſtituto ſemet adſcriberet. Sub veſpere vovit, & ſummo mane perfecte convaluit. Frequentibus ſignis & miraculis, quæ quotidie Vir Dei patrabat, magnus numerus confluebat populorum vicinorum ad ejus ſepulcrum, qui quietem & devotionem Fratrum turbabant. Acceſſit itaque Guardianus ad cadaveris locum, & ad exemplum ſui Inſtitutoris ſancti Franciſci, quando præcepit ne frater Petrus Catanii Vir ſanctus... plura ederet ſigna, imperavit, ne hic Antonius ullum deinceps miraculum perpetraret: cui mortuus perfecte obedivit.

Moritur B. Anton. Tegrimius.

Marc. cit. c. 13. Rodul. fol. 76.

Præſcit mortis diem.

Multa patrat miracula.

Tom. 1. an. 1221. n. 2.

X. Obierunt etiam hoc anno in Conventu ſanctæ Illuminatæ prope Serram Alviani in Umbria, duo Viri ſanctiſſimi frater Joannes Alvianus, qui multis miraculis claruit, & Joannes Falter, Tenti-albene, cognominatus. Neſcio an hic diverſus ſit ab illo Tenti-albene, cujus vitam alias diffuſe enarravimus, & in hoc eodem loco requieſcere diximus. Certe Petrus Rodulphus diverſos facit, dum ſeorſim tamquam de duobus, diſtinctis agit locis. Sed eadem de utroque recenſet miracula cœci illuminati, & paralitici ſanati. Concordant facta & prodigia, concordat item ſepulturæ locus, ſed diſcordat tempus; etenim monumenta MSS. ex Provincia Umbriæ mihi tranſmiſſa aperto teſtimonio, & certo anno hoc defunctum affirmant Joannem: at Tenti-albene obiit ante beatum Juniperum, uti in ejus ſcripſimus vita; ille vero diceſ-

Monum. MSS. Prov. S. Franc. Marc. citat.

B. Joan. Alvianus.

B. Joann. Tenti-albene.

Ann. 1232. Rodul. fol. 118. & fol. 150.

Tom. 2. an. 1232 n. 14.

ſceſſit anno MCCLVIII. Ego duos judicaverim, ſed ex cognominis ſimilitudine attribui huic poſteriori miracula prioris.

Jacobill. de vitis SS. Fulgin. Legen. MSS. Maria.cit.c.3. Beat. Paſchalina Fulginas. Imitatur B. Angelam Fulginatem.

XI. Hoc anno pridie Nonas Februarii migravit ad Dominum beata Paſchalina Fulginas, diſcipula & ſocia dilecta beatæ Angelæ ſuæ conterraneæ, cujus exemplo allecta nobilem progeniem, & mundi delicias contempſit, habitumque ſuſcepit pœnitentiæ ſub tertio Inſtituto ſancti Franciſci anno Chriſti MCCXC. Æmula facta ſuæ magiſtræ ad eam aſpiravit & pervenit perfectionem, ut ad arcana quoque beatæ Angelæ admitteretur, eique fieret a ſecretis. Parentibus, amicis & mundanis quibuſcumque rebus neglectis, & quod difficilius eſt, propria abnegata voluntate, nihil ſibi agendum propoſuit, quod magiſtræ non placeret. Perfecta hac renunciatione, & continua cœleſtium rerum meditatione ad candorem & ſimplicitatem pervenit columbinam, meruitque aliquando cœleſtem excipere vocem ter monentem, Spiritum ſanctum in cubiculo ſuæ magiſtræ cohabitare. Magno accenſa deſiderio Spiritum ſanctum videndi, protinus magna fiducia acceſſit ad beatæ Angelæ oratorium, ubi tot conſolationes excepit, ut paradiſi gaudia ſe putaret ſentire. Plurimas ei narravit beata Angela gratias & favores, quos a divino ſponſo ſuſcepit, atque inter hoc immiſſum ſibi tam intenſum & intimum cordis dolorem ad memorialia quæque Dominicæ paſſionis, ut viſa quaque effigie Chriſti crucifixi, vel dolores aliquos paſſi, aut opprobriis eluſi, ſtatim anima langueret, & corde deficeret. Dilectæ magiſtræ compaſſa Paſchalina, quam ſæpius hæc cordis deliquia paſſam vidit, magno ſtudio ab ejus oculis abſcondit quidquid Chriſti repræſentabat dolores. Frequenter etiam aſpergebat aqua frigida, ut mitigaret ardorem lacrymarum, quas adeo calidas, ardenteſque emittebat, dum Chriſti deplorabat paſſionem, ut per faciem decurrentes, aut in manum decidentes carnem comburerent, & veluti ardentis picis guttulæ vehementem dolorem & ulcus imprimerent.

Doloribus ſuæ magiſtræ pie cópatitur.

XII. Die Jovis Majoris hebdomadæ diſcipula cum magiſtra obſequium aliquod Chriſto in ſuis pauperibus exhibere, & in diebus paſſionis ſuæ quidquam pro ipſo pati cupientes, abierunt ad præcipuum urbis Xenodochium, egrotorum lectos ſtraverunt, pavimentum verrerunt, mulierum pedes, hominum manus laverunt, leproſi cujuſdam vulnera & ulcera infuſa calida abſterſerunt, aquam deinde ſanie & pute cœnoſam epotarunt, incredibilemque ex hoc potu perceperunt delectationem. Detractis deinde capitum velis aliiſque panniculis, obtulerunt Xenodochii præfectæ hoc tenue munuſculum quo majus tunc eis non ſuppetebat, ut aliquo oblectamento, vel meliori cibo refocillarent quorumdam viſcera, qui ceteris pejus habebant. Renuit illa accipere, dicens, ludibrio habendas ſi detectis capitibus, & abſque ſolitis veſtibus per plateas domum redirent. At, inquiunt illæ, ut quid timeamus nos vilipendi & irrideri pro Chriſto in his ſacratiſſimis diebus, quibus ille factus eſt opprobrium hominum, & abjectio plebis? Dedit ille ſemetipſum pro nobis, tantine æſtimandum, ut nos viles panniculos ei offeramus in perſonis pauperum, quorum obſequium reputat ſuum, & quidquid uni ex his minimis facimus, ſibi imperiri. Relictis itaque panniculis, alacres abierunt, ſed ſtatim occurrit qui meliores porrexit, animoſque Dominus mira replevit ſuavitate.

Varias ſubit cum Magiſtra mortificationes in hebdomada majori.

XIII. Dilexit valde præ ceteris diſcipulis ſacra magiſtra puellam hanc, & ad arcanos quoſque receſſus, majoriſque perfectionis actus ſecum

cum ducebat. Dum peregrinaretur & ſancta loca, vel Aſſiſii, vel Laureti inviſeret, & anno ſeculari ad Jubilæum a Bonifacio VIII. conceſſum Romam proficiſceretur, hanc ſemper adhibuit itineris ſociam & ſecretorum fidam depoſitariam. Etenim haud ſemel cœleſtis Angelus ei revelavit Paſchalinam Deo ſumme caram eſſe, quod & Chriſtus ipſe divina immiſſa viſione confirmavit. Apparuit namque tamquam recens a cruce depoſitus, circumſtantes filios, & filias beatæ Angelæ dulciter alloquens & amplexans, unumquemque illorum ad lateralis vulneris oſculum admittens, & ſanguine pretioſiſſimo dignanter epotans. Plus omnibus ſuxit Paſchaſina, & majores ſponſi ſentit favores, quos non potuit per multos dies interius abſcondere, quin fulgentiſſimis radiis, & admirabili pulchritudine exterius apparerent in facie. Alias dum beata Angela munus aliquod cœleſte a Domino deprecaretur, voce cœlitus elapſa, reſponſum accepit, gratiam, quam petebat, non ſolum ſibi ſed & virtutis comiti Paſchalinæ concedi. Iterum dum ſibi, Paſchalinæ, & fratri Arnoldo Minoritæ confeſſario, viro optimo, divinam peteret benedictionem infundi, vidit Chriſti manum viſibiliter ſupra omnes extenſam, & crucem ſuper ſingulos ducentem. Vidit etiam beatam Virginem Mariam diſcipulos & diſcipulas amplexantem, ſed altius præ ceteris meruit honorari Paſchalina, quam ſtrictiori & ſuaviori dignata eſt amplexu; eamdemque cum ceteris imo pectore tamquam ſumme dilectam ſingulari privilegio amoris abſcondit.

Conſcia virtutū ſuæ magiſtræ.

E Latere Chriſti ſanguinem potat

Donis cœleſtibus afficitur.

Abſconditur in B. Virgin. Mariæ pectore.

XIV: Aſtitit ſacra hæc Chriſti ſponſa dilectæ magiſtræ morienti, a qua frequentes accepit benedictiones, variaſque inſtructiones, quibus a ſe genitos filios, filiaſque erudiret, & per integrum quadriennium, quo ſupervixit, magiſtræ tumulum ad Minoritas extructum quotidie inviſit, longa aſſidens oratione, malorum, omniumque afflictionum illinc reportans antydotum. Tamdem Deo plena, virtutibus & ſanctitate præclara, in cœlum evolavit anno & die ſuperius enarratis, ſacrumque corpus in eadem ſancti Franciſci æde, qua & magiſtræ conditæ ſunt exuviæ, ſolemni funere, concurrentibus univerſis civibus ad nobiles Virginis exequias, honorifico conditum eſt ſepulcro. Ex antiquo urbis ſtatuto, quotannis Fulginates diem hunc celebrant ſacræ depoſitionis.

Quadriennio aſſidet ſepulcro Magiſtræ.

Sancte moritur.

XV. Henricus Imperator dum bellum hoc anno inferre Roberto Regi Siciliæ, & Apuliam verſus proficiſci tentaret, fatis conceſſit apud Bonconventum Senenſis agri oppidum, in die ſancti Bartholomæi, funuſque delatum Piſas, uti ipſe prærordinaverat, tumbæ argenteæ incluſum eſt, quatuor columnis marmoreis innixæ. Virum hunc religioſiſſimum vocat Marianus noſter, ſolitumque noctes inſomnes coram Chriſti Crucifixi effigie, quam ſecum quocumque abibat, portabat, in oratione protrahere, & quotidie, dum liceret, præmiſſa confeſſione ſacramentali, ſacram ſumere Euchariſtiam. Vacavit Imperium annum unum, menſem unum, dies viginti quinque, videlicet uſque ad diem decimum nonum Octobris anni ſequentis, quo electus eſt in diſcordia Ludovicus Bavarus, licet alii contra manifeſta electionis decreta eamdem protrahant in alterum annum poſteriorem.

Laudatur.

Marian. l. 2. c. 24.

Chron. Citizen. hoc anno.

Bellar. in chron.

XVI. Floruit hoc tempore, & legit in civitate Rhemenſi frater Joannes de Baſſolis, vir doctiſſimus qui adeo dilucide, & claro ordine ſcripſit in quatuor libros ſententiarum, ut *Doctor Ordinatiſſimus* audiret. Magiſtrum habuit Doctorem ſubtilem Scotum, qui tantam concepit de hoc

Vide Bzov. ann. 1314.

Digitized by Google

Hervæum contr. Bzov. c. 2. n. 3. Floret Joann. de Baſſolis. *Rada tom. 1. cont. 4. Anaſtaſius Turrian. in epiſt. dedic. operum Baſſ. & alib. Ferchius in vita Scoti c. 12. Eyſeng. in cathal. teſtium verit. Poſſevin. in appar.*

ſuo diſcipulo opinionem, ut cum aliquando contingeret paucos adeſſe auditores, atque inter hos Baſſolium, alacriter pergeret Scotus in legendo, dicens: *Baſſolius adeſt? en auditorium eſt*; uti olim Plato de Ariſtotele proferebat. Ita de eo referunt communiter; & Matthæus Ferchius narrat, ſe in vetuſtis exemplaribus in Gallia ad commentariorum finem ita legiſſe: *Explicit lectura fratris Joannis de Baſſolis ſuper quarto ſentent. lectam ab eodem Rhemis anno* MCCCXIII. Unde admiror, Guillelmum Eyſengtenium, & ex eo Antonium Poſſevinum ejus ætatem ad annum MCCCCLXVI. protraxiſſe.

Fr. Franciſc. Epiſcopus Cajetanus. Frater Stephanus Ulyſſiponenſis. *Zurita t. 1. l. 5. c. 105.* *Carrillo in Cath. Epiſc. Oſcen.* Frater Martinus Oſcen.

XVII. Aliquot mihi occurrunt hujus temporis Epiſcopi, frater Franciſcus Epiſcopus Cajetanus in Campania, & celebri regni Neapolitani portu, cui hoc ipſo anno tribuit Pontifex facultatem teſtamentum condendi; exceptis tamen iis bonis, quæ ad Ordinem Minorum, cujus erat profeſſor, ſpectabant: *Quia præſentis vitæ*. II. Idus Julii. Frater Stephanus Epiſcopus Portugallenſis, de quo ſuperius præfati ſumus, translatus eſt ad nobiliſſimum & pinguiſſimum Epiſcopatum Ulyſſiponenſem: *Eccleſiarum utilitati*. VIII. Idus Octobris. Hieronymus Zurita hoc ipſo anno ait, fratrem Martinum Epiſcopum Oſcenſem in Aragonia (quem Ordinis Minorum fuiſſe aſſerit Martinus Carrillo, in libro, quem ſcripſit de Prælatis Aragoniæ) ſententiam tuliſſe divortii inter nobiliſſimos heroes Petrum Dominum Baroniæ de Ayerve Regis Jacobi Aragonii nepotem, & Violantam Infantis Irenæ Laſcaræ filiam, & Theodori Laſcari Græcorum Imperatoris neptem, propter contractum prius legitimum matrimonium cum Maria Fernandez de Luna, adhuc ſuperſtite. Multas edidit ſalutares conſtitutiones, quæ adhuc in illa obſervantur Eccleſia. Obiit anno MCCCXXII. ſepultuſque eſt in ſacello ſanctæ Catarinæ.

Conv. Dunen. *MSS. Monu. prov. Hiber.*

XVIII. Ante hunc annum præextitiſſe Conventum Minorum in civitate Duni in Hibernia (ex quo Joannem Scotum Doctorem ſubtilem oriundum contendunt Hiberni) probant monumenta MSS. ex illa inſula tranſmiſſa, in quibus refertur, in Conventu Dunenſi Minores hoc anno celebraſſe comitia Provincialia. Circa annum Domini MDLXX. expulſi ſunt ex hoc loco Fratres per Anglos: adveniente etenim cum cohorte militum Joanne Brictono Hæretico, ementita veſte, ejus rabiem, & in Catholicos odium declinare neceſſum fuit. Inciderunt tamen in manus ejus frater Joannes Olorcan Sacerdos, quem ex patibulo erecto prope Fontem Gloriæ (ita dictum propter apparitionem Angelorum ſancto Patricio eo in loco factam) crudeliter ſuſpendit, & frater Edmundus Simon, & frater Donatus o Ruart, quos inhumaniter victos, acceptis quatuor calicibus deauratis, dimiſit. Adhuc extant loci parietes, cetera temporum injuriæ ceſſerunt.

Joan. Olorcan martyr.

Convent. Conchen. *Gonz. in prov. Carthagin. Con. 3.*

XIX. Ceſſit hoc anno domus Templariorum Conchæ Valeriæ, nobilis in Hiſpania urbis, noſtris Conſodalibus, & anno MD. ejuſdem Inſtituti ſectatoribus, a regulari Obſervantia nuncupatis. Adjunxerunt Monaſterio pii viri Joannes de Orthega, & Catarina a Coalla ejus conjux anno MDXXX. collegium, ubi ſtudeient quatuordecim Adoleſcentes ejuſdem Religionis, & ex teſtamento legaverunt ſummam pecuniarum quotannis ſolvendam pro victu & veſtitu Fratrum & ſtipendio Lectorum Philoſophiæ ſive Theologiæ, aſſumendorum ex Ordine ſeculari. At piis legatariis defunctis, hæredes onus hoc detractabant, & graviores provinciæ Carthaginenſis, cui hic Conventus ſubeſt, Conſiliarii judicarunt re-

relegandam eſſe annalem hanc eleemoſynam, ſuæ profeſſioni haud omnino conſonam, & ex communi vivendi ratione alendos adoleſcentes, eorumque magiſtros ex ipſa Sodalitate inſtituendos. Jacet ibidem vir piiſsimus frater Joannes a Villa Majori, cujus corpus in communi Fratrum ſarcophago repertum eſt omnino integrum & illæſum. Fr. Joan. a Villa Majori.

XX. Petentibus Roberto Rege Siciliæ & Incolis civitatis Alarinæ, & Caſtri Limoſani in regno Neapolitano conſiſtentium, conceſsit hoc anno Pontifex facultatem Monaſteria Minoritarum conſtruendi tum in Civitate, tum in caſtro prædictis. Invenio utriuſque loci Conventum recenſitum a Petro Rodulpho ſub provincia ſancti Angeli. Alarinum ſub cuſtodia Civitatis, Limoſanum ſub cuſtodia Moliſæ: *Sacræ Religionis veſtræ*. Nonis Julii. Indulſit etiam ad preces Miniſtri Generalis, ut Conventus Vigintimilien. ſeu Intimelii in Liguria, Provinciæ Genuenſis, & cuſtodiæ Albingani, propter ruinoſum fundum alio transferretur. Ex quo ejus vetuſtas facile poterit deduci: *Laudabilis veſtra Religio*. x. Kal. Junii. Conv. Alarinus. Conv. Limoſanus. Con. Intimelien.

XXI. Sanctimonialium item duas invenio hoc anno domos, unam in oppido de Trebis, diœceſis Terracinenſis jam erectum, cujus Eccleſiam viſitantibus, ſtatutis quibuſdam diebus indulgentias largitur Pontifex: *Vitæ perennis gloria*. xiv. Kal. Maii. Alteram in oppido Manuaſcæ diœceſis Siſtaricen. in Gallia, Pontificia facultate inchoandam ab oppidanis: *Dilecti filii univerſitas*. Kalen. Junii. Monaſt. Trebis. Mon. Manuaſcæ.

XXII. Marianus refert, hoc anno Clementem conceſſiſſe omnibus viſitantibus Eccleſias Fratrum Minorum, in omnibus feſtivitatibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & beatæ Mariæ, ſancti Joannis Baptiſtæ, omniumque Apoſtolorum, Sanctorum item & Sanctarum noſtri Ordinis, quadraginta annorum & centum dierum indulgentiam; in reliquis vero diebus ipſum illud centenarium. Et ſepeliendis in habitu Minorum quartam partem omnium peccatorum remiſit. Litteras conceſſionis tunc aſſervatas Peruſii commemorat, & incepiſſe: *Romanus Pontifex*. Per alias etiam litteras, quæ extabant Aretii & Caſtilionis, ait elargitum omnibus confeſſis & contritis, qui Eccleſias Minorum viſitarent in die conſecrationis & dedicationis earum, & per octavas, necnon in feſtivitatibus beatæ Mariæ Virginis, ſanctorum Franciſci, Antonii & Claræ, omniumque ſanctorum Eccleſiæ Titularium, dierum centum Indulgentias.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. Obitum Gonſalvi Miniſtri Generalis, & electionem Alexandri ſucceſſoris etiam Annaliſta narrat; jure proinde hic prætermiſſa. Præter eas, quas Pontifex dedit pro reducendis Fratribus, qui ab Ordine ſe ſubtraxerant, Apoſtolicas litteras ab Annaliſta relatas, duas alias indicat Petrus de Alva & Aſtorga, unam fratri Arnoldo Cancellario Pariſienſi directam: *Litterarum &c.* iv. Kalend. Aprilis: & alteram executorialem Guardiano Senenſi: *Oblata nobis &c.* xviii. Kal. Decembris. Gonſalvus Gen. obit. Alexander de Alexandria ſufficitur.

„ II. Sed interea Margarita a Spoleto Virgo ſanctitate celebris, quam commemorat Thomas Mantuanus in ſuo Catalogo, florebat: ejus corpus ſepultum jacet apud Montem Falconem in Umbria. Alia pariter nomine Margarita Torniella, in Monaſterio ſanctæ Claræ Novariæ, quod eſt octavum provinciæ Mediolanenſis, claruit, cujus ſancti- Margarita a Spoleto Virgo floret. *Thom. Man. in catal. SS. & BB. Ord.* Et Margarita Torn.

Digitized by Google

„ tatem miraculis teſtatam voluit Altiſſimus, ut habent Gonzaga & „ Daza, poſtque eos Arturus ad diem XIII. Auguſti.

Henricus Imp. obiit.

Dogl. p. 4. fol. 991.

„ III. Henricus vero Imperator a Neapolitanis invitatus, Roberto „ Siciliæ Regi Bellum illaturus, Apuliam verſus dirigebat arma; ſed „ cum perveniſſet Bonconventum Senenſis agri oppidum, die ſancti Bar- „ tholomæi fatis conceſsit, non ſine ſuſpicione veneni ſibi in ſacra com- „ munione a quodam religioſo Ordinis Prædicatorum oblati. Ab hac ni- „ hilominus calumnia apud filium ejuſdem Henrici Joannem Boemiæ „ Regem per nonnullorum Cardinalium teſtimonium ſe purgavit Reli- „ gioſus: funus vero delatum Piſas, ut ipſe præordinaverat, argenteo „ buſto, quatuor columnis marmoreis innixo corpus ejus (excepto cor- „ de, quod legaverat recondendum in urna ſuæ prædilectæ conjugis „ Beatricis, Januæ in Eccleſia ſancti Patris Franciſci Ordinis) incluſum „ fuit: Quo tempore Italiæ Proceres ad Imperium invitarunt, ac elege- „ runt Amadeum IV. Sabaudiæ Comitem, & defuncti ſororium, qui- „ bus non acquieſcens, imperiale faſtigium prudenter & modeſte re- „ cuſavit.

Amad. IV. Sab. eligitur Imper. & recuſat. *Pingon. in Amad. IV.*

Aſta & Cuneum ſubduntur Roberto.

„ IV. Ex altera vero parte, Guelforum prævalente factione, Ro- „ bertus in Inſubria regnum dilatabat: etenim Aſta Civitas ad Tanarum „ fluvium, ut publica inſtrumenta conventionum inter eam & Regem „ præfatum anno præterito confecta, præſenti confirmata, jugum Ro- „ berti regium ſubivit, quo etiam tempore Cuneenſes, publica lega- „ tione ad eumdem decreta, ejuſdem leges audivere. Porro Robertus „ initio ſui dominatus in Cuneenſes, primi anni redditus, quos fogagii „ vocant, ad reſtaurandum Conventus Fratrum Minorum Eccleſiam, „ quam ad Capellam perantiquam ſancti Jacobi Apoſtoli conſtruxerant, „ eis remiſit.

ARGUMENTUM.

Moriuntur Clemens V. Pontifex, Philippus Pulcher Rex Galliarum, & Alexander ab Alexandria Miniſter Generalis Ordinis Minorum. Recedunt Fratres ſtrictioris obſervantiæ in Provincia a corpore Religionis. Glorioſum ſubeunt martyrium in Oriente Monaldus Anconitanus & ſocii. Provinciæ Ordinis recenſentur. Eligitur non ſine diſcordia in Regem Romanorum Ludovicus Bavarus. Extruitur unum atque alterum Minorum domicilium.

Moritur Clemens V.

I. Celebris eſt hic annus morte Clementis Pontificis, Philippi Pulchri Regis Gallorum, & Alexandri ab Alexandria Miniſtri Generalis Ordinis Minorum. Clemens V. deceſsit XII. Kal. Maji apud Roccam Maulam, Mariano Auream, provinciæ Narbonenſis vicum, ad amnem Rhodanum. Laboravit triginta diebus variis doloribus, aliquando diſſenteria, aliquando ſtomacho, & laterum dolore, dum Avenione Burdigalam redire conſtituiſſet. Joannes Villanus, Ciaconus & alii ferunt, corpus, dum noctu in Eccleſia ſervaretur, caſu ſemiuſtum, ſepultum in Templo beatæ Mariæ de Uſeſta, villa ignobili prope Urbem Vaſatenſem, quam ipſe ædificaverat, ubi prius exiſtebat ædes parochialis ſanctæ Radegundis. Hic etiam ſævitum in ejus cadaver, & ſepulcrum marmoreum admirandi operis a Galliardo Motha Cardinale, ejus ne-

Marian. l. 4. c. 5.

Villan. l. 9. c. 58. Ciacon. in Clemente.

nepote , extructum : violatum namque eſt & dirutum a Calvinianis hæreticis anno MDLXXVII. Alii famam denigrarunt. Villanus illius temporis auctor plura impingit graviora crimina ſummo Pontifice indigna , quæ Templariorum ab eo extinctorum reliquiæ , & fautores gratis exceperunt auribus , atque propter hæc , deletumque ſuum Ordinem acerbiſſimos dolores , & combuſti corporis infortunium paſſum juſto Dei judicio in vulgus ſpargebant. Auxit horum opinionem , paſſionemque animis conceptam confirmavit , quod dum in hujus militiæ viros primarios igne , utque omnibus cruciatibus ſæviretur , illi citaverint ad divinum tribunal Clementem Pontificem , & Philippum Regem ſui interitus auctores. Sic tunc fama ferebat ſive vera , ſive conficta rumoribus , quod magis placet. Attamen , divina ita ferente juſtitia , latentem quamdam vim his ineſſe citationibus , præſertim a ſanctis Viris , vel qui gravi injuria , ſeu Magnatum potentiis opprimuntur , prolatis , varii eventus & fatales quidam atque inopinati Principum deceſſus fateri compellunt .

Aliqui ei obloquuntur.
Villan. cit.
Chriſtiā. Maſſeuſin.
Chron. Mey. lib. 1. annal.
Panvin. in hiſtor. Roman. Pont.

II. Duobus ante hunc, annis , Petrus & Joannes Carvajalii Fratres , neque judicio convicti , neque crimen homicidii Benavidii , viri primarii , cujus incuſabantur , confeſſi , de vicina rupe præcipites dari juſſi per Ferdinandum Caſtellæ Regem , dum raperentur ad ſupplicium , divum hominumque fidem teſtati innocentes mori , quoniam Regiæ aures obturatæ eſſent , ad Deum æquiſſimum judicem provocare , Regi dicere , ex eo die trigeſimum. Eæ voces in præſenti pro vanis habitæ , caſu fortaſſe (eſto) at mirabili certe eventu confirmatæ ſunt. Obiit enim Rex ſtatuto die , qui incidit in ſeptimum Idus Septembris , in ipſo ætatis flore , annos natus quatuor & viginti , menſes novem. Cibi & potus intemperantia exitio fuit , alii divini numinis vim interpretabantur , quod a cæde patrata magno omnium miraculo diem trigeſimum preciſe numerarent , unde inter Caſtellæ Reges Ferdinandus *in jus vocatus* nuncupari cœpit .

Joan. Mari. de reb. Hiſp. lib. 15. c. 11.
Rtius lib. 3. de reb. Hiſp.
Non inaniter citantur aliqui ad divinum tribunal.
Ferdin. Rex Caſtellæ in jus vocatus.

III. Simile huic exemplum narrat Jonas in vita ſancti Euſtachii beati Columbani diſcipuli. Agreſtium enim quemdam , Calumniatorem ſui magiſtri , in Concilio Matiſconenſi Euſtachius præfinito tempore ad judicium divinum provocavit , his verbis : *In horum præſentia Sacerdotum , te ego ejus diſcipulus , & ſucceſſor , cujus tu diſciplinam & inſtituta damnas , ad divinum judicium cum illo intra præſentis anni circulum diſceptaturum invito , ut juſti judicii examen ſentias , cujus famulum tuis obtrectationibus maculare conaris , &c.* Sed cum Agreſtius ſæpius ſibi datum pœnitentiæ locum non agnoſceret , ut beati Euſtachii ſententia ad divinum judicium ipſum vocantis prævaleret , ante triginta dierum circulum , priuſquam vertentis anni meta compleretur , a ſervo ſuo , quem ipſe redemerat , ſecuri percuſſus interiit .

Jonas in vita S. Euſtach. c. 6. apud Sur. die 29. Martii.
Euſtachius S. Columbani diſcipulus calumniatur.

IV. Subjungo aliud hujuſmodi factum ex pio & veraci auctore Thoma Cantipratano. Monaſterium Divi Jacobi apud Leodium notum multis eſt , & acceptum. Iſtud quidam adoleſcens conſobrinus majoris Præpoſiti , cauſa devotionis & religionis intravit : quod ut audivit Præpoſitus indigne tulit , mox forti manu collecta Satellitum , intravit violenter Cœnobium , rapuit juvenem , & nudatum ſancto habitu , ſeculari induit. Abbas ergo Monaſterii , collectis primoribus Civitatis , Epiſcopo conqueritur , & totum Clerum pro tantis injuriis interpellat. Hoc autem cum indignanter audire vix vellet Epiſcopus , & Abbatem potius du-

Cantiprat. lib. 2. apib. c. 35. n. 2.
Et ſimiliter Præpoſitus Leodien.

duris verbis impeteret, flexis Abbas genibus, cum moderamine verborum dixit: *Judicem contra te (o Præpoſite) in terra habere non poſſum: & ideo contra te Deum ſummum Judicem interpello, ut intra quadraginta dies uterque noſtrum compareat coram illo, ſententiam pro meritis accepturus*. Ad hoc Præſul cachinnans cum ſuis, irriſit hominem, atque ſprevit, & repulit exprobratum. Quid plura? quadrageſimo die circa nonam mortuus eſt dictus Abbas: & cum pro eo ſolemniter pulſaretur, ſedens in balneo Præpoſitus, quæſivit a circumſtantibus, quid hoc eſſet? moxque quidam ingrediens reſpondit, Abbatem Divi Jacobi modo eſſe defunctum, & pro eo pulſationem fieri tam ſolemnem. Illico ergo recordatus Præpoſitus, quadrageſimam diem eſſe, qua ſe citatum audierat ab Abbate, conſternatus animo, dixit ſuis: *cito videte, quid faciam! mortuus ego ſum: comparere me hodie ſummi Judicis aſpectibus oportebit*. Nec mora poſt verba hæc, cum balneum egredi feſtinaret, in adſtantium manibus, cum diro ejulatu & vocibus expiravit: ibi proculdubio reſpondere compulſus, ubi cauſarum ſtrepitus ceſſant, Juriſperitorum advocatio conticeſcit, ubi nec preces, nec pretium liberabunt. Plura exempla pro hoc noſtro aſſerto congerunt tum ex ſacris litteris, tum ex aliis auctoribus Franciſcus Fevardentius, & Martinus del Rio, docteque oſtendunt non inanes neque contemnendas eſſe miſellorum injuſte oppreſſorum voces, præſertim ſi ſint Viri ſancti, qui ad divinum provocarunt judicium: etenim juxta Propheticam ſententiam: *clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos*, & ſubſequitur: *mors peccatorum peſſima, & qui oderunt juſtum delinquent*, ſeu uti eſt in Hæbreo *devaſtabuntur, exterminabuntur, damnabuntur*.

Fevard. in c. ult. Eſth.
Del Rio de mag. diſq. l. 2. l. 4. c. 4. q. 6. ſect. 1.
Pſalm. 33. 22.

Clemens V. citatus ad Dei judicium.

Tom. 5. an. 1279. n. 12. an. 1305. n. 5.

V. Ad Clementem autem redeo, quem non ſolum a Templariis citatum ſcribunt varii auctores, verum & a beato Gualtero Epiſcopo Pictavienſi, alias diximus provocatum ad juſtum Dei Tribunal. Ita plurimi ſcribunt auctores ibidem a nobis citati, quibus uti neque fidem quidem denegandam judicarim, ita neque tamquam rem certiſſimam dixerim ab hac provocatione mortem proveniſſe Clementis, quippe ſequutam poſt annos ſeptem ab obitu Gualteri, niſi fortaſſis etiam illud ei tempus aſſignatum & præfixum: non enim ſtatim, ſed ſtatuto tempore divinæ fiunt ultiones. Inveni vetuſtum codicem MSS. qui non niſi hoc præfixo anno citatum referat, eumque illatæ injuriæ, & appellationis a Viro Dei factæ, quam ipſe legit, memorem & trementem diem obiiſſe. Certe credibilia facit hæc Gualteri ſanctitas miraculis multis comprobata, & ſuper cujus caput, uti ſcripſit in ejus vita Petrus Pictavienſis Eccleſiæ Canonicus, dum Miſſæ ſacrificium celebraret, candidiſsima columba frequenter apparebat. Vacavit Sedes poſt mortem Clementis annis duobus, menſibus tribus, diebus octodenis.

Columba apparuit ſuper caput beati Gualterii Brugenſis celebrantis.
Citatus etiam Philippus Rex Galliæ.

Supra hoc anno n. 1.
Ful. lib. 1. cap. 6.
Maſſ. citat.
Meyer. cit.
Onuph. cit.
Del Rio citat.
Æmil. in Philip.
Guaguin. l. 7.
An. 1312. n. 1.

VI. Philippum item Pulchrum Regem Galliæ, uti jam indicavimus, etiam compellatum ab Equite Templario Neapolitano, ut infra annum ſe ſiſteret ad Dei Tribunal, hoc anno obiiſſe ſcribunt Baptiſta Fulgoſius, Chriſtianus Maſſeus, & Meyerus. Et licet aliqui ex temporum calculo velint hoc refellere, tamen alii defendunt. Fuerunt quidem Templarii anno, ut ſcripſimus, MCCCXII. in Concilio Viennenſi condemnati, ſed non omnes eodem anno comprehenſi, & occiſi, ſed quidam ſequenti, ut Neapolitanus ille, cumque hoc anno obierit Philippus, ſeu anteriori, uti volunt Æmilius & Guaguinus, non immerito, & abſque omni fundamento dicitur intra citationis annum defunctus. Genus mortis & infe-

felicitatis filiorum abſque virili ſobole defunctorum, divini numinis indicant iram. Certe ipſe dum in ſilva Vaſtanienſi aprum ardentius inſequitur, equus ita graviter a bellua feritur, ut in pedes anteriores cadens Regem in terram, a ſuis elongatum, effuderit, hærentemque altero pede in ſtapeda per longum traxerit ſpatium, laceraritque, adeo ut tamdem ſemianimis inventus, & ad fontem Blealdum relatus ſtatim ſpiritum exhalarit. Sepultum in Conventu Minorum ex Pariſienſi auctore Chronicorum univerſalium refert Marianus noſter. Sed Robertus Guaguinus cor ex præcordiis exſectum in Poiſſiaco Cœnobio Sanctimonialium Ordinis ſancti Dominici repoſitum, reliquum vero corpus in Dionyſiano Monaſterio ſepultum affirmat.

Moritur infeliciter.

Marian. cit. c.5. Guaguin. citat.

VII. Tertius, quem dixi, obiit Romæ hoc anno in craſtino feſti ſancti Franciſci, Alexander ab Alexandria, Miniſter Generalis Ordinis Minorum, vir doctus & ſapiens, cujus plurima in re litteraria ſuperſunt monumenta. Ob ingenii eminentiam cognomen ſortitus eſt, Alexandri Junioris, ad differentiam Alexandri Alenſis. Scripſit præ ceteris egregios commentarios in Metaphyſicam, qui ementito titulo tribuuntur Alexandro Alenſi. Ordinem rexit annum unum, menſes quatuor, ſepultus ad Templum beatæ Mariæ de Aracœli prope ſacrarium. Lapidi ſepulcrali hæc legebantur inſculpta: *Hic jacet R. P. Fr. Alexander ſacræ Theologiæ Doctor, & Generalis Miniſter, qui obiit anno Domini* MCCCXIV. *menſis Octobris, die craſtino beati Franciſci.* Ex hoc Epitaphio & electionis die, ſive tertio, ſive duodecimo menſis Junii, plane convincitur non rexiſſe Sodalitatem anno uno, menſibus ſex vel ſeptem, uti ſcribunt Marianus, Rodulphus, & alii, ſed anno uno, menſibus dumtaxat quatuor, neque his expletis, ſi in diem duodecimum Junii incidit electio, ab illo enim uſque ad quintum Octobris, ſi enumeres non plures computabis. Vacavit Ordinis Præfectura, neſcio quo caſu, an negligentia, an vero turbulentia, anno uno, menſibus octo, protracta electione ſucceſſoris in annum MCCCXVI. & Maii diem poſtremum. Neque enim incidere potuit in annum decimum quintum, uti perperam ſcribit Rodulphus, quam ſub Joanne XXII. ipſe aſſerit celebratam. Joannes namque nonniſi anno decimo ſexto ad VII. Idus Auguſti electus eſt Pontifex.

Moritur Alexander ab Alexandria.

Quoto tempore Ordinem rexit?

Vacat longo tépore Ordinis præfectura.

Rodul. fol. 181.

VIII. Vacante itaque longo tempore Sede Apoſtolica, & præfectura Ordinis Minorum, Fratres illi, qui ſub nomine arctioris obſervantiæ agebant contra corpus Religionis, & quos paulo antea Clemens Pontifex, uti narravimus, ad gremium & unionem ejuſdem reduxit, nacti occaſionem hanc, qua ſibi ſecurius quidquam licere judicarunt, ſub ſpecie declinandæ perſecutionis, impatienter & temere ab Ordine ſe diviſerunt. Centum etenim & viginti in provincia Provinciæ, & Cuſtodia Narbonenſi inter ſe colligati, conſilium inierunt de excutienda Prælatorum obedientia, & conſtituendis ſibi peculiaribus domiciliis. Ut vero haberent ubi ſtatim vivere, & peculiares ſibi effingere conſtitutiones liceret, auxilio quorumdam amicorum ſuorum ſecularium (quibus ſemper vitæ aſperitas, & obſervantiæ regularis intenſior conatus arridet) & armorum ſtrepitu ejecerunt ex Cœnobiis Narbonenſi & Biterrenſi locorum Præfectos, & reliquos Conſodales: Deinde Cuſtodem & Guardianos ſibi conſtituerunt, habitus communis formam mutarunt, veſtes ſtrictas, breves, & novitate deformes aſſumpſerunt. His acceſſerunt alii ſtrictioris obſervantiæ cupidi ex variis Provinciis, etſi ad eos tranſmi-

Recedunt Fratres ſtrict. obſerv. a corpore Religionis.

An. 1313. n. 4. Chron. antiq. Marian. citat. Marcus cit. c. 3.

Conſtituunt ſibi peculiarem modum vivendi.

migrandi negaretur facultas, quorum acceſſu majorem ſibi licentiam ſumpſerunt, Superiores Ordinis, eorumque præcepta, & cenſuras quaſque contemnendi. Favebant eis impenſe cives Narbonenſes & Biterrenſes, ob memoriam & devotionem Petri Joannis Olivi, quem tunc multis referunt claruiſſe miraculis. Biterris namque Petrus hoc amplexus eſt Inſtitutum, & Narbonæ ſepulcrum accepit, & hi novæ vitæ auctores ſe Petri profitebantur diſcipulos, atque ejus inſtitutiones per omnia ſectari. „ Hoc anno miſit Henricus Rex Cyprius Epiſcopum Ni-

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Aymericus Legatus Regis Cypri ad Aragonium.

„ mioceníem, Hugonem de Beduinis, & fratrem Aymericum Minori-
„ tam (quem infra dicemus ad Epiſcopatum Paphenſem aſſumptum,
„ multa prudenter in illis partibus præſtitiſſe) Legatos ad Jacobum
„ Regem Aragoniæ hujus nominis II. ut de ſorore ſua Maria Jacobo
„ deſponſanda ultimas tabulas conficerent, quod quidem feliciter præ-
„ ſtiterunt, amandatis ſtatim ex Aragonia viris nobilibus, qui ſponſam
„ in Aragoniam ſolemni adveherent apparatu.

Paſſio Fr. Monaldi Anconit. & ſociorum.

Marian. cit. Rodul. fol. 124.

IX. Paſſi ſunt hoc anno XVII. Kal. Aprilis in feria ſexta apud Arzengam Vicariæ Orientis Civitatem tres Minoritæ frater Monaldus Anconitanus, Franciſcus de Petriolo, ſeu Firmanus, & Antonius Mediolanenſis; quorum egregium & inſigne martyrium, atque conſtantem fidei confeſſionem ſincero & rudi ſtylo ſcripſit ex Oriente frater Carlinus de Grimaldis data epiſtola ad N. Guardianum Januenſem, quam nos eiſdem, qua ſcripſit verbis, lectori miniſtramus. Ex ea totius martyrii decurſus apparebit.

Reverendo in Chriſto P. . . . . . . Guardiano loci Januenſis ſalutem & pacem.

Quoniam, ut credo, ad veſtram notitiam pervenire non potuit, qualiter ſancti martyres Fratres Ordinis noſtri Minorum, ſcilicet frater Monaldus de Ancona, frater Franciſcus de Petriolo ſeu de Firmo, & frater Antonius de Mediolano, pro Chriſto ſua corpora tradiderunt: Ideo ergo ſcribo veraciter modum ipſorum martyrii, prout ab Armenis & Græcis, qui præſentes fuerunt, diligenti inquiſitione primo intellexi, nec non a quodam fideli nuntio ad inveſtigandam hujus rei veritatem per nos ſpecialiter deſtinato. Noveritis igitur quod dum prædicti Fratres pro veritate fidei Catholicæ ſe morti exponere proponentes in Arzenga civitate morarentur, ibant qualibet ſexta feria quadrageſimæ ad prædicandum ibidem Sarracenis, quia illam diem Sarraceni, ut nos diem Dominicum ſolemnizant, Sarracenis proponentes coram Cadi, id eſt Epiſcopo coram, qualiter

Prædicant fidem Chriſti Sarracenis.

Chriſtus eſt verus Deus, & pro ſalute omnium crucifixus, & quod iſti, qui illa non credunt, non ſunt in lumine veritatis. Sarraceni vero e contra negabant Chriſtum Deum fuiſſe. Et Fratres, iſtud quod nos dicimus, multi Prophetæ, & multa miracula proteſtantur, & nos in hujus fidei lumine confirmati, parati ſumus pro iſta fide mori, Mahometus vero veſter, quis fuit? quoties etiam alios decepit, ſeipſum ingerens ut Prophetam? quæ lex, quæ ſcriptura, quæ miracula atteſtantur ei? Tunc Cadi, videns Sarracenos præſentes turbatos, dixit Fratribus voce turbulenta: Recedatis hinc quo citius poteritis, quia iſta verba non ſunt hic dicenda: ite pro factis veſtris; & ita Fratres receſſerunt, & iſtud fuit in quadrageſima prima, ſexta feria: ſecunda vero vice reverſi ſunt ſancti pugiles ad fidei certamen, & dicta replicantes, & multa alia ad noſtræ fidei exaltationem, & confutatio-

tionem legis Mahumeticæ addiderunt. Tunc Cadi, vocatis ſenioribus Sarracenorum, & Falqueriis, id eſt Religioſis, fit longa diſputatio de fide noſtra & concertatio inter partes. Tamdem frementibus Sarracenis, & Fratribus comminantibus, illi Spiritu ſancto repleti, frequenter replicando intrepide reſpondebant: Ecce ſumus in manibus veſtris, occidite quomodocumque volueritis, quia nos paratos, & gaudentes invenietis, quantamcumque tribulationem & mortem pro Chriſto ſuſtinere. Tunc Sarraceni qui aderant furore ſuccenſi, voluerunt in Fratres inſurgere, ſed Cadi prohibuit, dicens: ne feſtinarent: Fratres vero licentiati ab eo receſſerunt, Poſtea Cadi, vocatis Senioribus & Falqueriis, fecit conſilium, ad quod etiam multi de populo concurrerunt, & auditis quæ proponebantur contra Fratres, omnes pariter clamaverunt: omnino moriantur & eradicentur de terra noſtra, nam Prophetam noſtrum & legem, ut lutum vituperant, & contemnunt, & pluries moniti ut a talibus deſiſterent, magis continuo fuerunt contumaces, & publice confundunt nos, & legem noſtram, quod nullatenus eſt ſuſtinendum, & ideo celeriter extinguantur. Tunc feria ſexta ante quartam Dominicam Quadrageſimæ, id eſt XV. *Martii, pro ſanctis Fratribus tranſmiſerunt, qui præparaverunt ſe gaudenter ad mortem corporalem, & accedentes continue Sarracenis accurrentibus fidem Catholicam audacter prædicabant, aſſerentes hanc ſolam eſſe ſalvationis viam, pro qua multum deſiderabant mori; Lex autem veſtra, dicebant, vos ad mortem æternam deducit, & ſic in fide conſtantes, mortis ſententiam acceperunt. Tunc fuit per totam terram illam per multos acclamatum: Omnes, qui volunt vendicare opprobrium noſtrum in ſanguinem illorum canum, qui legem & ſanctum Prophetam noſtrum reputant quaſi lutum pedum, vadant ſtatim ad campum. Interim ſancti Fratres ducuntur ad Mardanum, id eſt plateam, vel campum, non tracti, vel ligati, gaudentes quaſi ad epulas invitati, qui dicebant: nunc impletum eſt deſiderium noſtrum. Cum autem ad locum martyrii perveniſſent, vallantur undique a Sarracenis, evaginatis gladiis concurrentibus contra eos. Ipſi vero Fratres ante tribunal poſiti, confitebantur intrepide fidem Chriſti. Tunc irruentes quam plurimi, cœperunt eos gladiis crudeliter pungere, & graviter vulnerare. Quidam autem Sarracenus naturali pietate forſitan, vel divino ductus impulſu arguens carnifices, quia ſic immaniter tractabant ſanctos Fratres, facto impetu magno, occiditur a Sarracenis: Fratres vero flexis genibus manicas ante oculos ponentes, poſtea manus ad cœlos levando, Domino ſuos ſpiritus commendantes, multiplicatis vulneribus in terram ceciderunt, plagis innumeris ſauciati, ſuum complentes martyrium: die ſupradicta Domino ſuos ſpiritus reddiderunt, & omnes Chriſtiani præ timore ad domos ſuas fugerunt. Deinde manibus, & pedibus truncatis, & capite, membra ſic deciſa per portas & muros Civitatis, relictis truncatis corporibus, ſuſpenduntur. Sacerdos autem Armenorum quia favorabilis ſanctiſſimis Fratribus videbatur fuiſſe, cum Socio capitur, & capite unius martyris ad ejus collum ligato, ipſum nudum per totam terram verberando eum, & fuſtigando duxerunt. Sanctorum vero corpora Sarraceni per totam diem & noctem cuſtodierunt, dicentes ne forte Chriſtiani furentur ea, & venerentur pro Sanctis. Deinde corpora ſancta corrodenda canibus & avibus dimiſerunt. Dictus autem Sacerdos Armenorum, cum magna multitudine armatorum, Sanctorum corpora occulte collegit, & jam membra alia diſperſa, prece vel pretio acquiſita, tradidit honorifice ſepulturæ. Unus tamen Armenus ex magna devotione furatus eſt duorum capita Martyrum, & ea ſepelivit; ſed per multas preces nobis dicta duo capita*

Diſputant cum eiſdem.

Sepeliuntur ab Armeno.

Digitized by Google

pita propter timorem infidelium occulte apportavit. Quando autem in Arzenga dicti Armeni alias ſanctorum Fratrum reliquias condiderunt, multis videntibus, ad ſacrum locum, ubi conditæ fuerant, & ubi Sanctorum ſanguis fuit effuſus, & alia membra deciſa poſita fuerunt, luminaria de cælo deſcenderunt. Referunt etiam qui præſentes fuerant, quod cum ille Cadi diceret Fratribus ante mortem (coram eis ſtatuens quemdam cæcum) vos dicitis, quod fides veſtra eſt confirmata multis miraculis, facite ergo ut cæcus iſte lumen recipiat, & credemus vobis. Reſponderunt Sancti: potens eſt Chriſtus Filius Dei, ſi velit, iſtum cæcum illuminare, & facta oratione & ſigno crucis ſuper oculos cæci, cæpit ab oculis ejus quaſi aqua effluere, & poſtea ſanguis, & ſic recuperavit viſum. Quo territi Sarraceni clamaverunt, ut cito morerentur, aliter eorum fides erat confuſa. Illum etiam cæcum ita de medio ſuſtulerunt, qui ex tunc non eſt viſus. Cum autem ad nos ſacræ Reliquiæ deferrentur, exivimus eis obviam ſolemniter cum omni populo Latinorum. Duobus vero ſacerdotibus ex nobis arcam, in qua erant ſacra capita & reliquiæ, ornatam, & pretioſo pallio coopertam portantibus, & aliis cantantibus exultabant fideles, & præ devotione flebant: infideles autem confundebantur. Græci autem ſacras venerabantur reliquias. Cantata vero ſolemniter Miſſa, Dominica qua Evangelium illud occurrit: Ego ſum paſtor bonus, *& facto ſermone, in craſtinum venit ad locum ſepulturæ ſanctorum Martyrum Epiſcopus Armenorum cum Clero & populo univerſo, ſacris reliquiis cum magna devotione reverentiam exhibentes. Armeni vero habent in magna reverentia dictos ſanctos Fratres, & Patriarcha eorum ipſos ſuo more canonizavit, & ipſi ex devotione eorum vigilium jejunant.* Deeſt finis.

Minoribus traduntur duo capita.

Honorantur faribus cœleſtibus

Lumen cœco reſtituunt.

X. Dicunt aliqui, corpus Monaldi tranſlatum Juſtinopolim, caput Anconam; edidiſſe autem ſummam caſuum conſcientiæ a ſuo nomine nuncupatam *Monaldinam* ſcribit Rodulphus, & ex eo Villottus & Poſſevinus. At non hic illius Summæ auctor, ſed Monaldus Juſtinopolitanus, quem floruiſſe illi ſcribunt ad annum MCCCXXXII. de quo tunc opportunius agetur.

XI. Incidi in Bibliotheca Vaticana in vetuſto codice ante tercentum annos ſcripto ab auctore Anglo, cui nomen Polichronicon, in numerum Provinciarum & Cuſtodiarum, quæ ſub hoc tempore recenſebantur in Religione. Scriptorem vero hac ipſa ætate floruiſſe mihi conſtat ex ultima codicis pagina, ubi depicto Meteorologico ſigno addit: *Anno* MCCCXIV. *in Kal. Martii fere duas horas ante auroram impreſſio hic depicta apparuit in aere, ficut ipſe vidi, & apparuerunt tres Lunæ cruce ſignatæ &c.* Illius ergo temporis auctor fuit: Numerum Provinciarum tunc exiſtentium recenſet ſub hoc titulo: *Provinciale ſecundum Ordinem Fratrum Minorum*. Immutavit autem ordinem, & ex ſuæ gentis affectu primam poſuit Anglicanam, neque in ceteris veram ſeriem obſervavit. Hæc petenda eſt ex recenſu facto in Comitiis Narbonenſibus ſub ſancto Bonaventura, quem nos ſuo dedimus loco. Aliquas Provincias creviſſe in numero Cuſtodiarum percipiet lector, dum catalogum Bonaventuræ cum iſto contulerit. Eſt tamen hic diminutus ex negligentia Scriptoris. Deſunt enim Provincia Aragoniæ, & aliæ: adjunctus eſt Vicariatus Scotiæ, qui ſub Bonaventuræ tempore non erat inſtitutus, ſed pauci illi, qui tunc erant Conventus ſuberant Provinciæ Anglicanæ. Lento gradu crevit in illo Regno noſtrum Inſtitutum, ob continua cum Anglis bel-

Tom. 4. an. 1260. n. 14.

bella, & turbulentos Regni motus, quibus ſus deque omnia agebantur. Adjunctus etiam Vicariatus Sardiniæ, & Vicariatus de Arabelech, & nomina aliquorum locorum utriuſque ſubjungit Tartariæ. Exſcribo omnia eo ordine, quæ hic auctor repoſuit. *Numerus Provinc'arum & Cuſtodiarum Ord. Minorum.*

Provinciale ſecundum Ordinem Fratrum Minorum.

Familiæ Ultramontanæ.			Familiæ Cismontanæ.		
1	*Anglia habet Cuſtodias*	7	1	*Provin. S. Franciſ. habet cuſt.*	9
2	*Francia habet Cuſtodias*	9	2	*Romana habet Cuſtodias*	7
3	*Turonia habet Cuſtodias*	5	3	*Terræ laboris Cuſtodias*	6
4	*Aquitania habet Cuſtodias*	10	4	*Pennenſis Cuſtodias*	6
5	*Argentina habet Cuſtodias*	6	5	*S. Angeli Cuſtodias*	4
6	*S. Jacobus habet Cuſtodias*	7	6	*Calabriæ habet Cuſtodias*	4
7	*Caſtella habet Cuſtodias*	8	7	*Apuliæ habet Cuſtodias*	4
8	*Colonia habet Cuſtodias*	7	8	*Bononiæ habet Cuſtodias*	5
9	*Saxonia habet Cuſtodias*	12	9	*Tuſciæ habet Cuſtodias*	7
10	*Boemia habet Cuſtodias*	7	10	*Mediolanen. Cuſtodias*	5
11	*Hungaria habet Cuſtodias*	7	11	*Marchiæ Tarviſinæ Cuſtod.*	4
12	*Burgundia habet Cuſtodias*	7	12	*Marchiæ Anconitanæ Cuſt.*	7
13	*Provincia habet Cuſtodias*	7	13	*Sclavonia habet Cuſtod.*	5
14	*Dacia habet Cuſtodias*	8	14	*Terræ ſanctæ manſerunt loca*	6
15	*Hibernia habet Cuſtodias*	5	15	*Januæ habet Cuſtodias*	6
16	*Vicariatus Scotiæ habet loca*	6	16	*Romania habet Cuſtodias*	6
			17	*Vicariat. Sardiniæ habet loca*	6

XII. Vicariatus Tartariæ Aquilonaris habet loca ſeptemdecim, Caffa, ubi ſunt duo loca: Majeria, ubi alia duo: Sardaya, ſimiliter Cata, Barraton, Marum caſtrum, Vicena, Cimbulum, Tana, Saray, Ugalet, Beler, ſanctus Joannes. Item in Regno Vieriæ duo loca. Vicariatus Tartariæ Orientalis habet quatuordecim loca. Theſſalonicum, Peram, Synopnim, Symeſſo, Trapeſondas, Arzelonum, Caleſinium, Carpi, Piſcevith. In Tarviſio duo loca, exceptis locis Radiæ & Cathaii, quorum numerum Vicarius ignoravit. Vicariatus de Arabelech vel Cathay habet quatuor loca.

XIII. Summam deinde locorum, ſeu Cœnobiorum Ordinis Minorum ait fuiſſe, tunc temporis mille quadringentorum quinquaginta trium; & mox ſubſequenti ordine recenſet, plures Martyres in variis Provinciis ob Chriſti fidem varia tormenta perpeſſos: nos aliquorum longiorem ſuis locis deſcripſimus hiſtoriam. In Terra ſancta martyrizati ſunt fratres Jacobus & Joannes. A Sarracenis frater Conradus de Albis, & ſuper corpus ejus projectum in mare tribus diebus apparuerunt duo luminaria, unum ad caput, aliud ad pedes, cernentibus tam Chriſtianis, quam Sarracenis. Item duo alii, quorum unus erat ſenex alter juvenis, a Sarracenis ad ſtipitem ligati fuerunt, & excoriati in capitibus, & tamen alte clamabant: *Salve Regina Miſericordiæ*, & tandem in mare projecti ſunt, & apparuerunt duo magna luminaria, & circa illa alia parva, quia cum illis multi Chriſtiani martyrizati ſunt. In Tartaria frater Monaldus martyrizatus, cujus caput in Anconam deportatum eſt. Frater item Demetrius. In Gazaria frater Petrus Dulcis pro fide Chriſti a Sarracenis excruciatus eſt. In Janay tres Fratres Minores ſuis orationibus illuminarunt

Varii Martyres Minoritæ. *Jacobus & Joannes.* *Conradus de Albis.* *Duo alii.* *Monald. Anconitanus.* *Demetrius.* *Petrus Dulcis.* *Alii tres.*

runt cœcum unum, cum quo pro fide Chriſti a Sarracenis martyrizati ſunt. In terra Arzegam in Armenia frater Angelus de Spoleto pro fide a Bulgaris martyrizatus eſt. Frater item Conradus de Saxonia, & Stephanus Hungarus pro fide Chriſti ab Alanis interfecti ſunt. Frater Stephanus de Hungaria in Saray primo ſuſpenſus, a Chriſto conſervatus eſt, poſtea in ignem projectus, & ſemper auxilio divino protectus, poſtea ab Alanis apertus in ventre, & effuſis viſceribus, trahebatur poſt caudam equi, poſtremo gladio confoſſus migravit ad Chriſtum.

Angelus Spoletanus. Conradus Saxo. Stephanus Hungarus.

XIV. Moneo autem quod aliunde incidente dubio in Congregatione ab Urbano VIII. pro Breviarii Romani recognitione inſtituta, cui interſui, notavi Antiphonam illam, *Salve Regina*, quam refert hic auctor, duos illos Minoritas ſub morte recitaſſe, dicentes: *Salve Regina miſericordiæ*, abſque vocula, *mater*, ita a principio ſcriptam, neque ſanctum Bernardum, aut Bonaventuram ejuſdem commentatores, aut antiquos ritus Eccleſiaſtici obſervatores, illius verbi meminiſse; imo neque in Breviariis ante Pii V. tempus, aut in illo a noſtro Franciſco Quignones Cardinale ſanctæ Crucis in Hieruſalem compacto, haberi. Inoluit tamen nunc mos ex licentia Pontificia ſub prædicto Pio ita recitandi, & populari adeo conſonat pietati, ut voculam hanc abradere abſque communi haud liceret dolore, maxime cum aliunde *Mater gratiæ*, *Mater miſericordiæ* Virgo ſacratiſsima dulci nuncupetur epitheto.

Notulæ circa antiphonã Salve Regina.

An. 1313. n. 15. Eligitur Ludov. Bavarus in Regẽ Romanorum. *Bzovius an. 1314 n. 2.*

XV. Mortuo, uti diximus, anno ſuperiori Henrico VII. Imperatore, electores Francofurtum convenientes renunciarunt x. Kal. Novembris Regem Romanorum Ludovicum Comitem Palatinum Rheni, Ducem Bavariæ hujus nominis IV. Novi Abrahamum Bzovium magno conatu voluiſſe caſſam irritamque hanc reddere electionem, quippe fraude & dolo peractam, potioremque partem in Fridericum Auſtriæ Ducem ſuffragia rite contuliſſe. Novi etiam haud impune illum hanc agitaſſe quæſtionem, neque abſque omni ſuo dolore in hunc impegiſſe lapidem. Scripſit in eum dentato calamo Joannes Georgius Herwartus Bavariæ Ordinum Cancellarius, & acriter hic in Curia proſecuti ſunt cauſam contra eum Sereniſſimi Bojorum Duces, & evicerunt. Ego huic contentioni me immiſcere nolim; mihi ſufficit pro ſequenda Imperatorum Chronologia, quam Chriſti & Pontificum annis ſubjungo, & ſingulorum annorum argumentis præfigo, ab optimis Chriſtianis & piis auctoribus Ludovicum, eumque unicum ſupputari hoc tempore Imperatorem. Ab hoc itaque anno ejus Imperium exordimur.

Bellarm. in chronol. Genebrar. Palmer. in Chron.

Convent. Serræ Comitum. Conv. Tricaric.

XVI. Solum Cœnobium oppidi Serræ Comitum in Marchia Anconitana, & Cuſtodia Æſina inveuio hoc anno conſtructum, atque hic conſtat annus ex tabulis publicis, uti loquuntur, univerſitatis. Pro conſtruendo vero altero in civitate Tricaricenſi in Regno Neapolitano, facultatem conceſſit Clemens nobili viro Thomæ de ſancto Severino Comiti Marſicorum, & Nobili Mulieri Suaviæ ejus uxori: *Sinceræ devotionis affectus*. IV. Idus Januar. Spectat ad provinciam ſancti Nicolai, & cuſtodiam Materanam.

Pater Antonius ſub hoc anno nil refert de nova Imperatoris electione, quod Pater Waddingus non recenſeat.

AR-

ARGUMENTUM.

Moriuntur beatus Robertus de Battifole, Ubertinus de ſancto Caſſiano, & Raymundus Lullus, de cujus vita & doctrina ſincerum profertur judicium. Conradi Placentini converſio & geſta ex parte recenſentur. Extruuntur Minoribus domicilia.

I. PAuca occurrunt hoc anno ſcribenda; neque enim in regeſtum Pontificium, neque in tabulas Ordinis illata ſunt monumenta, quæ referantur, dum Eccleſia caruit paſtore, & Ordo præfecto. Occurrit dumtaxat aliunde memoria fratris Roberti filii Comitis Guidonis de Battifole, qui hoc ipſo anno, tempore Indulgentiæ Portiunculæ, virtutibus & miraculis clarus obiit Aſſiſii. Solenniter præparatis exequiis, interfuit Dominus Petrus Caroli II. Siciliæ Regis filius, & Roberti Regis, ac ſancti Ludovici Toloſatis Epiſcopi frater, qui tunc eamdem lucraturus indulgentiam venit Aſſiſium. Hoc etiam anno vita functus eſt Ubertinus de ſancto Caſſiano provinciæ Etruriæ, vir multæ orationis & pœnitentiæ. In Conventu Prati dum viveret & oraret, in nocte Aſcenſionis Dominicæ apparuit ei ſocius defunctus, ex quo multa didicit futura, ſuamque mortem imminere. Poſt paucos dies ex hac vita diſceſſit, ſepultuſque eſt cum magna veneratione in prædicto Conventu.

> Moritur Fr. Robertus de Battifole.
>
> Et Fr. Ubertinus de S. Caſſiano.

II. Raymundus Lullus multis perfunctus laboribus, & peragratis præcipuis Europæ, Aſiæ, & Africæ regionibus, grandævus hoc anno occiditur a Sarracenis. Poſtquam enim a Concilio diſceſſit Viennenſi, ad quod acceſſiſſe ſuo diximus loco, ad Galliæ & Hiſpaniæ Principes abiit rogaturus, ut collectis viribus, Turcarum reprimerent potentiam, & ne latius illorum extenderetur dominium, mature præcaverent. Multi ſuas opes & operas promiſerunt: ſed dum non ſufficerent, & Clemens difficulter ſe accingeret ad ſumptuoſiſſimum & deſperati exitus bellum, quod paulo ante irrito probavit eventu, in Mauritaniam transfretavit. Multis in locis ſaturatus opprobriis Bonam urbem, ſancti Auguſtini Epiſcopatu celebrem pervenit, in qua ſeptuaginta viros Philoſophiæ gnaros, Averrois ſectatores ad veræ fidei lumen reduxit. Hinc venit Algerbias, ubi cum multos ad eamdem fidem converteret, detruſus eſt in carcerem, & fræno conſtrictis maxillis, per dies quatuordecim eſuriit. E carcere eductus publice vapulat per plateas, & a toto regno exulat ſub mortis interminio. Non tamen prædicationis dimiſit officium, quin Tuniſii, deinde Bugiæ illud exerceret: illic aliquo fœnore, hic nullo: actus in carcerem, ubi cum Homero Sarraceno diuturnum iniit certamen de ſanctiſſimæ Trinitatis, & divini Verbi Incarnationis ineffabilibus ſacramentis, quod inter ejus opera circumfertur. Hinc Flaminis Sarraceni opera dimiſſus, & perpetuo exulare juſſus, Januenſem navem conſcendit, quæ contrariis ventis, ac gravi procella, carina rimis dehiſcenti difficili curſu tamdem ad portum appulit Piſanum, & miſerabile in conſpectu omnium fecit naufragium. Natans evaſit Raymundus, jactura facta paupercule ſupellectilis, acceſſitque ad Patrum Dominicanorum Cœnobium, a quibus peramanter exceptus eſt hoſpitio, apud quos etiam alias anno MCCCVII. menſe Januario *Artem parvam* abſolvit.

> *Joann. Segui in ejus vita cap. 6. & ſeq. Compend. Vitæ MSS. Proceſſus de ejus vita & actis.*
>
> Raymund. Lul. lus Principes excitat ad bellum ſacrum.
>
> In Africa pluri. ma paſſus.
>
> Venit Piſas.

III. Ex naufragio contracta infirmitate, decubuit per aliquot dies. Dein-

Fit Ordinis Pœnitentum. Regreditur ad Clementem Pontificem.

Deinde recuperata valetudine, ſe arctius, quantum per matrimonium licuit (erat enim uxoratus) divino obſtrinxit obſequio, ſuſcepta regula & veſte Tertii Ordinis, a ſancto Franciſco inſtituti. Iterum rediit ad Clementem Pontificem acturus de generali, quod vocant, paſſagio, pro recuperanda Terra ſancta, a quo aliqua ſpe concepta ciere non omiſit optimos quoſque Principes Chriſtianos. Dum de his ad Montem Peſſulanum ageret cum Jacobo Rege Majoricarum, juſſus exponere ſuæ vitæ rationem, converſionem, omnem quam locavit operam in convocandis ad ſacrum bellum Chriſtianis Principibus, & Opuſcula, quæ in ſuis ſcripſit peregrinationibus, omnia ſub compendiolo (quo etiam uſi ſumus in ejus factis enarrandis) Regi ſub oculos poſuit. Hinc quidam ferunt, in Angliam abiiſſe, ibidem artem chimicam exercuiſſe, vere aliquot numiſmata aurea ex conflatorio produxiſſe, & tunc eos, qui circumferuntur ſub ejus nomine, libros de Alchimia conſcripſiſſe. Sed de hoc itinere Anglico nihil mihi certum: id vero certiſſimum libros Alchimicos illius non eſſe, uti mox clariſsime probabo. Illinc potius in Siciliam ſolvit, ubi paulo ante, quam poſtrema vice trajecit in Africam, hæſiſſe & ſcripſiſſe infra monebo. Domum reverſus familiam inviſurus, ſcripſit librum de fine, quo laborum ſuorum declarata intentione oſtendit, quibus modis, mediis & viis Hieroſolymitanum iter & bellum confici poſſet, tamdemque laboribus fractus, & ſenectute proſtitutus glorioſum tædioſo vitæ curſui ſtatuit ſubnectere mortis trophæum.

Scribit ſub compendio ſuam vitam. Falluntur qui Angliam abiiſſe ſcribunt. Majoricis ſcribit librum de *fine*.

IV. Vehementiſsimo etenim concepto martyrii deſiderio, totus ardebat amoris igne, & flammea voluptate pro Chriſto patiendi, quod quàm ſæpiſsime & paſsim in ſuis oſtendit operibus, maxime in libro, quem de contemplatione inſcripſit. Nolebat inertium more languore deficere, & frigida ſenectute tepere, ſed ardore ſuccendi: ait enim tom. 2. cap. 130. ejuſdem operis: *Homines, domine, qui ſenectute moriuntur, ipſi propter caloris naturalis defectum, ac propter frigoris abundantiam intereunt. Unde ſervus ac ſubditus tuus nollet, ſi tibi placuit, tali morte perire, immo vellet finire vitam ardore amoris & caritatis, ſicut in amore animam tuam tradidiſti pro nobis. Patiens ac miſericors domine, multoties pavore ac frigore tremui. Unde quando erit dies & illa hora, in qua corpus meum præ magno amoris calore, & ardenti deſiderio ac gaudio moriendi pro ſuo creatore ac ſalvatore tremet?* Et cap. 113. *Servus tuus & ſubjectus tuus, Domine, ſe præparat ad iter faciendum, ac pro te effundendum ſanguinem. Unde antequam ipſe ad mortem perveniat, placeat tibi ipſum tecum uniri ſic, quod nullo tempore a te ſeparetur contemplatione & amore.* Cap. 132. *Domine Deus piiſſime, quando erit dies ille, in quo ſervus tuus ligabitur manibus, ut corpus ejuſdem torqueatur ac moriatur pro amore ſui Domini, ac ſui Salvatoris?* Cap. 160. *Quamvis Domine ſim indignus pro te moriendi, nihilominus ſpem non amitto obtinendi mortem hanc ſanctam ac pretioſam. Nam ſicut tu Domine vitam ſervo tuo indigno, quam nullatenus merui, conceſſiſti, ſic illi, ſi tibi placeat, mortem dabis glorioſam, quamvis hujus totaliter ſit indignus. Si forſan, Domine, negas mihi mortem martyrii, ſaltem rogo concedas mihi gratiam moriendi lacrymando, flendo & deſiderando mori pro amore tui, Domini, Creatoris, ac Salvatoris mei.*

Fervet deſiderio martyrii.

V. Plurimis hujuſmodi orationibus jaculatoriis per univerſum illud opus de contemplatione, atque in aliis pleriſque Opuſculis crebris ſuſpiriis undique evaporantem prodit ignem, a quo tamdem totus inflam-

ma-

matus & ardens, ea ætate, qua frigent alii, & in emortuo corpore languent ſpiritus, anno ætatis LXXIX. & Chriſti MCCCXIV. in Africam reverſurus portu Majoricenſi ſolvit die XIV. Auguſti comitantibus eum ad navem viris Urbis primariis, inter quos horum nomina recenſentur in antiquiſſima illius temporis ſcheda ſervata in regio ejuſdem urbis Archivo: Ludovicus ſancti Martini, Andreas Rorg. Joan. Borras, Anton. Aquilo, frater Amator a S.... Fr. Anton. Ferrer. Tuniſium appellens amicos inviſit, diſcipulos ad Chriſtum converſos ad majora excitavit, dehinc Bugiam progreſſus, ſecretis colloquiis & concionibus aliquot devios in fide Chiſtiana inſtruxit. Tamdem indigni mox timoris & vilis inertiæ ſemet incuſans, prodiit in publicum, fidem Chriſti palam prædicavit, & ipſum illum ſe hominem faſſus, quem olim a ſuis finibus ejecerunt, rogabat, inclamabat, obteſtabatur, per Deum omnipotentem, in tremendo judicio omnibus appariturum, adjurabat, ut Mahumetanis fugatis tenebris, in luce ambularent, dum dies illuceſcit. Indignati & vehementer in hominem commoti Sarraceni ad exprobrationem ſuæ legis, magno impetu irruerunt in eum, & calcibus ac fuſtibus contuſum in carcerem conjecerunt. Illic variis tormentis corpus confractum, & membra convulſa, longa afflixerunt inedia, nullo tamen fructu: neque enim a ſcribendo & prædicando etiam in vinculis deſtitit, donec inito conſilio, decrevit magiſtratus, extra urbem trahi & lapidari. Satellites inhumaniter eductum furenti commiſerunt populo, cui furor arma miniſtrat: quidam enim fuſtibus, alii lapidibus, alii gladio ſuam in eum exercuerunt crudelitatem. Etenim in ipſo capite, quod ex mauſoleo marmoreo anno MDCXI. die Lunæ v. Decembris, præſentibus optimatibus & magiſtratu regni Majoricenſis, & graviſſimis viris ex SS. Dominici, Franciſci, Auguſtini, Montis Carmeli, & Societatis Jeſu cum reverentia extractum eſt, viſa ſunt quatuor vulnera magna, duo inciſionis gladii, unum in ſuperiore parte oſſis petroſi ſatis profundum, alterum in ipſo vertice capitis; alia vero duo contuſionis lapidum, unum in ſupercilio ſiniſtro, alterum in occipite. In reliquum etiam corpus deſævierunt taliter, ut nulla pars ſana maneret, & jam anima, ut putabant deſtitutum acervo lapidum obruerent. Deprehenſum indicio magni luminis pyramidalis ab illo cumulo exurgentis, petierunt mercatores quidam Januenſes Stephanus Colon, & Ludovicus de Paſtorga ſibi concedi. Obtentum in ſuam navem aſportantes compererunt, non omnino animam egiſſe, ſed in emortuo, & contuſo corpore adhuc latitare ſpiritus igniculum. Curatis ut potuerunt vulneribus, die ſequenti ſolverunt, ſed poſt biduum in conſpectu patriæ inſulæ Raymundus animam exhalavit III. Kal. Julias ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſacro natalitiis.

Transfretat in Africam.

Bugiæ conjicitur in carcerem.

Crudeliter occiditur.

Semianimé deportant Januenses.

Moritur.

VI. Jacta anchora in portu Majoricenſi, occultum retinere cogitant theſaurum, & Genuam ferre, ſed dum ſolvere & vela ventis, quantumvis proſperis, dare ter intentant, nullatenus potuerunt recedere. Non inaniter hinc arguentes, Dei voluntatem eſſe ut exanime corpus illi relinquatur urbi, in qua corporis & animæ ſpiritum hauſit, rem omnem optimatibus urbis manifeſtam voluerunt. Acceſſit magiſtratus cum univerſo clero cadaver in ſanctæ Eulaliæ Templum, & ſacellum paternum ſancti Marci illaturi. Minores ſibi deberi cauſantes ob ſancti Franciſci, quod profitebatur Inſtitutum, evicerunt, & ſolemni apparatu in ſuum Templum deduxerunt. Incluſum ligneo ſarcophago in ſacrario prope alterum Principis cujuſdam Luſitani Majoricis defuncti, dum ex ſanctiſ-

Majoricis apud Minores honorifice ſepelitur.

ſimo

ſimo Chriſti ſepulcro rediret, collocarunt honorifice. Sed poſt aliquot annos magno incendio conflagrata ædicula, & univerſis, quæ in ea erant, in cinerem redactis, ſolum Raymundi corpus magno admodum omnium admiratione in medio flammarum remanſit intactum. Hoc miraculo exciti cives, egregio extructo ſacello beatæ Virginis immaculatæ, cujus ille perpetuus fuerat cultor & propugnator, altum & pulchrum ei conſtituerunt ex marmore mauſolæum, in quod integrum cadaver an. MCCCCXLVIII. die XXIX. Junii, quo vita functus eſt, poſt annos centum triginta tres intulerunt, ubi in hunc diem multa veneratione, accenſis cæreis & lampadibus aſſervatur.

A quibus hæc geſta excerpta.

VII. Hæc ſunt potiora, quæ ex multis monumentis, libris, ſchedis, & proceſſu pro ejus canonizatione, auctoritate Epiſcopi Majoricen. anno MDCXII. compacto, veriora judicavi. Nolui ſequi eos dumtaxat auctores, quos Bzovius habet ſuſpectos, Carolum Bovillum Gallum, & Joannem Segni Canonicum, & Pœnitentiarium Majoricen. vitæ Raymundi ſcriptores; primum quia ab amico Hiſpano excepit quæ ſcripſit; ſecundum, quia concivem, aſſeclam, ſectatorem Raymundi, neque cum his Antonium Daza, quem fortaſſis rejiciendum velit, quia Minorita, & ſine delectu ex Canonico Majoricen. omnia tranſcripſit. Aliunde veritatem indagavi a geſtis ejus per coævum ipſo vivente ſcriptis, a compendio ſuo vitæ, per ſe ipſum Jacobo Majoricenſi Regi tradito, a monumento Archivi Regii Balearium, & ab actis pro ejus Apotheoſi collectis, quibus majorem tribui fidem, quam prædictis auctoribus, quos in aliquibus inter ſe diſcrepare deprehendi. Monumenta etiam Vaticana aliquam attulerunt lucem erecto Raymundi opera Collegio Majoricenſi, & collectæ apud Genuenſes pro belli ſacri ſumptibus pecuniæ, quam haud æquo judicio Bzovius ait eum corroſiſſe & ſibi emunxiſſe, quod ſuis locis admonuimus: & plus ceteris facem præbuerunt libri ab ipſo conſcripti, in quibus a ſe ſuſceptos labores pro fidei incremento frequenter recenſet, & rerum a ſe geſtarum aliquoties tempus inſinuat.

Tom. 5. an. 1276. n. 7.

Tom. 4. an. 1275. n. 9.

Quid ſentiendum de ejus diſcurſibus.

VIII. Supereſt ut ſecundum datam alias fidem, meum libere & candide proferam tam de ipſo homine, quam de ejus doctrina judicium. Vita ſane vaga, inſtabilis, perpetua locorum inconſtantia, conſtantiſſima maxime ſi tot percurrerit oppida, civitates, regna, provincias, regiones longe diſſitas, ipſos fines terræ, quot enumerat Canonicus præfatus Majoricenſis: Bis ait, utramque Armeniam, totas Ægypti, Syriæ, & Paleſtinæ regiones, ſemel Cypri, Boemiæ & Angliæ regna peragraſſe, ter in Mauritaniam & Pariſios abiiſſe, ſexies Romam, omnia Hiſpaniæ regna non ſemel luſtraſſe, aliquoties Neapolim & Siciliam, ſæpiſſime Genuam & Majoricam appuliſſe. Miræ ſane, ſi veræ tot hominis excurſiones: eo dumtaxat titulo fidei promovendæ, & Hieroſolymorum urbis recuperandæ commendabiles. Ego de Ægyptiaca, Boemica & Anglica peregrinatione dubito; neque enim aliunde mihi ſubeſt fidei aſtruendæ ſubſidium. Certe neque Romam toties ire potuit, quoties ille ſcribit, Clementem V. allocuturus, qui neque Romæ creatus eſt Pontifex, neque in toto Pontificatu Romam, vel a longe ſalutavit. Verum ſub Nicolao IV. & ſub aliis Pontificibus, Romam iviſſe alias diximus, ſub Bonifacio VIII. illic fuiſſe anno MCCXCV. ſcripſimus: ſed anno MCCXCVI. hæſiſſe ſcribit Papyrius Maſſonus, & abſolviſſe Opuſculum egregium de articulis fidei, in quo libello Bonifacii, & Cardinalium, qui tunc vivebant mentionem fieri monet, quam tamen in duobus, qui circumferuntur

Papyr. M. de Epiſc. urbis in Bonif. VIII.

tur de hoc argumento libellis, ego moneo non extare. Inde etiam mirabiliores hi diſcurſus, quod in continuo motu, & codicum ope deſtitutus, tot libros ſcribere potuerit, qui compaginandis viginti voluminibus juſti ponderis ſuffecerint, ut illud aliorum placitum de tribus librorum millibus, fabulæ loco reponam, niſi ad ſingula opuſculorum capita, novi libri titulum præfigi libuerit. Ceterum ardorem fidei longe lateque propagandæ, & vitæ pro Chriſto effundendæ, qui paſſim in ejus ſe prodit operibus, non laudare, duri erit cordis, & mentis haud piæ de ejus morte ſiniſtre judicare, quam omnia quæ potui videre monumenta, & quotquot vitam ſcripſerunt, in odium Chriſtianæ fidei, quam commendabat, & Mahumetanæ perfidiæ præferendam conſtanter prædicabat, poſt repetita vincula & tormenta pertuliſſe conſpirant.

Quid de ejus ardore fidei propugnandæ? Reputandus eſt Martyr.

IX Martyrem itaque appellare, & Chriſti dicere teſtem, *cui ſolum Chriſti nomen obiicitur pro crimine*, pie licere putaverim, atque inter eos fidei agonothetas recenſere, *quibus cum pro crimine obiiceretur Chriſtiana religio, qua noverant ſe fieri ſalvos, & glorioſiſſimos in æternum, non eam negando temporales pœnas evadere, delegerunt, ſed potius confitendo, profitendo, prædicando, & pro hac omnia fideliter fortiterque tolerando, & cum ſecuritate moriendo, leges quibus probibebatur, erubeſcere compulerunt, mutarique fecerunt*. Attamen penes Romanam Eccleſiam integrum repoſitum hujus rei judicium: quod dum non protulerit, abſtinendum erat a publico cultu, ſanctis viris extra opinionem poſitis, dare conſueto.

Juſtin. Apol. 1. Auguſt. 8. de civit. c. 19.

X. De doctrina durior eſt quæſtio, & pertinacior animorum contentio: omnem prorſus condemnatam ſcribunt ex Eymerico plures, alii ſublectæ fidei auctorem hunc, & prorſus indignum, cui credatur, ſtudioſe contendunt, quippe quod effinxerit, ſive per ſurreptionem extorſerit bullam Gregorii XI. qua ejus opera gravi afficiuntur cenſura. Alienam dicunt a ſtylo curiæ Romanæ, ſæpius diligenter perquiſitam Cardinalium & Legatorum Sedis Apoſtolicæ imperio, neque inter Avenionenſis, aut Romani Archivi monumenta inveniri; & propterea omnia acta virtute hujus bullæ, publico judicio & lata ſententia reſcidiſſe Alamannum Cardinalem Legatum in regnis Aragoniæ, Valentiæ, Navarræ, & Balearium, ſive ejus commiſſarium Bernardum Epiſcopum Tifernatem. Profecto ſuſpicionem ingerunt, aliquid in hac re ſtatuiſſe Gregorium, alia duo indubitata diplomata, quibus ſibi hominis hujus libros ab Eymerico delatos ſcribit ad Archiepiſcopum Tarraconen. & officiales Epiſcopi Barcinonenſis, & ſeverius in hac re agi præcipit, ſi quod Eymericus opponebat, verum eſſe conſtaret. Falſo tamen hæc ſugeſsiſſe Pontifici Eymericum contendunt Raymundi tutelares, idque conſtitiſſe ex ſententia Bernardi Ermengandi Ordinis Prædicatorum Provincialis, & Inquiſitoris hæreticæ pravitatis in provincia Aragoniæ, aliorumque duorum ex eodem Inſtituto Magiſtrorum, nec non fratris Arnoldi Peregrini confeſſarii Reginæ Aragonum Ordinis Minorum, & trium conjunctorum, ex eodem Ordine Conſodalium, qua unanimiter conteſtantur, indigne traductum Raymundum ab Eymerico in quibuſdam propoſitionibus hæreticis, quas dicebat contineri in libro Philoſophiæ Amoris cum nullatenus in eo legantur, ſed neque ex ejus doctrina colligantur. Opponunt huic judicio Eymericani, indictum Concilium in Cœnobio Minorum, in cubiculo confeſſarii Reginæ Lulliſtis propitiæ, præſentibus quatuor Minoritis, & tribus dumtaxat Dominicanis, qui Regis Ara-

Doctrinam dicunt aliqui fuiſſe condemnatam. Alii negant.

gonii ſtudio molles nimis obſecundare voluerunt. At neſcio quod hic Regis devinciendi deſiderium ad judicium ferendum inducere, vel partium ſtudium a ferendo retardare potuerat homines religioſos, præſertim in Raymundi rebus diſcordes, quin quod aperte videbant, faterentur, & in quæſtione facti teſtimonium perhiberent veritati.

Aliquas habet duras propoſitiones.

XI. Tres tamen dumtaxat ſunt propoſitiones, de quibus illi judicium tulerunt, porro ex reliquis quas Eymericus centum exſcripſit in directorio, major & potior pars vere in ejus operibus reperitur, quarum nonnullæ, ut verum fatear, duriores & craſſiores ſunt quam eas communis Theologorum ſchola admittat, aut ſine cenſuris elabi permittat. Sua habet peregrina principia Raymundus & abſtruſos modos loquendi, quibus hæc fortaſſis ſuis aſſeclis complanet, & doctrinæ ſectatoribus tamdem intrudat: ſed aliis minime perſuadeat. Vidi profecto & penes me habeo Apologiam Antonii Belluer Cathedratici primarii, & Canonici Majoricenſis integro & magno volumine contentam, ad Sixtum V. & Philippum II. pro Raymundi aſſerenda doctrina tranſmiſſam, & aliorum reſponſiones ad objecta Eymerici, & ſincere dicam, poſt multas ambages verborum, poſt miros anfractus quos non percipias, terminorum, non plene in omnibus ſatisfeciſſe. Verum eſt plurima, quæ produxit Eymericus, non æque eo ſenſu apud Raymundum inveniri; at quæ ſuperſunt, & vere in propatulo ſunt, ſufficiunt ut fidei cenſores retardentur a concedenda licentia ut proſtent hi libri univerſo hominum generi, & abſque perſonarum delectu ab omnibus legantur. Non omnes capiunt magna illa arcana, & reconditas ſignificationes, quas in Raymundi libris Lulliſtæ, melioribus forte oculis, contemplantur, non omnes per novos tramites, & ſcientiarum omnium myſterioſa illa compendia norunt incedere. Placebit ne hominibus cordatis, aut ipſi Lulliſtæ commendabunt, viris ſimplicibus ſive bonis mentibus, per planas ſemitas incedentibus, ſcopuloſa obiicere offendicula? Periculum ſubeſt, ſi non pravæ doctrinæ, ſaltim pravæ intelligentiæ: nulla autem urget neceſſitas incautas animas his periculis exponendi, præſertim cum timeri poſſit majus eſſe periculum, illa, quæ poſſit ex tali doctrina ſperari, utilitate.

Quare non permittantur ejus opera ab omnibus legi?

An Lulli doctrina ſit a Deo infuſa?

XII. At dices e cœlo delapſam, a Chriſto revelatam, mirabiliter viro prorſus litterarum, etiam humaniorum, ignaro divinitus infuſam, idque non ſine magno aliquo vel præſenti vel futuro Eccleſiæ emolumento: *cum omnis ſcriptura divinitus inſpirata utilis ſit ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in juſtitia; ut perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus*. Sed vel ex hoc ipſo adverſarii minime a Deo inſpiratam contendunt, cum nullum hucuſque peculiarem fructum ex hac doctrina percepiſſe Eccleſiam, perſpicuum ſit, nec percepturam eſſe adeo certo ſperetur: quippe in quatuor vel quinque Conciliis generalibus, quæ poſt editam hanc doctrinam celebrata ſunt, nullo fuerunt uſui libri Raymundi, neque ex eis quidquam Patres ad revincendos errores hæreticorum decerpſerunt, dum quotidiano uſui eſſent & publico habeantur bono reliquorum doctorum elucubrationes. Doctrina a Deo inſpirata, *velut armamentarium eſt, aut tamquam theſaurus medicamentorum*. Sed ex hac neſcio, quæ hucuſque tercentum & plurium annorum ſpatio arma deprompta ſunt contra fidei hoſtes, nec quæ medicamina adverſus vitiorum ægritudines. Credibile autem alicui videbitur, ſcientiam a Deo revelatam ad nihilum inſervire, ſed inanem prorſus & vacuam per tot ſecula latere? Revelationes certe ſcientiarum a Deo

2. Timoth. 3. 16.

Ephrem. or. de patien. & compunct.

a Deo fiunt ad fidei incrementum, vel Eccleſiæ fulcimentum, quæ ab hac non vidimus hucuſque prodiiſſe. Dixerim itaque neque totam, neque præcipuam aliquam doctrinæ partem a Deo immediate infuſam: ſed mirabiliter & cœlitus fortaſſe illuminatum intellectum hominis rudis, & litterarum expertis, ut tot & tanta quæ ejus ſuperabant captum, ampliori, & ſingulari ultra alios, capacitate comprehenderet. Mirum etenim & ſupra naturam videtur, hominem idiotam tot & tam varia argumenta tractaſſe, & qualiquali methodo compinxiſſe. Certe neque ipſe (uti aliqui ei imponunt) aliquando dixit univerſam ſuam ſcientiam infuſam eſſe, ſed artem dumtaxat generalem, *ſibi Dominum in monte oſtendiſſe*, & hanc *dono ſpirituali a Deo datam*, non quod ipſam artem immediate Deus dictaverit, ſed quod dono quodam ſpirituali intellectum illuminaverit, & excitaverit ad eamdem meditandam vel compaginandam: in quam etiam errores irrepere potuiſſe agnoſcit, eoſdemque humiliter, ut infra dicemus, exponit corrigendos ſacroſanctæ matris Eccleſiæ cenſuræ. Sed & ipſe eamdem haud ſemel correxit, & immutavit. Abſtinendum itaque putaverim ab ineptis quorumdam epithetis, & parenæticis, quæ inſulſe affiguntur, elogiis: temere enim a ſuis appellatur ſectariis, *Doctor illuminatiſſimus, tuba Spiritus ſancti, organum Dei, fons veritatis, Eccleſiæ reſtaurator*. Modeſtius & moderatius in his rebus agendum; atque utrimque certe, ſive ſectariis in laudando, ſive adverſariis in reprobando adhibendus eſt modus: qui commendant, ad cœlos uſque extollunt: qui condemnat, ad inferna detrudunt „ Beatum

Quid de ejus Arte judicandum?

In prolog. libri ſententiarum.

Libro de planct. Raymund. §. 2. & 6.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI

„ vocat Ludovicus a Paramo. Novas artes philoſophiæ, & liberalium
„ artium, divinarumque diſciplinarum per novas revelationes adinve-
„ niſſe ſcribit Hieronymus Zurita: Virum ſane catholicum, optimæ inte-
„ gerrimæque vitæ ſpecimen, & exemplar, ardentiſſimum fidei zelato-
„ rem appellat, ejuſque doctrinam inclytam, & mores ſanctiſſimos
„ pronuntiat Arnaldus Albertinus in Regno Valentiæ contra hæreticam
„ pravitatem Inquiſitor, ac breve compendium vitæ, & martyrii
„ ſubjungit. Multi ſunt præter hos, qui hominis vitam, doctrinam, &
„ mortem magnis extollunt encomiis.

Param. de orig. Inq. l. 2. tit. 1. c. 5. n. 29.
Zurita lib. 8. c. 50.
Albert. lib. 6. de hæres. n. 75.

XIII. His qui vituperant, illud ſubeſſe videtur efficax argumentum, quod libros plane hæreticales, & Orco dignos compoſuerit, *de invocatione dæmonum*, *de ſecretis naturæ*, *de alchimia & metallorum metamorphoſi*. Sed hic indigne certe traducitur: qui dœmona docet invocare, opus eſt non hujus ſed alterius Raymundi, cognomento *Neophiti*, Hebræorum Rabbini, ficte ad fidem converſi, & poſtea religioſi cujuſdam Inſtituti, de quo agit Franciſcus Peña, cujus opera & errores condemnavit longo diplomate Gregorius XI. *Aliquid mali propter vicinum malum*; ejuſdem enim temporis & nominis concordia ducti plerique, præſertim Bzovius, Raymundo Lullo tamquam notiori affixerunt hujus Raymundi Neophiti errores, & quos hic ſcripſit pernicioſos codices, Lullo adſcribunt. Manifeſtis autem rationibus convinco illos, qui de Alchimia inſcribuntur, & qui quoquam modo ad fallacem hanc artem & præſtigioſum tendunt laborem, nullatenus eſſe Lullianos. Nullus Lullo magis invehitur in hujuſmodi falſos divites, & veros pauperes, nec artis hujus apertius oſtendit fallacias. Libro de quæſtionihus ſolubilibus per artem inventivam, q. 40. Alchimiam non realem, ſed chymericam eſſe multis oſtendit rationibus. Libro de mirabilibus c. 39. probat impoſſibile eſſe, per Alchimiam unum metallum in aliud tranſmutari. Libro Arboris

An libros de Alchimia ſcripſerit.

Peña in comment. ad direct. par. 2. ſchol. 41.
Habetur in reg. Vat. in minore volum. an. 2. ſecret. par. 197.
Bzov. ann. 1372. n. 14. & 15.

ſcientiæ, c. de exemplo fructus arboris cœleſtialis irridet jocoſe Alchimiſtas, conantes argentum vivum in verum & ſolidum transformare. Libro de principiis medicinæ dict. ſecundo cap. de Cancro, a ſuo principe & prædominante planeta *Mercurio* decipi, ait, *Alchimiſtas, quorum marſupia ut plurimum ſunt vacua, & lacera*, inquit, *veſtimenta*.

XIV. Sed & ipſi Alchimiæ codices abunde probant alii Raymundo non Lullo, eſſe tribuendos. In libro de experimentis, quem inter alios Lullo adſcribunt, auctor citat reliquos, quos de hac arte ſcripſiſſe commemorat, in quibus omnes hujus argumenti, Lullo adſcripti, continentur, itaut idem ſit hujus libri & reliquorum conſarcinator. In fine vero hujus codicis ait, ſe præſens opuſculum optato fine clauſiſſe anno MCCCXXX. Lullus vero, ut ejus vitæ auctores, & monumenta Archivi Balearici conſtanter conſpirant, deceſſit hoc anno MCCCXV. Similiter libro qui appellatur Teſtamentum noviſſimum, & Lullo falſo adſcribitur, variis in locis eadem repetit volumina a ſe compoſita, ad cujus calcem hæc verba habentur: *Factum habemus noſtrum teſtamentum per virtutem Dei in inſula Angliæ-terræ in Eccleſia ſanctæ Catarinæ apud Londinenſes verſus partem Caſtelli ante Cameram, regnante Edvardo per Dei gratiam, in cujus manibus ponimus in cuſtodia per voluntatem Dei præſens teſtamentum, anno poſt incarnationem* MCCCXXXII. *cum omnibus, quæ nominata ſunt in præſenti teſtamento*. Libro de Mercuriis ejuſdem farinæ & auctoris, perperam Lullo adſcripto c. 40. in fine, dicitur opus adimpletum anno MCCCXXXIII. Quomodo ergo opera ſcripta anno MCCCXXX. MCCCXXXII. & MCCCXXXIII. poterunt eſſe hominis defuncti an. MCCCXV? Ulterius in libro de 24. experimentis auctor, qui ſe etiam *Raymundum*, appellari indicat, in prologo narrat quatenus Edvardo Anglorum Regi tunc adoleſcenti magnum adinvenerit theſaurum, ut Sarracenis indiceret bellum, quem tamen in expugnando Galliarum Rege diſtraxit: pœnitentia vero ductum, ait, eumdem Eduardum jam ſenem veniam petiiſſe injuſte diſtractæ pecuniæ. Eduardus autem hic, cui ſupra dixit ſuum ſe tradidiſſe teſtamentum anno MCCCXXXII. tertius eſt hujus nominis, qui regnare cœpit an. MCCCXXVII. ætatis XIV. obiitque an. MCCCLXXVII. regni LI. ætatis LXV. Cum ergo hic cognoverit & allocutus ſit Eduardum in ſenectute, neceſſe eſt ut pervenerit ad annum Chriſti MCCCLXX. vel circiter; & certe ſub hoc Eduardo meminit Thomas Walſingliamus cujuſdam medici Sarraceni in partibus Walliæ theſaurum effodientis.

Walſing. ann. 1344.

XV. Atque hinc prodiit error illorum, qui vitam Raymundi Lulli protrahunt ad centum & plures annos. Sed majus adhuc fuit mendum Nicolai Janſenii, Bzovii defenſoris ad ducentos ferme annos ei tribuentis. Ait enim ex Prateolo, Bzovio, Jodoco Ceccio & Peña craſſos errores Raymundi Lulli fuiſſe condemnatos ab Alexandro IV. an. MCCLX. & poſtea ex Theodoro Zwingero refert, eumdem Raymundum, nobiliſſimum, inquit, Alchimiſtam anno MCCCXXXIII. *plura ſcripſiſſe opuſcula, & octuaginta poſt annos epiſtolam accuratam ad Robertum Anglorum Regem dediſſe*. Nolo immorari circa Regis nomen, quia Robertus nullus tunc regnabat in Anglia, ſed Richardus, & alii ad Robertum Siculorum Regem ſcriptam dicunt Epiſtolam. Raymundus Lullus, uti omnium conſtat aſſenſu, prioribus ſuæ ætatis annis, nihil ſcripſit, quos laicus in vanitate doctrinæ & linguæ Latinæ omnino expers tranſegit. Quod ſi anno MCCLX. jam ſcripſit, quadrageſimum annum præterivit: ſi anno MCCCXXXIII. alia compoſuit opuſcula, jam complebat annos centum & tredecim: ſi de-

Janſ. in Apol. pro Bzovio cap. 12. habetur ad finem to. 15. Bzovii.

demum poſt alios LXXX. annos epiſtolam dedit ad præfatum Regem, numerabis vitæ Raymundi annos ducentos demptis quinque. Porro Raymundus Lullus natus anno MCCXXXVI. converſus MCCLXXV. ætatis XL. nihil potuit ſcribere anno MCCLX. qui ſuæ ætatis erat XXIV. Quibus adde, quod in libro ſuper Artem inventivam, quem ſub Bonifacio VIII. ſcribere narrat, conqueritur neque tempus, neque vires ſibi in extenuato & confracto corpore in ultima ſenectute ſupereſſe, ut Artem memoriæ, quam cupiebat, poſſet compilare. Libro etiam de conſilio divinarum dignitatum, quem omnium poſtremum ſcripſit in Sicilia, refert ſuum propoſitum ad Sarracenos transfretandi, & pro Chriſto mortem obeundi, quem his verbis claudit: *Ad laudem & honorem Dei finivit Raymundus librum iſtum menſe Madii in civitate Meſſana anno* MCCCXIV. quo in Africam trajecit ſub menſe Auguſti, & obiit anno inſequenti, ætatis ferme octuageſimo ſive ſeptuageſimo nono, uti diximus tomo 4. noſtrorum Annalium, * licet Typographiæ errore pro verbo *nono*, irrepſerit *anno*. His apertis temporum computatis calculis manifeſtum relinquitur, nihil Raymundo Lullo commune eſſe cum libris Alchimiæ. Liber autem ille *de ſecretis naturæ & quinta eſſentia rerum*, qui huc etiam ſpectat, & Lullo falſo tribuitur, habet in aliquibus exemplaribus prologum ſuppoſititium a quodam ſciolo præfixum, valde ſimilem ei, quem habet liber, cui titulus *Arbor ſcientiarum*, vere a Raymundo compoſitus: ſed uti vel ipſe fatetur Bzovius, in tribus exemplaribus libri prædicti, *de ſecretis naturæ*, quæ vidit in Bibliotheca Vaticana, & ego etiam conſului, omnia ſunt adeo inter ſe diverſa; ut etiam prologus ſeu præfatio hæc in aliis codicibus præter unum Venetum excuſum anno MDXIV. habeatur. Videat ergo lector quam infirmum argumentum hinc deſumi poſſit, ad probandum Lullum, ejuſdem libri fuiſſe compilatorem.

* *Mendum ab Auctore notatum corrigere in 4. Tom. ann. 1275. num. 20. nequivimus, cum neque in exemplaribus ipſis manuſcriptis, neque alibi Autographum hujus vitæ potuerimus invenire. Legendum igitur ibi: ſeptuageſimo nono.*

Quid ſentiendũ de ceteris ejus libris.

XVI. Ablegatis itaque ſpuriis, & homine Chriſtiano indignis libris, quid de ipſis genuinis Lulli operibus ſentiam, libere pronunciabo. Opus Theologicum in libros ſententiarum eo majorem ingerit admirationem, quo copioſius miris & inuſitatis modis loquendi omnia fidei comprehendit arcana, de ſingulis Theologiæ controverſiis plures inſtituit quæſtiones. Libri de contemplatione, & pia quæque argumenta quæ tractat, devotionem ſpirant, fidei dilatandæ præferunt ardorem. Præter hæc varii ſunt tractatuli, vario ſine & tempore compacti, qui vagum & verſatile ad omnia paratum hominis indicant ingenium. Artes magna & parva, & inventiva veritatis, admirabiles habent ambages, & ſinuoſos anfractus, per quos nec dædalo liceat incedere, nec ingenioſiſſimis aliquando viris etiam filum ſufficiat Ariadnæ, quin in itinere, vel judicio, ſæpe deficiant. Paucos vel nullos invenias, qui hanc artem vel artium omnium ſecretiſſimum & myſterioſum quod fingunt ſeminarium, vel, ut alii vocant, ludibrium, perfecte aſſequantur: quod ſi poſt immenſos labores & fatigati cerebri vigilias, aliqui ſe putent aſſecutos, vellem ſcire quos tanti laboris hauriunt vel edunt fructus, vel quam ſingularem præ communi hominum ſorte aut trita gymnaſiorum doctrina imbutis viris præferant excellentiam? In univerſis autem hominis operibus ſtylus inconcinnus, inæqualis, non ſolum humilis, verum & paſſim barbarus, idiotiſmis aliorum idiomatum ubique ſcatens, quod plurima ubique ſine ſtudio aut librorum ſubſidio in itinerum & peregrinationum perpetuo motu, ſcribenti condonandum eſt. Methodus irregularis, inculta, & confuſa, rerum geſtarum, neque ſeria neque lenis, ſed levis, & aſpe-

Vide annales Eberhardi ad annum 1287. in tomo 1. Electio. antiq. Caniſii.

aſpera, aliquando ridicula, vera tamen & ſincera narratio. Modi & termini loquendi a communi diſſident loquela Theologorum, & pleræque ejuſdem aſſertiones abſonæ a communi noſtri ævi doctrina.

Quid tamdem in hac cauſa agendum.

XVII. Illud itaque Balearibus inſulis, & admirandi hujus Viri ſectatoribus, non adverſo ſed propitio affectu ſuggeſſerim conſilium, ut ſi jam tamdem poſt tria integra ſecula finem imponere velint inveteratæ de Raymundi rebus controverſiæ: genuina opera omnia Raymundi colligant, in ſua volumina juxta argumentorum varietatem diſtribuant, nitido & accurato tradant prælo, adhibitis ad ſingula duriora vel obſcuriora loca commentariis ſeu brevibus ſcholiis, quibus vel explicentur, vel cautius legi admoneantur. In totius operis limine præfigant claram librorum diſtinctionem: ſpurios & apocriphos omnino rejiciant; quæ abſque dubio Lulliana ſunt, ſuo ordine diſponant, quæ dubium patiuntur in appendicem remittant. Hac ratione fiet, ut abſque ſcrupulo admittantur, & abſque offenſione legantur, & procedi poſſit in cauſa, quæ tanto urgetur conatu, ſed plurimas paſſa repulſas haud ſortita eſt exitus fœlices. Nocuerunt ſemper Eymericus & Lutzemburgus, atque hoc ſeculo Prateolus, Genebrardus, Gualterus, & præ omnibus Bzovius, qui etiam ea quæ ſcripſit in Lulli laudem Carolus Bovillus, in ejus vertit vituperium. Hi enim hæreticum manifeſte deprædicant, & inter hominum ſceleratiſſimos enumerant propter doctrinam. Sed peſtilentem illam de dæmonum invocatione, de Alchimia & ſecretis naturæ, ei falſo adſcribi docuimus, & reliquarum propoſitionum ab Eymerico prolatarum partem diximus confictam, partem male excerptam, & partem alteram licet in aliquibus duriorem, adhibitis declarationibus, in bonum ſenſum poſſe utcumque torqueri. Quod ſi etiam plures propoſitiones ex ignorantia prolatæ, apud eum invenirentur, quæ hæreſis ſpeciem præferrent, neque exinde hæreticus venit appellandus, qui & pro fide occubuit, & ſæpiſſime totum, quod ſcripſit, fidei magiſtræ, Romanæ Eccleſiæ correctioni humiliter ſubmittit. Demus maculas illas ex errore traxiſſe, eas ſui cruoris balneo copioſiſſime abſterſit, & *perſeverantiſſima tolerantia, fuſo ſanguine, per martyrii confeſſionem pervenit ad Angelicam lucem: ut ſi non antea, ibi certe revelatum agnoſceret, quod cum aliter ſaperet, ſententiam, diverſæ opinionis* confeſſioni non præpoſuit Eccleſiæ Romanæ. Adde, & ſi ita velis, conſidera palmitem fuiſſe luxurientem nimia ingenii ubertate: *Sarmentum hoc fructuoſiſſimum, ſi quid in eo fuerat emendandum purgavit pater falce paſſionis*. Palmitem autem fuiſſe hærentem in Chriſtianæ vitis unitate, & radicem non deſeruiſſe fidei Romanæ, probant omnia & ſingula ferme ejus opera, in quibus non aliud ſe credere, non aliud ſe docere, non aliud in ſuis libris velle contineri, quam quod Romana & Catholica probat Eccleſia, humili confeſſione non ſemel voluit omnibus manifeſtum.

Non eſt dicendus hæreticus.

Aug. lib. 2. de baptiſ. contra Donatiſtas c. 4.

Auguſt. epiſt. 48. poſt med.

Omnia ſua opera ſubjecit correctioni S. R. E.

XVIII. In prologo artis inveniendi veritatem: *Si nimia*, inquit, *noſtrorum ſermonum improprietas (ut loquamur ſententioſius) vel noſtri ingenii, aut etiam tranſlatoris inſufficientia aliquem errorem contra ſanctam fidem Catholicam, prætendere videantur, correctionem Eccleſiæ Romanæ ſacroſanctæ ſuppliciter imploramus*. In prologo lecturæ ſuper artem eamdem: *Nos tamen hanc ſcientiam, ſive lecturam, correctioni ſacroſanctæ matris Eccleſiæ Romanæ ſubmittimus, ſi forte in quavis ipſius parte (ut homines ſumus) a via veritatis deerraverimus: credentes & confitentes, id (ſi quid erit) certa ſcientia non feciſſe*. In fine lecturæ ſuper figuras artis demon-

demonſtrativæ veritatis: *Si vero quidquam male diximus, vel prætermiſimus correctione dignum, id ignorantiæ noſtræ ac fragilitati adſcribendum eſt. Et exoramus ſuppliciter ut correctionem Romanæ Eccleſiæ ſacroſanctæ ſubeat: nec non cetera quæ fecimus, & quæ facere proponimus, ad exaltationem cognitionis & amoris omnipotentis Dei*. In prologo libri de XIV. articulis fidei: *Cum ego compilator hujus operis, ſim culpabilis & peccator, multumque inops ſcientia & meritis, ceteriſque rebus, quæ cum virtutibus ſunt decentes: ideoque hoc opus correctioni ſanctæ fidei Romanæ ſubjicio: ſi ego in aliquibus locis hujus operis per ignorantiam ac vocabulorum improprietatem, ſeu per inſufficientiam ſermonum non ſufficientium altitudini ſeu materiæ hujus libri; dixerim, ſeu in hoc præſenti libro, ſeu in aliis, quos compilavi; quidquam contrarium ſanctæ fidei; ædificatæ a Domino Jeſu Chriſto, & conſervatæ a Summo Pontifice, Patre ſancto, & cunctis Prælatis Eccleſiæ ſanctæ, ſubjacentibus Romanæ fidei diſciplinæ: ſupplex poſtulo devotiſſime, quantum poſſum, ut illud in correctionem deveniat; tamquam fidelis Chriſtianus confitens & proteſtans, me non errare voluntarie, ſed ſolum per ignorantiam; & quia indignus ſum de tantæ materiæ celſitudine pertractare*. In fine libri de contemplatione: *Si forte in hoc opere aliquis reperiatur defectus, vel error contra ſanctam fidem Catholicam, nos dicimus & affirmamus, ipſum defectum a nobis eſſe, & in ipſum errorem nos incidiſſe propter ignorantiam, habentes bonam intentionem, cultam & catholicam. Quem errorem nos non credimus, nec affirmamus: immo rogamus, ab hoc opere removeri*.

XIX. Viginti & amplius ſunt hujuſmodi veræ fidei profeſſiones, & candidæ hominis ſupplicationes, ut ſui corrigantur errores, ſi qui apparent, quos ex ignorantia non ex prava affectione mentis proceſſiſſe ubique proclamat. Injuſte itaque traducitur, & apud viros Catholicos utique graves & doctos, hæretici & fanatici hæreſiarchæ nomine circumſcribitur. Hæretici non ſolum *ſibi errorum fabricantur idola, verum etiam adorant, quæ de ſuo corde finxerunt*. Hic, ſi quæ ex conflatorio humanæ ignorantiæ errorum prodierunt idola, non adorat, non curvato veneratur poplite, ſed potius flexis genibus deprecatur Eccleſiam, ut deſtruantur. Definitur communiter hæreſis, *error intellectus voluntarius ex electione & pertinacia contra aliquam ſententiam fidei*. Hic nihil eſt voluntarium, nulla eſt pertinacia in errore, dum ipſe, quicumque illi ſint, deteſtatur, & ad fidei veritatem cupit reduci. Abſque hac pertinacia hæreticum non debere quempiam proclamari aperte docuit Honorius III. in cauſa Joachimi Abbatis, ſcribens ad Archiepiſcopum Cuſentinum, & Epiſcopum Biſimanen. ut caſtigarent eos, qui Joachimum, quia liber ejus contra Petrum Lombardum fuit condemnatus in Concilio Generali Lateranenſi, hæreticum dicebant, & Congregationi Florenſi ab eodem inſtitutæ turpiter detrahebant. Narratione enim præmiſſa ſubjungit: *Licet igitur prætactus libellus ſeu tractatus damnatus fuerit in Concilio memorato; quia tamen idem Joachim omnia ſcripta ſua Romano mandavit Pontifici aſſignari, Apoſtolicæ Sedis judicio approbanda, ſeu etiam corrigenda, dictans Epiſtolam, cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter eſt confeſſus ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ diſponente Domino cunctorum fidelium mater eſt & magiſtra, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per totam Calabriam faciatis publice enunciari, quod eum virum Catholicum reputamus, ſanctæ fidei orthodoxæ*

Ad hæreſim requiritur pertinacia.

Hier. lib. 7. in c. 21. Iſaiæ.

Vide Azor. p. 1. lib. 8. c. 9. q. 1. de hæreſi, & Farinac. de hæreſi q. 187. n. 2. & ſeqq. & quæ diximus an. 1297. n. 50.

Reg. Vatic. to. 3. n. 268.

doxæ

doxæ ſectatorem; & regularem obſervantiam, quam inſtituit ſalutarem: eoſque qui Ordini memorato ex hoc detrahere, vel inſultare præſumpſerint, monitione præmiſſa, ſublato appellationis obſtaculo, animadverſione, condigna, veritate cognita, caſtigantes. Datum Laterani XVI. *Kal. Januarii Pontificatus noſtri anno* V.

XX. Hæc largius, ſed utilius (uti ſpero) & neceſſario, diximus ſincere in controverſia, quam non adeo ſincere abſque plurimo partium ſtudio in plura ſecula video diſtendi. Porro ut ad aliorum geſta enarranda digrediamur: hoc ipſo anno beatus Conradus Placentinus inſtitutum amplexus eſt tertii Ordinis a ſancto Franciſco inchoati, & vitam aggreſſus eſt ſanctiſſimam, propter quam nunc Sanctorum cultu ex Pontificum indultis coli mereatur. Is natus eſt Placentiæ in Lombardia Ciſpadana circa annum MCCXC. familia illaſtri Confaloniera ſive Laudina, uti quidam volunt, ſive utraque, illa ex paterno, hoc ex materno ſanguine, uti alii utramque conciliant ſententiam. Optimis imbutus moribus, adoleſcentiori ætate ſponſam accepit Eufroſynam Neſtoris, Laudenſis viri filiam, nobilitate parem, haud diſparem virtute. Cum illa tranquille & pie vixit, donec ſummo rerum artifici hac cum arte ad ſe vocare complacuit. Accidit, ut dum aliquando venaretur, feraſque inſequutus illæ ſe abderent in denſis vepribus, ignem admoveri juſſerit, & flamma per vicina arbuſta ſerpente, & ad ſaltus opacaſque ſilvas ventorum vi longe lateque ſe diffundente, illius regionis accolis magnam intulerit ſtragem, & irreparabile detrimentum. Urbis prætor ſatellites mittit, qui incendii auctorem inquirant & comprehendant; ſed Conrado per ignotas vias latenter domum regreſſo, nullus occurrit præter unum infimæ plebis homuncionem, qui ligna ex incendii reliquiis colligebat. Torvo vultu & effictis Indiciis exploratoriis, uti fieri ſolet, a ſatellitibus criminis inſimulatus, trepidare cœpit, & ad plurimas interrogationes metu obmuteſcere, nec quidquam in ſui tutelam proferre. Arripitur ergo tamquam ſceleris auctor, judici ſiſtitur, torquetur, tamdem ille tormentis ſuccumbens fatetur ſe incendiarium: damnatum ad furcas ducunt per ipſam, in qua habitabat Conradus plateam. Ut ſcivit ille miſellum innocenter pro crimine a ſe patrato plectendum, in mediam turbam inſiluit, ſe reum proclamavit, & innocuum ex eorum manibus arreptum domi conſtituit. Mox abiit ad prætorem, ſeu, quem vocabant, poteſtatem Galeatium Vicecomitem, jamque frementem & minitantem propter vim juſtitiæ miniſtris illatam, blando & humili demulcet ſermone, & totius mali auctorem ſemet exhibuit. Exorata tamdem venia & condonata vita, quia imprudenter peccavit, juſſus eſt illatum colonis damnum reſarcire. Contribuentibus amicis & parentibus, pia etiam conjuge dotem omnem offerente, cunctis quoad potuit, ſatisfecit.

Legen. duæ MSS. Campus in ejus vita, & plures alii Scriptores.

B. Conradus ubi & ex quibus natus.

Converſionis cauſa.

XXI. Hoc excitus infortunio, & vexatione gravi intellectum aperiente, cogitavit ſatius eſſe mundum relinquere quam amare, & Deo inſervire, quam terrenis rebus ineſcari. Quare collata re cum uxore, obtinuit a piiſſima adoleſcentula, ut ipſa reliquam vitam inter virgines Deo ſacras ſub Inſtituto ſanctæ Claræ in eadem urbe traduceret, & ſibi licentiam concederet, quo vellet, abeundi, Deo famulaturus. Diſtributis facultatibus & victis hoſtis inſidiis, quibus conſortem a religioſo propoſito tentavit revocare, abſque pera aut pecunia clam receſſit a nativo ſolo in habitu peregrino, pervenitque ad locum quemdam ſolitarium, antiquo & abſoleto nomine jam nuncupatum *Gorgolarum*, ubi aliquot

Uxor fit Clariſſa.

Ille Eremita.

quot pii Viri ſanctiſſimam agebant vitam ſub tertio Inſtituto ſancti Franciſci. Placuit ei valde nobilis ille mundi contemptus, ſolitarius & tranquillus arriſit ſeceſſus, & norma aſpera vivendi, petiitque ut in illorum admitteretur contubernium. Admiſſus ſummo ſtudio ſpiritualis vitæ didicit, obſervavitque præcepta, tantamque brevi aſſecutus eſt perfectionem, ut multi ex patria & vicinis locis ad ipſum convenirent. Horum ut declinaret turbas, ab illo loco receſſit, Romamque abiit ut ſanctorum Apoſtolorum limina & Martyrum veneraretur memorias. At in itinere hoſtis moleſtas ei tetendit inſidias voce efficta, & falſo nuncio perſuadens uxorem propoſiti pertæſam, Monaſterio relicto, ejuſque in ipſa illa via veſtigia ſectantem, ab inſolente viatore pudicitiæ damnum ſubiiſſe, & ſub peccati reatu illum teneri ad priſtinum cum eadem redire conſortium. Tenero animo hæc audientem & ferme credentem, titubantemque divina conſolidavit gratia effugato inimico, falſo diſparente nuncio, & redactis ad nihilum fraudibus inimici. Struit ei dæmon inſidias.

XXII. Romæ perluſtratis Sanctorum veſtigiis, hæſit ibi per aliquot dies, donec ei occurrit, qui Siciliæ regnum, a pietate & ſanctorum hominum frequentia valde commendaret. Indidit hic magnum deſiderium illuc transfretandi, & cum Dei ſervis converſandi. Abiit itaque Caetam, atque illinc ſolus in Liguſtica navi pervenit Panormum. Audita ibi pietate & caritate habitantium in valle Netina, cogitavit inter eos, quam ſtatuit, agere pœnitentiam. Mille ludicra & horribilia ſpectra objecit oculis Satanas, dum prope accederet ad Netinos populos, ſed crucis virtute, & commendato ſuo agone ſanctæ Luciæ Syracuſanæ, inimici artes deluſit. Receptus hoſpitio in quodam paſtoris tuguriolo, inde eum hoſtis deturbavit, aſſumpta Alfranci de Palazzolo, potentis illius regionis viri, effigie, dicenteque hunc emiſſum a Neapolitanis, cum quibus tunc cruentum gerebatur bellum, callidum exploratorem. Ad falſum hunc rumorem multa paſſus eſt, donec tamdem occurrunt venantes in ſilvis duo pii viri Netini Briccius Sortinus pater, & Rinaldus filius, qui pauperis miſerti in urbem duxerunt. Receptus in Xenodochio ſancti Martini eleemoſynas oſtiatim conquirebat, donec opera Joannis Monnei loci præfecti admiſſus eſt in contubernium fratris Guillelmi Bucherii, pii Eremitæ, olim viri nobilis, Friderico Regi valde cari, qui ad locum de cellis dictum, prope ſanctum Crucifixum, uti mos eſt loquendi, apud Netinos celeberrimum, pœnitentiam acturus ſe collegit. Hic diuturno hæſit tempore Conradus in vigiliis & orationibus aſſiduus, donec ex frequenti populorum concurſu, qui ad eum undique confluebant, locum mutare, & carum amicum fratrem Guillelmum oportuit relinquere. Roma inviſit limina Apoſtolorum. Transfretat in Siciliam. Dæmon a pœnitentia ineunda deturbare conatur.

XXIII. Neque hic deſtitit Satanas eum exercere tum conviciis Petri Bucherii, fratris Guillelmi filii, qui ægre ferebat, patrem non potuiſſe a Conradi pia converſatione & dulci colloquio divelli; tum ementitis litteris, & falſo curſore, qui eum Placentiam revocabat, ut uxoris e clauſtris, uti mentiebatur, egreſſæ, votis ſatisfaceret, & periculo caveret. Detecta fraude, & communicato cum amicis Nicolao Vaſſallo & Bartholo Longo de Sede mutanda conſilio, abiit ad cellas vel ſpeluncas Pizzoni ad tertium a Netina urbe lapidem, ſitas in montibus, qui nunc a ſancto Conrado cognominantur. Vitam hic tranſegit aſperrimam, nuda dormiens humo, pane & aqua vel agreſtibus herbis famam depellens. Netum regreſſus, ut ſanctam Chriſti crucifixi inviſeret imaginem, ab amico Antonio Seſſa prandio exceptus, eumdem repentino & acerbiſſimo lateris Recedit in montem ſolitarius.

teris dolore correptum ſanavit. Apud Melitaniam, vicinum oppidum, ſartoris item filium hernia laborantem perfectæ reſtituit ſanitati. His aliiſque miraculis & virtutibus clarum ejus nomen effunditur, & ſummæ incipit eſſe reverentiæ. Alia ejus geſta & prodigia ſub mortis anoum opportunius referemus.

Anno 1351.

Blanca filia Regis Galliarum Deo conſecratur. *Plat. lib. 2. de bono ſtat. relig. c. 27. Marian. c. 4.*

XXIV. Circa hunc annum ſcribit Hieronymus Platus, Blancam ſeu Candidam, Philippi Pulchri Gallorum Regis filiam ſanctæ Claræ Inſtitutum amplexam, idque in Monaſterio de Longo Campo factum commemorat Marianus, Philippo patre & Joanna matre dilectam filiam ſancto Franciſco & beatæ Claræ conſecrantibus, ſubditque ſub eo Inſtituto ſanctiſſime, uſque ad vitæ finem perſeveraſſe. Verum eſt, ſub hoc tempore tenella ætatula io Monaſterium introductam, ut quæ Deo deberet deſponſari, nihil de mundanis attraheret inquinamentis. Sub anno vero MCCCXIX. tota dicata fuit cultui divino, ſub quo tempore, de ea iterum ſermo recurret.

Conv. Caſtri Cæſaris. *Gonz. in Prov. Conc. Conv. 15. Monum. MSS. illius Prov.*

XXV. Ad Caſtrum Cæſaris, non inelegans in Hiſpania & Archiepiſcopatu Burgenſi oppidum, vulgo *Caſtroxerez* viri Principes & oppidi poſſeſſores Ferdinandus Haro, & Maria Alfonſi Portugalliæ Infantis filia, ejus conjux, pietate & devotione erga ſanctum Franciſcum commoti proprias ædes hoc anno in Fratrum Minorum Cœnobium commutarunt. Sed cum locus minus tutus & minus opportunus eſſet, alio commigrarunt Fratres extra oppidum, atque ex licentia Joannis XXII. anno MCCCXXV. conceſſa, & piorum eleemoſynis elegantem ſibi conſtruxerunt habitationem in loco amœno ſpiſſo nemore, aquis irriguis, arboribuſque conſito fructiferis. Suſcepit hic habitum Minorum, & diem obiit anno MDCVII.

Frater Martinus Caſtri Cæſaris.

frater Martinus profeſſione laicus, qui dum ab ipſo ortu mutus eſſet, & ſacratiſſimæ Virginis Mariæ interceſſione poſt plures annos linguæ vinculum ſolveretur, tanto ad eamdem ferebatur affectu, ut nihil crebrius in ejus ore, quam Mariæ Virginis nomen & laus, a qua etiam cognomen aſſumpſit. Erga pauperes mira flagrabat caritate, quibus quidquid poterat colligere erogabat, veſtes reſarciebat, capita lavabat, ulcera curabat. Vehementiſſimos ei incuſſit aliquando diabolus terrores, quos Chriſti & ſacratiſſimæ Genitricis invocatis nominibus, facile profligavit. In pago extra Conventum dum moreretur, & cadaver domum portaretur, mirum & ſuaviſſimum efflabat odorem, & ad ſepulcrum ejus plurima patrantur miracula.

ARGUMENTUM.

Jacobus Oſſa Gallus aſſumitur ad ſummum Pontificatum ſub nomine Joannis XXII. Minores Comitia celebrant generalia. Miniſter creatur Michael Ceſenas, qui præ ſcindendis contra paupertatem abuſibus invigilat. Florent in religione plerique doctrina ſpectatiſſimi. Narrantur primordia virtutis & ſanctitatis ſancti Elzearii Comitis Arioni.

An. 1314. n. 5.

Moroſa diſcordia Cardinalium in Pontifice creando.

I. BIENNIUM & aliquot menſes, uti ſuperius diximus, protraxerunt Cardinales magno orbis malo, & fidelium ſcandalo ſuas diſſenſiones, neque adduci poterant, ut Eccleſiæ ſummum præficerent paſtorem. Convenerunt prius Carpentorati in ædibus Epiſcopalibus ad conclave & comitia præparatis, ſed moroſa diſcordia Aquitani unum ex gene-

genere ſuo, Itali & reliqui Galli alium quempiam præter Aquitanum expoſtulantes, tempus protraxerunt inaniter, donec admoto ædibus igne, exierunt, ſtatuto prius tempore, quo regrederentur. Diſcordiis in dies creſcentibus, & animos exulcerantibus, in variis civitatibus Narbonenſis Provinciæ ſeparati, propoſitoque diviſi, nulla prece Principum, nec arte aliorum adduci potuerunt, ut tanto Reipublicæ Chriſtianæ detrimento remedium adhiberent, donec tamdem Philippus Comes Pictavien. qui Regentis nomine, Ludovico Rege defuncto, Galliam gubernabat, & poſtea Francorum Rex creatus eſt, eos ſub ſpecie conventus habendi, & de rebus publicis regni tractandi Lugdunum accivit, præſtito juramento, ſe eos quando vellent, abire permiſſurum. Fecit tamen aliter, namque invitos, & jusjurandum objicientes in conclavi reclufit, in profeſto ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, nec inde exituros admonuit, donec Pontificem Summum quempiam renunciarent, ad quod agendum vehementi & pia oratione incitavit.

II. Poſt dies quadraginta, poſt plurimas altercationes, & Comitis exhortationes, tamdem ad VII. Idus Auguſti factus eſt Pontifex Romanus Jacobus Oſſa ſive d'Euſa Gallus, Caturcenſis, Cardinalis Aquitanus, humili genere ortus; quippe cujus pater Arnaldus Deiiſa Sutor erat veteramentarius. Vir erat prudens & doctus, parvus corpore, animo magnus, ingenio & arte in rebus perficiendis ſingularis. Per hos gradus ad Pontificatum aſcendit. Poſt datam in juventute operam Juriſprudentiæ, factus eſt Caroli II. Siciliæ Regis Proſcriba & Cancellarius, Roberti etiam Vicecancellarius: ejus opera Epiſcopus Foro-Julienſis, mox Archiepiſcopus Avenionenſis, demum Epiſcopus Cardinalis Portuenſis a Clemente V. creatus eſt. Ferunt, non per electoria ſuffragia electum, ſed dum non poterant inter ſe convenire Cardinales, ſuadentibus Cardinalibus Aquitanis, judicantibus eum aliquem ſuæ gentis electurum, omnem ei dediſſe anctoritatem, quem vellet Pontificem renunciandi; illum vero conſilio uſum Neapoleonis Cardinalis Urſini, ſemetipſum Pontificem dixiſſe. Attamen hæc fabulæ loco reputo, & ſi hoc eligendi genus licere dicat ſanctus Antoninus, quippe nullis legibus prohibitum: attamen ſuperbiæ & ambitionis nota non caret, neque vacat a ſcandalo. Si enim conturbatus & ſcandalo perculſus eſt populus Romanus, quod Appius Claudius, qui decemviratus honorem ambiebat, auctoritate accepta comitia habendi, & decemviros creandi (qua ſane arte ejus ambitioni populus occurrit, judicans non adeo effrontem fore ut ſeipſum crearet) ſemet primum elegerit: *quod haud ſecus factum improbabant boni, quam nemo auſurum crediderat*: quale hoc ambiendi & aſſequuti honoris genus videretur in Romano Pontifice, Chriſti humilitatis Magiſtri Vicario? Nonne propiorem ambiendo, quam gerendo Pontificatui Patres omnes digne judicarent, qui commune omnium conſilium, & translatam a ſe poteſtatem, in privatum lucrum convertebat? Aliqui ſane ita, propria dignitatis libidine ſuo dumtaxat ſuffragio: alii vero ſcriptores communi omnium conſenſu ad tantam celſitudinem narrant evectum. Quocumque id factum modo, Joannis ſibi nomine delecto, vigeſimus primus in ſerie legitimorum Pontificum hujus recenſetur appellationis, licet communiter dicatur vigeſimus ſecundus.

III. Hoc etiam anno pridie Kalendas Junii, non decima Junii die, uti habet Rodulphus, Minores indixerunt comitia Neapoli ſub patrocinio Roberti & Sanciæ Regum, qui ſplendidiſſime & abundanter ſumptus omnes

Jacob Oſſa fit Romanus Pontifex.

Sed qualiter.

Villan. lib. 9. cap. 79. Ciacon. in Joan. XXII.

Antonin. tit. 21. c. 4. ante §. 1.

Tit. Livius lib. 3. an. 301.

Rodul. fol. 140. Capitulum generale 58.

omnes contulerunt. Deſuerunt plurimi ex electoribus, adfuerunt quinquaginta duo dumtaxat, ex quibus in primo ſcrutinio viginti octo ſuis ſuffragiis, præſentibus in ipſis comitiis prædictis Regibus, fratrem Michaelem Cæſenatem, Provinciæ Bononienſis alumnum, ſacræ Theologiæ Magiſtrum, licet abſentem, elegerunt. Per litteras electionis de ſe factæ admonitus, venit Aſſiſium, ubi convenientibus præcipuis Ordinis Patribus, & viris capitularibus, ſecundo decretum eſt, quod & prius Neapoli ſtatutum, ut ſcilicet conſtitutiones Ordinis recognoſcerentur, gravioribus reſciſſis mitiores redderentur, & ſuperfluis ablatis, graviores ederentur. Adhibitis itaque quibuſdam viris piis & doctis Ciſmontanis & Ultramontanis, ita factum eſt, ut alias admonuimus.

Miniſter generalis fit Michael Cæſenat.

Tom.4.an.1260. n.11.

IV. Sancia Siciliæ ſive regni Neapolitani Regina, univerſo Fratrum Sodalitio addictiſſima, per Patres capitulares ſcripſit ad novum Miniſtrum electum, quas ſubjicimus litteras, in quibus ſuum explicuit affectum, & Orationum totius Ordinis petit ſe fieri participem.

Sancia Siciliæ Regina inſtituto addictiſſima.

Reverendo & venerabili Patri in Chriſto, fratri Michaeli Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniſtro, Sancia, Dei gratia, Hieruſalem & Siciliæ Regina, beati Franciſci ac Ordinis ſui humilis & devota filia, ſeipſam cum recommendatione humili & devota.

Litteræ Reginæ Sanciæ ad Miniſtrum Generalē.

VObis innoteſcat, Pater cariſſime, quod Fratres veſtri Ordinis nuper Neapoli in Generali capitulo adverterunt devotionem noſtram, & affectum ſinceriſſimum, quo Ordinem ipſum inter omnes ſtatus Eccleſiæ ſingulariter amplectimur, qui voto unanimi & perfecta concordia quædam, quæ pro ſalute animæ noſtræ, ac proſperitate Regnorum noſtrorum ab ipſis humiliter & devote petivimus, conceperunt favorabiliter, voluerunt que ipſa per veſtrum officium confirmari. Petivimus enim, quod ſalus animæ noſtræ, Dominique noſtri ſit impreſſa firmiter in cordibus Fratrum omnium, ſitque anima noſtra cum animo cujuslibet eorum in unitate ſpiritus per vinculum caritatis, ſimuſque plene participes bonorum, quæ per Fratres ſingulos, vobis commiſſos, ubique terrarum Salvatoris clementia operari dignabitur, ita quod Frater quilibet accipiat animam noſtram cum ſua, ſicut unam in plenaria participatione meritorum. Et debent hoc Fratres facere, quia anima noſtra magis eſt in ipſo Ordine, quem amat juſtiſſime, quam in noſtro corpore, quod animat & informat. Inſuper cum illud generale capitulum appropiaverit ad noſtram petitionem humilem & affectuoſam, in quolibet Conventu Ordinis, univerſis & ſingulis diebus dum vivimus unam miſſam pro vivis, & poſt obitum noſtrum ſimiliter unam miſſam pro mortuis, ubique per totum Ordinem celebrandam, quotidie in perpetuum, paternitati veſtræ reverendæ ſupplicamus devote & humiliter, quod prædicta omnia confirmare dignemini, confirmataque nobis per Miniſtrum Terræ Laboris ſub ſigillo veſtro tranſmittere, imponatiſque Miniſtris omnibus quod iſta per vos & ipſos nobis conceſſa, teneantur denunciare in ſuis capitulis Provincialibus, ac Provinciarum ſuarum ſingulis conventibus, obligareque Fratres ſingulos ad omnia ſupradicta. Nos autem præter perſonam noſtram regnumque noſtrum, quantum poſſumus, honori & utilitati ac defenſioni veſtri Ordinis offerimus, & hoc propoſitum cum Dei adjutorio ſemper continuare intendimus. Paternitatem Veſtram ſuo ſancto Ordini conſervare dignetur Altiſſimus per tempora longiora. Datæ in Caſtro Neapolitano die x. Junii XIV. *Indictione, anno Domini* MCCCXVI.

Ordinis erga eamdem gratitudo.

V. Re-

V. Relicto Aſſiſio Generalis Miniſter abiit Bononiam, ſed ex Monaſterio Confortini Provinciæ Bononienſis ſcripſit ad univerſos Fratres Epiſtolam, in qua magno regularis obſervantiæ zelo plurima Fratribus præſcripſit, alia prohibuit. Incipit epiſtola: *Gravi qua premor ſarcina mei officii*. Data eſt hoc anno XXI. Auguſti. Præſcripſit longitudinem, latitudinem & qualitatem indumentorum; pecuniæ receptionem niſi in caſibus neceſſitatis imminentis, & ſecundum Pontificum declarationem rigoroſe voluit Fratribus interdictam. Juſſit ne fructus aut hortalitia exteris venderentur; ne ædificia ſumptuoſa aut curioſa fabricarentur; ne Fratres equitarent, aut calceati incederent, niſi examinata per diſcretos Conventuum eorum neceſſitate, & conceſſa in ſcriptis facultate; ne adoleſcentes ad ſtudia generalia tranſmiſſi ullo modo equites abeant, ſin aliter a ſtudio abarceantur, nec a Guardianis recipiantur, ſi curſu abſoluto ita regrediantur, ad Lectoris & Prædicatoris officium nullatenus admittantur; neque ullus ad ſtudia generalia tranſmittatur, qui pedes ire non poſſit. Guardianus non fiat, nec ad ulla Ordinis officia admittatur, qui vitam non duxerit cum ceteris communem. Carnes modeſte & in modica quantitate abſque ferculorum multitudine ad prandium dumtaxat manducentur, & omnis ſuperfluitas, profanuſque apparatus tollatur e menſis.

Ceſenas jubet Ordinis abuſus abſcindi.

VI. Floruerunt hoc tempore plures viri docti in religione, frater Petrus Aureoli de Verberia olim Vermeria ad Æliam fluvium, Magiſter in Theologia undique notiſſimus, quem plurimi Cardinalem effingunt, ſed & in commentariis ejuſdem in Magiſtrum ſententiarum Romæ editis Cardinalis nuncupatur, quod mihi haud omnino certum videtur; neque enim apud vetuſtos auctores hujuſmodi Cardinalatus ulla prorſus occurrit memoria, neque ullam de Cardinale mentionem agunt Piſanus, Rodulphus aut Gonzaga, qui Cardinalium ex Ordine Minorum aſſumptorum catalogum intexunt. Adfuiſſe fertur comitiis Neapolitanis,& alium, non Michaelem Ceſenatem, deſideraſſe habere Miniſtrum Generalem, neque defuiſſe, qui hoc referret Ceſenati, & ſuggereret, ut eum e cathedra Pariſienſi, quam moderabatur, ad cœnobiolum aliquod humile retraheret. Pie tamen & religioſe præfectum reſpondiſſe dicunt. Ne permittat Deus, ut ego propter peculiares reſpectus, aut proprias injurias tantum malum inferrem noſtro Inſtituto, & clariſſimum hoc lumen velim abſcondi, multo minus extingui. Anno ſequenti licentiam in facultate Theologica obtinuiſſe mihi probat diploma Pontificium, tunc producendum. Singulari privilegio accepiſſe ſcribunt Pariſiis gradum magiſterii adhuc adoleſcentulum, antequam per ætatem liceret initiari presbyterio. Legit publice Magiſtrum ſententiarum magna cum laude, donec ad Archiepiſcopatum Aquenſem in Gallia aſſumptus eſt, uti ſuo loco dicemus. Multa ſcripſit doctiſſime, quæ omnium calamis commendantur, diſſeruitque acriter peculiari libello pro Virginis Mariæ conceptione immaculata. Trito vocabulo pro illius temporis ratione appellabatur *Doctor facundus*.

Ita in Capitulari. Caroli Calvi, & apud Aymon. lib. 4. c. 57.

Floret Petrus Aureolus, & an fuerit Cardinalis.

Marian. lib. 4. c. 1. Chron. antiq. MSS.

Anno 1321.

VII. Eminebant etiam doctrina Michael ipſe, Generalis Miniſter, Magiſter Pariſienſis, qui tum in ſacros Codices, tum in Magiſtrum ſententiarum plura ſcripſit; frater Aſteſanus de Aſte, Galliæ Ciſalpinæ civitate, Provinciæ Januenſis alumnus, omni ſcientiarum genere excultiſſimus, auctor *Summæ Aſtenſis* a ſuo nomine nuncupatæ, quam exhortante & deprecante Joanne Caetano Urſino Diacono Cardinale ſancti Theo-

Michael Ceſenas.

Aſteſanus de Aſte.

Aſteſanus alius.

Theodori compoſuit. Alius etiam præter hunc Aſteſanum, ejuſdem nominis, ſed cognominis diverſi, floruit hoc tempore, qui in ſententias & ſuper Apocalypſim ſcripſit, aliaſque addidit lucubrationes. Frater

Guillelmus Occham.

Guillelmus Occham Scoti diſcipulus, de quo frequenter agendum erit ſub hoc Pontificatu Joannis XXII. Plura ſcripſit, non tamen omnia probantur, maxime quæ in Joannem Pontificem temere effudit. Quæ ad Theologiam ſcholaſticam ſpectant, ſunt acutiſſima, & in ſcholis celeberrima.

Bertrandus de Turre.

Frater Bertrandus de Turre hoc tempore Miniſter Aquitaniæ Magiſter præclarus in Theologia, in qua multa ſcripſit, aſſumptuſque eſt ad Cardinalatum a Joanne XXII.

Philippus a Caſtellione Aretino.

VIII. In Provincia Tuſciæ hi ceteris prælucebant, frater Philippus a Caſtellione Aretino, in Theologia Magiſter inſignis apud Oxonienſes, ubi, dum verſaretur inter Theologos, & in Curia Pontificia quæſtio illa ſatis moleſta de paupertate Chriſti, plura edidit de hac controverſia opuſcula.

Philippus de Carfagnano.

Frater Philippus de Carfagnano ſacræ Theologiæ Doctor, & per Tuſciam longo tempore hæreticæ pravitatis Inquiſitor, ſæpius ad præfecturas & officia ſui Ordinis in prædicta Provincia vocatus, ſemper gratus, ſemper ſubditis deſiderabilis.

Tondellinus de Gangalanda. *Tom. 5. an. 1296. n. 13.*

Frater Tondellinus Comitum de Gangalanda filius, de quo nos alias locuti ſumus, vir doctus & mirificus Prædicator, in univerſa illa regione fama & factis notiſſimus. Obiit Florentiæ in ſenectute bona anno MCCCXVIII. ſub Octava Omnium Sanctorum.

Philippus Florentinus.

Frater Philippus de Florentia dictus Ultranenſis, in ſacra Theologia & Philoſophia Magiſter. Legit longo tempore Florentiæ & Patavii, & plura poſteris monumenta reliquit.

Gualter. Brimbel. *Pitſeus ad ann. 1310.*

IX. In Anglia hi reliquis clariores, Gualterus Brimblæus vel Brimbel ſacræ Theologiæ Doctor Oxonienſis, & publicus Profeſſor, homo fuit acuti & ſublimis ingenii, qui argutias ſcholaſticas tum in Philoſophia, tum in Theologia penitiore oculo inſpexit & penetravit, & tanta explicuit facilitate, ut difficilia quæque clara & obvia ſuis auditoribus reddiderit, & poſteris reliquerit. Claruit ſub Eduardo II. Angliæ Rege.

Ranulph. Lokeslæjus.

Ranulphus Lokeslæjus Oxonienſis Doctor & Profeſſor, libros Sententiarum publice legit, & Commentariis illuſtravit.

Guillelm. Gainesburgus.

Guillelmus Gainesburgus, Oxonienſis Doctor, & in eadem Academia Profeſſor, vigeſimus quintus eorum, qui ex hoc noſtro Inſtituto ibidem Theologiam docuerunt, vir pietate, prudentia, omnique melioris doctrinæ genere inſtructus, quibus nominibus apud magnates egregie audivit. Hunc Eduardus I. Anglorum Rex cum fratre Hugone Mancheſterio Ordinis

Vide Walſingam in Eduar. I. ad an. 1295.

Prædicatorum, Legatum miſit ad Philippum Francorum Regem pro componendis inter Reges controverſiis, ubi prudenter egit, & negotium

Lector ſacri Palatii.

ſibi commiſſum pro votis confecit. Romæ lectorem fuiſſe ſacri Palatii ſcribit Thomas Eccleſtonus, & Epiſcopum Wigornienſem fuiſſe diximus

An. 1302. n. 9.

ſuperius. Ad hunc Epiſcopatum a Bonifacio VIII. aſſumptum an. MCCCX. ſcribit Pitſeus, at tunc non Bonifacius, ſed Clemens V. ſedebat. Verum

Harpſf. in hiſt. Anglic. ſeculo 14. c. 26. *Idem ſeculo 13. c. 23.*

eſt, Nicolaum Harpsfeldium eum inter Epiſcopos Wigornienſes recenſere, & aſſerere a Bonifacio hoc honore affectum, atque alio in loco Mathæum Weſtmonaſterienſem ſecutum dixiſſe, eumdem poſt Walterum Cantilupium ad annum Domini MCCCI. defunctum, fuiſſe ad eamdem Sedem aſſumptum, ſed utriuſque in hac ſucceſſione errorem oſtendimus loco citato. Additque demum, Wigornienſem diœceſim valde illuſtraſſe

Joannes Wallius

hoc ſeculo fratrem Joannem Wallium Minoritam, qui Theologiam Lutetiæ Pariſiorum, magno cum auditorum applauſu atque fructu prælegit, mul-

Digitized by Google

multiſque libris editis nomen ſuum poſteritati commendavit. „ in Germania hoc anno florebat pietate & litteris frater Eligerus. filius Henrici Comitis Stolbergen. & N. filiæ Ducis Saxoniæ.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

S. Elzearius Comes Ariani.

Surius ad 28. Septemb.

Marian. lib. 4. in fine legen. ejus MSS.

Ubi & quibus parentibus natus.

X. Florebat hoc tempore inſigni pietate & plurima virtute ſanctus Elzearius Comes Ariani Tertii Ordinis ſancti Franciſci. Hoc ipſo anno ætatis xx. receſſit e domo ſui avi, abiitque ad caſtrum Podii Michaelis, quod erat Virginis Delphinæ ſuæ conſortis proprium, ut ſupervacaneam curam & delitias avi fugeret, liberiuſque Deo inſerviret. Natus eſt in caſtro Auſoiſii in Gallia Narbonenſi patre Hermongao a Sabrano viro nobili, & potenti, matre Lauduna Albana, ſeu Albæ, quæ ob ſanguinis claritatem, & vitæ integritatem ab Elzeario & Cæcilia, ſui mariti progenitoribus, valde dilecta *bona Comitiſſa* vocabatur, eratque valde pia & Deo devota. Hæc cum ex viro ſuo ſanctum Elzearium concepiſſet, magnam præter morem ſenſit animi mutationem, ita ut ſanctis arderet deſideriis, & ad pietatis opera inflammaretur. Cum enim aliquando pro aliqua animi recreatione extra caſtrum Auſoiſium cum aliis iret deambulatum; ceteris e familia mundanis ſolatiis & ſermonibus ſeſe oblectantibus; illa cum Garſenda Alphanti, nobili, ac raræ cujuſdam pietatis, & devotionis, diviniſque revelationibus celebri Domina, ſeorſum ſua habebat colloquia, devitanſque ſermones frivolos & otioſos ab illa ſanctæ inſtitutionis verba hauriebat. Interim vero ſuum illi animum pandens, dicebat mundum hunc, & ea quæ mundi ſunt, adeo ſibi inſipida eſſe; ut ſi viri lege ſoluta eſſet, totum mundum relinquere, divinoque ſervitio ſe mancipare ſtatueret; maxime ſpiritu interiori ſæpiſſime & quaſi perpetuo ad id ipſam extimulante. Quod quidem Garſenda non parum admirabatur, & lætabatur plurimum; quod eam cerneret repente in melius mutatam, dicens id non ſine ſancti Spiritus unctione ei eveniſſe.

Ejus genitrix ab ipſo illius conceptus arſit ad pietatem.

Fr. Joannes Juliani, ejuſdem genitricis cõfeſſarius, laudatur.

XI. Ejus quoque confeſſarius frater Joannes Juliani Franciſcanus, vir magnæ puritatis & perfectionis, divina illuſtratus ſapientia; de ea quandoque referebat, ſe recens in ea comperiſſe præter morem ſuperioris ejus vitæ, ſanctum atque conſtans ejus animi propoſitum ad quævis virtutum ſtudia, bona opera, mundi contemptum, Deique timorem conſectandum; nec ſine ingenti admiratione, tamquam Prophetica voce, dicebat; ſi vixerit diu hæc fœmina, magna per eam efficiet Altiſſimus, aut certe inſignis erit proles ejus. Poſtquam autem partus tempus advenit, felix mater feliciorem edidit filium, eumque primogenitum; atque eadem hora cum ferventi devotione, & gratiarum actione obtulit eum Deo, ita dicens: *Domine Deus ad cujus imperium exiſtunt creaturæ omnes, gratias tibi ago pro hoc filio, tua benignitate mihi donato, teque humiliter oro, ut eum tibi ſervum accipias, & tuæ benedictionis gratiam ei largiaris. Quod ſi tu illum noſti fore divinæ voluntati tuæ rebellem; ubi ſacro baptiſmate erit candidatus, illum ſine mora tollas e medio. Satius enim eſt eum innocentem, & nullis propriis auctum meritis, tecum vivere, & mundo emori, quam in hac mortali vita tuam offendere majeſtatem.*

De beati Elzearii divinatione.

Editur Elzearius Deo mox a matre devotus.

XII. Ut autem Deus oſtenderet, ſe hoc ſacrificium accepiſſe in odorem ſuavitatis: tantam pietatem infantis illius animo in ipſis incunabulis inſtillavit, ut cum necdum triennii ætatem compleviſſet, erga Chriſti pauperes mirabili commiſeratione afficeretur. Nam cum bajularum brachiis portaretur, in caſtri Auſoiſii porta ſæpe pauperes humaniſſime intuens, nullo pacto progredi volebat; imo vero etiam ſine intermiſſione acerbe plorabat, niſi illis præſtita eſſet eleemoſyna. Atque ea cauſa nu-

Adhuc infans eleemoſynis pauperum oblectabatur.

nutrices ejus vel ob afferendum panem redibant in caſtrum, vel ſecum ferebant, ut illi infanti ſatisfacerent. Cumque pauperes accepiſſent eleemoſynam, lætus & alacer tranſibat. Poſtquam autem ætatis quintum exceſſit annum, quidquid ex ludis puerilibus, vel aliunde acquirere potuit, in pauperes erogabat: infanteſque & pueros, cum quibus interdum captabat ſua ſolatia, præcipue vero inopes, ad prandium ſuum curabat invitari. Sic ille adhuc infans & puer pius & benignus erat erga pauperes, humilis & comis erga omnes, placidus, religioſus & obediens erga ſuum præceptorem, verbis parcus; ſed tamen affabilis, maturus moribus & ſedatus, vultu jucundus & hilaris, inſigniter honeſtus, formoſus corpore, habitudine ſive conſtitutione corporis ſanguinea, liberalis & manſuetus, & quantum illa ſinebat ætas, providus & moderatus. Denique ita cœleſtibus præventus chariſmatibus atque donis, ut certis poſſet indiciis animadverti, quam eximiæ eſſet & excellentis quandoque ſanctitatis futurus.

Puer ipſe pauperes ad menſam invitabat.

Optimi ejus in pueritia mores.

XIII. Interim nutriebatur ſub cura & moderatione Domini Willelmi de Sabrano patrui ſui, Abbatis Maſſilienſis: & ut creſcebat ætate, ita & ſapientia divina & gratia apud Deum & homines proficiebat. Adeo vero in illa tenera ætate zelo fidei incenſus erat, ut diceret cuidam Monacho Religioſo Abbatis jam dicti; magno ſe teneri deſiderio proficiſcendi ad regiones infidelium, atque illic in confeſſione Chriſti per martyrium excedendi e vita. Quæ verba & admiratione Monachum illum affecerunt, & ſingularem quamdam in intimis animi ejus penetralibus devotionem excitarunt.

Educatus apud Monachos.

XIV. Actum eſt autem divina providentia, ut puer iſte Angelicæ puritatis & columbinæ ſimplicitatis & innocentiæ, cum decennis eſſet, mandato Sereniſſimi Principis Caroli II. Hieruſalem & Siciliæ Regis, eo ipſo præſente, virginem Delphinam, non ſine magno myſterio, in urbe Maſſilienſi ſibi ſponſam acciperet, puellam annorum duodecim, moribus ipſi non imparem, nec mediocriter in Chriſti timore firmatam, divino amore egregie accenſam: ut poſt tres annos in caſtro Poderii Michaelis, feriis ſanctæ Agathæ conjugium illud more ſolemni coram Eccleſia publice celebraretur. Ea ſolemni cæremonia peracta, quarto die virgo Delphina adducta eſt cum multa celebritate ad ſponſum ſuum in caſtrum Auſoiſii, ibidem habitatura cum illo. In ipſa autem nocte in cubiculum ejus admiſſa, aperuit illi arcana pectoris ſui conſilia, inter alia ſic dicens: *Ego ad matrimonium accedo invita, a parentibus eo pertracta. Virginitatis enim theſaurum incomparabilem conſervare, & propoſui, & propono, divino me, ut id faciam, inſtinctu adhortante.* Audiens id juvenis Elzearius, cum ille divini adhuc conſilii ignarus, necdum conſtituiſſet virgo permanere, ut erat totus comis & placidus, libenter ſuſtinuit virginem ſponſam iſta dicentem: divinoque timore correptus, tota illa nocte eam non attigit, nec ullum verbum inhoneſtum locutus eſt. Illa vero totam illam noctem duxit inſomnem, eum lacrymis & ſuſpiriis orans Deum flexis genibus, eique ſuam virginitatem commendans. Noctibus inde conſecutis, ſimul atque in cubiculum pariter conveniſſent, prudens puella, caſtis, boneſtis & religioſis ſermonibus ſponſum antevertebat: effecitque ut uterque corporis integritatem ſervaret. *Beata ſane conjugia quæ terrena prole contempta, continentiam inter ſe pari conſenſu conſervant.* Atque id certo *ſciant ſibi quidem mercedis amplius deberi, quam conjugalis caſtitas poſcit.*

Elzeario decenni Delphina deſponſatur.

Delphina ſponſum ad virginitatem ſervandã reduxit.

Aug. lib. 2. de ſerm. in mon. c. 25 Idem de bono conjugii c. 25.

XV. Cum

XV. Cum autem felix ille puer, etiamnum apud Abbatem ſupradictum moraretur, & a petulante familia ad fœdas carnis libidines incitaretur: fortiſſimo animi propoſito apud ſe deliberavit, potius in mortis diſcrimen conjici, quam Deum mortifero peccato offendere; atque interim ſuam ſponſæque ſuæ continentiam celans, ita reſpondit; *eſt mihi ut noſtis, conjux eleganti forma, & ea ſufficit mihi*. Eodem anno tota quadrageſima, Eccleſiæ jejunia ſervavit, & nodoſa chordula fortiter ſtringebat nudum corpus; adeo ut e ſaucia carne ſanguinem exprimeret, & totam faciem pallor obtineret. Veneri nuncium remittit.

XVI. Anno ætatis decimoquinto ſanctus hic juvenis in feriis Aſſumptionis beatiſſimæ Matris Dei, cum eodem Abbate erat in loco, quem *De ſaltu* vocant: ibi enim primitias ſeu primum ſacrificium quidam faciebat, & nobilis quidam equeſtri Ordine, & dignitate donabatur: ejus ſacratiſſimæ ſolemnitatis nocte erat in precibus, quæ matutinæ dicuntur; & mane facta confeſſione, pie ſumpſit ſacroſanctam Euchariſtiam, ut cum Matre gratiæ nocte ac die animo in cœlos aſcenderet, & viſitationi divinæ propediem affuturæ ſuam animam præpararet. Sub prandii horam ſanus & incolumis, cum ſuo patruo ad menſam ſervire deberet, ut erat bonis moribus civiliter admodum inſtructus, nihil quamvis admonitus, cibi ſumere voluit. A prandio vero ſedens ad menſam, cum cibum deguſtaſſet, ſubito venit in eum ſpiritus gratiæ, cor ejus vehementer inflammans, idque cum multa ſuavitate divini amoris. Ejus autem flammæ & ardoris interioris tanta vis fuit, ut abſcondi non poſſet. Totus enim extrinſecus mutatus fuit, & toto corpore calefactus, atque in vultu rubore perfuſus. Quod ut ejus Sodales adverterunt, de ejus ſalute ſolliciti, quod eum putarent febri correptum, a menſa in cubiculum eum adduxerunt, ut illic quieti ſe daret. At illis abeuntibus, humi proſtraſtratus, in preces incubuit, quales ſpiritus ſuggerebat. Atque illic tantas divini amoris perſenſit flammas, ut totus ejus colliqueſceret animus, atque in Deum transformaretur. Adparavit ſe Dei gratiæ. Quam illico ſenſit.

XVII. Tum vero oſtendit ei Deus vitæ hujus brevitatem, & ut totus hic mundus, bonorum cœleſtium contemplatione, & comparatione merito ſit contemnendus: tantuſque inde natus in illo eſt rerum omnium mundi hujus, bonorumque labentium contemptus; ut ſi totus orbis terrarum, & quidquid in illo eſt rerum pretioſarum, ei oblatus eſſet, plane fuerit recuſaturus, nec alio quam vilis luti loco habiturus; quippe qui tum ſolum Deum ardentiſſime ſitiret. Videbat tunc apertiſsime quanta Dei miſericordia in illum uſque diem ſervatus eſſet: ne in multa facinora prolaberetur, & ut peculiariter corporis ejus integritatem ſive virginitatem Dominus conſervaſſet. Ea cauſa plane tam apud ſe ſtatuit, numquam de hærede aut hæreditate curam, cogitationemque ſuſcipere, ſed perpetuo ab omni abſtinere concubitu, ſicuti eum multum hortata erat ſponſa illius. Multum etiam cogitare cœpit, quemadmodum ſoli poſſet placere Deo: atque in ejuſmodi meditatione & amoris incendio, toto animi affectu Deum rogavit, ut rationem indicare ipſi dignaretur, qua vellet eum vitam inſtituere ſuam. Omnia enim temporalia relinquere, & in deſerta ſecedere loca, ubi omnibus ignotus, ſub ſola divinæ protectionis ſpe & fiducia, totum ſe divino cultui manciparet, ſummopere tum appetebat. Sed poſt illas preces audivit tamquam alicujus in ipſo loquentis vocem, ne ſtatum ſuum deſereret, nec aliquo ſecederet, neque res facultateſque ſuas abiiceret. Illo autem reſpondente, ſe propter fra- Mundum totum deſpiciens. Deo ſoli placere ſtuduit.

fragilitatem ſuam, non poſſe hac ratione in illo divini amoris fervore vivere ac perſeverare; rurſus dictum eſt ei; *ſcio equidem quantum poſſit: quodque tu non poteris, ego faciam & ſupplebo*. Simulque fortiter admonitus eſt, ut virgo permaneret.

Confirmatus Dei gratia, mundo mortuus mortem non timuit.

XVIII. Poſt hunc raptum admirabilem, divinamque viſitationem, adeo fuit in animo, divino munere conſecratus, ut ab eo tempore nullam ſentiret appetentiam rerum temporalium, nec alicujus caduci honoris, nec quidquam de hærede cogitaret: ſed voluntate prorſus iis omnibus mortuus eſſet ac ſepultus; nec quidquam mortem reformidaret: imo quandocumque & ubicumque Deo viſum eſſet, libenter eam excepturus. Valde etiam confirmatum ſe ſenſit ad tuendam corporis integritatem, abſque tamen ulla voti nuncupatione: & quod mirandum in illo potius eſt & venerandum, quam imitandum, quandocumque cum ſua ſponſa cubabat, quanto ei propinquior erat, tanto virginitati & puritati ſuæ minus metuebat. Atque ita illi ſimul habitantes, nec domum, nec cubiculum, neque lectum ſeparatim habebant: nec Delphinam exiſtimabat eſſe ſuam conjugem, quantum ad ullum carnale commercium attinet, idque etiam Delphina de ſe teſtabatur. Atque ea cauſa vocabat eum nutritorem eorum bonorum, quæ ipſi Deus contuliſſet, patremque animæ ſuæ & virginitatis cuſtodem. Et ſunt hæc ſane magna & alias pene inaudita. Sed fuit ille poſt eum, quem diximus, mentis exceſſum, in tantum adverſus carnis tentationes divina gratia munitus, ut iis quaſi mortuus videretur, nec quidquam unquam ullum carnalis tentationis indicium in eo animadverteret. Quodque his majus eſt, ſi dormienti aliqua illuſio ejuſmodi tentationum occurreret, fortiter etiam in ſomnis reſiſtebat: & nobilis ſpiritus ejus ſemper in acie ſtabat pervigil, virginitatis theſaurum gnaviter defendens, accurateque cuſtodiens. Hæc vero ille de ſe ipſo poſtea revelavit quibuſdam confeſſariis ſuis.

Mirum caſtitatis exemplum.

In eo nullū impuræ tentationis indicium.

Noctes ſæpe in orationibus continuavit.

XIX. Poſt eumdem mentis exceſſum, ſanctus & felix juvenis, ſemper noctibus antequam dormitum iret, prolixe orare ſolebat: atque interdum in ſanctis meditationibus, & contemplationibus magna noctis parte verſabatur, plerumque etiam donec illuceſceret. Atque Id tum liberius faciebat, quando erat cum ſponſa ſua, a qua non perinde ſibi cavebat, ſicut a ceteris. Interdum mediis ſurgebat noctibus precandi cauſa. Annos natus ſeptemdecim, nonnumquam morabatur apud filios Caroli Regis: cumque eſſet in urbe Aquenſi in hujus Regis palatio, quadam nocte, ceteris dormientibus, ſolus ſurrexit, & ingreſſus in aulam ubi nullus erat, ad feneſtram flexis genibus oravit. Subito autem divinitus inflammatus, totus lacrymis perfundebatur; venitque tum in quamdam mirabilem cognitionem miſeriarum, atque culparum ſuarum, ut profunda quædam abyſſus earum ſibi propoſita videretur; planeque perſuaſum haberet, totius vitæ ſuæ ſpatia non ſufficere agnoſcendæ illi ineffabili miſericordiæ & bonitati divinæ, qua & hactenus eſſet præſervatus, & deinceps præſervandus. Itaque ex tanti beneficii agnitione ſe profundiſſime coram Deo humiliabat; ſentiebatque ſe Dei miſericordia indignum, ſed dignum potius ſe millies damnari in tartarum: & ex ſe quidem pronum eſſe ad omnia mundi crimina perpetranda, & ea quoque ſe re ipſa perpetraturum fuiſſe, niſi divina benignitate eſſet præſervatus. Sub hujuſmodi meditatione Dei miſericordiam corde contrito & humiliato deprecans, vocem audivit intus ita dicentem: *Noli conſiderandis peccatis tuis uſque adeo te affligere; major enim eſt miſericordia mea, quam*

Miſeriam ſuam cognoſcens imparem ſe videt divinæ miſericordiæ.

quam errata & deliſta tua: ſed bona ſpe fretus, plane tibi perſuadeas, non me permiſſurum unquam, ut perdas gratiam meam. Tum vero ille amore languebat, optabatque ut omnes ſentirent, quod ipſe tunc ſentiebat, Deumque toto corde diligerent, nec eum offenderent unquam. Major Dei miſericordia noſtra miſeria.

XX. Deinde ſpiritu translatus eſt in quamdam planitiem latam & amœnam, in qua erat Eccleſia, atque in ea multitudo magna Miſſæ ſacrificium auſcultare volentium, quod quidam ſacerdotalibus indutus veſtimentis, facturus erat. Inchoarunt autem cantores ſacrificium admodum ſuaviter, & pie ab his verbis: *Nos autem gloriari oportet in cruce &c.* Cumque ſacrificium de ſancta Cruce fieret, & omnis populus ſingulari quadam pietate auſcultaret, videre ſibi viſus eſt Chriſti paſſionem in totius populi mentibus renovari, ſuum quoque animum erga eam paſſionem ferventiſſime inflammari. Ita totum illud audivit ſacrificium: adeoque cum crucifixo Domino ſuo fuit confixus, ut non ſolum ejus paſſionem & mortem perpetuo in ſuo pectore circumferret, ſed etiam pro Chriſto mortem oppetere ardentiſſime deſideraret. Atque deinceps injurias, afflictiones, pericula & damna non modo ferebat patienter, ſed etiam rebus adverſis lætabatur; ſuoſque perſecutores & adverſarios plus ſolito diligebat, & pro illis Dominum ſpecialiter deprecabatur. In hoc mentis mirando exceſſu uſque ad Solis ortum immotus, atque inſenſibilis perduravit. Tum vero medicus liberorum Regis, in illam aulam ingreſſus, & eum ad feneſtram ſtantem, nihilque ſe moventem cernens, acceſſit propius, & bis nomen ejus appellans, nihil ab eo tulit reſponſi. Tamdem tertio appellatus, ad ſe rediit, & oculos, quos perpetuo interim apertos tenuerat, difficulter & cum dolore clauſit. Videbatur enim illi plenos eos eſſe minuta arena. Veſtem autem ſuam ante pectus totam comperit lacrymis madefactam. Viſio ejus de ſacrificio Miſſæ. Ex quo perpetuo fuit in Dominicæ paſſionis cogitatione.

XXI. Alio tempore cum eſſet Auſoiſii, & virgo Delphina ſponſa ejus caput illius lavaret, ait ad eam: *Ocyus me expedito*: ſentiebat enim a Domino ſe viſitari. Surgens autem, in cubiculo ſe orationi dedit, manſitque illic tota nocte in precibus & contemplatione divina. Sub aurora vocavit ſponſam; eaque mox cum lumine accedens, invenit eum totum inflammatum, cernebatque ab ejus vultu quamdam proficiſci claritatem, candelæ luce ſplendidiorem, atque pulchriorem. Ea claritas & faciem ejus & locum illum ſpecioſum, & luculentum reddebat. Opportuno inde tempore expoſuit ille ſponſæ ſuæ, ſe tota illa nocte vidiſſe & perſenſiſſe ineffabilem illam Dei benignitatem, & præmia vitæ æternæ, quæ Deus præparavit diligentibus ſe, atque idcirco ab omni alio amore ſe prorſus abhorrere. Perſpicue tum videbat, & continue ſentiebat Deum ſemper paratum eſſe ad impertiendum nobis dona, & chariſmata ſua, ſi inveniret homines, qui tam vellent ea accipere, quam ipſe cuperet largiri. Crebro autem ejuſmodi viſiones & divini influxus offerebantur ei, quibus totus ſpiritualiter nutriebatur. In contemplatione divina luce colluſtratus fuit. Deus ſemper promptus largiri gratiam.

XXII. Anno ætatis ſuæ decimo octavo aut circiter, in eodem Auſoiſii caſtro ad veſperam ſabbati in cubiculum intrans, invenit ſponſam ſuam Delphinam illic orantem. Igitur more ſuo precibus vacans, tota nocte uſque ad orientem Dominico die ſolem, in oratione & contemplatione permanſit: multaque præclara & admiranda ſibi tum divinitus oſtenſa fuiſſe, poſtea indicavit ſponſæ, & confeſſario ſuo fratri Joanni Juliani. Erant autem hujuſmodi qualia ille numquam auſus fuiſſet petere a Deo. Vidit enim cum inæſtimabili gaudio, quemadmodum pater gignit Filium

Sanctiſſimæ Trinitatis vidit myſteria ineffabilia.

& Spiritus ſanctus ab utroque procedat, qui eſt amor in divinis perſonis, & ut tres perſonæ non niſi unus ſint Deus; nec tamen potuit hujus generationis & ſpirationis modum ullis explicare verbis, ſed quoties aliquid pro viribus dicere tentabat: *O quam male*, inquit, *& imperfecte loquor; non poſſum explicare quod vidi, nec efferre lingua, quod experimento didici*: fatebaturque, non ſine magno cruciatu ſe inde dicere, cum ſint inexplicabilia, ſeque in toto mundo nihil quidquam vel auditu, vel cogitatione percepiſſe, quo ſecundum aliquam, vel ſimilitudinem, vel proprietatem, aut congruentiam declarare poſſet ea, quæ tum viderat. Oſtenſum quoque illi eſt in ea viſione, quemadmodum illi infinitæ bonitati, quæ Deus eſt, placuit condere creaturas, quibus ſeſe communicaret, eaque cauſa Angelos & homines eſſe creatos. Vidit etiam Deum tanto cum amore creaſſe hominem, ut propter eum ceteras condiderit creaturas, & ſi innocentiam conſervaret, nec ad iniquitatem deflecteret, numquam eum aliquid extra Deum amaturum, neque appetiturum. Oſtenſa quoque illi fuit ruina primi parentis, quæ nobis ſempiternam peperiſſet mortem, niſi divina caritas nobis ſubveniſſet: & quo pacto Deus ſua gratia præveniat peccatores: atque adeo, ut etiam impiorum damnatione, quantum ad Deum attinet, occaſio præbeatur hominibus pertingendi ad ſalutem, & ut ſola malitia noſtra ad mortem nos adducat ſempiternam, quod gratiam Dei recipere nolimus. Tum præterea, quomodo *judicia Dei ſint juſtificata in ſemetipſa*. Vidit quoque ut caritate ineffabili Filius Dei noſtræ ſalutis reparandæ cauſa, ſeſe humiliaverit, & carnem humanam aſſumpſerit: quam quidem caritatem felix juvenis exprimere oratione nequivit. Præterea de ſanctiſſima Christi Matre myſteria & opera vidit incomprehenſibilia; quibus Deus eam ſibi matrem efficere voluit, nec ea quoque ullis potuit indicare verbis. Itemque cur adeo pauper & humilis Chriſtus naſci voluerit, totumque vitæ ſuæ curſum in anguſtiis exigere, ex amore incredibili exemplum ſe nobis præbendo. Cur prædicationis ſuæ miniſterium non per alium aliquem, ſed per ſeipſum voluerit exequi.

Vidit cauſam & originem creaturarum.

Lapſum Protoplaſtorum & reſtitutionem.

Pſal. 18. 10.

Cauſam Incarnationis & œconomiæ Chriſti.

XXIII. Tum quoque ut ex amore modum omnem excedente, ſe nobis dederit in venerabili Sacramento altaris, volens ſine intermiſſione ſuam bonitatem & ſeipſum totum nobis communicare, atque uſque ad finem mundi nobiſcum tam familiariter pro noſtra utilitate & ſalute permanere. Sentiebat etiam divinum illum amorem, quo impellente accedere non dubitavit ad tam diram & acerbam paſſionem, & mortem: omnia faciens & perferens ex immenſa erga nos caritate. Hujus vero contemplatione Angelicus juvenis flebat amare, dolens Chriſtianos omnes iſtud toto animo minime ſentire, nec parum admirans Chriſtianos ſuis peccatis & ſceleribus impedire, quominus tantam ſentiant caritatem & miſericordiam. Simul etiam intellexit, uti per Chriſti paſſionis & mortis meritum, Sanctis vita ſit æterna reſtituta: utque ab inferis redempti ſint illi, & nobis vitæ janua patefacta. Oſtendit quoque illi Dominus gloriam reſurrectionis ſuæ, triumphum cum quo in cœlos aſcendit, caritatemque ex qua miſit Spiritum ſanctum: ſimulque ſentiebat caritatem Dei diffuſam in cordibus Apoſtolorum, cujus impulſu loquebantur & prædicabant, ut totum orbem ad Chriſtum converterent. Sentiebat etiam cum quanta amoris firmitate fides recepta fuerit; & quemadmodum propter eam ſancti Martyres hilariter ad mortem properarint; ſummeque deſiderabat, ſe in illud poſſe tempus incidere, ut cum illis omnibus pro fide

Cur item Chriſtus in Euchariſtia ſe communicaverit nobis.

Cur etiam tam acerbam pro nobis obierit mortem.

Reſurrectionis & Spiritus ſancti miſſionis myſteria intellexit.

fide ſibi occumbere liceret; ſentiebat enim quæ præmia illos maneant, qui pro Dei reverentia perſecutiones & moleſtias perpetiuntur, ajebatque ex hoc animadvertere ſeſe, curam, qua Deus tueretur Eccleſiam ſuam; immenſam quoque caritatem, qua Sacramenta inſtituerit noſtræ ſalutis cauſa, in quibus inexplicabilem ejus dilectionem, & miſericordiam percipiebat. Et Sacramentorum cauſas.

XXIV. Hæc autem omnia referens, dicebat ſe nullo ſermone poſſe ea ita exprimere, uti viderat, & in ſuo animo ſentiebat. Ex ea vero viſione felix juvenis in tantum fuit mutatus in melius, & velut alius homo effectus, ut proximo die Dominico ad menſam ſedens edere non poſſet, nec ſine magno cruciatu inter homines verſaretur. Cernens id avus ejus Dominus Elzearius a Sabrano, illius miſertus ait: *Quid habes fili, & cur non comedis? Fortaſſis male vales?* At ille ea mira, quæ divinitus oſtenſa ei erant illa nocte, tacitus ſecum revolvebat: & quia *guſtato ſpiritu deſipit omnis caro*, quoties externis rebus vacare, & cum hominibus ſecularibus verſari cogebatur, non abſque magno labore & dolore id faciebat. Sed tamen ex voluntate Dei, ut ſupra dictum eſt, nonnumquam oportebat eum occupari rebus externis, & agere inter homines. Facile autem adverti poteſt, non parum illi accreviſſe meriti ex ejuſmodi dolore & patientia. Per id tempus quædam ejus cognata, viro primario Provinciæ deſponſata fuit. Nuptiis, quæ ad quinque durarunt dies, ipſe interfuit, ſed ſane invitus. Aderant tum, ut moris eſt, nobiles & alii, diebus ac noctibus cantionibus, choreis, & id genus humanis ſolatiis dediti. Inter eas pudiciſſimus juvenis tanta ſermonis honeſtate & caſtitate utebatur, ut ne unum quidem verbum laſcivum ex ejus ore proficiſceretur, cum interim alii multa jactarent obſcena & turpia verba, quibus ejus caſtum & pudicum pectus non medioeri moleſtia afficiebant, utpote cui ea ſumme diſplicerent: itant quaſi telis quibuſdam animum ejus confoderent, maxime quod non poſſet more ſuo orationi & contemplationi vacare, in quibus cum ſoleret divina guſtare, jam ſpiritus ejus languebat præ deſiderio æternorum. Attamen clemens & benignus Dominus, illis quinque diebus, ejuſmodi conſolatione eum affecit, ut ſingulis noctibus expergefactus, ſentiret oculos, faciem & pannos faciei propinquos, lacrymis infuſos. Quod enim vigilanti non licuit, inflammatum pectus ejus & animus in ſomnis farciebat. Quamobrem ille gratias agens Deo, magnam ſpiritus conſolationem inde hauriebat.

Horum ſuavitate repletus, cetera cuncta ei deſipiebant.

Supra n. 17.

In nuptiis cognata ſibi ſimilis manſit.

Dormiens lacrymabatur.

XXV. Nobilis vero Domina Garſenda Alphanti, ex Auſoiſii caſtro orta, quæ vivente ejus marito, nobili milite, cum illo votum caſtitatis fecerat; & ob vitæ ſanctitatem, adeo divino erat illuſtrata lumine, ut non raro ea, quæ procul aberant, tamquam præſentia cognoſceret, diviniſque revelationibus, & conſolationibus crebro frueretur. Ea, inquam, Garſenda duas habuit de ſancto Elzeario viſiones admirabiles, ſilentio minime premendas. Cum enim illa eum partim nutriviſſet, ſæpe & ferventer pro illo deprecabatur. Quadam autem nocte, in Eccleſia pro eo orans, audivit corporeis auribus Chriſtum ſibi dicentem: *Juveni huic pro quo tam multum oras, noveris me matrem meam dediſſe magiſtram: nihil igitur de illo dubites.* Ad quas voces illa nimium obſtupefacta, ubi ad ſe rediit, rogavit Dominum, ut ſi illuſio eſſet, abſcederet: ſin autem res vera, ſe certiorem inde redderet. Altera die cum Miſſæ ſacrificio pie intereſſet, poſt conſecrationem, corporeis auribus vocem ejuſmodi ad ſe dirigi ſenſit: *Quæ ſuperiori nocte de juvene Elzeario tibi dixi, ea non am-*

Garſenda Alphanti commendatur.

D. Elzearii magiſtra B. Maria fuit.

ambigas vera & certa eſſe. Illa vero Confeſſario ſuo viro valde religioſo, fratri Joanni Juliani, cujus jam ante meminimus, ea indicavit. Is porro ſecreto ex Elzeario percontatus eſt, quem e Sanctis ſibi præcipue patronum delegiſſet? Reſpondit ille: *Equidem Virginem ſanctiſſimam mihi patronam & advocatam elegi; cumque ad orandum me præparare volo, indignitatem & vilitatem meam prius conſidero: atque ita matri gratiæ me commendans, eam precor humiliter, ut ea quæ ipſi & ejus benedicto filio grata ſunt, ponat in corde & ore meo: ſimulque quanta poſſum animi pietate, ſemel ei offero Angelicam ſalutationem: ea dicta, numquam mihi deeſt nova rerum divinarum materia*. His dictis, abunde comperit Confeſſarius illa veriſſima eſſe, quæ a Garſenda acceperat. Huc facit etiam illud, quod ſanctus juvenis ut plurimum ſabbato, & nocte ſequenti divinitus viſitabatur: & in ipſa Aſſumptionis ſanctiſſimæ Virginis ſolemnitate, prima ei obtigit divina viſitatio.

Modus orandi S. Elzearii.

Ejus Virginitas cœleſti commendatur exemplo.

XXVI. Alio quoque tempore Garſenda noctu in ſacello ſanctæ Catarinæ apud Auſoiſium orans, manum vidit lapidem pretioſum tenentem; ex quo tantus radiabat ſplendor, ut totum illud ſacellum illuſtraret. Admirans autem lapidis ſplendorem atque elegantiam, ſecum cogitabat quidnam rei eſſet. Audivit itaque corporeis auribus vocem dicentem: *Lapis hic ſplendidus eſt Virginitas Elzearii, pro quo tu rogas, quæ ſic in mundo fulgebit. Sed reſpice accuratius, & vide quantus ejus coram Deo ſplendor ſit*. Verſo igitur lapide, tanta inde claritas, tamque fervens proceſſit lux, ut oculi ejus ferre non poſſent. Cumque clauderet oculos, viſio ablata eſt, & multam reliquit in ejus animo conſolationem.

Mablina a Simana commendatur.

XXVII. Domina Mablina a Simana, illuſtris & valde potens ac opulenta, nec minus Deo devota & cara matrona, anno ætatis ſuæ decimo ſexto, orbata viro ſuo eſt, cum quo non niſi trimeſtri ſpatio vixerat. Noluit autem ad ſecundas accedere nuptias, tametſi parentes & propinqui urgerent, multiſque eam vexarent modis: ſed caſte, honeſte & ſancte permanſit in viduitate uſque ad ſenectutem. Poſt multos autem labores & opera pietatis, ad tantam pervenit mentis ſerenitatem, ut rebus divinis crebro adeo intenta eſſet, ut quæ circa eam fierent, minime ſentiret. Unum e multis referam. Quandoque a cœna Domini, cum ſacrificium fieret, uſque in Sabbatum ſanctum, in eodem loco permanſit immota, nihilque ſentiens. Hæc ergo matrona de beato Elzeario adhuc juvene talem habnit viſionem, cum penitus nihil de ejus virginea puritate comperti haberet. Vidit in ſpiritu ſanctum juvenem habitu ſplendido indutum, per amplam & magnam planitiem manibus ferentem vexillum candidum & illuſtre, cujus elegantia & ſplendor totum aerem & planitiem illnminabat. Sequebatur eum multitudo innumera hominum utriuſque ſexus, diverſarum ætatum, conditionum & Ordinum: cujus conſpectu plurimum ipſa lætabatur; rogavitque Deum ut viſionis ſignificationem ipſi aperiret. Dictum eſt illi: *Hæc eſt Virginitas & ſanctitas Elzearii, quem totus orbis venerabitur, & multi imitabuntur*.

Vidit hæc Elzearium ducentem agmina caſtrorũ.

Fr. Philip. Rheggienſ. Minorita laudatur.

XXVIII. Frater Philippus a Rheggio, Franciſcanus, nobilis genere, & cognatus Delphinæ Virginis, vir erat miræ ſanctitatis & columbinæ ſimplicitatis: adeo ut ad primam innocentiam reductus videretur; cui etiam propter excellentem puritatem crebro apparuit ſanctiſſima Virgo Maria. Is aliquando precibns, & divinæ contemplationi ferventer inſiſtens, vidit in ſpiritu ſanctum Elzearium, & ejus ſponſam Delphinam, in præclaro quodam & amplo thoro pariter quieſcentes, & ad

Videt Chriſtum ad lectum Elzearii ſtantem.

lecti

lecti caput in medio eorum ſtantem Chriſtum, vultuque placido illos inſpicientem, unde animadvertit illorum continentiam Chriſto gratiſſimam eſſe. Bertranda Carmara Carpentoratenſis, mulier ſanctæ vitæ, & divinarum rerum valde perita fuit. Ea cum in quadam ſolemnitate ad perceptionem Dominici corporis ſe devote præparaſſet, & ſacerdos per incuriam, vel oblivionem hoſtiam pro illa conſecrare neglexiſſet: divina benignitas eam miro quodam modo conſolata eſt. Cum enim miſſæ illius ſacrificio admodum pie intereſſet, & Chriſti corpus ſpiritualiter ederet; Angelus Domini partem hoſtiæ conſecratæ accipiens ab altari, ei ſumendam præbuit. Presbyter vero Chriſti corpus percipere volens, cum illam hoſtiæ partem non reperiret, licet multo ſtudio hinc inde eam perquireret, magno animi dolore affectus eſt, donec a Bertranda didicit, quod ipſi Dominus præſtitiſſet. Hæc ipſa Bertranda plane conſimilem vidit viſionem, qualem diximus fratri Philippo oblatam fuiſſe: niſi quod ipſa Dominum ad lecti caput inter illos ſedentem conſpexit.

Bertranda Carmara fœmina ſancta ſimili donatur viſione.

XXIX. Quantum autem ſanctus juvenis Elzearius creſcebat ætate, tantum etiam in eo augebatur gratia & vitæ perfectio, deſideriumque ſemper rectius agendi. Itaque cum jam vigeſimum ætatis annum ageret, nec animus ejus in caſtro Auſoiſii optata poſſet tranquillitate potiri, propter immodicam & ſupervacaneam curam avi ejus ac totius familiæ, qua illum cupiebant educare in iis, quæ ſunt mundi hujus: poſt multam precum inſtantiam, copiam obtinuit migrandi in caſtrum Podii Michaelis, quod erat Virginis Delphinæ proprium, ex paterna hæreditate & voluntate ad ipſam devolutum. In eo caſtro triennium permanſere, & cum loci mutatione, etiam morum illis acceſſit præclara mutatio. Ibi enim novus pater familias novo quodam modo cœpit ſuæ familiæ præſidere, novaſque morum plantulas inſerere; & tranſgreſſoribus pœnas proponere. Primo conſtituit, ut omnes e ſua domo tam mares, quam fœminæ quotidie, ut minimum Miſſam unam integre audiant. Secundo, ut vivant caſte & pure: qui ſecus facerent, eos ſua domo expellebat. Nolebat enim ut quiſquam pane ſuo veſceretur, quem ſciret peccato mortifero implicatum: ne alios inficeret, & peccatum illius fovere ipſe videretur. Tertio, ut nobiles & milites, itemque Virgines & matronæ qualibet hebdomada ſemel confiteantur peccata ſua, & ſingulis menſibus devote percipiant Euchariſtiæ ſacramentum. Quarto, ut eædem Virgines & matronæ, mane uſque ad prandium precibus & piis exercitiis vacent: a prandio manuariis operibus ſeſe occupent. Quinto, ut nemo auſus ſit blaſphemare Deum, ſacroſanctam Virginem, vel aliquem Sanctorum: nec quiſquam falſo juret, aut vitioſe & leviter abſque cauſa; nec impudica, vel inhoneſta verba proferat. Sciebat enim ex ſapiente, *mortem & vitam eſſe in manibus linguæ*: & ex Apoſtolo, *corrumpere mores bonos colloquia mala*. Hujus conſtitutionis violatores hac ratione puniri voluit, ut vel toto prandio coram aliis ſederent in terra ſolo pane & aqua contenti; vel toto die in cubiculo manerent incluſi, communi cibo veſcentes. Sexto, ut nulli fas ſit ludere teſſeris, aut alio uti luſu illicito, turpi ac inhoneſto. Si quis contra feciſſet, gravis eum pœna manebat. Septimo, ut omnes e ſua familia pace, amicitia, & concordia inter ſe fruantur: alius alium non offendat, neque verbo, neque facto: ſiquid a quoquam aliter ſit attentatum, mox cum offenſo redeat in gratiam. Atque ut id fieret non mediocriter ipſe dabat operam: reos au-

Abſcedit ſecum habitaturus.

Præſcribit mores optimos domeſticis.

Prov. 18. 21.
1. Cor. 15. 33.

autem pro ratione culpæ puniebat. Octavo, ut quotidie a prandio, vel alia hora veſpertina, niſi legitimum impedimentum inciderit, fiat aliqua collatio inter illos, ipſo præſente, de verbis Domini pro animarum informatione. In eo autem colloquio, dum unus aliquis loquitur, ceteri orent pro illo in cordibus ſuis, ut Deus illi ſubminiſtret ſermonem, ex quo omnes proficiant: nec quiſquam audeat ſic loquentis verba interrumpere, aut aliter impedire. Id ſi quis non obſervaſſet, a tam pio colloquio excludebatur, donec emendatus ab aliis revocaretur.

Verba ejus & monita ignea.

XXX. In ejuſmodi vero colloquiis, & in ſermonibus ſuis ipſe Elzearius animo & facie jucundus ac hilaris, nec mediocriter divina gratia cumulatus, ignea edebat verba a fonte divinæ ſapientiæ prodeuntia: itaut audientes eum, magnam intra ſe ſentirent animi mutationem, boniſque ac ſanctis arderent deſideriis, & humiles ac religioſi efficerentur. Docebat enim familiam ſuam ut alter Tobias, timere Deum & abſtinere a peccatis, atque divina ſervare præcepta. (*Tob. 4. 6.*) Hortabatur eos ut divino ſtuderent amori, ſeſe invicem diligerent: & corpora ſua munda ac pura conſervarent. Ajebat a vitiorum conſideratione debere Chriſtianum exordiri preces ſuas, atque inde ſeſe humiliare: *Oratio enim humiliantis ſe nubes penetrat*. (*Eccl. 35. 21.*) Hæc aliaque iis ſimilia dicebat, quæ omnia ſcripto comprehendi difficultèr queant.

Ejus familiares plurimum in bono proficiebant.

XXXI. Etſi autem quotquot apud eum degebant, in bona voluntate, ſtudioque bonorum operum proficere ſe ſentirent: ſingulariter tamen ex ejus propinquitate, familiaritate, carnis incendia & libidinis flammas conſopiri experiebantur. Atque ea cauſa milites & nobiles, aliique permulti non ſolum promiſerunt, ſed etiam ſervaverunt perpetuo caſtitatem, plerique etiam virgineam puritatem & integritatem. Erat in ejus domo tanta omnium caritas, tanta morum maturitas, & honeſtas, tanta pax, pietas, benignitas, puritas, ut dempto habitu, potius ibi bene inſtitutum Monaſterium, quam aula Comitis videretur.

Alaſia S. Delphinæ ſoror.

Quamobrem etiam Alaſia, virgo Deo ſacrata, ſoror Delphinæ, quæ aſſidue cum his ſanctis conjugibus morabatur, ſæpius affirmabat, ſe multo religioſius & honeſtius degere apud illos, quam in ſuo Monaſterio: imo ex eorum convictu, magnos in ſe virtutis progreſſus ſentiebat. Accidit quandoque ut per aliquos dies graves carnis tentationes pateretur.

Liberatur a carnis tentationibus ſororis & Elzearii merito.

Itaque in eorum cubiculum clam ingreſſa, atque illic ſe includens, thorum immaculatum in quo dormire illi ſolebant, flexis genibus circuivit, & toto pectore Dominum orans: *Domine Jeſu Chriſte*, inquit, *Rex Virginum*, *& caſtitatis amator, rogo te, ut per eam ſanctam puritatem & virgineam integritatem, quæ in hoc lecto ſervatur, liberes me ab hac tentatione*. Confeſtim omnis illa tentatio adeo extincta eſt, ut poſtea etiamſi voluiſſet, vix poſſet impuram tentationem, aut delectationem admittere. Aſſerebat illa, ſe manendo apud eos, multum profeciſſe in ſpiritu, & a magnis tentationibus fuiſſe liberatam. Et revera quotquot apud eum morabantur, vitam in melius commutarunt: atque ex iis complures ad magnam vitæ ſanctimoniam ejus meritis pertigerunt.

Plerique pietatè ejus imitantur.

XXXII. Cumque fama ſanctitatis ejus, & qua ratione ſuam regeret familiam, longe lateque ſe diffunderet; plerique ad ejus imitationem ſeſe compoſuere, & eodem modo gubernarunt domos ſuas. Per idem tempus quidam venerabilis Epiſcopus ejus leges, quas familiæ ſuæ præfixerat, habere voluit; eaſdemque ſuis quoque domeſticis ſervandas tradidit. Sciens autem ſanctus Elzearius duplicis eſſe meriti, per viam veri-

Digitized by Google

tatis conſtanter ingredi, eamque aliis indicare: eas ipſas leges quoad vixit ſemper obſervavit, & a ſuis obſervari voluit. Quotidie vero etiam preces canonicas pro Romanæ Eccleſiæ ritu & conſuetudine perſolvit: idque tam pie & attente, ut audientes non mediocriter ad pietatem incitarentur. Nec contentus erat jejuniis ab Eccleſia inſtitutis: ſed ſua ſponte ſextis feriis, totoque Dominici Adventus tempore, & multis aliis diebus, qui feſtos dies proxime antecedunt, jejunavit. Cilicium ad nudum corpus habuit ſub veſtibus pretioſis, & in eo etiam ſæpe dormivit. Ab ea divina viſitatione, quæ ei obtigit in loco, qui *de ſaltu* dicitur; numquam cum ſanus eſſet, nudus cubare voluit. Sæpe catenulis ferreis ſe flagellavit, dicenſque Pſalmum quinquageſimum, memor vulnerum Chriſti ad quemlibet Pſalmi verſum ter dorſum fortiter verberavit. Omnibus diebus Dominicis Quadrageſimæ & Adventus, itemque magnis feriis totius anni, permultorumque aliorum Sanctorum, præſertim Virginum, piiſſime ſumebat Euchariſtiæ ſacramentum. Retulit ipſe quandoque Virgineæ conjugi ſuæ, cum Chriſti corpus acciperet, videri ſibi optimum ſaccarum ſe in ore habere ac deglutire. Illa autem interrogante, quid id ſibi vellet? reſpondit exiſtimare ſeſe velle Deum ut crebro ſacroſanctam Euchariſtiam percipiat.

Canonicas preces perſolvebat.

Jejuniis multis, cilicio, flagris carnem macerabat.

Sæpe SS. Euchariſtiam ſumebat.

XXXIII. Tantam habuit divinitus orandi, meditandi, contemplandi gratiam: ut ab ea viſitatione, quam diximus, in loco *de ſaltu* ei contigiſſe, ſemper & ubique prompte & expedite, citra laborem aut moleſtiam, vel orationi, vel meditationi, vel contemplationi dare ſe poſſet. Illius enim nobilis animus, Deo unitus & conjunctus, ei etiam ſingulari quadam familiaritate jugiter adherebat. Ad menſam ſedens & comedens, cœleſtia interno guſtu percipiebat; nec raro tum animo illius novæ quædam & admodum piæ res ab inſperato occurrebant, uti ipſe ſuæ ſponſæ in conclavi aliquando indicavit. Cum hominibus diverſis illo colloquente, ſpiritus ejus haudquaquam a Deo diſtrahebatur: atque quod plus eſt, cum choreis adeſſet, cantiones & inſtrumenta muſica nihil ei impedimento erant: immo vero ex ejuſmodi melodiis miro quodam & excellenti exceſſu ejus animus in Deum rapiebatur, itaut ejus præclara ſponſa, cum præſens intereſſet, non mediocriter formidaret, ne ſi muſici concentus adhibiti eſſent, ille collaberetur, ſpiritu in Deum abſorpto. Ubi autem ab hujuſmodi rebus domum reverſus erat, in cubiculum ſe recipiens, divinaque ſuavitate confeſtim affici ſe ſentiens, orationi & contemplationi ſeſe applicabat, perfectamque inde conſolationem hauriebat.

Supra n. 16.

Animâ ejus ſemper Deo adhærebat.

XXXIV. Pernoctabat interdum in precibus, largiſſimos ab oculis lacrymarum imbres fundens. Hujuſmodi piis ſtudiis & exercitiis majori libertate vacabat, quando erat cum ſponſa Virgine: cui non ita, ut aliis, ſicut jam diximus, ſeſe abſcondebat. Immo cum ſoli eſſent in ſecreto cubiculo, inter ſe de rebus divinis colloquebantur, & ad ſtudia pietatis mutuo ſe cohortabantur; ſimul dicebant attente & pie preces, quas matutinas vocant, iiſque abſolutis, in eodem cubiculo ſeparatim orationi aut ſanctæ meditationi vacabant: ita ut cubiculum eis verſum eſſet in oratorium, & utriuſque anima verum eſſet Dei Templum. Denique conatus & ſtudium omne beati Viri tam publicum quam privatum, in tria precipue intentum erat. Primo, ut peccatum omne, & quidquid Deum offenderet, haud ſecus atque ipſas gehennæ flammas vitaret. Secundo, ut animum ſuum ardenti amore ac pietate Deo offerret: quo fiebat ut non ſine ma-

Conjuges iſti ad pietatem mutuo hortabantur.

magno animi dolore mundi negotiis, quæ eum hinc avocabant, occuparetur: nec tamen auſus erat a ſe rejicere, quod, ſicut ſupra dictum eſt, a Domino juſſus eſſet in ſuo ſtatu permanere. Tertio, ut bona quæ ageret in occulto, divinaſque viſitationes, & illuminationes quas crebro percipiebat, celaret, præſertim homines mundo & carni addictos.

Supra n. 17.

Pauperum pedes lavit, leproſos oſculatus eſt.

XXXV. Ut vero ab ipſa natura fuit liberalis, ita etiam ex dono gratiæ humanus & miſericors erat erga Chriſti pauperes & leproſos; Quotidie enim habuit duodecim pauperes & leproſos, quorum ipſe lavabat pedes, & ora oſculabatur, iiſque cibo ac potu refectis, largas præſtabat eleemoſynas; atque ita a ſe illos dimittebat. Abiit quandoque in comitatu ſuo venatum cum multis e familia ſua, quos omnes juſſit antecedere. Ipſe vero, uno apud ſe milite cum tonſore retento, ad quoddam leproſorum divertit domicilium, ubi ſex horrida percuſſos lepra reperit; e quibus plerique adeo deformes erant, ut ſine horrore adſpici non poſſent. Videbantur exeſa & abſumpta labia, ita ut dentes paterent, atque etiam exciderent. Eos ut vidit ſanctus & pius juvenis, humaniſſime ſalutavit, & ſalutares eis adhortationes propoſuit: inde omnes ſingulatim peramanter oſculatus eſt. Et ecce repente curantur omnes, & tota illa domus odore ſuaviſſimo completur: ille vero, præſtita eis eleemoſyna recedit: ſed abeunte eo, igneus quidam & luculentus radius ab ejus capite, cunctis cernentibus, emerſit, qui ſemper cum recedente longius tendebatur: attingenſque leproſorum domum ſpatium omne quod inter illum & progredientem, & eam domum intererat, mira luce perfundebat; nec prius radius ille diſparuit, quam ille ad ſuam, quæ procul ſatis aberat, familiam perveniſſet.

Deformes leproſos oſculo ſanavit.

Luminoſus ab eo procedit radius.

XXXVI. At ſanctus juvenis, qui in omnibus illis, quæ admirabiliter per eum Deus operabatur, laudes vitabat humanas; omnibus ſuis ſeveriter interdixit, ne hoc miraculum, donec ipſe in vivis eſſet, cuiquam revelarent. Porro leproſi illi ab eo curati, relicta leproſorum domo hoſpitali, deinceps nullo prohibente, inter ſanos habitarunt. Sæpe autem beatus Elzearius clam alia leproſorum habitacula inviſebat, uno tantum ſocio contentus: ibique flexis genibus eorum abluebat pedes, oſculabatur vulnera, eaque purgabat & obligabat; itaut ſocius ejus ſtaret plane obſtupefactus, atque ex pio magis etiam pius efficeretur. Præ nimia erga miſeros commiſeratione, ſanctus juvenis numquam faciem ſuam ab ullo avertit paupere, ſed animum atque manum omnibus pro Chriſti amore ipſum rogantibus liberaliter porrexit. Hæc enim actuoſa virtus ei quaſi a natura ineſſe videbatur. Jubebat pauperes & egenos ſecreto inquiri, iiſque nonnumquam etiam non petentibus magnas prebebat eleemoſynas.

In pauperes liberalis fuit & miſericors.

Pauperum annonam levavit.

XXXVII. Accidit quandoque ut ipſo in caſtro Podii Michaelis degente, ob magnam ſterilitatem incolis ejus regionis annona deeſſet. Itaque illi ad ſanctum juvenem confugiunt: orant ut velit illis eſſe ſubſidio, quo poſſint annum illum exigere. Tum ille rebus domui ſuæ neceſſariis ſeparatim repoſitis, quidquid ſupererat, illis mutuo dedit. Sed cum aliquandiu ante meſſem non ceſſarent pauperes petere, juſſit etiam de illis rebus, quas in ſuos neceſſarios uſus ſervaverat, eis erogari. Tamdem vero cum frumentum omne abſumptum eſſet, & pauper quidam frumentum peteret: præcepit ille cuidam fœminæ que granarii claves habebat, ut frumentum illi daret. Illa dicente nihil prorſus ſupereſſe, fidenter ait: *Ito & diligenter inquiras: fortaſſis quidpiam reperies.*

Abit

Abit illa, tametſi non neſciret nihil illic remanſiſſe, ut ſatiſfaciat hero ſuo: & ecce tantumdem in horreo frumenti reperit, quantum ſervari juſſerat Elzearius in uſus neceſſarios familiæ ſuæ. Stupet igitur ad rei inſperatæ conſpectum, dat pauperi quod petebat, citoque indicat rem omnem Domino ſuo. Ille vero mox ad jus jurandum eam adigit, numquam eam rem cuipiam ante ipſius obitum indicaturam. Sed ea tamen diu celare non potuit, quod plures e familia jam ſcirent frumentum omne exhauſtum fuiſſe. Porro ſanctus Juvenis frumentum, quod illis mutuo dederat, etiam dono dedit, Chriſti amore nihil prorſus ab eis repetens.

Semper habet unde det qui caritatem habet in pectore.

XXXVIII. Ejus ſimile quiddam accidit alio tempore habitatoribus Auſoiſii, & totius Baronatus, propter famem & annonæ penuriam. Ducentos enim frumenti ſextarios Dei amore partim dono, partim mutuo dedit: ſolum neceſſarium ſuæ domui frumentum ſibi retinens; ſed cum ſub meſſem pauperes hinc inde ad eum venirent, & frumentum peterent, juſſit dari e ſuo quod ſibi ſervarat. Dicente familia, nihil in horreo remanſiſſe, nihilominus præcepit, ut irent & accurate inquirerent, darentque pauperi cuidam importune petenti. Abeunt illi, & tantam frumenti copiam inveniunt, quæ uſque ad importatas ſegetes novas abunde, non ſolum familiæ, ſed etiam egenis ſufficeret. Quod autem quibuſdam mutuo dederat, id eis donatum eſſe voluit. Solebat interdum viſitare ægrotos, e quibus multos curavit. Apud Arelatem cum eſſet, Conſtantia puella ſeptennis, filia Joannis Albæ quatuordecim diebus perpetuis erat vexata febribus, atque uno die videndi loquendique facultate caruerat. Quæ res matrem ejus incredibili dolore affecit. Sentiens id beatus Elzearius, & ejus vicem valde dolens, ad puellam accedit, cujus jam, accenſis cereis, exitus expectabatur, imponenſque manum ſuam capiti ejus: *Domini voluntas*, inquit, *fiat de te filia*. Egreſſuſque foras, conſolatur matrem lacrymabundam, dicens filiam ejus vivere. Mox puella cibum petit, aſſerens hominem quemdam curaſſe ipſam, tangendo faciem & caput ejus. Eodem die plene reſtituta altera luce, ſuis pedibus domi foriſque ambulavit. Cetera quæ in Italia & Regno Neapolitano admirandus hic heros peregit, deferimus ad tempus, quo illuc venit poſſeſſionem capturus Comitatus Ariani, ibidem ſibi conceſſi.

Dans neceſſariū ſibi frumentum pauperibus, a Deo multiplicatum recipit.

An. 1319.

XXXIX. Hoc anno die Veneris in feriis Quatuor temporum, Joannes Pontifex Avenione creavit Cardinales octo, & præter hos alium noſtro Inſtituto enumerat Marianus, videlicet fratrem Bernardum de Monte Faveſio de Caſtro novo Rutenen. diœceſis, Diaconum ſanctæ Mariæ in Aquiro. Atqui hic ille eſt, quem Alphonſus Ciaconus numero 6. vocat Bertrandum de Monte Faventio, in quem cetera, patria, diœceſis & Diaconia concurrunt, & Protonotarium Apoſtolicum fuiſſe prædictus auctor commemorat. Neque hujus Cardinalis apud noſtros ſcriptores veſtigium ullum invenio. Aſſumpſit hoc anno Joannes Pontifex ad Archiepiſcopatum & Eccleſiam Colocenſem & Bachienſem in Hungaria unitas, fratrem Ladiſlaum Minoritam egregie a prudentia & plurimis virtutibus per Carolum I. Regem Hungariæ, Caroli Martelli filium commendatum: *Inter cetera ſollicitudinis noſtræ*. XVIII. Kal. Septembris.

Bernardus de Monte Faveſio Card. an fuerit Minorita.

Marian. citat. Ciacon. in Boniſ.

Fr. Ladiſlaus Arch. Coloc.

„ In monumentis Conventus Maceraten. Cuſtodiæ Camerinenſis, Pa-
„ trum Conventualium legi hoc anno die Dominico immediate ſequente
„ feſtum Annuntiationis beatæ Virginis, conſecratam Eccleſiam a duo-
„ bus Epiſcopis Minoritis, Nicolao Antiſtite Anconitano, viro do-

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

,, ctiſſimo, & prudentiſſimo, qui Templum extruxit Minorum a Scalis
,, nuncupatum Anconæ, & Gerardo, ſive Gerardino Humanitenſi, de
,, quibus alibi locuti ſumus.

An. 1302. n.13. Conv. Kildar. *Chron. Falsburii. Annal. Hiberniæ* Scoti diripiunt Monaſteria in Hibernia.

XL. Confirmantur quæ ſupra diximus, de antiquitate Conventus Kildarienſis Minorum in Hibernia, quod hoc anno, Dominica poſt Nativitatem beatæ Virginis, Dominus Joannes filius Thomæ, paulo ante renunciatus Comes Kildariæ obierit apud Lagreach Brynæ, juxta Maynoth, ſepultuſque ſit in prædicto Minorum Conventu. Eodemque anno Scoti exurentes in Hiberniam, diripuerunt & combuſſerunt Monaſteria ſancti Patritii de Duno, & de Sabello, & diverſa alia tam Monachorum quam Canonicorum, Prædicatorum & Minorum in Ultonia. Deinde Robertus de Brus Rex Scotiæ, cum ſuis perrexit Treſtildermonte in ſecunda hebdomada Quadrageſimæ, Monaſterium Fratrum Minorum deſtruxit, libros, ſacra ornamenta, & univerſam ſupellectilem aſportavit.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

Indic. Vatic.

,, I. MOrtuo Philippo Pulchro, in Regem Franciæ ſucceſſit Ludo-
,, vicus ejus filius *Hutinus* dictus, quod mali genii eſſet, & ob
,, id omnibus inviſus biennium in Regno non explevit; quamobrem
,, corona ad Philippum Longum nuncupatum, & ejus fratrem tranſiit,
,, ad quem pro Monaſteriorum ingreſſu duo diplomata ejuſdem tenoris
,, Summus Pontifex miſit: *Ex tuæ devotionis &c.* primum Idibus Augu-
,, ſti: ſecundum vero II. Idus Novembris: conſimilem auctoritatem in-
,, grediendi Monaſteria pluribus aliis etiam conceſſit, ut indicat Petrus
,, de Alva & Aſtorga: ſed Reginæ Armeniæ pro Canonizatione ſancti
,, Ludovici Epiſcopi ſcripſit: *Ut de ſtatu &c.* III. Kal. Octobris: & fratri
,, Bertrando de Turre Miniſtro Provinciali Aquitaniæ: *Miranter audi-*
,, *vimus &c.* x. Kal. Decembris.

Caſim. Biern. art.20. n.6.

,, II. Interea Boemiæ, & Poloniæ Patres in Capitulo Provinciali
,, Inouladislaviæ in Cujavia celebrato, fratrem Thobiam Moravum ele-
,, gerunt in Miniſtrum, poſtquam frater Hermanus Pilznenſis duode-
,, cim annis continuis eam Provinciam rexiſſet: & hic Hermanus anno
,, MCCCXVIII. inſtitutus a Summo Pontifice Inquiſitor hæreticæ pravi-
,, tatis per eas Boemiæ oras.

ARGUMENTUM.

Mittit Pontifex Nuncios ex Prædicatorum & Minorum Ordinibus ad tollenda multa ſchiſmata & bella exorta in Italia, Flandria, & Francia. Durius agitur contra eos, qui ſub ſpecie arctioris obſervantiæ receſſerunt a Religione. Fratricellorum ſectam vagum & ruſticum hominum genus fuiſſe, neque quidquam ad Minorum ſpectaſſe Sodalitium ſerio probatur. Sanctus Ludovicus Epiſcopus Toloſanus in Sanctorum numerum ſolemni ritu refertur. Plurimi Minoritæ evehuntur ad infulas Pontificias, & pleraque extruuntur Domicilia.

Translatio Sedis Pôtificiæ in Galliam quantum damnum invexerit Italiæ.

I. ROmani Pontificis ex Italia receſſus, & Sedis Apoſtolicæ in Galliam translatio, quantam calamitatem induxerit, vel hoc ipſo tempore urbes & Provinciæ univerſæ Italiæ magno ſuo probarunt malo. Re-

Regna adverſus Regna bellabant, Provinciæ hoſtiliter ſemet invicem depaſcebant, Civitates potentiores vel leviſſima ſumpta, vel efficta occaſione vicinas depopulabantur, & quod miſerabilius videbatur, in una eademque urbe inteſtina graſſabantur bella, nec ſanguini aut virtuti parcebatur, ita effervescente odio, & ſtudio partium contrariarum Guelphæ & Gibellinæ gentis, quas ad perniciem Italiæ humani generis hoſtis ex orco ſuſcitavit. Præſente pacis arbitro, & Regis Pacifici Vicario odia comprimebantur, aut enatæ ſimultates confeſtim extinguebantur, miſſis opportune nunciis pacis, qui diffidentes animos conciliarent. Placuit tamen iis, qui ex Gallis aſſumpti ſunt Clementi V. Joanni & aliis in patria, & ſolo nativo converſari, atque ſacram Urbem orbis caput, magnificam Apoſtolicæ majeſtatis Sedem negligere. Tanto ducimur gentis noſtræ affectu, ut eam optimis licet nationibus præferamus, & ubi ortum accepimus dulciorem interitum expectemus: *Nimis dulcis eſt recordatio patriæ*, & homini *nullum eſt ſuavius ſolum, quam quod nutrivit eum*. Ex patrio itaque amore fixa in Gallia Sede, quantumvis Cardinali Urſino ſpem dederit Joannes eam reducendi in Urbem, res Italiæ ſuſque deque agebantur, nihilque præter bellum, arma, traditiones, neces, exterminia audiebatur.

Vide Joann. Villan. l. 9.

Caſſiod. in Pſ. 117 Homer. in Phænice.

II. His ut mederetur malis Joannes Pontifex dum præſens noluit, Nuncios miſit Bertrandum Guidonem Ordinis Prædicatorum, Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in Francia, & Bertrandum de Turre Ordinis Minorum Miniſtrum Provincialem Aquitaniæ, quem & jam perperam Inquiſitorem facit Bzovius, ut inter Principes & Dynaſtas Italiæ diſſidia componerent, & diſcordes animos pacificarent, ampliſſima conceſſa poteſtate, ut cum ſingulis & omnibus pro ſua prudentia tractatus quoſque, & federa pacis inirent. Do ex Regeſto Vaticano ipſa ſua commiſſionis inſtrumenta.

Nuncii mittunt ex Prædic. & Minoribus in Italiam.

Bzov. hoc anno n. 27.

Dilectis filiis Fratribus Bertrando Guidonis de Ordine Prædicatorum, Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Regno Franciæ, per Sedem Apoſtolicam deputato: & Bertrando de Turre Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Provinciali Aquitaniæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Etſi pacis hoſtis invidus caritatis jactum a longis retro temporibus diſcordiæ ſemen inter dilectos filios, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Poteſtates, Nobiles, & Magnates, Capitaneos, Rectores, Conſiliarios, Communitates, & univerſos cives, & incolas, ac perſonas alias Eccleſiaſticas & ſeculares Italiæ mortiferis ſatagat nutrire fomentis: Nos tamen ſpe multa concepta, quod Regis pacifici, qui auctor eſt pacis & operum ejus amator, cujuſque in ortu per Angelos pax fuit bonæ voluntatis hominibus *nunciata, in hoc vincet clementia ejus, ipſiuſque fraudibus metam ponet, Regis ejuſdem beneplacitis, cujus licet immeriti vicem exercemus in terris, humilitatis noſtræ ſtudia, in quantum noſtra poſſibilitas patiatur coaptare volentes, plenius nimirum deſideramus affectibus, ut ejus diſcordiæ ſeminariis amputatis, & fomite diſſenſionis extincto, ſic inter perſonas eaſdem pacis ſolidæ fœdera reformentur, quod eadem invicem animarum identitas, & eadem vigeat concordia voluntatum. Noſtrum itaque circa præmiſſa deſiderium cupientes impleri, ac de probatæ fidei veſtræ conſtantia & induſtria circumpectionis expertæ, plenam in Domino fiduciam obtinentes, tractatum & reformationem pacis hujuſmodi, eamque tangentia vobis præſentium auctoritate, de Fratrum noſtrorum conſilio, duximus com-*

Reg. Vatic. ep. 37. tom. 1.

Lucæ 2. 14.

commendanda, diſcretioni veſtræ diſtrictias injungentes, quatenus vos vel alter veſtrum ad partes illas vos perſonaliter conferentes, inter Duces, Marchiones, Comites, Barones, Potentes, Nobiles, & Magnates, Poteſtates, Capitaneos, Rectores, Conſiliarios, Communitates, & univerſos cives & incolas ac perſonas alias antedictas ad pacem & concordiam, juxta datam vobis ex alto prudentiam, ſollicitis monitis & efficacibus perſuaſionibus inducatis, ut eo auxiliante qui eſt pax noſtra, veſtraque cooperante ſolertia; tam utilis, tamque optanda concordia poſſit celeriter provenire. Ut autem in hoc impedimenti vel obſtaculi ſeu turbationis cujuslibet tollatur occaſio, diſſolvendi, vacuandi, incitandi, & revocandi omnes pactiones, obligationes, confœderationes, & colligationes inter Duces, Marchiones, Comites, Barones, Potentes, Nobiles, & Magnates, Poteſtates, Capitaneos, Rectores, Conſiliarios, Communitates, & univerſos cives & incolas ac perſonas alias antedictas quomodolibet initas, juramento vel quacumque alia firmitate vallatas, necnon & relaxandi hujuſmodi, & alia quælibet juramenta, a quibuſcumque præſtita, per quæ nutriri diſcordia, & pacis bonum poſſet quomodolibet impediri, prout ea ſecundum Deum videritis, diſſolvenda, vacuanda, irritanda, revocanda, ſeu ea relaxanda, & inſuper contra quoſcumque pacis hujuſmodi turbatores ſeu impeditores, ſive cives, & incolæ, ſive quicumque alii undecumque fuerint, & cujuſcumque dignitatis & conditionis vel ſtatus exiſtant procedendi, eoſque per cenſuram Eccleſiaſticam & aliis remediis, de quibus vobis expedire videbitur, compeſcendi. Non obſtante ſi eis aut eorum aliquibus, vel alicui, ſit a Sede Apoſtolica indultum, ſub quacumque forma vel conceptione verborum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut eorum terræ Eccleſiaſtico interdicto ſupponi quavis auctoritate non poſſint, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus rerum impediri valeret quomodolibet, vel differri, vobis & veſtrum cuilibet plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem. Ab hujuſmodi autem facultatis conceſſione ſpecialiter & expreſſe excludimus Regnum Siciliæ, & totam terram, quæ eſt citra Pharum uſque ad confinia terrarum Romanæ Eccleſiæ, cum ad reformationem illarum ordinaverimus ſpeciales alios nuncios deſtinare. Datum Avenione Kal. Martii Pontificatus noſtri anno 1.

Univerſis Eccleſiarum Prælatis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus & aliis nobilibus Magnatibus, necnon Poteſtatibus, Capitaneis, cunctiſque Rectoribus & Conſiliariis, Communitatibus, Univerſitatibus & perſonis Civitatum, Caſtrorum & aliorum locorum, ceteriſque tam Clericis, quam laicis per partes Italiæ conſtitutis ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Reg. vat. 88. tom. 1.

III. DUm conſideramus attentius qualiter hactenus partes Italiæ ſcelderit inveterata diſſenſio, quam immaniter laceraverit, quam gravia (proh dolor!) animarum pericula, quas ſtrages corporum, & quos lapſus induxerit facultatum: dum profundius cogitamus, quod per hæc & alia non facile numeranda diſpendia, quæ in partibus ipſis tam periculoſæ diſſenſionis diuturnitas germinavit, amare deflere poteſtis, gravius vobis manus nocuiſſe domeſticas, quam imperantium, & aliorum vos hucuſque perſequentium dexteras inimicas, paterne nimirum & ad vos compaſſionis affe-

ctu

ctu movemur, & ut inter vos per concordiam bona creſcant, quæ per diſcordiam ſunt dilapſa, pacis bonum, quod ſic cetera bona complectitur, ſic conſervat, quod turbantur, aut pereunt ejus dulci & utili conſortio deſtituta, propagari admodum deſideramus in vobis plenis cupientes affectibus, ut omnis diſcordiæ ſeminariis amputatis, & fomite diſſenſionis extincto, ſic inter vos ſolidæ pacis fœdera reformentur, quod eadem invicem animarum identitas, & eadem vigeat concordia voluntatum. Cum itaque de fidei probata conſtantia & induſtria circumſpectionis ex parte dilectorum filiorum fratrum Bertrandi Guidonis de Ordine Fratrum Prædicatorum Inquiſitoris hæreticæ pravitatis in Regno Franciæ per Sedem Apoſtolicam deputati, & Bertrandi de Turre Ordinis Fratrum Minorum Miniſtri Provincialis Aquitaniæ, plenam in Domino fiduciam obtinentes, ipſos ad partes illas pro complemento hujuſmodi voti noſtri præſentialiter deſtinemus, quibus & cuilibet eorum in ſolidum tractatum & reformationem pacis hujuſmodi, eaque tangentia per alias noſtras certi tenoris litteras, de Fratrum noſtrorum conſilio, duximus committenda. Univerſitatem veſtram monemus, rogamus & hortamur attente, ac per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus illos vel eorum alterum, tamquam noſtros & Eccleſiæ Romanæ nuntios recipientes, honorifice & humaniter tractantes, ut decet, ſic animos veſtros habilitetis ad pacem, ſic nuntiorum ipſorum ſalubribus monitis & exhortationibus & in præmiſſis intendatis, humiliter & efficaciter pareatis, quod ipſarum partium ſtatu, juxta intenſum noſtrum deſiderium pacificato, celeriter fiat multitudinis veſtræ cor unum & anima una, ut in unum bene & jucunde, utiliter ac delectabiliter habitetis; abſit de veſtris finibus quæcumque turbatio, terror omnis, adſit tranquilla ſecuritas, tuta quies, ut ſecundum divinum beneplacitum liceat vobis in abundantia quietis & pacis pietatis operibus, ac veſtræ utilitati vacare liberius, & efficacius ſaluti veſtrarum intendere animarum: Ne contingat illud propheticum in vobis impleri: Contritio & in- *Pſalm. 13. 3.*
felicitas in viis eorum, qui pacis ſemitas non cognoſcunt. *Datum Avenione Kal. Martii Pont. noſtri anno primo.*

Dilectis filiis Fratribus Bertrando Guidonis de Ordine Prædicatorum Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Regno Franciæ per Sedem Apoſtolicam deputato: & Bertrando de Turre Ordinis Fratrum Minorum Miniſtro Provinciali Aquitaniæ ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

IV. *Vocatis nobis, licet inſufficientibus meritis, ad Apoſtolatus offi- Reg. Vat. 89. tom. 1.*
cium, occurrit, quaſi confeſtim, conſiderationis noſtræ conſpectui inveterata illa diſſenſio, quam ab olim in Tuſciæ & Lombardiæ partibus incentor malorum omnium ſuſcitavit, cujus amaras circumſtantias dum revolueremus in mente, noſtris ſe obtutibus ingeſſerunt & ingerunt animarum pericula, Chriſtiani ſanguinis non levis effuſio, & lapſus intolerabiles facultatum. In ſingulis etenim fere civitatibus, caſtris & villis partium earamdem, incolarum animis per domeſtica, & particularia odia concitatis, & non ſolum inter ſe diſcordiis publicis obfirmatis alterutrum, ſed & illiſmet in ſeipſis diviſis in partes, adeo concitationis & diſcordiarum hujuſmodi proceſſit iniquitas, quod ad interemptionem propriam ſuis iidem incolæ viribus non contenti, nationes ad id etiam barbaras advocarunt. Hæc quidem noſtri cordis intima ſtimulant acutis ſtimulis, noſtrum interpellant officium, movent & excitant paternæ compaſſionis affectum, ut ad occarrendum per opportuna remedia tantis diſcriminibus exurgamus. Quia igitur ad nos, qui,

li-

Boet immeritī, vices Regis pacifici gerimus, & plenitudine fungimur poteſtatis Apoſtolorum Principi ſuiſque ſucceſſoribus ex alto conceſſæ, ſingulariter pertinet in univerſali Eccleſia, cunctave congregatione Fidelium pacem quærere, ac ipſam facere diligentius obſervari, ut vobis, quos ad partes ipſas pro tractando & reformanda concordia inibi deſtinamus, ad id, juxta noſtrum deſiderium, via eo paratior, eoque facilior pateat, quo ipſarum partium incolæ diſſidiorum turbine quatiuntur inter partes, quas Guelpham & Gibellinam vulgus appellat, necnon inter dilectos filios nobiles viros univerſos, Duces, Marchiones, Comites, Barones, ceteroſque Nobiles, Poteſtates quoque, Capitaneos, alioſque Rectores, Communitates ac Univerſitates, ac perſonas intrinſecas & extrinſecas Civitatum, Caſtrorum, & aliorum locorum, per Tuſciam & Lombardiam conſtitutas, prædictis adhærentes partibus, aut alias ad invicem guerrarum diſſidiis proſequentes treguas, quarum fœdus pacis indicit imaginem, auctoritate noſtra inter eos videlicet & uſque ad id tempus, de quibus videritis expedire, & in omnes & ſingulas treguas infringentes eaſdem aut quomodolibet nou ſervantes, excommunicationis ſenteutiam promulgandi. Nou obſtante ſi eis aut aliorum alicui ſub quacamque forma & conceptioue verborum a Sedē Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari non poſſint per litteras Sedis ejuſdem nou facientes pleuam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi meutionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, cujuſcumque teuoris vel expreſſionis exiſtat, per quam effectus præſentium impediri poſſit, vel quomodolibet retardari, uecnou treguas hujuſmodi ſic indictas, & excommuuicationis ſententiam promulgatam ubicamque, & quibuſcumque vobis expediens fore videbitur, per vos, vel alium, ſeu alios notificandi ac ſolemniter publicandi. Et nihilominus omnes & ſingulas promiſſiones, obligationes, confœderatioues, colligationes ſuper hujuſmodi diſſenſionibus ſeu diſcordiis nutriendis, inter quoſcumque, & a quibuſcumque quomodolibet initas, veluti contra bonum pacis præſumptas illicite & attentatas in divinæ majeſtatis offenſam, & quaſcumque pœnas adjectas, ac juramenta præſtita ſuper illis, ſub quibuſcumque modo, forma, vel expreſſioue verborum: Præſertim cum juramentum vinculum iniquitatis eſſe uon debeat, quæ uos ex nunc nulla fore decernimus, & quatenus de facto proceſſerint irritamus, nulla & irrita nunciandi pleuam & liberam vobis & veſtrum cuilibet concedimus teuore præſentium facultatem. Datum Avenione Kal. Martii. Pont. noſtri anno primo.

V. Præter duas relatas commiſſiones ut pacificarent Principes Italiæ, & conciliarent ad unitatem & pacem factiones Guelpham & Gibellinam, etiam tertiam acceperunt ſpecialem ut diſcordias exortas inter Robertum Siciliæ Regem, & gentem ſuam in partibus Pedemontis ex una parte, & Amadeum Comitem Sabaudiæ, & Manfredum Marchionem Salutiarum, Philippum de Sabaudia, & Matthæum de Vicecomitibus de Mediolano ex altera componerent, animarum jacturas, ſtrages corporum, & incredibilia damna ex iis emergentia jam tamdem averterent. Præmiſit vero ad factionum capita, ut arma ſuſpenderent, donec Nuncii pacem tractaturi ſupervenirent. Quartam etiam habuerunt commiſſionem ut cives Januenſes bellis civilibus & diſcordia partium Guelphæ & Gibellinæ exardeſcentes, ad unitatem & pacem reducerent. Ita enim inter ſe debacchabantur odii furore, ut alternis vicibus, juxta majorem potentiam, aut confœderatorum auxilium ſemet invicem expellerent, &

Reg. vat. in tom. anni. 1. ep. 90. 91. 92. 93. 105.
Jubentur pacificare Principes Italiæ.
Vide chron. Boſiana ad ann. 1316.
Item Januenſes.
Reg. vat. cit. ep. 485. 508. 523.

Au-

Aurianis, Grimaldi, Spinolæ potentiſſimæ familiæ inter ſe hoſtiliter digladiarent, & pars una extra, pars altera intra civitatem in armis excubaret, quos proinde Pontifex in litteris & pacis inſtrumentis, Nunciis iſtis conceſſis, his diſcriminat appellationibus *civium internorum*, *& civium externorum*.

VI. Alios miſit Nuncios in Flandriam fratrem Petrum de Palude, Magiſtrum in Theologia Ordinis Prædicatorum (quem perperam Guaguinus & Meyerus atque ex iſto Bzovius dicunt Ordinis fuiſſe Minorum) *Guaguin.lib.7.in Ph. longo.* & Stephanum de Neriaco ac Guillelmum de Gandavo Ordinis Minorum, *Meyer. ad ann. 1318.* ut Robertum Betunienſem Flandriæ Comitem, Ludovicum Comitem Nivernienſem, & Robertum prædicti Roberti Comitis filios, Scabinos, *Bzov. eod.an. n. 12.* Burgemagiſtros, Communitates & Univerſitates villarum & locorum Comitatus Flandriæ ex una parte, Philippum Longum Galliæ & Navarræ Regem ex altera, ad pacem & concordiam inducerent. Ardua fuit & multis impliciia difficultatibus hæc eis commiſſa provincia, Gallo petente, ſeu proponente multas conditiones pacis, quas Flandri detrectabant. Ad annum ſequentem illorum adventum in Flandriam refert Meyerus, auctoremque citat Guaguinum, quem tamen, utpote Gallum, in hac narratione habet ſuſpectum. Robertum Comitem Nuncios in cuſtodiam duci juſſiſſe, pacem de qua venerant, aſpernatum. Scio tamen ex litteris Pontificiis, & commiſſione aliis ex Ordine Prædicatorum & Minorum facta anno ſequenti, uti tunc narrabimus, tamdem Robertum cum Gallo conveniſſe, & æquiores pacis conditiones admiſiſſe.

Alii mittuntur Nuncii ad Gallos & Flandros pacificandos.

Reg. vat. tom. 1. an.1.ep.542.541. 544. 545. 549.

An.1318. n.1.

VII. Exorta gravi diſcordia, atque ex iſta bellorum tumultu inter nobiles viros Amanevum Dominum de Lebreto, & Sanſanerium de Pinibus in Vaſcouia, treguas indixit Pontifex uſque ad feſtum Nativitatis beati Joannis Baptiſtæ, publicatas per Abbatem Monaſterii Montis Albani Ordinis ſancti Benedicti, & Garziam Camerarium Eccleſiæ Tarracouenſis, quas illi acceptarunt, cauſamque ſuam interim commiſerunt unanimiter judicandam Archiepiſcopo Auxitano, & Bertrando de Gueto Vicecomiti Leomaniæ & Altivilaris. Sed dum nihil concluderetur & induciarum terminus expiraret, miſit Pontifex Priorem Prædicatorum, *Reg. vat. t.c. ep. 295. 296. 297. 299.* & Fratrem Iſernum de Monte Alto Guardianum Minorum civitatis Agennenſis, ut inducias ad annum prorogarent, & fœdera pacis proponerent, de qua re, & miſſis his nunciis, plures dedit litteras ad ipſos bellatores, ad Archiepiſcopum, & Vicecomitem ſupra nominatos, ad *Ep.823.* Seneſcalchum Vaſconiæ, & Seneſchalchum alterum Agennenſem, Eduardi Regis Angliæ in illis partibus, ſuæ ditioni ſubjectis, deſtinatos miniſtros. Uſus eſt etiam Pontifex, & Dominus de Lebreto in hac ipſa controverſia opera fratris Arnaldi Aymerici Minoritæ lectoris Toloſani. Aliam item prædictis Nunciis impoſuit difficilem provinciam, ut Bernardum Comitem Armeniaci, ejuſque genitricem Matthiam Comitiſſam ex una parte, & Margaritam Comitiſſam Fuxenſem præfatæ Matthiæ ſororem, & amitam ejuſdem Comitis ex altera, inter ſe de variis rebus contendentes pacificarent, datis etiam litteris de hac re ad Robertum Comitem Convenarum. *Ep.162.600.601 602.* Sed dum redirent ad Pontificem rationem reddituri ſecundæ hujus commiſſionis, capellanus quidam & bajulus caſtri Valentiæ diœceſis Agennenſis, cum aliis complicibus clericis, & laicis extra prædictum caſtrum furibundè in eos irruerunt, opprobriis & injuriis maximis Guardianum præſertim, ſocios & famulos affecerunt, vinctos duxerunt in villam deportaturi ad Petrum de Galetiano Canonicum

Item ad componendas lites quorumdam Principum Gallorum.

Agennenſem, totius tragœdiæ auctorem. Ultus eſt tamen injuriam in
facinoris Miniſtris Amanevus de Foſſato locum tenens Seneſcalchi Va-
ſconiæ, Agenneoſis Epiſcopus, & Eduardus Rex Angliæ; ſed & Canooi-
cum ad ſe mitti juſſit Pontifex, pœoam ioſlicturns tanti criminis, in Ro-
manæ Eccleſiæ & Pontificis contumeliam commiſſi.

VIII. Diximus ſuperius, Fratres illos, qui ſub nomine ſpiritualium & ſtri-
An. 1314. n. 8. ctiorum obſervatorum regulæ ſancti Franciſci jugum excutiebant obe-
dientiæ, & temere præcepta contemnebant Superiorum, partim ex
Improbatur temeritas Fratrum Narbonen. & ſociorum. Tuſcia evolaſſe in Trinacriam, partim Narbonæ & Biterris peculiares
domos ſibi conſtituiſſe, & ex ſuo grege abſque ulla auctoritate prælatos
ſibi creaſſe, vi & armis ejicientes ceteros Conſodales ex ſuis domiciliis.
Laudo bonum conatum majoris perſectioois, & deſiderium approbo per-
fectæ obſervantiæ regularis; ſed non condemnare non poſſum præ-
ſumptionis ſpiritum, contemptum ſuperiorum, & tumultuarium in his
modum procedendi. Sunt quidam, qui bene agere proponunt, ſed in
ipſa actione valde deficiunt. Dum enim ſpiritum, quo ducuntur, oon ad
diſcretionis regulam menſurant, ſed cœco ſervore urgere contendunt;
ubi piæ actionis merito ſe putant proficere, ibi gravi errore a via virtu-
tis longius aberrant. Sane ex illorum cenſeodi ſunt numero, de quibus
Pſal. 105. 25. dixit Propheta: *Aſcendunt uſque ad cælos, & deſcendunt uſque ad abyſ-
ſos, anima eorum in malis tabeſcebat.* Quia dum ceteros altitudine per-
fectionis pertranſire ſatagunt, & ad cœlum uſque pertingere, inanis
gloriæ vel præſumptionis propriæ virtutis vertigine correpti, miſerabi-
liori tamdem caſu ſemet collidunt. Ita in his contigit dum ad perfe-
ctiorem regulæ aſpirant obſervantiam, omnem deſpiciunt, dum potiſſi-
Scribit contra eos Pontifex ad Regē Trinacriæ. mum regulæ fundamentum excutiunt obedientiam. Michael ergo
Ceſenas Miniſter Generalis pro ſui muneris ratiooe eos ad religionis
gremium revocare deſiderans, egit cum Pontifice, ut moneret Frideri-
cum Trinacriæ Regem, gentem hanc fugitivam & apoſtatricem eſſe, nul-
lumque proinde eis præberet ſavorem aut auxilium; quod & ſecit, ju-
bens per ſuas patentes litteras Pontificias continentes, ut per univerſam
inſulam caperentur, & ſuperioribus Minorum traderentur. Aſpere eos
taxat Pontifex, & variorum inſimulat errorum, juxta narrationem eo-
rum, qui cauſam contra eos urgebant, quorum tamen veritateui, aut
Ann. 1318. paſſionem commodius nos alias examinabimus. Exeoplar interim ſubmi-
niſtro diplomatis Pontificii.

Cariſſimo in Chriſto filio Regi Trinacriæ.

Reg. Vat. epiſt. 106. an. 1. tom. 1. IX. H*Abet fide digna & certa relatio, quod nonnulli Fratres de Pro-
vincia Tuſciæ, Minorum Ordinis profeſſores, ſacram religionem
beati Franciſci, confeſſoris egregii, ſub deſpecto habitu, parviſque caputiis
oſtentantes, viri utique fugitivi, nec minus apoſtatæ, quærentes a jugo re-
ligionis colla ſubducere, & debitum regularis effugere diſciplinæ, colum-
binæ ſimplicitatis ſpeciem præ ſe ferentes exterius, & callidi hoſtis aſtutias
interius proferentes, de Conventibus & locis propriis, abſque Superiorum
ſuorum licentia, temeritate damnabili exiverunt, in inſulam Siciliæ tranſ-
migrantes, ut prævaricationi voti culpam gravioris tranſgreſſionis adjice-
rent, contra conſtitutionem felicis recordationis Bonifacii VIII. prædeceſ-
ſoris noſtri, ſpecialiter prohibentem, ne religioſi ejuſdem, vel aliorum Or-
dinum mendicantium de novo loca præſumant ſuſcipere abſque licentia Sedis
Apo-*

Digitized by Google

Apoſtolicæ ſpeciali, loca in diverſis partibus dictæ Inſulæ, in dictæ Sedis contemptum præſumptione temeraria noviter ſuſceperunt, ſibique in dictis locis ſuperiorem alium eligentes ſimplicium cordibus dicantur errores varios ſeminare, ut eoſdem ſecum in devium erroris adducant. Cum itaque talium damnanda temeritas non ſolum in dicti Ordinis Minorum opprobrium, ſed etiam in ipſius Ordinis, & aliorum fidelium ſcandalum, ejuſdem Sedis contemptum, & tam ſuorum quam aliarum multarum perniciem animarum redundare noſcatur; Magnificentiam tuam rogamus, monemus, requirimus & hortamur attente, per Apoſtolica tibi ſcripta mandantes, quatenus prudenter attendens, quod non modicum excellentiæ tuæ derogatur honori, ſi hujuſmodi viros devios, profeſſionis propriæ, ac ſacrorum Canonum tranſgreſſores, ac etiam ſeminatores errorum in dicta inſula permittas ulterius commorari, quodque in magnum tuum redundabit honorem, ſi eoſdem de prædicta inſula expellere & extirpare procures, eis omnem ſubtrahendo favorem. Dilectis filiis Miniſtris, Cuſtodibus, vel Guardianis dicti Ordinis, vel eorum nunciis, ſuper revocatione & reductione dictorum Fratrum deviantium ad Ordinem memoratum, cum ab eis ſuper hoc fueris requiſitus, etiam, ſi expedierit, dictos Fratres faciendo capi, & eorum ſuperioribus tradi captivos, juxta diſciplinam Ordinis corrigendos, impendere ſtudeas favorem, conſilium & auxilium opportunum. Sic te hoc de abundantia Regiæ providentiæ laudabiliter habiturus, quod ex prompta præmiſſorum executione apud retributorem bonorum omnium præmium, & apud nos condigni favoris gratiam merearis. Datum Avenione Idibus Martii.

X. Neque contra reliquos Galliæ Narbonenſis, ſeu Provinciæ rebelles, qui Narbonæ & Biterris propria ſibi conſtituerunt domicilia, agere deſtitit Cæſenas Miniſter Generalis; ſed cum præcipuis Ordinis patribus Avenionem petiit, ut Apoſtolicæ auctoritatis virga percellerentur, & ad ſaniorem mentem reducerentur. Sed & hanc cum ceteris, quas ſupra diximus, provinciam commiſit Pontifex Bertrando de Turre Miniſtro Aquitaniæ, ut cum his ſuaviter & leniter ageret, & a proprio ovili miſellos errantes ad caulam revocaret. Egit ille quantum potuit, ſed nihil, neque enim vel latum unguem valuit eos a ſua contumacia retrahere. Præcepit mox Pontificis nomine ut habitus, quos ferebant curtos, ſtrictos cum caputiis parvis, & inuſitatos (ita illius auctores loquuntur) ab Ordinis communitate valde diſcrepantes, deponerent, & alterum ſecundum Ordinis conſuetudinem aſſumerent, cujus vilitatem aut qualitatem a locorum conſuetudine, & Superiorum judicio petendam eſſe Clemens graviſſimo conſtituto jam in corpus juris redacto, ſanxierat. Reſponderunt, hoc ex illis unum eſſe, in quibus Superioribus non erat parendum, cum illa, quam aſſumpſerant, veſtis, regulæ ſancti Franciſci, & ſanctiſſimi legiſlatoris menti foret conformis, neque in hoc ſe putabant a Clementis declaratione recedere. Cum vero urgeret Bertrandus, illum eorum peregrinum habitum a Clemente reprobari, eumque juſſiſſe, ut circa veſtium qualitatem & menſuram obedirent ſubditi Prælatis, & Joannis Pontificis præceptum intimaret, ut ad obedientiam redirent, appellationem ad ipſum Joannem melius informatum, interpoſuerunt. Audita hac illorum pertinacia, & lecta appellatione, quam ſecundum apices Juris, exſcriptis eorum nominibus, tranſmiſit Bertrandus, ſcripſit Pontifex ad Officiales Narbonenſem & Biterrenſem ſequentia diplomata.

Curatur revocari Narbonenſes ad gremium religionis.

Hoc anno num. 1 & ſeqq.

Sed fruſtra.

Clemen. exivi de parad. §. vilitatem autem.

Scribit Pontifex ut omnino compellantur.

Dilecto filio Officiali Narbonenſi.

Reg. Vat. in append. tom. 1. epiſt. 317.

XI. *Dudum ad noſtri Apoſtolatus perductio notitiam, quod humani hoſtis procurante nequitia, inter dilectos filios nonnullos ex Fratribus Ordinis Minorum, ſuper quamplurimis articulis gravium erat diſſenſionum & diſcordiarum materia ſuſcitata: nos qui ad hoc libenter intenta ſollicitudine vigilamus, ut cunctos Eccleſiæ filios in pacis pulchritudine præſervemus, quaſdam circa præmiſſa ultra ea, quæ per felicis recordationis Clementem Papam V. Prædeceſſorem noſtrum ordinata fuerant, ordinationes duximus faciendas, per quas hujuſmodi diſſenſiones & diſcordias amputaſſe credidimus, & ſuper illis Fratribus ipſis bonum pacis & concordiæ proveniſſe. Verum quia, ſicut noviter fuit expoſitum coram nobis, quidam ex dictis*

Nomina Fratrum rebellium.

Fratribus videlicet Guillelmus de ſancto Amantio, Raymundus Crivelerii, Servianus de .... Bernardus Paraſolis, Berengarius Tartelli, Guillelmus Laurentii, Jacobus de Portali, Jacobus de Ricia, Laurentius de Saiſis, Raymundus Carlati, Bernardus Durandi, Petrus Fabri, Bernardus Franciſci, Guillelmus Santoni, Joannes Raytani, Guillelmus Rogerii, Raymundus Rardicis, Arnaldus Raymundi, Bernardus de Alsona, Franciſcus Syſini, Pontius Rota, Joannes Raſerii, Bernardus Ancuubaci, Guillelmus Arnandi, Raymundus Bols, Berengarius de Ferrantibus, Guillelmus Tholoſan, Bernardus de Bonen, Bernardus Jarnerii, Bertrandus Graucareta, Joannes Corvi, Petrus Auſteriſii, Guillelmus Porcelli, Joannes Eccleſiæ, Raymundus Ferrerii, Joannes Pruni, Raymundus Barditi, Gentilis de Marchia, Bernardus de Saverduno, Raymundus Joannis, Raymundus Magiſtri, Guillelmus Roſeti, Guirandus Martini, Petrus Vitalis, Guillelmus Veſiani, & Jacobus de Monteeſquino, quaſdam appellationes interpoſuerunt, & proteſtationes fecerunt, ex quibus non ſolum ſtatui dicti Ordinis detrahitur, imo inter Fratres prædictos ulterioris diſſenſionis, & ſcandali, ſicut vereſimiliter creditur, inducitur incentivum, & etiam honori Sedis Apoſtolicæ derogatur. Nos intendentes ſuper his remedium apponere ſalutare,

Jubentur ſe ſiſtere conſpectui Pontificis.

diſcretioni tuæ, per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus per te vel per alium, ſeu alios, Fratres eoſdem ſuperius nominatos ex parte noſtra peremptorie, ac ſub excommunicationis pœna, quam eos, ſi contra fecerint, incurrere volumus ipſo facto, citare procures, ut decimo die poſt citationem hujuſmodi Apoſtolico conſpectui ſe perſonaliter repræſentent, facturi & recepturi ſuper præmiſſis, quod Ordo dictaverit rationis. Diem vero hujuſmodi citationis & formam, & quidquid inde duxeris faciendum, nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes, fideliter intimare procures. Datum Avenione v. *Kalend. Maii, anno* 1.

Dilecto filio Officiali Biterrenſi.

Ibid. epiſt. 318.

XII. *Pridem ad noſtri Apoſtolatus perductio notitiam, quod humani hoſtis curante nequitia ea*, ut in diplomate præcedenti uſque ad concordiæ perveniſſe. *Verum quia, ſicut noviter fuit expoſitum coram nobis, quidam ex dictis Fratribus, videlicet Bernardus Martini, Petrus Dominici, Vincentius Guirandi, Berengarius Julioli, Petrus Baylli, Petrus Raymundi de Magraco, Bernardus Andreæ, Bernardus Belberii, Bernardus Guille, Berengarius Caſi, Deodatus Michaelis, Jacobus Leguini, Pontius*

tius Portanave, Joannes Fabri, & Guillelmus Radulphi, quaſdam appellationes interpoſuerunt, & proteſtationes fecerunt, ex quibus non ſolum ſtatui dicti Ordinis detrabitur &c. ut in præcedenti diplomate uſque ad finem. *Datum ut ſupra.*

XIII. His oportuit obedire mandatis, urgentibus ex præcepto Pontificio prædictis Officialibus. Receſſerunt itaque non ſolum ex Conventu Narbonenſi illi quadraginta ſex, quos Pontifex ſuis litteris diſtinctis nominibus recenſuit, & ſeptemdecim ex Conventu Biterrenſi, verum & alii his ſe adjunxerunt, pervenitque omnium numerus ad ſexageſimum, vel ut alii volunt, ſeptuageſimum quartum, qui Avenionem abeuntes, non declinaverunt ad Fratrum Cœnobium, ſed ſero venientes pernoctarunt præ foribus Palatii. Sequenti die introducti ad Pontificem in ſpiritu lenitatis eos audivit, & querelas excepit; ſed cuncta judicans frivola, præcepit eis, ut ad Fratrum Cœnobium declinarent, & ad Ordinis obedientiam redirent. Reluctantes juſſit ſub honeſta cuſtodia recludi, donec maturius in eorum negotiis ageretur, cauſamque vivæ vocis oraculo commiſit diſcutiendam fratri Michaeli de Monaco, ipſius Ordinis Minorum, hæreticæ pravitatis in regione Provinciæ & Comitatibus vicinis Inquiſitori, quem in eodem officio illic præceſſit frater Joannes de Verunis. Reſipuerunt omnes præter viginti quinque, qui obſtinate & impudenter nimis contendebant, Pontificem in his, quæ præcipiebat eis, peccaſſe, nec in iis quæ declaraverat circa Faatrum veſtitus, cellaria, & granaria, licite feciſſe, & Fratres ſecundum hanc declarationem viventes peccare. Regulam etiam ſancti Franciſci eamdem eſſe cum Evangelio, & proinde ejus præcepta a Pontifice indiſpenſabilia. In hos tamquam hæreticos animadverti juſſit Pontifex, dato publico hoc ſuæ commiſſionis ſyngrapho, fratri Michaeli Inquiſitori prædicto, qui ſeverius & ſtrictiori jure vitam & cauſas illorum examinavit, uti anno referemus ſequenti.

Siſtunt ſe Pontifici.

Jubet ut redeant ad religionem.

Nolentes tradit cuſtodiæ & Inquiſitioni fratris Michaelis de Monaco.

Inquiſitores in Provincia frater Michael. de Monaco, & frater Joann. de Verunis.

Aliquorum ex Fratribus Narbonen. temeritas.

Secundo committitur eorum cauſa fratri Michaeli Inquiſitori.

Dilecto filio fratri Michaeli Monachi, Ordinis Fratrum Minorum, Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Provinciæ & Forcalcherii Comitatibus, nec non & civitatibus, terris & locis infra Arelaten. Aquen. Ebrodunen. & Viennen. Provincias conſiſtentibus, auctoritate Apoſtolica conſtituto, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

XIV. *Super omnia deſiderabilia cordis noſtri fidei Catholicæ continuum incrementum intenſioribus deſideriis cupientes, gravi nimirum dolore torquemur, cum audimus aliquos, vel ſentimus ad depreſſionem illius, qualicumque malignitatis aſtutia, vel colore ſatagere, aut ei detractionibus, vel commentis mendacibus derogare. Ad quorum iniqua ſternenda molimina, eo ferventius noſtra ſuſpirat intentio, quo pernicioſius in animarum ſtragem perverſis conatibus machinantur. Nuper ſiquidem, non abſque multa mentis turbatione percepto, quod nonnulli pſeudo-Minorum Ordinis Fratres, ſolo nomine profeſſores, ad eam mentis inopiam, & cæcitatem devenerant, quod hæretica labe reſperſi, adverſus ſaluberrimam Chriſtianæ fidei veritatem impie ſentiebant, & alios verbis mendacibus ſub mentitæ pallio ſanctitatis in errorum ſuorum devium trahere, ipſoſque errores defendere pro viribus conabantur: Et nos qui ſollicitudine vigili contra talium doloſam aſtutiam opportunum remedium libenter ubilibet adhibe-*

Ex Archiv. Aracælitano n. 13.

bemus, ne virus hujuſmodi in eodem Ordine ſub ſpecie ſanctitatis hujus ſubintraret, tibi mandaſſe recolimus oraculo vivæ vocis, ut adverſus eoſdem pſeudo-Fratres procedas, juxta Canonicas ſanctiones, & de illis facias juſtitiæ complementum. Verum intendentes, ut eo tutius ad hujuſmodi peſtis omnimodam extinctionem procedas, quo per nos fueris certiori auctoritate munitus, diſcretioni tuæ, de qua fiduciam obtinemus in Domino ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta committimus & mandamus, quatenus contra Fratres Joannem Bonavi, Guillelmum Sanconi, Deodatum Michaelem, Pontium Rocha, Bernardum Aſpa, Berengarium Tortelli, Petrum Fabri, Vincentium Girandi, Bernardum Aucubnaci, Gerardum Martini, Bernardum Franciſci, Guillelmum Arnandi, Jacobum Seogurni, Joannem Raſerii, Raymundum Bordini, Arnandum Raymundi, Franciſcum Sancti, Guillelmum de ſancto Amantio, Franciſcum de Bandonis, Servianum, Philippum Ferrarii, Arnandum Marini, Jacobum de Bivo, Arnandum de Fulgineo, Guillelmum Girandi, & Bernardum Boneri, pſeudo-dicti Ordinis profeſſores, eadem labe reſperſos, quorum aliqui, a quibuſdam mandatis, auctoritate noſtra factis eiſdem, certas appellationes & proteſtationes interpoſuiſſe noſcuntur, & omnes & ſingulos ipſis adhærentes, ſic efficaciter & ſolerter, juxta ſtatuta Canonica procedere ſtudeas, quod per tuæ ſollicitudinis circumſpectam prudentiam dicti Ordinis ſacra plantatio, exterminatis vulpeculis, quæ illum venenoſis morſibus demoliri præſumunt, fructus afferat Catholicæ puritatis. Nos enim ſuper præmiſſa contra eos, juxta ſtatuta hujuſmodi procedendi, & omnia alia & ſingula, quæ contra præmiſſa opportuna fuerint, faciendi & etiam exercendi, non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus eidem Ordini, aut ipſius Ordinis Fratribus, vel eorum aliquibus ſub quavis verborum forma conceſſis, quæ pſeudo-Fratribus, & adhærentibus ſupradictis, contra præmiſſa, vel aliquod præmiſſorum in nullo volumus ſuffragari, & tam de duabus dietis in Concilio generali, quam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri auctoritate editis, per quas judices a Sede deputati prædicta extra Civitatem & diœceſim, in quibus deputati fuerint, aliquem aut aliquos ultra unam dietam a finibus ſuæ diœceſis trahere prohibentur, & aliis contrariis conſtitutionibus quibuſcumque, ſive ſi aliquibus communiter vel diviſim a dicta ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari, aut extra vel ultra certa loca trahi, vel ad judicium evocari non poſſint, per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi ac eorum perſonis, ac locis & nominibus propriis, vel Ordinibus mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam tuæ juriſdictionis executio valeat in hac parte quomodolibet impediri, & de qua, ejuſque toto tenore, habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, plenam tibi concedimus tenore præſentium poteſtatem. Volumus inſuper, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod a data præſentium tibi ſit in præmiſſis omnibus & ſingulis præſentibus & futuris perpetuata poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vigore, illaque firmitate poſſis in præmiſſis omnibus cœptis, & non cœptis, præſentibus, & futuris procedere, ac ſi juriſdictio tua in prædictis omnibus & ſingulis per citationem, vel alium modum perpetuata legitima extitiſſet. Datum Avenione Idibus Novembris Pontificatus noſtri anno II.

Regeſt. Clementis an. 7. epiſt. 96.

XV. Moneo obiter, hujus Michaelis mentionem inveniri in regiſtro Clementis V. ubi cum multis aliis gravibus viris avocatur ad præſentiam

tiam Pontificis propter quædam ſeria negotia ipſius religionis, jubeturque Miniſter Provincialis Provinciæ, ut ſtatim omnes, quos in diplomate Pontifex nominat, tranſmittat ad curiam. Vocatus etiam tunc in judicium Angelus de Cingulo, Clarenus nuncupatus (a quo Fratres Clareni, qui uſque ad Pii V. tempus perſeverarunt) & qui ſanctiſſime audivit in religione. Interrogatus de vita & diſcipulis, uti ipſe hujus hiſtoriæ auctor recenſet, reſpondit illam congregationem ſub Cœleſtino V. Duce fratre Liberato incepiſſe, ab eodemque Pontifice ab Ordinis corpore ſegregatam, ſe vero curam illius poſt Liberati mortem ſuſcepiſſe libenter, propter perfectam regulæ, quæ in ea vigebat obſervantiam, promptum tamen ſe & paratum Pontificiis parere præceptis. Idem ſubiit judicium frater Ubertinus de Caſali, qui acriter, uti alias diximus, defendit cauſam Petri Joannis Olivi cujus hi pſeudo-Fratres, ſe diſcipulos profitebantur, qui dum videret ſeveriori cenſura illos agitari, & Prælatos Ordinis vehementius perſequi paupertatis zelatores, ſtatuit non amplius in religione manere, ſed ad aliam tranſmigrare. Petiit itaque, & obtinuit facultatem, ad Benedictinos tranſeundi, allegatis cauſis debilitatis corporis, & variarum infirmitatum, aliarumque rationum Pontifici manifeſtarum. Aſſignavit ei Monaſterium ſancti Petri de Gemblaco, tunc Leodienſis, nunc Namurcenſis diœceſis in Brabantia, & ampliſſimum dedit diploma cum privilegiis neceſſariis, ſcripſitque ad Berengarium Cardinalem Tuſculanum, & ad Leodienſem Epiſcopum, ac ad Præpoſitum Eccleſiæ Nivellen. ut eum in prædicto Monaſterio benigne recipi curarent. Ex diplomate Pontificio conſtabit non vulgaris fuiſſe opinionis in Curia, attamen, uti mihi ſuſpicari licet, vir fuit vividi ingenii, inquieti ſpiritus, & zeli aliquanto indiſcreti circa ſui Inſtituti obſervantiam, quique facile tranſibat, vel convocabat in partes. Hinc fortaſſis reſtiterunt Benedictini ejus receptioni; invenio enim aliud diploma Joannis anno x. ſui Pontificatus, quo eum adhuc Minoritam ſibi valde offenſum, fortaſſis propter controverſiam de paupertate, capi jubet, & ad ſe in curiam reduci.

Judicium ſubit Angelus Clarenus.

Et Ubertinus de Caſale. Tom. 5. an. 1297. num. 36.

Hic obtinet licentiam ad Benedictinos tranſeundi.

Dilecto filio fratri Ubertino de Ilia de Caſali, Vercellen. diœceſis Monacho Monaſterii ſancti Petri de Gemblaco Ordinis ſancti Benedicti, diœceſis Leodienſis.

XVI. *Verbum attendentes Apoſtoli, qui cum infirmantibus ſe aſſerit infirmari, patientibus adverſa humane compatimur, & ad concedendum ea ſibi, per quæ ſuam ad Dominum cuſtodire fortitudinem valeant, piis affectibus inclinamur. Sane nobis exponere curaviſti, quod propter debilitates varias & infirmitates proprii corporis, quibus frequentius moleſtaris, & propter alias etiam rationabiles cauſas, nobis explicitas, de Ordine Fratrum Minorum, quem ab olim fuiſti profeſſus, pro majori perſonæ quiete, & ut commodius obſequium præſtare poſſis Altiſſimo, ad Ordinem ſancti Benedicti deſideras te transferre. Nos itaque intendentes pii patris more laudabili ad ſalutem fidelium animarum, & proinde ut mentis tuæ tranquillitas, animæque profectus, auctore Domino, producantur, tuis in hac parte deſideriis annuentes, te ex nunc ab omni ſubjectione, juriſdictione, obligatione, jugo & obedientia Regulæ dicti Ordinis Fratrum Minorum & omnium Prælatorum ipſius, auctoritate Apoſtolica prorſus abſolvimus, & fore decernimus perpetuo abſolutum, præcipientes omnibus & ſin-*

Reg. Vat. an. 2. tom. 1. ep. 181. 2. Cor. 11. 29.

ſingulis Fratribus Prælatis, Officialibus, & aliis quibuſcumque dicti Ordinis Fratrum Minorum, ne de te contra abſolutionem noſtram hujuſmodi ſe aliquatenus de cetero intromittant, te vero ſic abſolutum ad dictum Ordinem ſancti Benedicti transferentes, auctoritate prædicta inſtituimus in Monachum Monaſterii ſancti Petri de Gemblaco ejuſdem Ordinis ſancti Benedicti Leodien. diœceſis, tibique auctoritate prædicta de Monachatu dicti Monaſterii providemus, dantes venerabili fratri noſtro Berengario Epiſcopo Tuſculano tenore præſentium in mandatis, ut ipſe tibi habitum Ordinis ſancti Benedicti apud dictam Sedem aſſignet, & a te in manibus ſuis profeſſionem ejuſdem Ordinis recipiat, ſecundum obſervantiam ipſius Monaſterii conſuetam, quam etiam in manibus Abbatis dicti Monaſterii, cum ab eo ſuper hoc requiſitus extiteris, facere nihilominus tenearis; eadem auctoritate prædicta nihilominus decernentes, quod ex prædicta translatione ad dictum Ordinem ſancti Benedicti, ſuſceptione habitus, & profeſſione ipſius, nulla te comitetur infamia, vel aliquid tibi quoad quamcumque promotionem tuam vel ſtatum honorabilem, aut ad optionem dignitatis intra dictum Monaſterium, vel extra, obſtaculum quomodolibet generetur, ac ſi numquam fueris in eodem Ordine prælibato, vel in eo profeſſionem aliquam feciſſes. Non obſtantibus decretis, de certo ipſius Monaſterii Monachorum numero, & quibuslibet ſtatutis & conſuetudinibus Fratrum Minorum, & ſancti Benedicti Ordinum, & Monaſteriorum prædictorum contrariis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ſeu conſtitutione felicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ut Fratres dicti Ordinis Minorum, qui poſt profeſſionem ab eis in Ordine ipſo factam ad quoſcumque Ordines alios profeſſionis cujuslibet petita vel non petita, obtenta vel non obtenta licentia a Superioribus ſuis immediate, vel per aliam, ſeu alios Ordines mediate tranſiverint in Ordine, vel Ordinibus, ad quem vel ad quos, tranſitum habuerint, vel eos in poſterum habere contigerit, vel etiam extra illos ad nullam omnino adminiſtrationem vel officium curam animarum habentia, nec etiam ad aliquam dignitatem vel prælaturam, ſeu perſonatum quoquomodo poſſint aſſumi abſque Apoſtolicæ Sedis ſpeciali & expreſſa licentia per ipſius Sedis patentes litteras concedenda facientes plenam, certam & determinatam de ſtatuto, & ordinatione hujuſmodi mentionem, per quæ ſibi quoad præmiſſa omnia & ſingula nullum volumus præjudicium generari, ſeu ſi aliqui in dicto Monaſterio auctoritate Apoſtolica in Monachos ſunt recepti, vel ut recipiantur inſiſtant, aut ſi pro aliis recipiendis in dicto Monaſterio direxerimus ſcripta noſtra, ſeu ſi dilectis filiis Abbati, & Conventui ipſius Monaſterii communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel proviſionem dicti Ordinis Minorum, vel quorumcumque aliorum Ordinum profeſſorum, vel alterius cujuſcumque minime teneantur, & ad id compelli non poſſint, quodque de Monachatu, ſeu loco, & portione ejuſdem Monaſterii nequeat alicui provideri per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia ſpeciali vel generali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam, effectus præſentium impediri valeat, vel differri, & de qua cujuſque toto tenore habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. Nulli ergo &c. noſtræ abſolutionis, & conſtitutionum præcepti, translationis, inſtitutionis, proviſionis &c. Datum Avenion. Kal. Octobris anno II.

XVII. Præcipua cauſa differentiæ inter Fratres communitatis, cete-

Digitized by Google

teroſque qui Spirituales vocabantur, conſiſtebat in habitus diſcrimine & qualitate. Portabant, qui de communitate dicebantur, habitus laxiores, longiores, meliores, & majora caputia: e contra Spirituales contendebant, non licere ita incedere, & aſſumpſerunt ſibi, uti Pontifex loquitur, veſtes ſtrictas, curtas, viles, cum parvis capitiis. Fratres communitatis ægre ferebant, ceteros velle a ſe diſcriminari, & inuſitatis, ſqualidiſque veſtibus ſuas nobiliores condemnari. Spirituales contendebant non licere ſibi aliter incedere, ſuumque habitum a ſancto Franciſco traditum paupertati ſui ſtatus eſſe conformiorem. Aliud item hi condemnabant in communitate, quod frumentum in granariis, & vinum in cellariis tempore meſſis & vindemiæ, etiam ex eleemoſynis collecta, congregaverint, hoc etenim germanæ mendicitati, & profeſſioni pauperum Fratrum Minorum dicebant eſſe contrarium. Ut has lites Joannes ſopiret, declarationem edidit graviſſimam, ſtylo elegantem, & verbis gravem, quæ habetur inter extravagantes communes *de verb. ſignif.* in qua laudatis valde Nicolai III. & Clementis V. interpretationibus Regulæ, jubet ut Fratres omnes in his duabus controverſiis acquieſcant judicio Superiorum. Hæ illæ ſunt ordinationes, quas ſe edidiſſe in ſuperioribus litteris commemorat, & frater Bertrandus Miniſter Aquitaniæ eas præſentaverat in illa commiſſione Narbonenſi, de quibus Fratres illi rebelles appellaverant. Hic ſubjicio exemplar; alibi etiam occurret datum ſub tempore diverſo; ſæpius enim a Pontifice illud iterari voluerunt Fratres contra rebellium contumaciam. Conſtitutionem hanc, odioſo & injurioſo præfixo argumento, ſub annum MCCCXXI. Bzovius exſcripſit:

Magna pars diſcordiæ interFratres ex habitus diſcrimine.

Et ex congregatione vini & frumenti.

Dubia hæc explicat Joannes Pontifex.

Supra relatis n. 12.

Bzov. n. 2.

JOANNES EPISCOPUS

Servus Servorum Dei,

Ad perpetuam rei memoriam.

XVIII. *Quorumdam exigit cacæ ſcrupoloſitatis ambiguum, ac ipſorum quodammodo indocta ſcientia, ne dixerimus quod irreligioſa horum ſit, vana, vel in hoc ſuperſtitioſa Religio: ut dum ſuis mavult temere ſub conſcientiæ velamento conceptibus, quam Prælatorum Ordinis ſui eum obedientiæ merito, provide inhærere ſententiis: nos poſt prædeceſſorum noſtrorum, & præſertim fel. rec. Nicolai III. ac piæ memoriæ Clementis V. Romanorum Pontificum ſuper intellectu, & obſervantia Regulæ Ordinis Fratrum Minorum declarationes*: Salubriter editas, ſolidas quidem, claras, & lucidas, multaque maturitate digeſtas, *noſtras, Deo favente, indubias ipſorum prædeceſſorum declarationes declarationibus adjungamus*: *ſicque* dies diei eructet verbum, & nox nocti ſcientiam manifeſtet: *ne perperam paucorum dicti Ordinis Fratrum (quod abſit) inſcitia, recta ipſarum declarationum verba convertens in deviam, illaque ſuis (eis profecto contraria) accommodans ſenſibus, ingrata Deo, Superioribus contumax, præfato Ordini detrahens, odioſa confratribus, unionem ſcindens, ſi valeat, ac grave credatur in populos ſcandalum allatura; quin potius noſtra vehementer flagrat intentio, antedictis profligatis incommodis, ut hæc ſancta Minorum Fratrum Religio (ad quam jamdudum eum Minorum nos gradus haberet, dilectionis & devotionis fervor incanduit: nunc vero poſt ſuſceptum a nobis Apoſtolicæ ſervitutis jugum, ad illius Religionis guberna-*

Habetur inter extrav. de verb. ſign. c. 1.

Nimia quorumdam ſcrupuloſitas condemnatur

Pſalm. 18. 1.

Joannes Pontifex Religioni Minorum addictiſſimus.

nationem, protectionem, defenſionemque interius exteriuſqae paſtoralis curæ ſollicitudo nos angit, paternæ cogit providentiæ debitum, ac internæ caritatis zelus accendit) quieta pace congaudeat, ſancto proficiat otio, in numero ac merito quamplurimum augeatur, blandeque inſuper redeuntium filiorum ſuæ ſanctæ profeſſionis ruat in oſcula, mactet vitulum, eorumque
Luca. 15. 27. *libens & ſedulo corruat in amplexus. Profecto eum & ipſius Religionis odor trahat, caritas attrahat, ſcientia lucidet, oratio mereatur, quam in convalle lacrymarum, hujus ſcilicet mundi miſeria, vel cordis contritione,*
Pſ. 83. 6. *& humiliatione puriſſima* aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, *ut non ſolum de virtute in virtutem proficiat, ſed & in eiſdem virtutibus permanens, quaſi quibuſdam alarum ad perfectionem tendentibus gradibus de die in diem facta ſe melior aſcendat in altius, terrena deſpiciat, & celeſtiu complectutur, ſicque tamdem divino munere collocata in patria, tanto tunc Deum ſecundum hujuſcemodi ejus ſanctæ aſcenſionis gradus cognoſcat apertius, quanto nunc in hujus peregrinationis anguſtiis illos conſcenderit altiores. Nam ſecundum David Prophetam eximium, dum ſanctam Eccleſiam Deus ipſe* ſuſcipiet: in ejus gradibus cognoſcetur. *Quapropter tantis incommo-*
Pſalm. 47. 4. *dis, tantiſque ejuſdem Ordinis excitati periculis: & ad illa ſalubribus, & opportunis per ejuſdem Sedis providentiam circumſpectam adhibendis ſummovenda remediis, noſtræ ſollicitudinis ſtudium convertentes, ad Dei laudem, beati Franciſci præconium, ejuſque præfati Ordinis pacem, conſolationemque fidelium, nec non tantis minuſque habentibus inobediendi, vel evagandi occaſiones, ſubducendam materiam, & ad* trepidantium, ubi timor non
Pſ. 13. 5. aderat, *ſcrupuloſam caliginem detergendam, eoſque ſuaviter reducendos, ut filios ad ipſius Religionis gremium velut matris: diligenti ſuper his perſcrutatione, & matura deliberatione præhabitis, de Fratrum noſtrorum conſilio, infraſcriptas declarationes, commiſſiones, ordinationes & præcepta quæ inferius inſeruntur, duximus adjungendas.*

XIX. *In primis cum dicatur in Regula, quod* illi, qui promiſerunt
Art. 1. de forma & vilitate habitus. obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, & aliam ſine caputio, qui habere voluerint. *Item quod* Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: *& ſuper prædictorum verborum ſenſu a præfatis prædeceſſoribus noſtris Nicolao & Clemente declarationes, ut prædicitur, limpidæ emanarint: dictuſque Clemens hujus vilitatis judiciam Miniſtris, Cuſtodibus, ſeu Guardianis Ordinis prædicti duxerit committendum, eorum ſuper hoc conſcientias onerando: nec ob hoc in quibuſdam ex Fratribus antedicti Ordinis, volentibus plus ſapere quam oporteat, novarum adinventiones ambiguitatum ceſſavere quam plurimæ, vel non omnino non vetuſtarum replicatio quæſtionum tam videlicet ſuper longitudine & latitudine, quam groſſitie & ſubtilitate, forma & figura veſtimentorum ipſorum: quinimo adeo hujuſmodi adinventiones & quæſtiones propria exercuere licentia, ut ex eiſdem Fratribus aliqui habitus propterea curtos, ſtrictos, inuſitatos, & ſqualidos, novitate plenos, ac diſſidii non ignaros, cum a communitate Ordinis diſcreparent, aſſumerent, nec eos ad Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum arbitrium ducerent reſumendos, dicentes, in hoc eorumdem Prælatorum ſuorum non parendum fore arbitrio: cum & ſuum ſic deſpectum & regularem, & cruciformem aſſererent: ceterorum vero ſuperfluum habitum irregularemque cenſerent: nec huic eorum opinioni præfati Clementis declarationem ſæpius repetitam obeſſe: nam licet Miniſtris, Cuſtodibus, & Guardianis præfatis veſtium vilitatis detur in illa judicium, tamen inibi conſequenter adjungitur,* ita tamen quod vilitatem in veſtibus ſervent, *præ-*

ſer-

Digitized by Google

ſertim cum & in declaratione prædicti Nicolai dicatur, quod ſemper in eiſdem Fratribus, & eorum actibus paupertas ſancta reluceat, prout ipſis ex eorum Regula invenitur indicta: ac in conſtitutionibus ejuſdem Ordinis generalibus caveatur, ut aſſerunt: quod in omnibus, quæ ad habitum Fratrum ſpectant, reluceat ſemper aſperitas, vilitas & paupertas: unde cum nec paupertatis, aſperitatis, vel vilitatis oblatæ per Miniſtros, & Cuſtodes, & Guardianos veſtes exiſterent: nec ipſorum Sup riorum Ordinis ſui in deponendo veſtes, quas gererent, nec in aſſumendo, quas darent, ſequi judicium nullatenus tenebantur, Generali Miniſtro, & ceteris Fratribus, qui pro communitate ejuſdem Ordinis aderant ſuis rationibus, quas brevitatis cauſa omittimus, contrarium aſſerentibus ex adverſo, prout hæc & alia hinc inde coram nobis, & eiſdem Fratribus noſtris ſcripto lecta, verboque fuere propoſita: ac etiam coram aliquibus ex Fratribus noſtris prædictis ſuper hoc deputatis a nobis, præſertim per aliquos ex Fratribus dicti Ordinis, qui in prædictis communitati adverſabantur, fuerunt ea pluries repetita. Quocirca nos ſerioſius rationibus prædictis auditis, & aliis, illiſque plenius intellectis: volentes perpetuum præfato finem dare negotio, de prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio declaramus, & dicimus, quod cum, ſicut ſupra prætangitur, dicatur in Regula, quod Fratres omnes veſtimentis vilibus induantur: & cum vilitatem hujuſmodi veſtium tam habitus, quam interiorum tunicarum, illam præfatus Clemens intelligi debere decreverit, quæ ſecundum conſuetudinem vel conditionem patriæ debeat quantum ad colorem panni, & pretium vilitas merito reputari, atque conſequenter hujuſmodi vilitatis judicium Miniſtris, Cuſtodibus, ſeu Guardianis prædictis, ipſorum ſuper hoc conſcientias onerando, duxerit committendum, prout in ejuſdem Clementis litteris ſuper hoc confectis plenius continetur: eorumdem Miniſtrorum, Cuſtodum, ſeu Guardianorum eodem modo judicio eſt relictum. Noſque nihilominus præfatorum Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum judicio præſentium auctoritate committimus determinare: videlicet arbitrari ac præſcribere, cujus longitudinis, latitudinis, groſſitiei, & ſubtilitatis, formæ ſive figuræ atque ſimilium accidentium eſſe debeant tam habitus ipſorum, quam caputia, quam interiores tunicæ, quibus Fratres omnes dicti Minorum Ordinis induantur: ac inſuper cujus quantæque vilitatis indui eos ipſis veſtimentis oporteat: & an in veſtimentis hujuſmodi ſecundum Regulam & declarationes eorumdem prædeceſſorum noſtrorum, & præfatas Ordinis conſtitutiones reluceat aſperitas, vilitas, & paupertas: utrum vel quantum ad colorem, pretium, vilitatem, paupertatem quoque ac cetera accidentia ſupradicta Fratres veſtimentis induantur, ut debent: ſuper quibus eorumdem Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum conſcientias oneramus, ſtatuentes, & diſtricte præcipiendo mandantes, quatenus in prædictis & iis ſimilibus eorum arbitrium, determinationem ſive judicium Generalis quidem in totius, Provincialium vero in Provinciarum, Miniſtrorum ac Cuſtodum, & Guardianorum adminiſtrationibus, Cuſtodiis, & Guardianiis, ſive Conventibus Ordinis memorati commiſſis eiſdem, Fratres omnes & ſinguli ſequi omnimode, illiſque parere per omnia teneantur: ac inſuper quod illorum ſequendo arbitrium, determinationem, ſive judicium illiſque parendo nec ſint, nec poſſint dici, vel debeant, nec ipſi ſeipſos autument ſuæ Regulæ, vel conſtitutionum ſui Ordinis trangreſſores, maxime cum nec expreſſe vel determinate in prædicta Fratrum Minorum dicatur Regula, vel declarationibus antedictis, quantæ longitudinis, quantæque latitudinis, quantæ groſſitiei vel ſubtilitatis, qualis formæ, qualiſve figuræ hujuſmodi

debeant eſſe veſtes: ſicut nec qualis, quantæque vilitatis eas eſſe oporteat exprimitur in eadem, ſicque quodammodo eadem urgente neceſſitate, æquitate, non impari vero ſenſu, veroque id Regulæ ſuadentibus intellectu: ejuſdem Clementis inhærentes veſtigiis, præfatorum Miniſtrorum, Cuſtodum, & Guardianorum in prædictis, horumque ſimilibus fore judicium declarare compellimur, illaque eis, ut prædicitur, committere innitamur. Non enim particularium omnium certa poteſt dari ſcientia, neque horum cum infinita ſint, contingit fieri diſciplinam. Non ars, non regula circumſtantias ſingulas, accidentiaque cuncta complectitur: Habent in illis minores ſubeſſe majoribus, illis obſequi, illiſque intendere, non in certis ſolum, verum etiam in dubiis & incertis præſunt artibus, quibus obediant, præſunt regulis, quibus obtemperent, diſciplinis, ut illarum finis egregius debitis ſubſequentium miniſteriis ſubſequatur. Sic judicans cuncta rimatur, & diſcutit, leges applicat caſibus, Canonum decreta ſecernit. Sic morbus aggravans medicum, ſic virtus conſtans in medio ſapientem, prudentemque depoſcit: ne ſi quiſque regatur ut appetit, confeſtim corruat, ut non quærit, neque taliter convenientibus non ordo, ſed horror inhabitet, adſit (quod abſit) diſcordia religans, religio religetur: ſententiæ namque variantur, ut capita, & creſcit in ſtolidis opinionibus phantaſia.

XX. Eodem modo, eiſdem quodammodo rationibus invitati, cum præ- Art. 2. de granariis & cellariis. fatorum Miniſtrorum & Cuſtodum ſub certa forma, ſimul ſcilicet, & ſeparatim in ſuis adminiſtrationibus & Cuſtodiis cum Guardiani, & duorum de Conventu loci diſcretorum Sacerdotum, & antiquorum in Ordine Fratrum conſilio & aſſenſu præfatus Clemens judicio duxerit relinquendum: an ſit multum credibile ex jam expertis, quod Fratres ipſi abſque granariis & cellariis non poſſint vitæ neceſſaria invenire: quo caſu granaria & cellaria, congregationes, & obſervationes hujuſmodi eis ipſe conceſſit: prout in prædictis ejuſdem Clementis litteris plenius continetur: Nos de præfatorum Fratrum noſtrorum conſilio, eorumdem Miniſtrorum & Cuſtodum ſub eadem forma, judicio, præſentium auctoritate committimus determinare: videlicet arbitrari atque percipere eo caſu qualiter, ubi, quando, quomodo, & quotiens granum, panem & vinum pro vitæ Fratrum neceſſariis Fratres ipſi quærere debeant, conſervare, ſive reponere: etiamſi reponenda ſint in prædictis granariis, & cellariis conſervanda: ſtatuentes & diſtricte præcipientes mandamus, quod in prædictis & his ſimilibus eorumdem arbitrium, determinationem ſive judicium, Generalis quidem in totius, Provincialium vero in Provinciarum, Miniſtrorum ac Cuſtodum, ſimul ac ſeparatim in adminiſtrationibus & Cuſtodiis Ordinis memorati commiſſis eiſdem, cum Guardiani tantum (ut ſupra dicitur) & duorum de Conventu diſcretorum loci Sacerdotum, & antiquorum in Ordine Fratrum conſilio & aſſenſu Fratres omnes & ſinguli ſequi omnimode, illiſque parere per omnia teneantur: ac inſuper quod illorum ſequendo arbitrium, determinationem ſive judicium illiſque parendo, nec ſint, nec dici poſſint, vel debeant, nec ipſi ſe ipſos autument ſuæ regulæ vel conſtitutionum ſui Ordinis tranſgreſſores.

XXI. Ideoque omnes & ſingulos Fratres antedicti Ordinis Minorum qui ſtrictos, curtos & difformes habitus ab ipſius Generalis Miniſtri & aliorum Fratrum de dicta communitate habitibus coram nobis & Fratribus noſtris, vel alias in Romana curia detulerunt, vel deferunt: monemus & hortamur in Domino, eis nihilominus in virtute obedientiæ, ac ſub excommunicationis pœna per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ad mandatum ipſius Generalis deponant, quos deferunt, habitus: & aliis juxta ipſius Generalis ar-

arbitrium, determinationem ſive judicium, ut ſupra dicitur, induantur: ipſique Generali in omnibus iſtis & aliis per omnia, ſecundum beati Franciſci regulam, & prædictas prædeceſſorum noſtrorum declarationes, conceſſiones & commiſſiones in ipſis declarationibus comprehenſas, & noſtras contentas in præſentibus humiliter obediant, pareant & intendant: non obſtantibus quibuſcumque privilegiis, indulgentiis, litteris, libertatibus, immunitatibus vel exemptionibus eis vel alicui ipſorum a præfato Clemente conceſſis: vel appellationibus ab eis vel ipſorum aliquo ad Sedem Apoſtolicam interjectis: quæ in quantum poſſent derogare præſentibus juribus, vacuamus. Religio namque perimitur, ſi a meritoria ſubditi obedientia ſubtrahantur. Magna quidem paupertas: ſed major integritas, bonumque obedientia maximum, ſi cuſtodiatur illæſa. Nam prima rebus, ſecunda carni, tertia vero menti dominatur & animo, quos velut effrenos & liberos ditioni alterius humili jugo propriæ voluntatis aſtringit. Ad hanc ergo Fratres prædicti non inviti, ſed ſponte redeant, hanc velint & appetant, hanc magnis deſideriis concupiſcant. Illudque votis Canticorum ingeminent: Oſculetur me oſculo oris ſui, *caritatis utique & dilectionis, religionis hujuſmodi obedientia ſancta purificans. Nam:* Meliora ſunt ubera tua, *præceptorum ſcilicet & conſiliorum, velut quædam nutrientia pocula,* vino, *unguentis optimis, ſcilicet bonæ famæ fragantia ſuavitatis odorem. Nec formident hi ad obedientiam Ordinis, Deo auctore, dum redeunt: nam Prælatos ſuos (ut firmiter ſperamus eiſque injungimus) ſibi benignos & mites invenient: ceteros dulces atque palpabiles, cum ſint & eſſe debeant omnes & ſinguli Fratres in Chriſto, clamitent:* Quis mihi det te Fratrem meum, *communi ſcilicet Patre beato Franciſco congenitum:* Sugentem ubera matris noſtræ, *religionis utique & profeſſionis ejuſdem: velut matris contemplationis & lectionis ſuavia & dulcia pocula:* Ut inveniam te foris *ab ejuſdem obſervantiis quodammodo diſparem,* & deoſculer *blande, videlicet intra caritatis ubera te amplexans, & jam me nemo, & te nemo deſpiciat: profecto quos foris poſitos multi, ac ſi diviſos & diffidentes fortaſſe deſpexerant: intus puta intra dilectionis internæ præcordia, & conformes obſervantiæ clauſtra repoſitos,* jam nemo deſpiciat. *Sed ſuſcipientes eoſdem dulcedine quiſque digne laudibus efferat & ſuſceptos. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, commiſſionis & conſtitutionis, mandati, monitionis, & vacuationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Avenione Idibus Aprilis, Pont. anno primo.*

Obedientia laus.

Cant. 1. 1.

Ibidem.

Ibid. 8. 1.

XXII. Ceſænas Generalis Miniſter ſua etiam non defuit opera in tollendis obſtaculis his pauperculis Fratribus, quin minus ad religionem redirent. Præcepit itaque cunctis Fratribus ut qualitatem, & formam ſui habitus moderarentur ad regulas paupertatis, ne fierent his Fratribus in offendiculum, aut ceteris in ſcandalum. Dedit proinde ad omnes, maxime ad Miniſtrum Provinciæ litteras ſequentes.

Circa qualitatem habitus ſcribit Generalis Miniſter ad Miniſtrum Provinciæ.

In Chriſto ſibi cariſſimo, Miniſtro Provinciæ N. frater Michael de Ceſena.

Cum almus Chriſti confeſſor Franciſcus in Regula ſua dicat, quod fratres omnes veſtimentis vilibus induantur, *& felicis recordationis Dominus Clemens V. hujus vilitatis judicium, Miniſtris, Cuſtodibus ſeu Guardianis Ordinis noſtri duxerit committendum, eorum ſuper hoc conſcientias*

tias onerando, & ſanctiſſimus Pater & Dominus D. Joannes divina providentia Papa XXII. in declaratione nuper edita per eum, provide ſtatuerit; & diſtricte præcipiendo mandaverit, quod omnes & ſinguli Fratres dicti Ordinis circa vilitatem veſtium, tam habitus, quam interiorum tunicarum, arbitrium, determinationem, ſive judicium, Generalis quidem in totius, Provincialis vero in Provinciarum Adminiſtrationibus, Cuſtodum & Guardianorum in Cuſtodiis & Guardianiis, ſeu Conventibus Ordinis memorati eiſdem conceſſis, ſequi omnimode, illique parere per omnia teneantur. Super quibus eorumdem Miniſtrorum, Cuſtodum & Guardianorum conſcientias oneravit. Idemque ſanctiſſimus Pater in ipſa declaratione, exhortatione benigna nos inducat, ut non ſolum de virtute in virtutem proficiamus, ſed in eiſdem virtutibus permanendo, quaſi quibuſdam gradibus ad perfectionem tendentes, de die in diem meliores efficiamur, & aſcendamus in altum. Ideo volens tam piam & benignam exhortationem non ſolum in his, quæ neceſſitatis ſunt, ſed & in his, quæ decentiæ, & congruitatis exiſtunt, cum aliis in exemplum dati ſimus, inviolabiliter obſervare: arbitror, determino, & judico, ac ſtatuo firmiter, & per obedientiam ſalutarem diſtricte præcipio, quod nec tu, nec Frater aliquis tuæ Provinciæ cujuſcumque conditionis exiſtat, habeat ſive portet habitum, tunicam, vel mantellum, niſi de communi, & vili panno, de quo videlicet Conventus tuæ Provinciæ communiter induuntur, ſeu indui conſueverunt. Et quod etiam habitus, tunicæ & mantelli vilitatis hujuſmodi & paupertatis terminos excedentes, ſi qui ab aliquibus Fratribus habeantur etiam ante ordinationem præſentem, deponantur, & penitus relinquantur, niſi ex antiquitate ad tantam vilitatem redacti ſint, quod communem pannum & colorem non excedant, caputiumque juxta formam generalium ſtatutorum, cingulum non excedat. Sitque conformitas in latitudine longitudini correſpondens. Porro habitus tantæ ſit longitudinis ad plus, quod extenſus ab aure uſque ad terram, vel ab humero portantis, ſeu portare debentis, ultra ſemiſſem ſeu dimidium pedem nullatenus extendatur. Et quod in prædictis veſtimentis curioſitas quælibet in ſutura, criſpitudine, ac rugoſitate, & aliis penitus evitetur. Et cordas præterea rudes, non de lineo filo retortas, ſed canapis Fratres habere ſtudeant, & portare. Et ut inter Fratres tuæ Provinciæ tollatur materia contendendi, mando tibi ſub eadem diſtrictione præcepti, quod ſublato materiæ diſpendio, cum conſilio Cuſtodum tuæ Provinciæ, & aliorum diſcretorum, de quibus tibi expedire videbitur, pannos congruos & viles in pretio penitus, & colore, quibus Fratres ſuperius, & interius induantur, & de quibus fiant etiam mantelli, determines & aſſignes, vilitatis ſeu communis conſuetudinis, ut ſupra exprimitur, terminos nullatenus excedendo, ſed potius reſtringendo, ſi tuæ & aliorum diſcretioni videbitur expedire. Ad quam determinationem ſervandam Fratres omnes tibi ſubditi, ſine diſtinctione aliqua per obedientiam teneantur, diligentius attendentes quod ſecundum declarationes prædictas, non ipſorum ſed Prælatorum eſt ſolummodo de veſtimentorum materia & forma determinare; ac per hoc attentantes contrarium tranſgreſſionis laqueum non evadunt. Ad hoc autem non ſolum Fratres in locis noſtris, verum etiam in aliis Monaſteriis, & quorumcumque Dominorum domibus commorantes, volo uniformiter & generaliter obligari. Quibus, ſi qui ſunt in tua Provincia, hoc mandatum ſtudeas intimare, atque omnia tam in te, quam in ſingulis tibi ſubditis, obſervanda volo & diſtricte præcipio, ut invigiles tam ſolerter, quod appareas ſanctæ paupertatis zelator, & notam negligentiæ & deſidiæ non incurras, neque non oporteat contra

hoc

Digitized by Google

hoc amplius laborare, majorem adhibendo medelam. Si quem autem Fratrem hujus ordinationis ac præcepti, quod abſit, inveneris contemptorem, gravi ipſum ſubjicias diſciplinæ, & nihilominus eum cogas ad plenam obſervantiam prædictorum, habitum, tunicas, & mantellum, formam prædictam excedentes, eidem penitus auferendo, & in ejus contumaciam intimando ut taliter puniatur, quod ſit ceteris exemplo. Tenorem autem præſentis ordinationis, ac præcepti quantocius deſtinare, & eam haberi in ſingulis locis tuæ Provinciæ & coram Fratribus frequenter legi facias in communi, ne aliquis propter ignorantiam ſe valeat excuſare. Vale in Domino & ora pro me. Datum Avenione Nonis Decembris anno Domini MCCCXVII.

XXIII. Aliam ſenſit aliunde hoc tempore Religio Minorum afflictionem, quod uti refertur in diplomate Pontificio Joannis Papæ, quod incipit: *Sancta Romana*, multi profanæ multitudinis viri vulgariter Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, & Bizochi, ſive Beguini, aliiſque nominibus nuncupati, in Italia, Siciliæ inſula, in Comitatibus Narbonen. & Tholoſano, aliiſque Provinciis, & partibus ciſmarinis, & ultramontanis contra canones Eccleſiaſticos habitum novæ religionis aſſumpſerint, congregationes & conventicula fecerint, Superiores elegerint, quos Miniſtros, ſeu Cuſtodes, vel Guardianos, aliiſque nominibus appellabant, plurimos ad ſuam ſectam receperint, loca conſtruxerint, conſtructaque ab aliis ſuſceperint, publice mendicaverint, & quod Minoritis injurioſius erat, confinxerint & palam aſſeveraverint ſe Fratrum Minorum regulam profiteri, atque ad litteram obſervare, licet ſub obedientia Superiorum Ordinis Minorum non morarentur, atque doloſe prætenderint, ſe a ſanctæ memoriæ Cœleſtino Papa V. hujuſmodi ſtatum, ſeu vitæ privilegium accepiſſe, quod tamen etiamſi oſtenderent, eis minime ſuffragabatur, cum Bonifacius VIII. omnia privilegia a Cœleſtino conceſſa revocaverit. Horum vero aliqui prædictum vivendi ritum & habitum a quibuſdam Epiſcopis, ſeu eorum Superioribus vel aliis Eccleſiarum Prælatis ſe recepiſſe dicebant, quos nec eis recipere, nec prædictis Epiſcopis vel eorum Superioribus concedere licuit, contra formam Concilii Generalis.

Fratricelli ac Bizochi ſe Franciſcanos fingunt. Habetur in extrav. communib. tit. de relig. domibus.

Conc. Lateran. ſub Innoc. III. c. 13. & hab. de rel. Dom. cap. ne nimia.

XXIV. Ex his alii aſſerebant, ſe eſſe de Tertio Ordine ſancti Franciſci, Pœnitentium vocato, ſatagentes prædictum ſtatum & ritum eorum ſub velamine talis nominis palliare, cum tamen in regula ipſius Tertii Ordinis talis vivendi ritus nullatenus ſit conceſſus. Sed quia in errorum barathrum facile ruunt, qui conceptus proprios patrum definitionibus anteponunt, plurimi illorum dicebantur a veritate Catholicæ fidei deviantes Eccleſiaſtica ſacramenta deſpexiſſe, & ſtuduiſſe errores alios multipliciter ſeminare. Quare Joannes Pontifex ad hujus anni finem, III. Kal. Januarii, non obſtantibus eorum excuſationibus, quas frivolas reputavit, ſectam, ritum & ſtatum illorum condemnavit & annullavit, profeſſiones inter eas factas irritas reddidit, & Epiſcopis interdixit, ne deinceps ullum ad hujuſmodi ſtatum reciperent, uti habetur in extravag. *Sancta Romana & univerſalis Eccleſia*, quæ habetur in corpore juris inter conſtitutiones prædicti Pontificis, tit. de religioſis domibus.

Alii ſe fingebant Tertii Ordinis S. Franciſci.

XXV. Hujus decretalis ſenſum, vel non percepit Abrahamus Bzovius, vel minus æque ad ſuam mentem compoſuit. Propterea namque editam affirmat: *Quia*, inquit, *plerique ex Ordine ſancti Franciſci, ce-* te-

Corrigitur Abraham Bzovius.

teris ſe ſanctiores eſſe exiſtimantes ad modum ingenii ſui contra reliquæ multitudinis ſenſum verba quædam regulæ detorquebant, atque in errorem multis Sodalibus ſeductis, ſectam Fratricellorum collegerant. Iſtis dolebat Clementini decreti (*videlicet* exivi de paradiſo, l. 5. tit. de verb. ſign. *in quo declaratur regula ſancti Franciſci*) *in corpus juris redacti promulgatio. Cumque & paſſim per civitates & præcipue in curiis Regum ac Principum quererentur, quaſi ſummi Pontifices rigorem illum a ſancto Franciſco præſcriptum imminutum eſſe vellent, multaque præterea nimis procaci dicacitate, indigna auribus Catholicis, diſpergerent, ideo neceſſe habuit Joannes eam ſententiam* (*ſcilicet in hac extravaganti contentam*) *in impios ſtatuere.* Huc uſque Bzovius. Multa hic injurioſe dicta in Ordinem Minorum expendit, & nervoſe refellit auctor Nitelæ Franciſcanæ Religionis; ego duo dumtaxat, quæ magis ad meum ſpectant inſtitutum, & reliquarum injuriarum ſunt fundamentum, Lectoris ſubſtituam judicio, cui aperte demonſtrabo, neque Franciſcanos fuiſſe, quos Pontificium diploma perſtringit, neque Franciſcanos Fratricellorum ſectam, uti Bzovius aſſerit, collegiſſe.

Extra de relig. Dom. c. ne nimia. Et in eod. tit. c. Religionum in 6. Probatur illam homuncionū ſæcē nihil ad Franciſcanos ſpectaſſe.

XXVI. Atque in Franciſcanos minime prolatam hanc Pontificis ſententiam abunde probat ipſum diploma, in quo illud totius judicii præmittitur fundamentum, nimirum: *ſacris Canonibus interdictum eſſe, ne aliquis novum Ordinem, aut religionem inveniat, vel abitum novæ religionis aſſumat, ſed quicumque ad religionem venire voluerit, ingrediatur unam de religionibus approbatis.* Subſumit deinde narrationem, aitque, *nonnullos profanæ multitudinis viros, vulgariter Fratricellos, ſeu Fratres de paupere vita, Bizochos, &c. nuncupatos in variis partibus contra dictos Canones habitum novæ religionis aſſumpſiſſe, congregationes & conventicula feciſſe, atque alia id generis attentaſſe.* Hæc in Franciſcanos quadrare non poſſunt, qui neque *profanæ multitudinis viri* cenſebantur, neque aliquando apud quempiam illis nominibus Fratricellorum, Bizochorum, aut Beguinorum audiebant, neque contra ſacros Canones novæ religionis habitum tunc temporis aſſumpſerunt, neque cetera, quæ in diplomate ſubſequuntur, attentarunt, quorum vita, habitus & Inſtitutum, primum ab Innocentio III. mox ab Honorio III. deinde a ſubſequentibus Pontificibus, & maxime a Concilio Lugdunenſi, cujus de hac re Canones recenſentur in corpore juris, ſolemniter approbantur. Deinde incuſat hos Fratricellos temeritatis & damnabilis præſumptionis, quod hæc facere auſi ſint, *quaſi eorum ſecta foret una de religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis.* At contra Franciſcanos, quis iſthæc intorqueat? Deinde eos redarguit ſimulatæ pietatis, & fictæ religionis: *Dum plurimi eorum*, inquit, *Regulam ſeu Ordinem Fratrum Minorum ſe profiteri, & ad litteram obſervare confingebant, quamquam ſub obedientia Generalis, vel Provincialium Miniſtrorum ipſius Ordinis non morarentur, prætendentes, ſe a ſanctæ memoriæ Cæleſtino Papa V. hujus ſtatus, ſeu vitæ privilegium habuiſſe, a Bonifacio tamen VIII. revocatum.* Non vere hæc obſervaſſe, ſed confinxiſſe notat in hunc locum gloſſa, *ſub cujuſdam umbræ palliatione, cum veritas in eis regulæ non ſubſiſteret.* Seu hæc ita confinxiſſe, *ut ſimularint exterius, cujus contrarium latebat intrinſecus.* Subditque quod *cum tales ſub nullius viri Prælati obedientia non exiſterent, tamquam acephali pro religioſis non erant reputandi.* Quod vero ſuæ unicum temeritatis obtendebant velamentum, privilegium ſcilicet Cœleſtini V. nullatenus potuerunt oſtendere, quod *& ſi oſtenderent, non*

va-

valeret , inquit Pontifex , *cum Bonifacius VIII. omnia per Cœleſtinum conceſſa , quæ per ipſum non contingeret , approbari , viribus penitus vacuaverit , dictumque privilegium non inveniatur per eumdem Bonifacium approbatum* .

XXVII. Hic fortaſſis putabit aliqnis , quod & judicavit Marianus , *Mar. lib. 4. c. 5.*
perſtringi diſcipulos illos fratris Liberati , quem pro ſe & aliis petiiſſe
privilegium a Cœleſtino V. diximus alias , ut extra obedientiam Su- *Tom. 5. an. 1294. n. 9.*
periorum Ordinis viverent ſecundum veram regulæ obſervantiam , &
proinde varias paſſos a ceteris Fratribus moleſtias . At hi non vocabantur Fratres Minores , ſed pauperes Eremitæ Domini Cœleſtini , uti illo diximus loco , tamdemque poſt multas tribulationes , partim tranſierunt ad conſortium aliorum Fratrum , qui ſpirituales vocabantur , & partim vivebant ſub inſtitutione & regimine fratris Angeli Clareni . Sed in his litteris nihil agitur de Eremitis , neque proſcripti ſunt Fratres illi , qui vocabantur ſpirituales hoc anno , ſed ſequenti , uti tunc dicemus , neque frater Angelus aut ſocii , quantumvis ille vocatus ſit in judicium hoc
anno , condemnatus eſt , aut ejus abolita congregatio , uti ipſe largius *Claren. in tribul.*
& minutim recenſet , enumerans omnes tribulationes , & actiones reli- *6.*
quorum Fratrum erga eos , qui ad ſtrictiorem aſpirabant normam vivendi , propoſitas hoc ipſo tempore coram Joanne Pontifice ; & certe ejus congregatio ab illius cognomine *Clarenorum* dicta , uſque ad Pium V. laudabiliter perſeveravit , ſub quo unita eſt Fratribus regularis obſervantiæ . Audiviſſe vero ſemper ſub nomine *Eremitarum* ex variis patet litteris Pontificum , maxime ex Sixti IV. datis anno MCCCCLXXVII. Pontificatus ſexto ad ipſos directis ſub hoc titulo : *Eremitis ſancti Franciſci* . Ad horum itaque exemplum fortaſſis petierunt , & alii non ita probatæ vitæ , a Cœleſtino privilegia , vel finxerunt ſe illa obtinuiſſe videntes hos Liberati diſcipulos virtute illius privilegii , ab eodem accepti , adhuc licet non ſine moleſtia , perſeveraſſe . Et certe Cœleſtinum in hujuſmodi privilegiis , ſeu conceſſionibus , pro ſanctiore aut arctiore vita ineunda tribuendis , facilem fuiſſe , tum ex ſanctiſſimæ & arctiſſimæ ſuæ vitæ Inſtituto , tum ex naturali animi propenſione aperte conſtat , conſen-
tiuntque , qui ſcribunt , nemini quidquam petenti denegaſſe ; unde & fa- *Bzov. ann. 1294*
ciliores ſuſpicari licet , hujuſmodi ſectarios ad confingenda vel falſo ob- *n. 5.*
trudenda hujuſmodi ſuæ ementitæ religionis privilegia . Sub Cœleſtino
emerſiſſe ſectam Apoſtolorum , Duce Gerardo Sagarello Parmenſi , ſcribit
Prateolus , cui prædictus Angelus conſentit , quibus eo facilius fuit ſuæ *Prateol. verbo Apoſt.*
vitæ promotorem ſanctum præſcribere Pontificem , quo facilius vel ſe- *Claren. citat.*
cretius ſub ejus Pontificatu , & miti regimine e ſuis latebris prodierunt .

XXVIII. Ulterius , ut ad Pontificis bullam regrediamur , ibidem refertur , quoſdam ex his *prætendiſſe ſe dictum habitum & vivendi ritum a quibuſdam Epiſcopis , ſeu eorum ſuperioribus , vel aliis Eccleſiarum Prælatis recepiſſe , quos nec eis recipere , nec prædictis Epiſcopis , vel eorum ſuperioribus , vel aliis Eccleſiarum Prælatis concedere licuit contra formam Conci-
lii Generalis* . Nihil autem horum ſpectare poteſt ad Minores , qui non *De relig. Dom. c. ne nimis & eod.*
ab aliis , quam a Minorum Superioribus regularibus habitum , aut vi- *tit. c. Religionum*
vendi normam leguntur accepiſſe . Sed & ex illa , quam negat Epiſcopis *in 6.*
aut Eccleſiarum Prælatis poteſtate , amplius probatur intentum : etenim
ex his quæ dicit , nullatenus licere Epiſcopis , infert docte Franciſcus *Peña 2. par. di-*
Peña , non eſſe munus Epiſcoporum , aut aliorum Prælatorum Romano *rect. ſchol. 32.*

Pontifice inferiorum, novas inducere religiones, aut novis inductis auctoritatem dare, eaſve confirmare; hoc enim ſolum ad Papam ſpectat. At Religio Minorum jam ab annis centum & pluribus fundata, & a Sede Apoſtolica confirmata, nova cenſeri non potuit: neque etiam in iis quos Bzovius judicavit cenſoria hac virga percelli, videlicet Fratres illos qui ſtrictiorem affectabant, licet indiſcrete, obſervantiam; neque in diſcipulis fratris Liberati *novæ religionis* potuit nomen ſortiri; etenim neque regula, neque fundamentali Inſtituto, neque eſſentiali habitu a corpore religionis diſcrepabant, ſed peculiaribus quibuſdam majoris paupertatis obſervantiis, & ſtrictiori vel rudiori habitu, & minoribus caputiis. At hæc novum Ordinem non inſtituunt, neque ut a vetuſta diſtinguatur nova, ſufficiunt, neque diſcrimen conſtituunt eſſentiale. Patulum, & præ oculis habemus exemplum in multis ſtrictioris obſervantiæ Provinciis, tam per Italiam, quam per Hiſpaniam, Galliam & Germaniam, in quibus maxime in Luſitania adeo ſtrictos, arctos, & aſperos geſtant Fratres habitus, atque adeo parva caputia, ut ſi quidquid demas, jam ceſſent eſſe caputia, & potius veſtigia, vel ſimilitudines aliquas caputiorum, quam caputia ipſa eſſe affirmaveris; & arctiſſimis conſtitutionibus ſummam profitentur paupertatem; nullus tamen aliquando eos novæ, vel diſtinctæ a ceteris Obſervantibus, dixit eſſe religionis, ſed ſub eodem capite, & ſub eiſdem Superioribus vivunt rigoroſiſſime.

XXIX. Aliam adhuc excogitantes evaſionem, & ſui ſtatus approbationem, aſtruebant hi Fratricelli, ſeu Beguini, *quibuſdam ex illis aſſerentibus ſe eſſe de Tertio Ordine beati Franciſci, Pœnitentium vocato, prædictum ſtatum & ritum ſuum ſub velamine talis nominis ſatagentibus palliare*. At frivolam hanc eorumdem excuſationem Pontifex ipſe refellit, aſſerens regulam Tertii Ordinis longe ab eorumdem ritu & modo vivendi diſcrepare, neque illum in iſta contineri. Et clarius anno III. ſui Pontificatus datis litteris ad univerſos Eccleſiarum Prælatos, commendat Fratres & Sorores Tertii Ordinis, quos nullatenus condemnatos ſub nomine Beguinorum aut Bizochorum declarat, aperteque aſſerit, Beguinos nullam profeſſos eſſe regulam approbatam.

XXX. Cum itaque neque ipſi inter ſe convenerint, & adeo diverſas ſibi effinxerint latebras, varioſque modos evadendi excogitaverint, quantumvis ſe dixerint Franciſcanos, vel ſancti Franciſci ſuper ſe nomen invocaverint, ut judicium declinarent Pontificis, quis eis facile credat, niſi qui Franciſcano invideat honori, eumque his maculis velit inuſtum, & non potius fraudem, manifeſtamque non illico ſubodoret impoſturam? Certe credendum eſt potius Pontifici, qui ad honorificum hoc quod prætendebant nomen, aditus omnes eis præcluſit, & a Franciſcano grege lupos ovina pelle ſe contegentes, longius judicavit arcendos. Ejus ſequenda eſt fides, cui illorum innoteſcebant mores & vita, quos etiam non niſi prævio examine, & auditis eorum excuſationibus, quas *frivolas* dixit, judicavit condemnandos. Ille itaque hos nebulones ita deſcripſit: *Viri*, inquit, *profanæ multitudinis, qui habitum novæ religionis aſſumpſerunt contra ſacros Canones, ſectam adinvenerunt, & ut eorum error veritas, & impietas religio reputaretur, nunc hunc, nunc illum ſtatum confinxerunt*. Subjicit deinde juſtum judicium, & æquam fert in eos ſententiam, revocando, ac perpetuæ prohibitioni ſubjiciendo quidquid illi eouſque intentarunt, eorumque ſtatum ab Eccleſia Dei penitus abolendo.

Ex ipſis verbis Pontificiis probatur injuſte traduci Franciſcanos.

do. Acta ſunt iſta anno II. Joannis Pontificatus, III. Kal. Januarii, qui incidit in diem XXVIII. Decembris hujus anni, non vero anni ſequentis, uti Franciſcus Peña perperam exiſtimat. Sed & major eſt error Eymerici, qui neſcio, quam effinxit harum conſtitutionum genealogiam, & unius contemptum alteri condendæ ſubminiſtraſſe aſſerit occaſionem, atque hanc editam ait, poſt alias longo intervallo poſteriores, præſertim: *Quia quorumdam mentes*, annis multis poſt iſtam, de qua agimus, a Joanne emiſſam.

Peña citat. Eymeric. 2. part. q. 15. & 16.

XXXI. Clariſſime ex ipſo diplomate non nos, ſed Pontifex Joannes ipſius conditor & auctor inſinuat, injuſte hic traduci Franciſcanos, cujus verba & argumenta adeo ſunt manifeſta, ut ulteriori res iſta haud indigeat probatione. Attamen ut amplius pateat qui fuerint hi Fratricelli & Beguini, a Pontifice hic condemnati, eorum mores & vitam amplius hic exhibebo lectori ex gravi illius temporis ſcriptore, ipſius Joannis Pontificis Pœnitentiario Alvaro Pelagio. Ita porro hos fictos deſcribit religioſos, ut in omnibus ferme conveniat cum Pontificio diplomate, & verbis ſuis videatur eidem commentarium adjeciſſe. Pontifex ait, *nonnullos profanæ multitudinis viros, vulgariter appellatos Fratricellos, ſeu Fratres de paupere vita, ac Bizochos, ſive Beguinos, vel aliis nominibus nuncupatos in partibus Italiæ, nec non in inſula Siciliæ, Comitatu provinciæ Narbonen. & Toloſanæ civitatibus & diœceſibus, & provinciis, aliiſque diverſis ciſmarinis & ultramarinis partibus contra ſacros Canones habitum novæ religionis aſſumpſiſſe &c.* Audi quam conformiter procedat ad hæc Alvari narratio, & quam egregie verum vero conſonet: *Iſtis*, inquit, *ultimis temporibus hypocritalibus plurimi, maxime in Italia & Alemannia, & Provincia Provinciæ, ubi tales Begardi, & Beguini vocantur: nolentes jugum ſubire veræ obedientiæ, ſed libertate noxia potiri: nec ſervare regulam aliquam ab Eccleſia approbatam ſub manu præceptoris, & ducis legitimi, vocati Fratricelli, alii de paupere vita, alii Apoſtolici, aliqui Begardi, qui ortum in Alemannia habuerunt ſpecie tenus, & quantum ad hominem exteriorem mundo renuntiare videntur: & dicentes religioſos ab Eccleſia approbatos, promiſſas regulas non ſervare, durante primo fervore deſerta domeſtica penetrant, ſoli ſedent, vel pauci ſimul. Paupertatem ſervare videntur, abſtinentiis ſe macerant, ſed ventrem replent. Diſciplinæ operam dant, ſed deficiente fervore, quaſi poſt annum ſedent ſub umbra Juniperi, cujus cinis ignem uſque ad annum conſervat, habita occaſione de petenda Heliani * eleemoſyna: quam nequeunt petere niſi religioſi mendicantes ab Eccleſia approbati, vagari incipiunt, ad homines ſe convertunt, laborare refugiunt, quia panem otioſum inveniunt, familiaritates, maxime fœminarum nunc ſpiritualium, nunc aliarum accipiunt, eis prædicant, dulces ſermones proferunt, ſimplices ſe oſtendunt, per domos dominorum & viduarum convivantur, otio vacant, dictis & enumeratis aliquot* Pater noſter, *reliquo tempore, aut pedes in commotionem dant, aut in ſuis cellis dormitant &c.*

Ex gravi item auctore coævo, Pontificis Pœnitentiario.

Pelag. de planc. Eccl. lib. 2. c. 51.

3. Reg. 19. 5.

** Locus obſcurus*

Ext. de rel. dom. c. Relig. in 6.

XXXII. Subjungit Pontifex, *quaſi eorum ſecta foret una de religionibus per Sedem Apoſtolicam approbatis, temeritate damnabili præſumpſerunt &c.* Similiter Alvarus. *Et ut eorum ſecta peſſima confundatur, ſciant ſe in nullo Ordine vivere, nec in aliqua ſancta vocatione manere ab Eccleſia approbata. Et hoc ideo præcipue, quia contra Eccleſiæ ſanctiones, & Concilia generalia, ſtatum & regulam & religionem ſibi confingunt: nolentes unam de approbatis ab Eccleſia regulam profiteri, neque ſancti Baſilii Epi-*

ſcopi Cæſarienſis , nec ſancti Auguſtini mundi luminis , nec ſancti Benedicti , nec almi Franciſci præceptoris Minorum .

XXXIII. At ſicut refert Pontifex , *ut ipſorum error veritas , & impietas religio reputetur , plurimi eorum regulam Ordinis Fratrum Minorum ſe profiteri , & ad litteram obſervare confingunt , quamquam ſub obedientia Generalis & Provincialium Miniſtrorum ipſius Ordinis non morentur .* Alvarus : *Et ſi aliqui de prædictis gyrovagis aliquam regulam de prænominatis ſervare ſe dicant , quia tamen extra congregationes promittentes prædictas regulas ſub Prælatis legitimis tales acephali vivunt , nunquam in veritate vivere poſſunt , quia fundamentum religionum , vera obedientia eſt. Et quia obedientia ligati non ſunt , pro libito comedunt & bibunt , ſurgunt & ambulant , & ex occaſione libertatis , quia corrigi non timent , nec per hominem viſitari , nec excitari ; communiter poltronizant ,* (vulgare eſt Italorum) *id eſt vitam pinguem volunt cum libertate & ſine labore , dediti ſomno & vagationi continuæ : & pro levi commotione ſuborta , loca , in quibus habitant , dimittunt , & ab invicem ſe dividunt , & ſicut paſſeres inſolentes de monte in montem tranſmigrant , & torpore & tepore lethæo tepefacti cum curtis caputiis , & repeciatis , & cum amictibus & habitibus , quos ſibi contra Eccleſiam invenerunt , diſcurrunt per mundum , & quia circa jejunia , & orationes , & obſervationes regulares Domino non promiſerunt ; ſed quod faciunt de ſpecie boni , ex libertate propria faciunt , ideo recedente primo igne , forſan divino , qui eos urebat , pejores fiunt , quam ſi frigidi eſſent in ſeculo : quia tepidi , recedente calore , ab ore Dominico evomuntur , ſpeciem quidem ſanctitatis habentes , virtutem autem abnegantes in ſua hypocriſi , ſe & mundum decipiunt ; nam eorum prima abſtinentia in gaſtrimargiam vertitur ; paupertas in peculium ; vigilia in ſomnolentiam ; ſilentium in multiloquium , maxime ſub ſpecie loquendi de Deo ; ſimplicitas in malitiam ; ſolitudo in conſortium & familiaritatem ſecularium & mulierum . Eorum etiam aliqui in civitatibus & villis , alii prope habitant : & a ſecularibus de die in diem convivia recipiunt ſub ſpecie caritatis , commatres , & compatres ſibi faciunt , legationes faciunt & referunt , de animarum conſiliis præſumptuoſi idiotæ ſe intromittunt , de peregrinatione in peregrinationem diſcurrunt : quia acidia eos de cella expellit : quam cum ſic credunt expellere ſub ſpecie boni peregrinando per mundum , per ſanctos : tunc eam amplius nutriunt , quia nunquam acidia expellitur , niſi per continuationem cellæ ,*
Matth. 11. 12. *& violentiam ſibi factam , quia* regnum cœlorum vim patitur , & violenti rapiunt illud .

XXXIV. Pontifex dicit, eos *publice mendicare præſumpſiſſe , quod non*
Ext. de rel. dom. c. 1. §. confirmatos lib. 6. & c. de mend. val. l. unica lib. 11. *niſi religioſis per Sedem Apoſtolicam approbatis licet* , ex hoc enim publico quæſtu , uti gloſſa notat , licite mendicantes ſibi victum acquirunt . Hanc vero illorum mendicitatem , ita Alvarus deſcribit inferius : *Quidam etiam ex eis ſuperius Apoſtolici & Begardi nominati , paupertatem Evangelicam ſe ſervare dicentes , quia nec locum habent , nec aliquid ſe portare dicunt : vere gyrovagi , & vere ribaldi per mundum curſitant , in plateis comedunt , quia aliqui eorum conſcientiam habent comedendi in domo , & ſpecialiter ab aliquo aliquid petendi : ſed clamant in plateis eleemoſynam ſibi dari : vel cantant nihil expreſſe petendo , ſed clamando : nec laborare volunt , conſcientias habentes , ſi aliquod opus faciant corporale . Dicunt enim quod*
1. Theſ. ult. 17. *debent orare continue , ne cadant in tentationem , & quia Apoſtolus dicit ;*
Luca 10. 42. ſine intermiſſione orate, & Maria optimam partem elegit, *& ſimilia alle-*
Matth. 7. 15. *gantes . Iſti in veſtibus ovium veniunt* , ſed intus ſunt lupi rapaces . *Iſti*

illos

illos hæreticos ſequi videntur, qui in canone Apoſtolici *nuncupantur, qui nil proprium poſſidentes, nequaquam recipiunt eos, qui aliquid proprium poſſident in hoc mundo. Imitari etiam videntur alios hæreticos, qui vocantur Montani. Nolle enim aliquid proprium poſſidere in ſpeciali & communi, ſicut Fratres Minores ex regula profitentur, perfectiſſimum eſt. Sed eos qui proprium poſſident, condemnare hæreticum eſt.*

Tit.24. q.3. quidem verſ. Apoſtolici. Ibid. ver. Montani. Ext.de ver.ſignif. lib.6. & eod. tit. exivi de parad. c.Clem. 24. q. 3. quidam ver. Apoſtolici.

XXXV. Inferius, qua temeritate ſacris miniſteriis ſe ingerebant, ita recenſet: *Iſti pſeudo-apoſtoli, & Begardi iſtius temporis perfectiores apparere deſiderant, quam veri Apoſtoli, & veri Anachoritæ, qui & viri Apoſtolici extiterunt. Sed mentita eſt iniquitas eis, quia ipſi perfectionem Apoſtolicam non ſervant, nec vitam: Apoſtoli enim in ſe perfectiſſimi, & pauperrimi in ſalutem gentium per orbem a Domino miſſi ſunt ad baptizandum, ad prædicandum, ad ligandum & ſolvendum per claves eis a Domino datas: ſed iſti pſeudo-boves ſunt ad præſepe evacuandum, non ad triturandum & prædicandum, quia miſſi ab Eccleſia non ſunt, ſed a ſpiritu maligno ad illos de Eccleſia decipiendum, non cathechizant, neque baptizant, neque prædicant, niſi de facto, quia nec presbyteri ſunt, & ſi aliqui ſunt non curati; nec abſolvunt, nec ligant, quia claves non habent, vere poltrones & ribaldi, & hominibus deteſtandi ſunt, quia nec Eccleſiæ ſerviunt, nec proximo, nec ſibi in Chriſto, nec Domino Jeſu Chriſto, in nullo Ordine permanentes, de paupertate plenis ventribus, quorum ipſi ſunt Deus, & vita Apoſtolica gloriantes, contra enim Dei Eccleſiam, & ſua ſacra Concilia ſibi Ordinem in oculis hominum invenerunt. Quia autem ſe dicunt velle orare continue, falſis geſtibus & verbis ſe & mundum decipiunt.* Infra: *Utinam hi tales pſeudo-apoſtoli, & ficti religioſi non ſic orarent. Sed foderent, & ararent, & panem in ſudore vultus ſui manducarent, & oratione vocali Dominica,* Pater noſter *contenti eſſent, ſicut alii ſimplices hujus mundi, ut non cum ſua ſimulata & imaginaria oratione perirent.*

Phil. 3. 19.

XXXVI. Deinde qualitatem viliſſimæ gentis ita deſcribit: *Quidam ex eis in mundo porcarii, quidam pecorarii, quidam armentarii, quidam cæmentarii, quidam carbonarii, quidam fabriferrarii, aut aliis diverſis operibus mancipati, de labore manuum juſte ſibi victum quærentes, & ſuæ familiæ, talem ſanctum laborem, & a Domino indictum refugientes, quia homo naſcitur ad laborandum, mutato habitu, quem ſibi adinvenerunt, ſed non corde, de labore & ærumna, vilitate & paupertate ad otium & requiem corporis, ubertatem, & libertatem noxiam tranſierunt. Et de vera pœnitentia, quam in mundo facere poterant de juſtis ſuis laboribus ſe & ſuam familiam ſuſtentantes, & Chriſtum in ſuis pauperibus honorantes ad fictam pœnitentiam tranſierunt. Et de eis ad litteram verbum Domini poteſt dici:* Beatius erat illis *dare pauperibus eleemoſynas, etſi paucas, quam nunc ſub habitu pauperum recipere aliena. Porro nullus quaſi ſupradictorum Sarrabaitarum, gyrovagorum & pſeudo-apoſtolorum, Begardorum & Fratricellorum, & illorum de paupere vita laborare vult manibus ſuis, ſed de eleemoſynis vivunt.* Quod autem mendicare non poſſint, & de eleemoſyna ita vivere, largiſſime probat ibidem.

Gen. 3. 17. Job. 5. 7. Act. 20. 35.

XXXVII. Atque ut ad ipſam metam accedamus, plena hac præmiſſa deſcriptione ſtatus, qualitatis & temeritatis horum ſectariorum, quorum nihil non longe eſt a Fratribus Minoribus, contra hos expreſſe dicit oculatus hic teſtis editam ipſam, de quo modo agimus, extravagantem, perquam abunde & pluſquam ſatis probatum manet, quod contra Bzovium probandum aſſumpſimus. Ita porro ait: *Sancta Dei Eccle-*

ſia

ſia certos in Concilio generali mendicantium Ordines approbavit, omnes alios reprobavit, ſed certum eſt quod omnes prædicti aliquem modum Ordinis ſibi conſtituunt in habitu, in vita & in congregatione. Quidam ex eis in ſua ſecta viventes, ſub cujus colore mendicant, de nullo approbato ab Eccleſia Ordine mendicantium exiſtentes, contra Eccleſiam vivunt. Immo iſtis temporibus Dominus Papa Joannes XXII. contra omnes ſic viventes, & eis faventes excommunicationis ſententiam promulgavit in quadam extravaganti edita contra eos, quæ incipit: Sancta Romaoa, *& nihilominus Clemens in ſua conſtitutione iſtos Begardos tamquam ſuſpectos de hæreſi reprobavit.* Infra: *Dicti Fratricelli & Begardi & pſeudo-Apoſtoli quum proprium habere poſſint, nullam approbatam regulam promittentes, & ſi aliqui ex eis vitam eremiticam tenere videantur, proprium habent, cum laborare poſſint, & ſi neſciunt, diſcant, petendo eleemoſynam peccant mortaliter contra jura & canones faciendo &c.* Hucuſque Alvarus illius temporis gravis auctor, & Joannis Pontificis Pœnitentiarius, qui dum eodem ſermonis tenore perſtringit pſeudo-Apoſtolos, Fratricellos, Fratres de paupere vita, Bizochos, Begardos & Beguinos, & eadem conſtitutione ait a Joanne condemoatos, omnino ejuſdem fuiſſe ſectæ indicat, & ejuſdem colluviei lupos non tam ſpecie, quam majori, vel mioori rabie, ſeu fictione diverſos. Horum aliquos longe ante Alvarum vidit beatus Leo ſancti Franciſci Confeſſarius & ſocius, & toto tremens corpore inquit ad Fratres: *Cavete ab iſtis: Hi ſunt illi ſathanæ Apoſtoli, quos Pater noſter Franciſcus prædixit eſſe venturos, qui ſeducti multos ſeducent, & ſequentur ſuperbiam & animaliter vivent. Obedientiæ & humilitatis Chriſti ſpiritum impugnantes, otioſi viventes, diſcurrent per civitates & caſtra, magiſtram habentes propriam voluntatem. Penetrabunt domos, & illaqueabunt familiaritatibus mulierum, docentes indocti, & veritate privati mendacio parabunt viam, & mendacium pro veritate miniſtrabunt. Væ mundo a peſſimis hujuſmodi ſathanæ Miniſtris.*

Extrav. de relig. dom. Religionum in 6.

Extr. de hæret. ad noſtrum in Clem.

XXXVIII. Adjicio autem illius temporis teſtem alium, auctorem Chrooici Aulæ regiæ, quod ioter Boemorum habetur hiſtorias, qui per omnia cum Alvaro conſentit: *His*, inquit, *temporibus Begardos gyrovagos & Beguinas, quorum ſecta omnes fere civitates & villas in numeroſa multitudine repleverat, Dominus Joannes Papa ſub anathemate reprobat & condemnat, horum plures corde, & corpore ſeculo omnino ſe applicant, aliqui vero quorum ſancta fuit converſatio, de hujuſmodi contagio, colorem in veſtibus propter ſtatutum commutant, & in ſanctæ devotionis propoſito, ſervientes Altiſſimo perſeverant. Erat enim Papale ſtudium eradicare quod noxium; rigare quod ſanctum.* Ait, aliquos ex his poſt ſtatutum Joanois ſeu extravagantis hujus editionem perſeveraſſe, & propter Pontificis edictum colorem leucophæum, quo Franciſcani videri affectabant, uti Pootifex recenſet, mutaſſe; qua ratione etiam probatur, nullateous fuiſſe Franciſcanos, qui ita ad libitum exteriorem teſſeram deponebant. Hos autem quos ſanioris conſilii, aut ſiocerioris receoſet diſciplioæ, Beguioos, ſeu potius Beguinas, ipſe Joannes Pontifex variis diplomatibus voluit a cenſuris immunes, & libere io ſuo ſtatu perſiſtere, ſcriptis anno v. ſui Pootificatus ad Epiſcopos Tholoneo. Cameracen. & Pariſien. variis litteris dicens, iodignum & rationi contrarium eſſe ſi probas & reprobas ſimilis cenſura percellat. Attamen nullo vel mioimo indicio inſiouat quidquam eis commune fuiſſe cum Franciſcanis, aut mulieribus pœoiteotibus de Tertio Ordioe ſancti Franciſci. Harum autem plu-

Chron. Aulæ reg. par. 2. cap. 9. Idem probatur ex aliis teſtibus.

Reg. Vat. ep. 180 186. 397.

plurimæ adhuc degunt & laudabiliter vivunt in Alemannia, ſub diverſo a Franciſcanis Inſtituto.

XXXIX. Alium addo auctorem aliquanto poſteriorem, hujus tamen ſeculi, in quo paulo ante Joannes hanc infamem abolevit colluviem. Ille eſt Conradus de Monte puellarum, Canonicus Ratisbonen. qui in fragmento de erroribus Begardorum & Beguinarum, quod circumſertur inter auctores XIII. ſeculi in Bibliotheca veterum Patrum poſtremæ editionis Colonienſis, ita narrat: *Licet jamdudum in Viennenſi Concilio ſtatus quorumdam hominum utriuſque ſexus, & præcipue in Alemanniæ partibus, qui vulgariter Beguardi quoad viros, & Beguinæ quoad fœminas nominantur, fuerit prohibitus, nihilominus hi homines nequaquam Minoritæ ſunt, ſed tam in ſtatu ſuo, quam in erroribus quotidianum hactenus acceperunt & accipiunt incrementum. Nec eſt qui inter Prælatos notabilem obicem opponat. Sunt enim hujuſmodi viri ruſticani, & plerique mechanici, corpore robuſti, & litterarum omnino inexpertes, & penitus idiotæ, aut ſi litteras aliqualiter norunt, tenuiſſimum tamen eſt, quod ſciunt. Hi opera manualia ſuorum poſtponentes artificiorum, cucullati gyrovagando provincias per diverſas incedunt, & latebras quærunt occultas, præcipue hoſpitiis Beguinarum inhiantes, quod ſimile ſuo ſimili complaudat. Quibus pro nocturno receptaculo in prima congreſſione malitiæ ſuæ, coloratis verbis, inſanas & plurimum infectivas ſeminant doctrinas.* Quam bene hæc conſonant iis quæ ex Alvaro retulimus, uti verum vero correſpondet, & Pontificis narrationi dicentis fuiſſe *profanæ multitudinis viros*, quos auctor hic ait fuiſſe *plerumque ruſticanos, & mechanicos.*

Tom. 13. Biblioth. editio. Colonien.

XL. Adjungo adhuc tertium Matthæum Paris, his priorem teſtem, ut in ore duorum ſeu trium hoc veritatis verbum perſiſtat: *Eiſdem*, inquit, *temporibus quidam in Alemannia præcipue ſe aſſerentes religioſos, in utroque ſexu, ſed maxime in muliebri, habitum religionis, ſed levem ſuſceperunt, continentiam, & vitæ ſimplicitatem privato voto profitentes, ſub nullius tamen Sancti regula coarctati, nec adhuc ullo clauſtro contenti, eorumque numerus, in brevi adeo multiplicabatur, ut in civitate Coloniæ, & partibus adjacentibus duo millia invenirentur.* Uti Pontifex aſſerit, hic etiam auctor narrat habitum religionis ſuſcepiſſe, ſub nullius tamen Sancti regula vixiſſe. Plures in hanc apertiſſimam ſententiam conſpirantes auctores huc poſſem convocare, ut teſtimonium perhiberent veritati; attamen adducti illius temporis viri graves & ſinceri ſcriptores ſatis ſuperque ſufficere videntur, ne nimium pariamus tædium lectori. Solum hic admonebimus, etiam ſub ſancti Bernardi temporibus vel hos, vel his ſimillimos pullulaſſe, quos egregie deſcribit, & acriter condemnat.

Paris ad an. 1244

Vide Bernardum ſerm. 65. & 66. in cantic.

XLI. Supereſt ut aliud excutiamus opprobrium primo majus, quo non ſine magna noſtri nominis injuria, Bzovius dixit ſtrictiores hos Minoritas multis ſodalibus in errorem ſeductis collegiſſe ſectam Fratricellorum. Ipſe mihi ſufficeret in hac re Bzovius contra Bzovium, qui horum nebulonum in alios ſui ſimiles referat originem. Sub Honorio IV refert, Gerardum Segarellum, & Dulcinum Novarienſem multas Italiæ civitates falſis dogmatibus infeciſſe, brevique ſectam inſtituiſſe pſeudo-Apoſtolorum, Fratricellis per omnia ſimilium, nomine dumtaxat diſſimilium. Sub Bonifacio VIII. Fratricellorum fundatorem nuncupat Hermannum Italum, quem ſub Gregorio X. indicat obiiſſe, atque ita ſectam hanc fatigaſſe eumdem Gregorium, Nicolaum III. & Honorium IV. ibique adjicit hujus ſectæ propagatores Guillelmam Mediolanen-

Bzovius ſæpe alibi ſibi in hac re contrarius.

An. 1300. n. 10. & 11.

Ibid. n. 12.

nenſem cum ſuo concubinario Andrea Semarita, & paulo inferius narrat, Gerardum Segarellum hæreſis convictum & flammis devotum. Sub *Ann. 1303. n. 12.* Bonifacio VIII. ipſis Sabellici verbis refert obortam hanc ſectam, & a Græcis in Italiam hoc malum advectum brevi tempore fere univerſam Æmiliam & Liguriam occupaſſe. Sub Clemente V. ait Clementinam *Ad* *Anno 1311. n. 11.* *noſtrum*, editam contra Begardos & Beguinas, qui a Fratricellis etiam in ſententia Bzovii non diſcrepabant, dum ex conſtitutione hac Joannis, in qua eadem condemnatur ſententia Fratricelli & Begardi illud ſuum de *Anno 1372. n. 18.* collectione Fratricellorum infert corollarium. Sub Gregorio XI. recenſet æſtimari Hermannum Italum horum Fratricellorum auctorem fuiſſe, ejuſque corpus exhumatum & combuſtum a Bonifacio VIII. Non omnia, quæ his locis dicit, probaverim, neque nunc diſcutienda ſuſcipio, ne a ſuſcepto ad alia digrediar argumenta. Illud mihi ſufficit ex ſententia ipſius Bzovii, ante editam hanc extravagantem, longe lateque hanc peſtem irrepſiſſe, & alios habuiſſe Fratricellos & Begardos auctores, atque collectores, ſuique oblitum indigne tribuiſſe Minoritis ſpurciſſimam iſtam progeniem.

XLII. Potiori opera, & majori ſtudio potuiſſem hic oſtendere, in unam ferme coaluiſſe ſectam, pſeudo-Apoſtolos, Fratricellos, Fratres de paupere vita, Begardos & Beghinos, & in erroribus, ſed maxime in inſana ſpiritus libertate conveniſſe, atque vel diſtinctis nominibus, vel diverſis reſtauratoribus, aut novis adjectis erroribus, ſolum diſcrepaſſe *Nitela c. 1. de Fratric.* uti largius & docte probavit auctor Nitelæ Franciſcanæ; ſed ne nimium *Quis tandẽ auctor Fratricellorum?* excurram, uni dumtaxat inhærebo auctori Fratricellorum, atque hunc a nobis longe alienum fuiſſe demonſtrabo. Qui de hac ſecta ſub iſta appellatione ſcribunt, partum infamem fuiſſe unanimiter ſcribunt Hermanni Pongilupi Ferrarienſis. Ita præter alios Bzovius ipſe, non uno in loco proxime citatus, Gabriel Prateolus, Jacobus Philippus Bergomas, Angelus del Pas, Cardinalis Bellarminus, Bernardus a Lutzemburgo, Nicolaus Sanderus, Albertus Krantzius, Jacobus Gualterus, Franciſcus Penna. Antonius Maria Spelta, Severinus Binius, & ultra omnes clarius & latius Joannes Baptiſta Pigna in hiſtoria Ferrariæ, ex qua Hermannus oriundus, ubi ei indictum cultum, exſtructas aras, appenſas tabellas, expoſitas ejus imagines in Eccleſia Cathedrali, atque in aliis Templis enarrat, & ſub anno trecenteſimo ſupra milleſimum exhumatum corpus & combuſtum, condemnatamque & abolitam ejus memoriam, ita, jubente Pontifice, & favente Azzone Principe Eſtenſi. Ex annalibus vero Ferrarienſibus deſcribit ſectam Fratricellorum ab eodem inſtitutam. Animadvertit autem, viginti novem annis in ſepulcro jacuiſſe (cui non concordant Marianus noſter, & continuator Annalium Steronis, dum ajunt triginta & uno annis ſepultum) ita ut neceſſario mors ejus acciderit circa annum MCCLXX. Aliquot vero annis ante mortem oportuit ab eo excogitatam hanc ſectam, itaut in annum MCCLX. vel circiter reducenda ſit origo hujus malæ ſobolis ſub Hermanno. Potuit itaque, quod non improbabiliter aſſerit auctor Nitelæ, Honorius IV. contra hos illud edidiſſe diploma, quod ex Laertio Cherubino tranſcripſit, in quo ſub nomine Apoſtolorum, perniciosam collectam ſub Religionis velamine ſectam, poſt Concilium Lateranenſe, & ante Lugdunenſe exortam condemnavit; nam & tempora & hæreſes nebulonum iſtorum concordant ſanctus Bernardus illorum, qui ſuo tempore viguerunt, & his per omnia aſſimilabantur, neque auctorem, neque certum nomen, aut

Prateol. verbo Hermannus, & ver. Fratricelli. Bergom. in ſuppl. an. 1298. Pas in ſymbol. l. 9. c. 20. Bellarm. in Chronic. an 1386. Lutzemb. lib. 2. ver. Hermannus. Sand. de viſib. monarc. Krant. in Metrop. lib. 8. c. 54. Gual. ſeculo 12. Penna cit. ſchol. 31. Spelta in hiſtor. Ticin. an. 1298 Binius ad vitam Boniſac. VIII. Pigna lib. 3. de Princip. Eſtenſibus anno 100. Marian. l. 3. cap. 14. Annal. Eberhar. ad an. 1293.

aut titulum potuit comperire: *Cum pateat opus* (inquit ſerm. 65. in cant.) *non apparet auctor* , & ſerm. 66. *Videte* (inquit) *ſi non proprie , dæmonum & non hominum ludificatio hæc...quære ab illis ſuæ ſectæ auctorem, neminem dabunt. Quæ hæreſis non ex hominibus habuit proprium hæreſiarcham ? Manichæi Manem habuere principem & præceptorem , Sabelliani Sabellium , Ariani Arium , Eunomiani Eunomium , Neſtoriani Neſtorium . Ita ceteræ omnes hujuſmodi peſtes ſingulæ ſingulos magiſtros homines habuiſſe noſcuntur, a quibus originem ſimul duxere & nomen . Quo nomine iſtos , titulove cenſebis? Nullo*. Nihil ergo mirum , ſi circa primum & originarium huic ſectæ præſcribendum auctorem adeo mirum in modum inter ſe diſcreparint auctores .

Marian. l. 4. cap. 5.

Forma habitus Fratricellorum.

XLIII. Progenies autem iſta viperarum dum ſub ſanctitatis velamine , & religioſo habitu ſuas hæreſes occultare præſumpſit , novæ Religionis ſibi habitum effinxit , quem ita Marianus noſter ex vetuſtis chronicis deſcribit : *Induebant* , inquit , *habitum ab Ordine noſtro difformem . Erat enim aſper , curtus , ſtrictus , cum caputio diſſuto ab habitu , ante , & retro protenſo uſque ad cingulum . Et inter ſe erant diviſi , nam aliqui vivebant ſub Prælatis , quos ſibi effinxerunt , alii vero ſub Epiſcopis , ſed hi ad differentiam aliorum quoddam ſegmentum , ſeu ut auctor ſcribit , quamdam petiam ejuſdem panni in ſummitate caputii ſutam , uſque ad cingulum per ſcapulas pendentem deferebant .* Fuiſſe autem aliquos , qui cum nomine Minorum habitum etiam aſſumebant , ut ſub ſimulacro pietatis , & teſſera virtutis incautos facilius deciperent , non ita facile ex ipſa bulla licet colligere , dum nihil de hac re agat Pontifex , imo potius contrarium afferat dicens , eos novæ Religionis habitum induiſſe , licet obtenderint nomen Minorum , & Regulæ litteralem obſervantiam . Quod ſi aliqui etiam habitum eorumdem ſint ementiti, non illi primi ſub hoc ſanctitatis velamento popularem auram captabant , & ſub Religionis ſymbolo quæſtui vacabant . Sub Gregorio IX. diximus homines tum in Religionibus , tum extra eaſdem Minorum veſtem uſurpaſſe , & mulieres habitum Clariſſarum ; & contra hujuſmodi Æſopicos graculos editas conſtitutiones ejuſdem Pontificis in regeſto 2. Tomi produximus . Plures edidiſſe pridem Gregorium IX. Innocentium & Alexandrum IV. ut alii Religioſi habitum per omnia ſimilem Franciſcano deponerent , alias diximus , ubi ipſa exſcripſimus diplomata Pontificia. In aliorum etiam Tomorum regeſtis occurrent litteræ aliorum Pontificum , & plura per ſingula dabimus ſecula : nihil enim magis familiare , quam ſub hujuſmodi ſpecioſa exteriori veſte pietatis mendacium , atque etiamnum ſub oculis omnium ubique , ſub velamento Franciſcano tales divagantur nebulones , & libere (quod dolens refero) graſſatur hypocriſis ad multorum deceptionem , Ordiniſque ſcandalum & contumeliam .

Plures ementiti ſunt habitũ Franciſcanum .

In Reg. Greg. IX. n. 86. & 89.

In Apol. S. Franc. q. 4. n. 3. & ſeq.

XLIV. Videat ergo lector , quam æque nobiſcum agat Bzovius , qui noſtro adſcribat Sodalitio præclaram hanc gentem , & a nobis ortam , vel collectam ſcribat ſectam Fratricellorum . Porro non a nobis collecta , ſed diſſipata ; non inter noſtros orta , ſed per noſtros extincta ; neque enim variis temporibus per varios Inquiſitores Ordinis eos perſequi deſtiterunt , donec tamdem obtinuerunt . Beatus Joannes a Capiſtrano , & beatus Jacobus a Marchia Minoritæ Apoſtolici Inquiſitores ultimas eorumdem reliquias deleverunt . Sed & Joannes ipſe hujus extravagantis auctor , mox ut eamdem edidit , uti habent chronica antiqua , & Marianus , atque ipſa teſtantur diplomata Pontificia , præſertim ano-

Fratricelli a Frãciſcanis exſtincti

Chron. antiq. ſub Michaele Ceſenate .

Marian. cit. & lib. 5. cap. 4.

no MCCCXXII. plures conſtituit ex hoc Ordine Inquiſitores, qui contra eos eorumque fautores diligenter egerunt, comphehenſoſque ſecundum juris apices puniverunt, & anno inſequenti centum & quatuordecim ultricibus flammis tradiderunt, per quæ tunc factum eſt, ne adeo libere hæc ſcandala in animarum damna ſuccreſcerent. Illi vero crudeliores facti Ordinis inimici, eumdem infeſtabant, dilacerando, & corrodendo, inquit Marianus, Fratres ſuis murmurationibus inter populares, & ab ipſa Religione attrahendò populos, quantum poterant ad ſuos errores.

Reg. Vat. par. 1. epiſt. 523.

Fr. Antonius Inquiſitor Tuſciæ. Joan. Viel Confeſſarius Regum Galliæ, & Pontificis Pœnitentiarius.

XLV. Hoc anno florebat in Tuſcia vir doctus frater Antonius Inquiſitor Apoſtolicus in partibus Florentinis, uti ex litteris a Pontifice ad eumdem ſcriptis, comperio; & alius in Gallia nuncupatus Joannes Viel Regis, & Reginæ Francorum Confeſſarius, & Conſiliarius, quem Pontifex ſpeciali diplomate ſuum creavit Pœnitentiarium.

Ibid. 4. par. epiſt. 1231.

Canonizatur S. Ludovicus Epiſcopus.

Sur. in fine vitæ. Brev. Minor. in feſto translation. lect. 5.

XLVI. Poſt ſolertem indagationem miraculorum a ſancto Ludovico Epiſcopo Toloſano, ex Ordine Minorum aſſumpto, patratorum, & poſt varia examina ſub ſummis Pontificibus Bonifacio VIII. Benedicto XI. & Clemente V. rite facta, tamdem Joannes Pontifex hoc anno die Jovis, poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ, beatum Virum, cujus olim fuerat ſocius & magiſter, & cui morienti adſtitit conſolator, ſolemniſſimo ritu Sanctis adnumeravit. Divina ſane providentia huic Pontifici pietatis iſtud officium reſervatum eſt, cui omnis vita, mores, pietas, mors & acta univerſa beati Viri probe cognita erant, & perſpecta. Auctor vitæ apud Surium, & Breviarium Minorum factum hoc refert in annum antecedentem; at ipſa bulla, quam hic ſubjicio, non niſi hoc anno contigiſſe probat. Etenim ſeptimus Idus Aprilis, quem bulla præfert, anni 1. Joannis electi, VII. Idus Auguſti, anno MCCCXVI. non niſi in hunc annum recurrit.

Bulla canonizationis sancti Ludovici.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

Reg. vat. par. 1. anno 1. in appen. ep. 156.

SſctusLudovicus opus Dei mirabile.

XLVII. *SOl oriens mundo in altiſſimis Dei, Deus, Dei filius ex paterno utero ante luciferum genitus Deus, Verbum in principio fundans terram in ſapientia, cælos providentia ſtabilivit, adornando cælos ſideribus, germinantibus cunctis terram, quique in fine temporum pro humani ſalute generis noſtram aſſumendo naturam texit nube noſtræ carnis fragilis ſemetipſum, nunc hora inſtante noviſſima, illuminando per cuncta reſpiciens, opus produxit mirabile, claritate gloriæ ſuæ plenum, bonitatem ſuam monſtrans magnifice, ſponſamque ſuam ſanctam matrem Eccleſiam reddens novitate tam claræ ſobolis lætabundam. Nam qui facit mirabilia magna ſolus, dilectum ſuum Confeſſorem eximium, beatum videlicet Ludovicum puritate candidum, caritate fervida rubicundum, electum ex millibus, produxit noviter, & exemplar præfulgidum a cunctis fidelibus imitandum, ejus vitæ ſingularis excellentiam ſignis probans & prodigiis corruſcantibus celebris, miraculis manifeſtans. Igitur lætentur cæli, & exultet terra, jucundetur pariter totus orbis. Nam qui effulſit in Dei templo dum viveret, in medio nebulæ ſuæ carnis, ut matutina ſtella, aut luna plena ſolari lumine, veluti etiam ſol refulgens in ſua formoſus ſtola, in virtute multa repentine ad ſumma graditur regalibus dignus conſpectibus, ut candens lilium, ac odoris ſuaviſſimi roſa rubens. Huic ſpatioſum præ-*

Ejus encomia.

Regia natalia.

præſtant hoſpitium cœli cives, & ſibi conformem & comparem ad ſuum conſortium hunc admittunt. In ſupernis Chriſtus hunc reficit, ipſe idem prandium & conviva. Hic fœlix Sanctus ex regali proſapia, patre videlicet claræ memoriæ Carolo Rege Siciliæ, matre vero cariſſima in Chriſto filia noſtra Maria Siciliæ Regina, & Hungariæ originem ſuam trahens, altum ſui generis recuſuvit ſapere, humilia ſemper diligens, & amplectens. Sciebat namque quod excelſus Dominus alta de longinquo perſpiciens, humilia reſpicit e vicino. Quamquam autem ſingula præclara opera lucidæ vitæ ſuæ verbis paucis enarrari non poſſint, aliqua tamen de quampluribas ad utilitatem legentium referemus, ut ex iis Deum patrem glorificent, & in iis reperiant vivendi regulam, quam ſequantur. Sanctus iſte, ſicut probatum eſt teſtimoniis fide dignis, in ætate exiſtens tenera, ſub magiſtri religioſi diligentia cum ſuis Fratribus tenebatur. Ipſe tamen maturis intendendo moribus ſub tenello pectore geſtare ſenilem animum oſtendebat.

Obſes datur cum duobus Fratribus.

Ductus autem in Cathaloniam cum duobus e ſuis Fratribus datus obſes pro liberatione antedicti Regis, tam ferventer dedicavit ſe ſtudio, quod infra ſeptennium, qao inibi obſes fuit ſub inſtitutione Fratrum Minorum, quos ſecum habebat in ſocios, in primitivis ſcientiis, & ſacra pagina ſic profecit, quod vir Dei pollens ingenio de prædictis ſcientiis non ſolum publice, & private ſubtiliter diſputare valeret, ſed & ſolemniter Clero & populo proponere verbum Dei, ut putaretur ſcientia hæc infuſa ſibi magis divinitus, quam humanitus acquiſita. In orationibus autem ſedulis & devotis mentem ad Deum elevatam tenuit, profecto ſciens quod Oratio humiliantis nubes penetrat, *pro exauditionis ſuffragio Deum adit.* Eccl. 35. 20.

Pietas ejus erga divina ſacrificia.

In tempore namque ipſo, ſacramentali confeſſione præmiſſa, Miſſus audiebat devote. In magnis vero feſtivitatibus cum præparatione multa corpus ſumebat Dominicum. Factus autem ſacerdos diebus quaſi ſingulis celebrabat. Audientiæ verbi Dei inſiſtebat attente. Pro paſtu vero animæ in ſcripturis divinis ſtudens, habebat ad hoc ſolatio ſanctos libros.

Caſtitas illibata.

Caſtitatis autem amor a puero effecerat ejus mentem adeo, quod ob ipſius fidam cuſtodiam mulierum conſortia vitabat omnino, in tantum quod niſi forſan cum matre & ſororibus ſolus cum ſola nullo unquam tempore loquebatur: Mulierem namque amariorem noverat eſſe morte. Eccl. 7. 27.

Obſcæna horrebat verba.

Verba etiam inhoneſta horrebat audire, ac loquentes talia graviter arguebat, attendens prudenter, quod corrumpunt mala colloquia bonos mores. 1. Cor. 15. 33.

Fratres nihilominus duo, interdum quatuor, in ſua jacebant camera in ſuæ teſtimonium nitidæ puritatis. Cum Apoſtolo Paulo ſobrietate cibi & potus corpus ſuum caſtigabat aſſidue, 1. Cor. 9. 27. *ſeque frequenter manu ſua, quandoque autem alicujus Fratris conſocii catenis ferreis diſciplinans, veſtiendo pro camiſia rudem ſtamineam, deferendo ad nudam carnem, pro cingulo cordam groſſam, ipſam carnem in ſervitutem ſpiritus redigebat. Summo autem ſtudio terrena cuncta calcare ſtuduit ex deſiderio æternorum. Conſiderans etenim Sanctus iſte, quod* Mundus totus ſit poſitus in maligno, *quodque* cum concupiſcentia ſua tranſit, *ipſum fugiendo, deſeruit totaliter & contempſit.* 1. Joan. 5. 19. Indid. 2. 17.

Voto ſe conſecrat Ordini Minorum.

Nam rediens de Cathalonia cum Rege prædicto, votum quod de intrando Ordinem Fratrum Minorum in obſidione fecerat, in conventu eorumdem Fratrum de Monte Peſſulano voluit adimplere. Sed videns quod timore dicti Regis ipſum Fratres accipere non audebant, votum ipſum ſolemniter iteravit. Et quia voventibus præceptum datum a Deo noverat de reddendo, ſuadenti felicis recordationis Papæ Bonifacio prædeceſſori noſtro, quod aſſenſum præberet proviſioni de ſe factæ Eccleſiæ Tholoſanæ, reſpondit ſe hoc facturum nullatenus, quoaduſque votum di- Pſal. 75. 12.

Voto ſoluto fit Epiſcopus Toloſanus.

dictum, quod fecerat, complevisset, cujus devotioni annuente prædeceſſore prædicto, habitum Ordinis prædicti ſuſcipiens in præſentia bonæ memoriæ Joannis Epiſcopi Portuen. tunc ejuſdem Ordinis Generalis Miniſtri expreſſam profeſſionem flexis genibus in manibus ſuis fecit, ſuique proviſioni prædictæ ſuum præbendo aſſenſum mandatis Apoſtolicis obedivit. Et quamquam de juſſu prædeceſſoris ejuſdem dictum habitum velatum portaverit uſque ad feſtum beatæ Agathæ tunc vicinum, in dicto tamen feſto in præſentia duorum Cardinalium recepit publice, ac ſic ex tunc portavit continue, atque ipſa die uſque ad ſanctum Petrum patenter detulit peditando. Miranda res & aliis inſueta! Vir namque hic virtutam poſitus in ſublimi juri primogenituræ renunciavit & Regno, Regalis Solii ſpreta pompa, pro Regno corruptibili æternum ac plenum delitiis regnum mercans. Mira vero

In pauperes liberalis.

compaſſione ad pauperes ferebatur, quibus largas tam privatas, quam publicas eleemoſynas faciebat. Unde factus jam Epiſcopus Tholoſanus, per unum ſuum familiarem Secretarium mandavit iniquiri de ſuorum quantitate reddituum, quantumque ſibi ſufficeret pro moderatis expenſis & rationabilibus faciendis, volens quod totum reſiduum in ſuſtentandis pauperibus poneretur, quamquam Prælatus tum magnus eſſet, ac filius santi Regis. Cum autem iret Pariſios, pauperi, quem quaſi nudum reperit, multum compatiens, in abſcondito cappam contulit, quam portabat, ſibique ſecreto fecit aliam apportari. Certus erat etenim quod miſericordes viri beatitudinis miſericordiam conſequentur. In hoc etiam Chriſti imitatore vero humilitas vera fulſit: attendit namque quod Deus, qui mærentes

Job. 5. 11.

ſoſpitate erigit, ponit humiles in ſublimi. Ipſe enim viginti quinque pau-

Pauperes alit, eiſque miniſtrat.

peribus, quos in ſua domo reficiebat, quotidie aquam infundebat manibus, manuque ſua ipſis fercula apponebat, ac panes ſcindebat, eiſdem etiam genuflexo, in ipſis Chriſto ſervire ac ipſum recipere ſe delectans. Hoſpitalia pauperum aliquotiens viſitabat. Sciens denique, quod qui veſtiuntur mol-

Matth. 11. 8.

libus, in hoc a Domino non laudantur, poſt Diaconatus ſuſceptum Ordi-

Paupertatem colit.

nem, ſemper veſte humili fuit uſus. Poſt ingreſſum vero dicti Ordinis vili habitu ac bruno colore in tapetiis & cortinis, ac lecti coopertorio utebatur. Pontificatus etiam officium exercebat cum diligentia ſervus hic Chriſti fidelis & prudens Miſſas dicendo aſsidue, devotiſsime Ordines celebrando, Clericos, quibus de beneficiis providere volebat, examinando de articulis fidei, vita & moribus diligenter. Judæos, & Gentiles zelo fervens fidei inducebat ſedule ad baptiſmum, ac quoſdam eorum ſacro de fonte levavit. Demum glorioſus iſte Sanctus, vitæ ſuæ curſa conſummato, fæliciter ad Deum

Pſal. 41. 3.

fontem vivum, quem avide ſitierat, migraturus, infirmitate decumbens ul-

Præclare fungitur ſacerdotali munere.

tima, devotiſsime ſumpſit Corpus Dominicum, quamvis ſumme debilis, de lecto exiens in occurſum Domini Salvatoris. Cruce etiam ſibi data per quemdam ex ſociis, genuflexit in lecto ut potuit, ac in oratione devota & ſilentio poſtmodum diu manſit. In crace namque Domini noſtri Jeſu Chriſti,

Galat. 6. 14.

& non in alio didicerat gloriari. Tamdem glorioſam reſolutus in mortem, qui hic vivens ambulavit in innocentia in medio domus ſuæ, ad Deum ſuum contemplandum in gaudio facie revelata in ſua innocentia eſt ingreſſus. Verum quia decebat multam divinæ magnitudinem bonitatis, quod ille, quem in terris ipſum præclaris adornando virtutibus ſuæ imagini fecerat tam conformem, ſecum regnare in cælis, certis virtutis ſuæ teſtimoniis probaretur, multis eum magniſque miraculis poſt ejus obitum clarum fecit, quorum quædam certis probata teſtimoniis ad Sancti hujus declarandam glo-

Miracula poſt ejus mortem.

riam præſentibus duximus annotanda. Quædam namque duorum annorum

puel-

Mortui revixerunt.

puella, quæ vi febris quam paſſa fuit duobus menſibus expiravit, facto voto per patrem Sancto iſti, quod ipſe imaginem de cera efferret, ſi vitam a Deo ſuæ filiæ impetraret, reſuſcitata ubera matris ſuxit.

Quidam etiam quinque annorum puer vehementia febris continuæ vita functus, facto voto per patrem, eſt vitæ priſtinæ reſtitutus, nec dictæ febris in eo apparuit ullum ſignum.

Quædam puella annorum ſeptem, quæ per ſeptimanas tres febrem paſſa continuam, expiravit, facto ad dictum Sanctum voto per ſuos, recuperavit ſpiritum & revixit.

Abortivum mirabiliter vitæ redditur.

Quædam denique mulier quæ duas conceperat filias, una illarum in ventre mortua ex caſu dictæ matris de quodam aſino, & in ejus ventre ex mora diutina putrefacta, cœpit de puerperio laborare. Cumque dictus partus jam putridus per fruſta fuiſſet extractus, & alia filia mortua jam educta eſſet obſtetricum miniſterio violenter, & projecta in ſtabulo ſuper fimum, emiſſo ad illum Sanctum voto, quod ſi partus ille integer reſurgeret, unam ſibi imaginem præſenturent, puella palpitare cœpit, & baptizata ſeptem menſibus ſupervixit.

Quidam etiam puer ætatis annorum ſeptem, dum ſub lecto, in quo cum ſuis jacebat parentibus, repertus fuiſſet mortuus, rigidus & frigidus ab eiſdem, & ſic aliquo tempore permanſiſſet, facto per parentes ad hunc Sanctum voto, fuit divinitus ſuſcitatus.

Mulieri cuidam, quæ propter vehementem infirmitatem diem extremum clauſerat, emiſſo per ſuos ad iſtum Sanctum voto, ejus meritis reddita fuit vita.

Surda ſanatur.

Quædam puella nobilis, quæ ex caſu ad terram de nutricis brachiis, per octo annos paſſo fuerat ſurditatem, facto voto ad prædictum Sanctum per patrem, a dicta ſurditate ad plenum extitit liberata.

Muti loquuntur.

Quidam denique cum poſt fortem febrem continuam perdidiſſet loquelam, & ſic mutus per menſem integrum permanſiſſet, adductus ad ſepulcrum Sancti hujus, fuit ibidem loquelæ, finita Miſſa, plenarie reſtitutus.

Mulier quædam, quæ ſubito muta & impotens de uno brachio facta fuit, durante ſibi hac infirmitate per menſem, emiſſo voto per matrem, ſtatim ad ſanitatem priſtinam eſt reducta.

Quædam etiam mulier, cum ex partu quodam violento de puero mortuo, & in ejus utero tranſverſato, contracta in pedibus & manibus ac femoribus biennio remanſiſſet, facto voto ad Sanctum præfatum, quod ſi cararetur, ſcoparet in tota vita ſua Eccleſiam, in qua jacet, dormire cœpit, & expergefacta, a dicto morbo eſt curata.

Podagrici curantur.

Vir quidam paſſus annis ſex guttam in manu & brachio, ventre & humero, facto voto quod ejuſdem limina viſitaret, fuit ſtatim ſanitatis beneficium aſſecutus.

Quidam denique Presbyter paſſus guttam in latere, quæ ipſum diebus ſeptem afflixit graviter, facto voto ad memoratum Sanctum de illius tumulo viſitando, recepit continuo ſanitatem.

Attactu veſtis ejuſdē ægra ſanatur.

Mulier quædam, quæ per octo annos morbo epileptico quaſi quotidie gravabatur, emiſſo voto, quod ſepulcrum ejus ſi curam reciperet, annis ſingulis viſitaret, curam recepit, ſic quod ex tunc de morbo ipſo penitus nihil ſenſit.

Monialis quædam, quæ poſt febrem longam, quam paſſa fuerat, dolorem incurrerat in omnibus membris ſuis, in tantam, quod duodecim diebus niſi alieno adjutorio de lecto non potuerat ſe movere, portato ſibi pedili,

Digitized by Google

li, ſeu ſuccone quodam, qui Sancti hujus dicebatur fuiſſe, ac ſibi applicato ad carnem, ſana & incolumnis eſt effecta.

Punitur qui Sancto detraxerat: & pœnitens curatur.

Cum homo quidam, qui miraculis hujus Sancti detrahere nitebatur, reverſionem faciei, & oculorum turpiter incurriſſet, ſicque manens per dies ſex, huic Sancto ſe cum devotione, qua poterat, devoviſſet, ad ſepulcrum ejus veniens, & offerens caput ceræ, antequam exiret Eccleſiam, perfecte reperit ſe curatum.

Hæc ſunt mirabilia opera ſolius Altiſſimi, quibus & aliis quam pluribus mirificare voluit Sanctum ſuum, & toti mundo reddere venerandum. Laudetur igitur magnifice Deus noſter, cujus dextera huic Epiſcopo Confeſſori confert ſtelliferum regium diadema. Applaudant & iſti pariter cæli cives, quorum cœtibus hic, ſole ſplendidior, eſt inſertus. Canant quoque altiſone Franciæ, Siciliæ, atque Hungariæ regna fœlicia, de quorum horto candoris nivei flos erupit, quorum vitis germinat dulcem uvam, cujus liquor cœlos lætificans, abunde funditur in calicem ſummi Regis. Lætetur inſuper civitas Tholoſana tanto dotata Præſule, quem apud Deum advocatum habet ſedulum & patronum. Vere fœlix es tu o Maſſilia facta duorum aromatum tam ſacrati corporis apotheca. Sed & Fratrum Minorum Ordo conſpicuus novæ laudis canticum promere non deſiſtat, in aula cœleſti tam præclarum alumnum feſtine divinis conſpectibus repræſentans. Ceterum quia convenit, ut quem Dominus in cœlo magnificat, mundus colat, nos de ſanctitate vitæ & veritate miraculorum ipſius Confeſſoris inquiri fecimus diligenter. Et quia poſt inquiſitionem ſolemnem, & ſtudioſam examinationem, ac diſcuſſionem ſolemnem, ſupplicatione devota & humili Prælatorum omnium, tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium, cum inſtantia requiſiti, de Fratrum noſtrorum conſilio & aſſenſu, confiſi de omnipotentis Dei virtute, auctoritate quoque beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ac noſtra, ipſum VII. *Idus Aprilis ſanctorum Confeſſorum catalogo duximus adſcribendum.*

Adſcribitur Catalogo Sanctorũ.

Ideoque univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente, per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus XIV. *Kalen. Septembris, cum fœlix ejus anima tunc de carnis vinculis aſtra petens, cœleſtem aulam adiverit, æternis gaudiis potitura, feſtum ejuſdem Epiſcopi, & Confeſſoris, devote & ſolemniter celebretis, ut pia ejus interceſſione hic a noxiis protegi, & in futurum ſempiterna gaudia conſequi valeatis. Et ut ad venerabile ejus ſepulcrum ardentius & affluentius Chriſtiani populi confluat multitudo, ac celebrius ejuſdem Confeſſoris colatur feſtivitas, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui cam reverentia illuc in eodem feſto annuatim acceſſerint, ipſius ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, duos annos ac duas quadragenas; accedentibus vero annis ſingulis ad prædictum ſepulcrum infra ejuſdem feſti octavam unum annum & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Avenione* VII. *Idus Aprilis, anno* I.

Indulgentia ad ejus ſepulcrum.

XLVIII. Addidit etiam litteras encicleas ad univerſos Chriſti fideles, quibus denunciatum voluit, Sanctum virum cœlitum numero adſcriptum fuiſſe, eique ſolemnes ferias præſcriptas. Subjunxit etiam plurimas litteras ad univerſos Reges, Reginas & Principes conſanguineos, quos tanti beneficii & gaudii voluit eſſe participes. Scripſit Mariæ Siciliæ Reginæ ſancti Viri genitrici, Roberto Regi germano fratri, Sanciæ Roberti conjugi, Philippo Principi Tarentino, Caroli Siciliæ Regis filio, & Lu-

Scribit Pontifex ad Reges & Reginas ſancti Ludovici conſanguineos.

& Ludovici fratri, Philippo Regi Franciæ & Navarræ, Sancio Regi Majoricarum, Clementiæ Reginæ Franciæ Philippi uxori, & Mariæ Reginæ Majoricarum, Viri ſancti Sororibus, Candidæ ſeu Blancæ Duciſſæ Burgundiæ ejuſdem conſanguineæ, Joannæ Reginæ Armeniæ ejus ex Fratre Nepti. Do ex omnibus his tres epiſtolas, enciclicam, eam quæ ad matrem, & tertiam quæ ad Regem Galliæ data eſt. Reliquæ ejuſdem ferme ſunt tenoris, mutatis mutandis.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

XLIX. *IN cæleſti patria laudis nova ſolemnia Sanctorum agmina celebrant, exultat profecto creator æternus, cum ſuam humani generis creaturam, poſt triumphum de carnis nexibus habitum, conſpicit palmam gloriæ meruiſſe. Gaudeant nimirum cives Angelici, cum terrenorum incolam, terræ tenebris cultu fidei & devotionis ſplendore fugatis, factum cœli civem & compatriotam ſupernorum civium intuentur, decet igitur ut exultent immenſis cuncti Chriſticolæ gaudiis, dum quis pro Chriſti nomine ſe pennis virtutum erigens, ſic militavit in terris, quod accipit poſt præſentis vitæ decurſum bravium & habitaculum in excelſis. Nos itaque non ſine laudis jubilo læti conferimus, qualiter recolendæ memoriæ Ludovicus Epiſcopus Tholoſanus claræ memoriæ Caroli II. Regis Siciliæ genitus, a teneris annis Ordinem Fratrum Minorum ſuſcipiens, ſic ſervi formam accepit, ſic proprium ſubjecit obedientiæ regulari profeſſionis arbitrium, ſicque mundi relictis illecebris, & mundanis omnino relegatis affectibus, Deo gratam & acceptam hoſtiam immolavit, quod per ipſius grandia & excelſa merita, multa & evidentia miracula Dominus operatur, de quibus quidem miraculis & felicibus actibus habita fide dignis probationibus, quantum noſſe ſinit humana fragilitas, certitudine veritatis, ipſum de Fratrum noſtrorum concordi conſilio, VII. Idus Aprilis ſanctorum Confeſſorum catalogo duximus adſcribendum, ac ipſius feſtum XIV. videlicet. Kal. Septembris, cum tunc fælix ipſius anima de carnis eruta vinculis aſtra petens, cæleſtem aulam adiverit, veri luminis gaudiis potitura, ab univerſis Chriſti fidelibus perpetuis futuris temporibus decrevimus celebrandum. Ut igitur devotis laudibus extollatur in terris, quem ipſe dominantium Dominus honorari voluit in excelſis, & fideles Chriſticolæ poſſint tantæ jucunditatis eſſe participes, ac celebrius ejuſdem ſolemnitas peragatur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad venerabile ſepulcrum ipſius in iſtanti feſto præſentis anni reverenter acceſſerint, ejus ſuffragia petituri, de omnipotentis Dei miſericordia confiſi ſeptem annos & ſeptem quadragenas miſericorditer in Domino relaxamus. Datum Avenione VI. Idus Aprilis anno 1.*

Ibid. epiſt. 157. Gaudent cælites ad ſancti Ludovici gloriam.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Mariæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

L. *EPulari filia in ſinceritatis, & veritatis azymis, & in Domino gaudere te convenit, quia filius tuus ab olim mundo moriens, Deo fæliciter vivere, factuſque compatriota cæleſtium, ac ſyderearum incola manſionum, in Domini tabernaculo meruit habitare: Exultare, ac pium prorumpere debes in jubilum, de utero tuo proceſſiſſe virum Angelicum, meditans conſortem eſſe gloriæ Angelorum. Profuſis decet te plaudere gaudiis, quod talem in terris genueris filium, cujus in cælis patrocinio, cujuſve favore apud homines communiris, & interceſſionibus apud Deum. Hic eſt ille na-*

Reg. Vat. tom. 1. epiſt. 139.

Singularis certe felicitas hujus Reginæ, videre in vita filium ſui canonizatum.

Digitized by Google

natus tuus venerandæ memoriæ Ludovicus Epiſcopus Tholoſanus, quem Deus ipſe glorioſus in Sanctis ſuis, & in majeſtate mirabilis, ſua immenſa bonitate virtutum operatione mirificans, & gratia ſanitatum ſic immenſis illuſtravit miraculis, quod in diverſitate graduum ſui ſtatus in gratia & gloria gradutim aſcendit. Hic eſt, quem, ut pie creditur, Rex ipſe cæleſtis ſic honorari decrevit in patria, ut ſedi ſupernæ quietis inſideat, æternæ claritatis lumine quaſi regiis veſtimentis amictus, & ſempiternæ gloriæ diademate coronatus. Hic eſt denique, quem & nos propter ſua merita glorioſa noſtro miniſterio per omnem Chriſtiani cultus ambitum vehiculo debitæ venerationis incedere, ac profuſis per orbem gaudiis, & effuſis undique laudibus coli cupientes in terris, nuper die Jovis, poſt feſtam Reſurrectionis Dominicæ, VII. videlicet Idus Aprilis, de Fratrum noſtrorum, ac Prælatorum omnium, tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium, unanimi conſilio, & concordi conſenſu, ſanctorum Catalogo duximus adſcribendum, nec ſine cauſa Paſchale tempus ad id faciendum elegimus, ut dies ipſa nova feſtivitate jucunda ex temporis gaudioſa celebritate Paſchali, fieret ampliori jucunditate feſtiva. Digne itaque, filia, cor tuum delectari debet in Domino, & in ſalutari ſuo tuus animus dilatari, & digne gratias agere teneris Altiſſimo, qui tibi fœcunditatem ſobolis tam ſanctiſſimæ tribuit, & qui in tanta ſublimitate illius in benedictionibus immenſæ dulcedinis te prævenit. Propera igitur quæſumus, & in odore unguentorum beatiſſimi filii currere tuas corrigendo vias, & bonis operibus vacando feſtina, ut illum ſequi merearis ad regnum, quem ſi mundo viveret, affectu cogente materno in exilium ſequereris. Datum Avenione. V. Idus Aprilis.

Cariſſimo in Chriſto filio Philippo Regi Franciæ & Navarræ Illuſtri.

Ibid. epiſt. 149.

LI. *Jucunditatis & exultationis in Domino multu materia excellentiæ tuæ, fili cariſſime, debet non indigne ſuccreſcere: & in canticum Domini, de cujus largitatis irriguo gratiarum quarumlibet chariſmata derivantur, tuis non immerito labiis diſſolutis, regia mens imbre fœcundo conſperſa tripudii merito debet in jubilum proſilire. Ille namque ſummus opifex, cujus mira, & procul dubio admiranda ſunt opera, domum tuam filiorum benedictionis & gratiæ largitate ſolida firmitate ſtabiliens, nedum ipſam præ participibus ſeculari potentia, & immenſis fecit abundare divitiis, ſed & ad exigentiam inexpugnabilis firmitatis illius, fulcivit tamdem ſpiritualibus munimentis, ut nedum imperterrita perſiſtere poſſet contra malignantiam impetus, ſed & adverſus ſpirituum malignorum inſidias ſecura manere. Et quidem ex ipſa domo, quam utique decet in dierum longitudine ſanctitudo, duos ipſe miſericors Dominus diebus noſtris produxit ſpiritualis belli belligeros, duos candidos Nazareos, qui ſcuto protecti fidei, & armis pœnitentiæ, ac ſanctæ converſationis accincti, licet diverſis temporibus, voto tamen conſimili finem ſibi præſtituentes eumdem, præſentis vitæ ſtadium, ut incorruptibilem coronam acciperent, cucurrerunt, ambo ejuſdem nominis, ambo ejuſdem generis, & ambo admirabilis ſanctitatis. Horum primus eſt, ſicut noſti, ſanctus Ludovicus Confeſſor egregius, qui jam ab olim de terreno ac temporali regno ad cæleſtis & æterni gloriam eſt translatus. Secundus vero eſt venerandæ memoriæ beatiſſimus Ludovicus Tholoſanus Epiſcopus, qui tamquam veræ vitis palmes effectus, vivit æterna plantatus in vita, cui ad cæleſte palatium miſericordiarum pater paravit acceſſum, cujus miranda miracula, quibus miraculoſe per ipſius merita glorioſa do-*

dominantium Dominus ſuam mirificavit Eccleſiam, ad ſuæ laudis præconium, ad præſentium & ſecuturorum inſtitutionem & gaudinm late patent, & quem nos ulterius nolentes latere ſub modio, ſed candelabro ſuperponi debere, cenſentes, cum eum, ſicut noſtra, Fratrum noſtrorum, Prælatorum etiam plurium, & fidelium aliornm pia crednlitas de vita & miraculis illius plenius informata ſupponit, indubie Rex ipſe cæleſtis in patria ſic honorari decreverit, ut ſedi ſupernæ quietis inſideat, ſempiternæ gloriæ diademate coronatus, & proinde dignum ſit, at profuſis per orbem gaudiis, & effuſis undique laudibas cultu debito veneretur in terris. Nuper die Jovis poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ, VII. videlicet Idus Aprilis, de Fratrum noſtrorum, & Prælatorum omnium tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium unanimi conſilio, & concordi conſenſu, Sanctorum Cacalogo duximus adſcribendum. Nec ſine cauſa paſchale tempus ad id faciendum elegimus, ut dies ipſa nova feſtivitate jucunda ex temporis gaudioſa celebritate paſchalis, fieret ampliori jncunditate feſtiva. Digne itaque, dilectiſſime fili, cor tuum lætari debet in Domino, & in ſalutari ſuo tuus animus dilatari. Digne procuidubio teneris eidem cordis genua flectere, humiliare ſpiritum, & ex intimis gratias agere, quod te, & inclytam domum tuam, talibus & tantis dignatus eſt communire patronis, quorum in cælis patrocinio, qnorumve favore apud homines communiamini, & interceſſionibus apud Deum. Et illud prudenter debes advertere, quod eum natura nobilibus maxime neceſſitatem imponere videatur, ne a majorum ſuorum degenerent probitate, cauſa tibi non levis indicitur vacandi bonis operibas, ac te vas aptum virtutibus præparandi, ut Confeſſorum ipſorum facta virtuoſa commemorans, & pro viribus imiteris, & commemoranda eorum exempla in odore unguentorum ſuorum percurrere, ac eorum veſtigia pacifico greſſu ſtudeas proſequi, occaſiones peccatorum ſolerter effugias, nec eorum qui te forſan oblectare caperent, ſuaſionibus acquieſcas. Sic te in omnibus ad exemplar illorum laudabiliter habitarus, quod divinæ majeſtati gratus advenias, ſubditis tibi populis gratioſns exiſtas, & tamdem corrupta hujus mundi corona in incorruptibilem lauream commntata, concivis Confeſſorum ipſorum, Deique domeſticas, & una cum eis hæreditatis æternæ particeps effici merearis. Datum Avenione, V. Idus Aprilis.

» LII. Adjiciam inſuper epiſtolam alteram ejuſdem Pontificis ad » Jacobum II. Aragoniæ Regem, olim Sororium ſancti Ludovici, con- » jugem Blanchæ, ſeu Candidæ ſancti Viri ſororem. Eam exſcripſit Hie- » ronymus Zurita in ſuis Indicibus rerum ab Aragoniæ Regibus geſta- » rum; in Pontificis regeſto deſideratur.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Zurita in Indic. lib. 2. ann. 1317.

Cariſſimo in Chriſto filio Jacobo Regi Aragonum Illuſtri.

» H*Abes, fili cariſſime, unde Domino Deo tuo in vocem exultationis » & confeſſionis erumpas, exnltes in eo, & fatearis humiliter tibi, » & domui tuæ de immenſo ipſius dono conceſſum, quod inclyta domus Sici- » liæ, cui & conſanguinea propinquitate, & affinitate propinqua conjun- » geris, virum produxit Angelicum, conſortem gloriæ Angelorum, cujus » ſperare potes in cælis patrocinio, favore apud homines, & apud Denm » interceſſionibus communiri. Etenim magnitudini tuæ ad gaudium inti- » mamus, quod adveniente nuper Paſchalis corporis puritate, die Jovis vi- » delicet, poſt feſtum Reſurrectionis Dominicæ, venerandæ memoriæ Ludo-*

„ *vicum Epiſcopum Toloſanum germanum clar. mem. Blanchæ Reginæ Aragonum, conjugis tuæ, quem omnipotens Dominus, propter illius merita glorioſa concivem Sanctorum, domeſticum ſuum, & æternæ beatitudinis poſſeſſorem effecit, de Fratrum noſtrorum, & nonnullorum Prælatorum, tunc apud Sedem Apoſtolicam exiſtentium, conſilio & conſenſu, canonizatione ſolemni Sanctorum cathalogo duximus adſcribendum. Tu ergo, fili, gratias agens Altiſsimo, qui in ſublimatione Confeſſoris ejuſdem, tam immenſis benedictionibus te prævenit, in odorem unguentorum ſuorum currere propera: ſicque ad exemplar Confeſſoris ipſius bonis operibus vacare procura, quod tamdem una cum eo ſidereas manſiones incolere merearis. Datum Avenione* XVII. *Kalend. Maii, Pontificatus noſtri anno* I.

Fr. Aycardus Cavioyza Archiep. Mediolanen.

Catal. n. 100. & 101. Hiſt. Novarien. lib. 2. n. 67.

LIII. Magno hoc beneficio, & honore affecit Joannes Minorum ſodalitium, quod Ludovicum ejuſdem Alumnum in Sanctorum numerum retulerit, ſed & plures ex eodem Ordine hoc anno aſſumpſit ad inſulas Pontificias, præſertim fratrem Aycardum de Cavioyza Miniſtrum Provinciæ Mediolanenſis, (quem perperam Ordinis Prædicatorum inſcribunt catalogus ſucceſſorum ſancti Barnabæ Apoſtoli in Eccleſia Mediolanenſi & hiſtoria Novarien.) ad Archiepiſcopatum Mediolanenſem vacantem per translationem Caſtoni ſive Caſſoni ad Eccleſiam Aquilejenſem: *Pridem venerabili fratre noſtro*. III. Idus Julii anno I. & *Superni diſpoſitione conſilii*. IV. Kal. Octob. anno II. Ex his duabus bullis, quas damus in regeſto, facile conſpicere licebit, quantum a veritate receſſerit auctor prædicti catalogi, & qui ex eo horum duorum Caſſoni & Aycardi hiſtorias deſumpſerunt. Joannes Pontifex Caſſonum Turrianum ad Patriarchatum Aquilejenſem tranſtulit, Aycardum in Eccleſia Mediolanenſi ſuffecit. At hic catalogus plano & craſſo errore ait Caſſonum a Clemente V. ex Patriarcha Aquilejenſi factum Archiepiſcopum Mediolanenſem, & poſt ejus deceſſum ſubſtitutum Aycardum Ordinis Prædicatorum. Quot in breviuſcula narratione errores! Aycardum facit Ordinis Prædicatorum, cum fuerit Minorum; a Clemente V. ait translatum Caſſonum ab Aquileja Mediolanum, cum ab ipſo Joanne fuerit e contrario translatus Mediolano Aquilejam, die ſeptimo Octobris anni

Chron. Boſſ. ad ann. 1316.

MCCCXVI. uti ſignanter adnotant chronica Boſſiana, & adhuc ſuperſtiti ſucceſſerit in Eccleſia Mediolanenſi frater Aycardus. Ex his & aliis pluribus erroribus, qui in hoc catalogo paſſim occurrunt, indignum ſane judico, qui doctiſſimo viro Cardinali Syrleto adſcribatur, niſi fortaſſis hæc vitia irrepſerint ex aliorum auctariis in tertia editione factis, uti ad paginam præliminarem adnotatur. Porro Claudius Roberti in catalogo Archiepiſcoporum Mediolanenſium, quem ad finem ſui operis de Gallia Chriſtiana attexuit, nullam agit mentionem hujus Aycardi, & neſcio quo auctore, an potius errore pro eo ſubſtituit poſt Caſſonum, Paganum Turrianum, quem hoc anno electum, & annis XIII. ſediſſe ſcribit, quod nulla ratione ſubſiſtere poteſt contra omnes auctores, & reſcripta Pontificia.

Quis qualiſve hic Aycardus.

LIV. Erat hic Aycardus Guelſarum partium, acerrimus Pontificiæ auctoritatis ſectator, & Romani nominis deſenſor; quare a Gibellinis præſertim Vicecomitibus, Mediolanum tyrannice occupantibus, exulare cogitur ſimul cum gente Turriana. Non potuit itaque in hoc rerum turbine inire Pontificatum; turbabat tamen animos exul, ſententiamque excommunicationis tulit in Matthæum Vicecomitem & filios, reſque Pontifi-

tificias ubique, uti poterat, promovebat. Capta per Pontificios Modoetia, ubi ſumma rerum erat, caputque fiebat pugnantium pro Eccleſia, dum non ea frequentia & ardore, quem graviſſimus quiſque in tali cauſa deſideraret, res agerentur, Aycardus ut torporem excuterent, his verbis non tam concionatus eſt, quam prophetavit: *Viri Mediolanenſes, & quotquot pro Catholica Eccleſia adverſus impios arma ſuſcepiſtis. Vos quidem cupidine ſalutis, & ſtudio recti veniſtis in hæc caſtra, ſed non veniſſe ſatius erat, quam lente ſic agendo tradere victoriam hoſti, prodere publicam cauſam, iſtaque lentitudine & proditione laceſſere divinas iras, ſicuti vos facere animadverto. Proinde quæ amplius dicam, accipite, vocemque meam, non ut miſeri hominis vocem, ſed quaſi miſſam e cælo condite in animum veſtrum, & attendite, quæ me vobiſcum agere Deus jubet. Niſi bellum hoc aliis animis geritur, victoria penes alios erit, voſque ludibrium & præda, hoſti exemplo eritis, pigritiam & ſegnitiem in Dei negotio plecti, ſicuti cetera mortalium ſcelera, magnumque ipſam & inexpiabile ſcelus eſſe. Vult ſane Deus Eccleſiam ſuam manere incolumem; ſed numquam per vos erit incolumis, donec ſic agetis, & invenca, cum divinæ majeſtati placitum erit, diverſa via, ne Romana ſacra polluantur, projiciemini, qui miniſterii pulcherrimi gloriam contempſiſtis.* Non tamen potuit his aut ſimilibus verbis Aycardus fatalem torporem ex militaribus animis excutere, miraque ſocordia res omnes agebantur. Male itaque anno inſequenti ſucceſſit Pontificiis, ut hic prædixit, afficiente Vicecomite gravi clade rem Eccleſiaſticam, cum ad Vaprium in Abduæ fluminis ripa acriter utrimque eſſet pugnatum.

Acriter tuetur partes Pontificis contra rebelles.

LV. Severus erat homo Aycardus, & ſpectatæ religionis, magna in vulgus fama, qui in Archiepiſcopali dignitate ſui Ordinis inſtituta retinebat, & antiquam diſciplinam. Vixit in turbulento hoc rerum ſtatu uſque ad annum MCCCXXXIX. quo ſub menſe Auguſto eum obiiſſe commemorant Chronica Boſſiana. Alii defunctum ſcribunt anno MCCCXLI. Sunt qui dicant, eum laboribus fractum ceſſiſſe Archiepiſcopatui Mediolanenſi, illumque commutaſſe cum Joanne Vicecomite Epiſcopo Novarienſi, Matthæi Vicecomitis filio, poſtea pſeudo-Cardinale a Petro Corbario creato. Sed neque Aycardus ad Novarienſem, neque Vicecomes, vivente Aycardo, ad Mediolanenſem tranſiit: fuit dumtaxat Mediolanenſis Eccleſiæ adminiſtrator, haud Gibellinis inviſus, quippe Vicecomitum, qui rerum potiebantur, conſanguineus.

Vide hiſt. Novar. cit. Beſozzus in hiſt. Pont. Mediol. n. 105.

LVI. Præter Aycardum hunc, alios Minoritas infulis decoravit Pontificiis hoc anno Papa Joannes; fratrem Guillelmum Eccleſiæ Patracenſis in Achaja, in Peloponeſi Provincia, ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, cujus olim ſanctus Nicolaus fuit Epiſcopus, creavit Archiepiſcopum. Vacabat Sedes per mortem Raynerii. Canonici elegerunt in ſuum Præſulem Franciſcum Savoloca ejuſdem Eccleſiæ Decanum, ſed ob defectum ſcientiæ repulſus fuit a Pontifice: *Cœleſtis diſpoſitione conſilii*. III. Non. Jan. Eccleſiæ Piſaurienſi ſub Archiepiſcopatu & Ducatu Urbinate ad Iſaurum flumen, haud procul a mari Adriatico, per mortem fratris Petri Minoritæ vacanti, Epiſcopum dedit fratrem Petrum Minoritam alterum a Canonicis per compromiſſarios electum: *Inter cetera ſollicitudinis*, Idibus Februar. Eccleſiæ Trecorenſi ſub Archiepiſc. Turonenſi in Aremorica Britanniæ per mortem Gaufridi Tournemine, fratrem Joannem Pœnitentiarium Pontificium, quem Rigaudum cognominat Claudius Roberti, licet cujus fuerit Inſtituti non commemoret: *Romanus*

Fr. Guillel. Archiep. Patracenſis.

Fr. Petrus Piſaurienſis Epiſcopus.

Fr. Joan. Trecoren.

Pontifex. IX. Kal. Martii. Eccleſiæ Nepeſinæ in Provincia Romana, & ditione Pontificia, per obitum Pauli Epiſcopi, fratrem Joannem Pœnitentiarium item Apoſtolicum, qui poſtea factus eſt Pontificis in Urbe Vicarius: *Militanti Eccleſiæ*. II. Kal. Martii. Eccleſiæ Oſſorienſi in Hibernia, & Provincia Lageniæ ſub Archiepiſcopo Dublinienſi, per translationem Wilhelmi ad Eccleſiam Caſſellenſem vacanti, fratrem Richardum Ledredum Anglum Londinenſem, quem ſub anno MCCCXXV. inquiſitionem feciſſe contra varias perſonas de hæreſi ſuſpectas, atque aliquas igni devoviſſe commemorant prolixius Annales Hiberniæ, ad calcem Britanniæ a Guillelmo Camdeno deſcriptæ. Propter hoc non paucas paſſus eſt moleſtias, uno ex inquiſitis corrumpente multa pecunia Miniſtros Regios, qui tamdem agnovit culpam ſuam, & Pœnitentiam admiſit ſalutarem. Indicat hæc Jacobus Waræus recens & diligens, ſed fidei Lutheranæ auctor, in catalogo Epiſcoporum Oſſorienſium, atque alia paſſum ſcribit propter incendii, & facinoris crimina a Thoma filio Gilberti commiſſa, quorum Epiſcopum hunc conſcium fuiſſe quidam ſuſpicabantur. Eccleſiam ſuam Cathedralem plurimum ornavit, feneſtras ampliores & pulchriores aperuit, ac vitro munivit. Feneſtræ orientali egregio opere elaboratæ ut vix in tota Hibernia alia poſſit comparari. Ædes Epiſcopales, dirutis tribus templis extra muros urbis neglectis, prope Eccleſiam Cathedralem conſtruxit. Conſecratum ſcribit Waræus anno ſequenti die XXIV. Aprilis ab ipſo Pontifice Joanne XXII. fortaſſis quod licet hoc anno electus ſit, uti ex diplomate Pontificio conſtat, conſecrationem ad illud diſtulerit tempus. Multis vixit in Epiſcopatu annis, obiit namque anno MCCCLX. ſepultuſque eſt in choro Eccleſiæ ſancti Canici Kilkenniæ in alto tumulo lapideo, prope ſummum altare ad latus Evangelii: *Romani Pontificis*. VIII. Kal. Maii. Joannes anno IV. ſui Pontificatus II. Idus Auguſti ſcribit ad Juſtitiarium Hiberniæ, ut eum a multis liberet calumniis & moleſtiis, quas in diplomate refert ſæviſſimas & impias; jubet ut ei per omnia ſatisfiat, conſervatoreſque deputat Archiepiſcopum, & Decanum Dublinien. & Præcentorem Eccleſiæ Lincolnienſis. Sub Benedicto XII. iterum de hoc homine agemus. Nicienſi Eccleſiæ Ordinis ſancti Auguſtini ad Varum flumen, qui Italiam a Gallia ſeparat, urbis maritimæ in ditione Sabaudica ſub Archiepiſcopo Ebrodunen. (tunc Roberto Siciliæ Regi ſubjectæ, nam & eidem Eccleſiam & Epiſcopum electum Pontifex ſpeciali commendat diplomate) vacanti per mortem Raymundi Epiſcopi, præfecit fratrem Guillelmum ſuum Pœnitentiarium. Interfuit Concilio Avenionenſi contra Petrum Corbarium pſeudo-Pontificem anno MCCCXXVIII. celebrato, de quo Joannes Marius agit mentionem: *Circa paſtoralis officii*. VIII. Kal. Maii. Eccleſiæ Puteolanæ in Campania ad mare Tyrrhenum, ſub Archiepiſc. Neapolitano hoc tempore Epiſcopum fuiſſe fratrem Guillelmum Minoritam conſtat ex Pontificis diplomate, quo ei concedit facultatem teſtamentum condendi: *Quia præſentis vitæ*. Kal. Martii. Contendebat etiam hoc anno Eduardus II. Angliæ Rex, reſtituendum eſſe ad Eccleſiam ſancti Andreæ in Scotia fratrem Thomam de Riveriis a Clemente V. ut dicebat, electum, propter depoſitionem Guillelmi, Eduardo inviſi; Roberti vero de Brus ejus inimici, ſectatoris, cui Pontifex reſpondet, haud ſibi conſtare de Thomæ electione, neque Guillelmum deponi debere abſque crimine legitime probato: *Per tuas nobis*. XIV. Kal. Octob. „ Inſtitutum hoc anno Epiſco- „ pum Rivenſem in Gallia ſub Archiepiſcopo Toletano fratrem Joannem de

Fr. Joan. Nepeſinus.

Fr. Richardus Oſſorien.

An. 4. ep. 1601. & 1602.

Fr. Guillelmus Nicien.

Marius lib. 2. de ſchiſmatibus & conciliis.

Fr. Guillel. Puteolanus.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Joan. Epiſc. Riven.

„ de Texenderia ſcribit Petrus Frizon in ſua Gallia purpurata, loquens „ de Cardinale Pilo-Forti, ubi ita habet: *Joannes de Texenderia Cadurcenſis Minorita ex Epiſcopo Lodovenſi* (*cum hoc ævo legatur Epitaphium in lamina ærea exaratum in ſacello Rivenſi ab ipſo erecto apud Franciſcanos*) *fuit primus Epiſcopus Rivenſis. Hæc ejus Epigraphe ſepulchralis. Epitaphium D. P. Joannis de Texenderia Ordinis Minorum primi Epiſcopi Rivenſis, bujus capellæ fundatoris. Creatus eſt a Joanne XXII. anno* MCCCXVII. *qui tunc hunc inſtituit Epiſcopatum* ſed ſi „ Joannes a Lodovenſi Eccleſia ad hanc translatus eſt, non id potuit hoc „ anno fieri, quippe non niſi anno MCCCXXII. ad Lodovenſem Epiſcopatum aſſumptus eſt, uti dicemus inferius. Hujus Joannis neque in „ Eccleſia Lodovenſi, neque in Rivenſi meminit Claudius Roberti in „ ſua Gallia Chriſtiana. Hoc anno fratrem Jacobum Sottorippam, „ Epiſcopum in Tartariæ regione, interfuiſſe translationi ſolemni reliquiarum ſanctorum Prothi, Hyacinthi, & Eugeniæ, in civitate Comenſi ſcribit Franciſcus Bellarinus ejuſdem Urbis hiſtoricus. *Fr. Jacob. Epiſc. in Tartaria. Hiſtor. Comenſis ep. 1. pag. 191.*

LVII. Habuiſſe hoc tempore Minoritas domicilia aliquot in Achaja, mihi probatur ex Pontificio diplomate, quo Joannes ſcribens ad Matildam Principem, vel uti Pontifex loquitur, Principiſſam Achajæ, ait *fratrem Ubaldinum Miniſtrum Ordinis Fratrum Minorum Achajæ*, juxta credentiam ſibi ab eadem commiſſam egiſſe ſecum de matrimonio, inter eamdem, & Joannem Caroli Regis Siciliæ filium, Comitem Gravinæ contracto. Neque enim in aliqua Provincia Miniſter inſtituitur, in qua non extent plura ejuſdem Inſtituti domicilia, niſi fortaſſis ſcriptor erraverit, aut quia in Achaja etiam Cœnobium aliquod vel plura eſſent huic Miniſtro ſubjecta, ab illis eum nominaverit Miniſtrum Achajæ, non vero quod intra ipſos fines Achajæ tot eſſent Conventus, quot Provinciæ conſtituendæ ſufficerent. In Provincia Hiberniæ & conventu Waterfordienſi celebratum hoc anno Capitulum Provinciale, refert Joannes Clyn, ſed & anno ſequenti in cœnobio Roſſenſi, ſeu Roſſipontano aliud convocatum referunt monumenta Hibernica MSS. ad me miſſa, quæ frequentia comitia, quod alias notavi, me monent magni ſtudii & perpetuæ vigilantiæ Rectorum illius Provinciæ in convocandis Provinciæ Patribus ad hujuſmodi conventus Provinciales, ut de retinenda regulari obſervantia, & obſervandis primis inſtitutionibus maturius ageretur. *Reg. vatic. to. 1. ep. 648.* *In Achaja conſtituti ut Minoritæ aliquot domicilia.* *Capitulum Provinciale in Hibernia.* *Ann. 1308. n. 86.*

LVIII. Extra Epidauri Urbem in Parthinis, Dalmatiæ populis (Raguſiam communiter vocant, nobilem Rempublicam ex Italiæ oppoſito) cives extruxerant poſt aliquot ab exorta religione annos Minorum domicilium. Sed veniente Uroſio Serviæ Rege, ut civitatem debellaret, ne locus hic ab hoſte occupatus, urbi negotium faceſſeret, eumdem demoliti ſunt Raguſini. Obſidione ſoluta, alium locum cives hoc anno intra urbis mœnia Fratribus conceſſerunt, uti ex publico inſtrumento, quod aſſervatur in tabulario illius loci liquido conſtat; deinde anno ſequenti facultatem conceſſit Joannes Pontifex cœnobium ibi conſtruendi, uti ex ejus diplomate quod in regeſto dabimus, videre licebit. Invaleſcente poſt annos multos illorum numero, qui de regulari obſervantia nuncupabantur, cohabitarunt in eodem cœnobio Patribus Conventualibus; mox illis recedentibus, penes hos remanſit; demum ita procurantibus civibus, juſſi ſunt Patres Conventuales alio transmigrare, & domus conceſſa eſt Obſervantiæ regularis profeſſoribus anno Domini MCCCCVIII. Jacet in quodam clauſtri ſacello venerabilis & nobilis vir frater Evangeliſta *Conv. Raguſinus.* *Gonz. in prov. Raguſ. Con. 1.* *Ibidem ſepultus frater Evangeliſta Balionius.*

ſta Balionius Peruſio oriundus, cujus virtutem, pietatem, & miracula ab eo patrata adjectum hoc indicat epitaphium.

Balionum ſoboles, Peruſinaque, quem penes omnis
Regula luſtrandæ Religionis erat,
Qui docuit populos Evangeliſta beatus,
Raguſinam moriens conſecrat hoſpes humum:
Cumque piis precibus paſſim miracula præſtet,
Dat quoque reliquias, uberiora, ſuas.

Mirandum perpetuum in hujus loci Eccleſia.

LIX. Coram ſupremo altari ſuper tranſverſam trabem magna Chriſtí crucifixi lignea conſpicitur effigies, & duo hinc inde Angeli ex eadem materia fabrefacti, thuribula manibus tenentes, quæ in ſolemnioribus feſtivitatibus, & ad portenti cujuſque imminentis indicium nullo impellente movent, eo modo quo ab acolythis thurificantibus fieri ſolet in Eccleſiis. Appoſuit has effigies beatus Jacobus a Marchia, prædixitque hoc perpetuum mirandum, illis verbis: *aliquando hi Angeli miracula facient*, uti ex proceſſu juridice compacto ad Rotæ Romanæ Anditores ante ſexennium pro ejus canonizatione tranſmiſſo, & penes me aſſervato, amplius probatur.

Con. Traguríen.

LX. Ipſo eodem ferme modo actum eſt de Conventu civitatis Traguriénſis (quæ in Illiricis inſula eſt, & adjacet Dalmatiæ) atque de cœnobio Raguſino. Nam cum Milandinus Princeps Croatiæ, & Boſnæ, in Provincia Sclavoniæ, urbem hanc magno exercitu & inſtructa claſſe expugnare cogitaſſet, Cives locum Fratrum Minorum, ſitum extra urbem, mœnibus vicinum, funditus deſtruxerunt; hoc tamen anno dederunt alium ex conſenſu Epiſcopi & Capituli, quem olim poſſederunt Patres Benedictini. Dum vero Pontificis petit Miniſter Generalis confirmationem, ſcipſit ad Epiſcopum Foren. & plebanum Eccleſiæ ſancti Petri Jaderen. ut de rei veritate redderent certiorem: *Dilectus filius*. XIII. Kal. Septemb. Spectabat locus hic ad Provinciam Dalmatinam, & cuſtodiam Jaderenſem.

Reg. Vat. 2. par. an. 2. ep. 2065.

Reg. vat. 4. par. an. 1. ep. 3969.

LXI. Conceſſa eſt hoc anno licentia Cœſenati Generali Miniſtro, ut in partibus & Provinciis infraſcriptis domicllia admittat, ant erigat, videlicet in Einſgonia, In loco, qui dicitur Walburgeharcha inter Emetha & Fallerne, ac in loco vocato Leucha. In Comitatu etiam Aſtariacen. in Villa, quæ Miranda vocatur, & in Burgo Sirvani, & Liquate ac Tocti, caſtris Monaſterien. Strigonien. Auxitan. Cremon. Agrigentin. & Theatin. Diœc. necnon in Romaniæ partibus duo, in Hungariæ quoque confinio verſus Tartaros unum, atque alterum in Ruſciæ Provincia. Cauſam hujus amplæ conceſſionis aſſignat, quod cuperet ut *hic Ordo conſpicuus per orbem eo amplius propagetur, & novæ prolis fœtu jugiter amplietur, quo ipſius ſacra religio virtutum fœcunditate referta, & tota per bonorum operum ſtudia Domino ex ſuæ inſtitutionis exordio dedicata, ad robur & munimentum fidei ortodoxæ per inſignium gratiam meritorum, & exemplaris vitæ doctrinam, uberes hactenus in univerſali Eccleſia honeſtatis fructus protulit, & ſalutis. In Eccleſiæ firmamento*. XIV. Kal. Junii.

LXII. Theodorus Marchio Montisferrati hoc anno petiit, & obtinuit licentiam fundandi Cœnobium Minoritis in caſtro ſuo Clavaſio, Iporegienſis diœceſis, quod ſua doctrina & virtute illuſtravit frater Angelus a Clavaſio auctor ſummæ Angelicæ: *Devotionis tuæ*. IV. Idus Januarii. Spectat ad Patres Conventuales Provinciæ Genuen. & Cuſtodiæ Pedemontanæ.

LXIII. Cir-

LXIII. Circa hoc tempus ædificatum eſt Cœnobium Ruremondenſe in Geldria ad Moſæ & Ruræ confluentem, a Raynaldo hujus nominis I. comite Geldriæ, & Zutphaniæ, filio Comitis Ottonis, qui caſtrum ſuum in Monaſterium pia commutatione convertit, attribuitque Fratribus nonnullam etiam temporalem juriſdictionem, quæ duravit uſque ad annum MDLXIX. quo reformatus eſt a fratre Angelo Averſano Italo, totius Belgii ſub Pio V. Commiſſario Apoſtolico. Fuit ex parte ab hæreticis, Regis Catholici hoſtibus, deſtructus, & aliquoto tempore manſit abſque habitatore, ſed nunc inſtauratum aliquot incolunt Fratres. Obiit Raynaldus fundator anno MCCCXXVI. uti monet chronicon magnum Belgicon ex aliis hiſtoricis. Mendum itaque eſt in numero apud Aubertum Myræum, dum deceſſiſſe ſcribit anno MCCCXLIII. Sed potius errat in perſona, dum ea quæ ſcribit de Raynaldo I. aſſerenda potius erant de Raynaldo II. cognomento nigro, qui Eleonoræ, Angliæ Regis filiæ, conjux erat, non primus, uti perperam ſcribit Myræus. Suſcepit Raynaldus I. ex ſecunda uxore Margareta, filia Guidonis de Dampier, Comite Flandriæ inter reliquam prolem, filias duas Philippam & Iſabellam, quas ſanctæ Claræ conſecraſſe in Monaſterio Colonienſi ex aliis diximus ſuperius; cum etiam eodem ferme tempore eidem ſe addixiſſent Inſtituto in Polonia ſorores tres filiæ Henrici Ducis Wratislavienſis. Heduigis, quæ Marchioni Brandeburgenſi deſponſata, poſt ejus mortem Monaſterium ſanctæ Claræ Wratislavien. intravit, Helena & Eliſabetha in Cœnobio Gneznenſi eamdem Regulam profeſſæ. Pater vero Henricus ſepultus eſt ad annum MCCXCVI. in Monaſterio ſupradicto Clariſſarum Wratislavienſi.

Conv. Ruremonden.
Gonz. in prov. German. inferior. Con. 32.
Chron. magn. Belgic. ad an. 1326.
Aub. Myr. de orig. Monaſt. in Belgio.
Alegd. in chron. Belgico lib. 34. c. 7.
Nobiles Clariſſæ.
An. 1304. n. 42.
Miechov. de reb. Polon. to. 2. lib. 4. c. 3.

LXIV. Hujus Raynaldi I. nurus, quam diximus, Eleonora Raynaldi II. uxor, & Eduardi Regis Angliæ filia, alios duos ædificavit Minoritis in Germania inferiori Conventus, unum Daventriæ, alterum Harderwici, quorum utrumque prædictus Commiſſarius Apoſtolicus reformavit anno præfato. Sepulta eſt fundatrix in choro Fratrum Daventrenſi. „ Hoc anno constructa fuit pars magna Cœnobii Mutinenſis, „ præſertim dormitorium. Originem hujus Conventus alias reduximus „ ad annum MCCXLIV. Sed poſt incidimus in Chronica MSS. Urbis Mutinæ ab Alexandro Taſſono compacta; qui inchoatum, ſeu ordinatum „ (uti ille loquitur) anno MCCXXI. conſtanter aſſerit, & pacificatos „ cives anno MCCXXXI. a beato Gerardo Mutinenſi, de quo nos alias „ diſſernimus; deinde anno MCCXLIV. domum fuiſſe translatam ab eo „ loco, in quo prius fuerat, extra Portam Bajovariam ad pratum „ Hentiſonis.

Conv. Daventren.
Chron. mag. cit. Gonz. cit. Con. 30. & 12.
Conv. Harderwici.
ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.
Tom. 3. an. 1244. n. 24.
Chronica MSS. Mutinæ.

LXV. Monaſterium Monialium Clariſſarum del Peyrat de Maron hoc tempore inſtituit ſoror Fayx de Gordonio, extra muros caſtri ejuſdem loci de Gordonio, Caturcenſis Diœceſis, & dotavit abunde bonis & juribus, variiſque pertinentiis. Conceſſit loco Pontifex plurima privilegia a variis Pontificibus conceſſa Monaſterio Clariſſarum Avenionenſi, quæ ſuis litteris inſerit, & nos partim ſuis dedimus locis.

Monaſt. del Peyrat.
Reg. Vat. 3. par. an. 1. ep. 2896.

LXVI. Hoc etiam anno vel antecedenti ſanctiſſima Regina Portugalliæ Eliſabetha, de qua ſæpius egimus ſuperius, quamque Urbanus VIII. qui hodie ſedet, in Sanctorum numerum retulit, egregium extruere, vel ab honeſta quadam fœmina inchoatum, ut quidam volunt, perficere cœpit Clariſſis Cœnobium, ad civitatem Conimbriæ ex alia parte fluminis Mondi ad montis radices. Ita colligo ex quibuſdam monumentis

Monaſt. Conimbricen.
Vaſconcel. in ejus vita num. 19.

Pon-

Digitized by Google

Pontificiis, quæ ſequenti anno dabimus in Regeſto, & actis Canonizationis optimæ heroinæ. Habuit præclariſſimum Monaſterium (quod ego, dum in illa ſtuderem Academia, ſæpius inviſi, ut ſanctiſſimæ Reginæ illic requieſcentis corpus venerarer, ad cujus aram primum celebravi ſacrum) nobiliſſimas heroinas, & religioſiſſimas ſanctæ Claræ ſectatrices. Ædificavit prope Monaſterium piiſſima Regina modeſtum ſibi domicilium, ex quo licebat ad interiora virginum clauſtra penetrare, in quibus dum a regni gubernio feriari poterat, magno ſui animi gaudio deliteſcebat. Propter loci reverentiam, in quo tot extant ſanctiſſimæ fundatricis veſtigia, ægre ferunt Religioſæ ſibi proponi, ut alio domicilium transferatur; malunt enim adlabentis fluminis excurſiones annuas magno ſuo incommodo pati, quam illinc, ubi ſacra habitavit, & locum conſtituit Regina, tranſmigrare.

Conv. in provin. Portug. Mon. 8. Proceſſus ſanctæ Eliſab.

LXVII. Accidit mirandum quid in hoc loco, nunc per alias regiones ſolemne, ut laborante univerſa civitate Conimbricenſi gravi lue, cogitaverint Sorores vicinam mortem fugiendo declinare. Adfuit tamen ex inſperato mendicus, qui Abbatiſſam mœſtam de hac tranſmigratione cogitantem, bono eſſe animo hortatus eſt, membranulamque porrexit, ſequentem Antiphonam & orationem continentem, quas ſi quotidie recitarent devote Sorores, liberum iri locum ab omni contagione promiſit. Fecerunt ut admonuit, verumque probarunt, quod dixit; neque enim illo aut alio quovis tempore, quantumvis graſſaretur in urbe peſtis malum, Dei ſponſas invaſit. Ex quibuſdam ſignis, quæ in mendico ſeu peregrino conſpiciebantur, judicarunt, ſanctum Chriſti Apoſtolum Bartholomæum, hoc eis benigne præſtitiſſe beneficium.

Oratio pia contra peſtem.

LXVIII. *Stella cæli extirpavit, quæ lactavit Dominum, mortis peſtem, quam plantavit primus parens hominum: ipſa ſtella nunc dignetur ſydera compeſcere, quorum bella plebem cædunt diræ mortis ulcere. O piiſſima ſtella maris a peſte ſuccurre nobis. Audi nos Domina nam filius tuus nihil negans te honorat: ſalva nos Jeſu, pro quibus Virgo mater te orat.* ℣. *Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.* ℟. *ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.*

ORATIO.

Deus miſericordiæ, Deus pietatis, Deus indulgentiæ, qui miſertus es ſuper afflictionem populi tui, & dixiſti Angelo percutienti populum tuum, contine manum tuam, ob amorem illius ſtellæ glorioſæ, cujus ubera pretioſa contra venenum noſtrorum delictorum, quam dulciter ſuxiſti, præſta auxilium gratiæ tuæ, ut ab omni peſte & improviſa morte ſecure liberemur, & a totius perditionis incurſu miſericorditer ſalvemur. Per te Jeſu Chriſte Rex gloriæ, qui vivis & regnas in ſecula ſeculorum.

LXIX. Ante hoc tempus in urbe Cremonæ, apud Cenomanos Italos in Lombardia Tranſpadana nobiliſſima, præextitiſſe Clariſſarum Monaſterium, comperio ex Pontificio diplomate, quo conceditur licentia ſorori Luciæ Maſi, ejuſdem Monaſterii ſanctæ Claræ nuncupati, Moniali, ad alterum ſanctæ Catarinæ Januenſis tranſire, quia ſub hoc tempore, propter bellorum incommoda ad tantam paupertatem Monaſterium Cremonenſe erat redactum, ut exonerari opus eſſet aliquibus Sororibus. Monaſterio ſanctæ Claræ Neapolitano, ad preces Reginæ Sanciæ, plurimas gratias & facultates conceſſit, quæ in regeſto ſuis locis diſtincta congeſſimus. Ut prope ædem hanc ſeu contigue alia ædificaretur pro viginti Fratribus Minoribus, qui Monialibus inſerviant, indulſit: *Grandis & ſin-*

Monaſt. Cremonen.

Reg. Vat. 4. par. an. 1. ep. 3012.

Conv. Fratrum prope S. Claræ Monaſteriũ Neapoli.

& ſincera devotio. IV. Idus Januar. Dedit huic Monaſterio conſervatorem Archiepiſcopum Neapolitanum, & ſancti Silveſtri de Urbe Petrum de Columna ſancti Angeli Diaconum Cardinalem; & univerſis Clariſſis per varia Regna plurimos Epiſcopos, & Archiepiſcopos. Conceſſit etiam univerſis Clariſſis privilegium ne tenerentur ad decimas præſtandas, eaſque regi voluit a Fratribus Ordinis Minorum; ut prius ſtatuerunt alii Pontifices, præſertim Innocentius IV. & Bonifacius VIII. Donationes magnas factas Monaſterio de Monte Marſano, ſive Martiano Aduren. diœceſis per Gaſtonem Vicecomitem Bearnii, & Martham conjugem ejus, confirmavit.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

,, I. IN Gallia Narbonenſi Fratres ex Ordine Minorum, qui Spiri-
,, tuales dicebantur peſſimum exemplum eorum Tuſciæ ſequuti,
,, violenter & capitoſe ab obedientia Superiorum Religionis, & a con-
,, ſortio aliorum Fratrum, qui de communitate dicebantur, abalienati,
,, ſe ſubtraxerant, & ad eos reducendos cum non ſufficeret Miniſtri
,, Generalis auctoritas, Summus Pontifex Bertrando de Turræ Provin-
,, ciæ Aquitaniæ Miniſtro id muneris commiſit, qui & ipſe nihil profice-
,, re potuit; capitoſi enim & pervicaces, nil humilitatis & obedientiæ
,, habentes, ſed ſpiritu ſuperbiæ acti Commiſſario Apoſtolico reſtiterunt,
,, quadam appellatione interpoſita, quod latius in Annalibus legitur.
,, II. Interea Matthæus Vicecomes Mediolanenſium Dominus par-
,, tium Gibellinorum aſſertor, confederatus cum Gibellinis, & Impe- *Bellicoſæ diſſentiones in Lombardia.*
,, rialibus Lombardiæ, Genuam, cujus cives, & ipſi diſſentientes
,, inter ſe in partes abierant, occupare tentabat; miſſo filio ſuo Equi-
,, tum generali Præfecto, qui eam obſidione premebat; ſed Robertus *Dogl. p. 4. fol. 192.*
,, paulo ante a ſummo Pontifice Vice-Imperator, & armorum Eccleſiæ
,, Dux electus in Italia, defendebat a Guelfis ante vocatus, & in Ci-
,, vitatem admiſſus. Eodem vero tempore exortum etiam eſt bellum
,, inter ipſum Robertum Siciliæ Regem, de quo paulo ante diximus, *Pingon. in Amad. IV. & Philipp.*
,, ipſi ſeſe dediſſe Aſtam, & Cuneum in partibus Subalpinis, ex una
,, parte, & Amadeum IV. Comitem Sabaudiæ, qui Aſtam ab Henri-
,, co VII. ſibi fratrio exempto retulerat, Manfredum Marchionem
,, Salutiarum, Philippum Thomæ III. Principem Pedemontii, qui poſt-
,, modum Amadeo IV. ſucceſſit, & Matthæum de Vicecomitibus præfa-
,, tum Mediolanenſium Dominum. Magnum ergo hoc incendium ut
,, extingueret Pontifex, Bertrandum Guidonis de Ordine Prædicato-
,, rum, Inquiſitorem hæreticæ pravitatis in regno Franciæ, & Bertran-
,, dum de Turre Ordinis Minorum Miniſtrum Provincialem Aquitaniæ, *Ex Minoritis Nuncii pro pace.*
,, Nuncios, & pacis coduceatores deſtinavit, ut Annaliſta refert.
,, Quanti laboris fuerit hæc legatio, præter ea expeditionis, oſtendunt
,, varia diplomata Pontificia Bertrando de Turre, & aliis a Petro de Al-
,, va & Aſtorga, ultra allata a Waddingo, indicta, quæ referre ſuper-
,, vacaneum eſſe puto.
,, III. Bellum item in Flandria, cum inter Robertum Betunienſem
,, Flandriæ, & Ludovicum Nivernienſem Comites ex una parte, &
,, Philippum Longum Franciæ, & Navarræ Regem ex altera, exor-
,, tum fuiſſet, Summus Pontifex fratrem Petrum de Pallude, Magi-
,, ſtrum in Theologia Ordinis Prædicatorum, & Stephanum de Neſia-

„ co, cum Guillelmo de Gandavo Ordinis Minorum, ut eos ad pacem
„ & concordiam inducerent Nuncios deſtinavit, quibus ad id negotii
„ plurimum difficilis, ſicut & aliis, litteras ſpeciales expedivit; & qui-
„ dem Stephano & Guillelmo: *Illius qui &c.* Roberto Comiti Flandriæ:
„ *Ne linguæ tertiæ &c.* Conſiliariis de Gandavo: *Ne linguæ &c.* Phi-
„ lippo Regi: *Ecce filii &c.* omnes Kal. Aprilis. Diſcordiis pariter
„ gravibus in Vaſconia exortis, ad quas tollendas Priorem Prædicato-
„ rum, & Fratrem Iſtorum de Mont-Alto Guardianum Minorum Agen-
„ næ miſerat Pontifex, ut optatam pacem tamdem videret Apoſtolicas
„ litteras, præter a Waddingo relatas, tum ad præfatos, cum etiam ad
Indic. ex Vat. „ alios multiplicavit: & quidem ad Guardianum Agennenſem, & ad
„ Ameneum de Lebreto ſcripſit: *Dudum circa &c.* Etiam ad Archiepi-
„ ſcopum Auxitanum: *Ecce Frater &c.* & ad Seneſcallum Vaſconiæ:
„ *Dudum circa &c.* omnes VIII. Idus Julii.
„ IV. Prædicatorum, & Minorum opera in arduis cum uteretur
„ Pontifex in aula Romana non tantum, ſed etiam apud Principes,
„ Reges, Reſpublicas, Proceresque alios, eorum fama cum honore cre-
„ ſcebat non parum. Sed Minorum gloriam offuſcabant in Ordine con-
„ tentiones, & diſcordiæ, quæ ad ſcindendam unionem cum publico
„ ſcandalo properabant, niſi Pontificis fræno, & vigili providentia
„ Cæſenatis Miniſtri Generalis cohibitæ fuiſſent, & capitonum pervica-
Fratricelli exoriuntur & eorum ſecta. „ cia infracta, ut late narrat Annaliſta. Aliam, & aliunde per hæc tem-
„ pora experta eſt moleſtiam noſtra Religio: multi ſiquidem profanæ
„ multitudinis viri, Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, Bizocchi,
„ Beguini, & aliis nominibus nuncupati, in pluribus partibus, habitum
„ religioſum ſibi confingentes, propria auctoritate, & contra ſacros
„ canones, congregationes, & conventicula faciebant; ſuperiores,
„ quos Miniſtros, & Guardianos vocabant, eligentes novam & num-
„ quam auditam Religionem in Eccleſia ſuſcitabant, mentiebanturque
„ ſe Fratrum Minorum Regulam profiteri, & ad litteram obſervare, &
„ alia plura contra fidei catholicæ dogmata diſſeminabant. Hanc ſectam
Quæ falſo attribuitur Fratribus Ord. Minor. „ Pontifex condemnavit: *Sancta Romana, & univerſalis Eccleſia &c.*
„ III. Kal. Januarii: Sed hanc decretalem Abrahamus Bzovius ad ſuam
„ mentem detorquens, & a veritate diſtrahens injurioſe Minorum ex
Bzovius ad ann. 1317. n. 18. „ Ordine exortam eam ſectam ſuis ſcriptis diſſeminavit: quamobrem
Conſtitutionem Glorioſâ *in Fratricellos, quam* Ii. *Meliſſanus affert, piget tranſcribere, cum Annaliſta tamquam in proprio loco anno ſequenti neceſſariam illius Synopſin exhibeat.* „ neceſſarium fuit calamo hanc falſitatem expungere, & maculam deter-
„ gere, at egregie Annaliſta fecit.
„ V. Hac igitur damnationis expedita bulla, aliam pariter ejuſdem
„ temporis, in qua Ordinem Minorum mirifice laudat, atque extollit,
„ publicare fecit, incipien. *Minorum Fratrum &c.* x. Kal. Februarii,
„ quam apud Odericum quiſque legere poteſt. Ceterum hunc annum
„ ſolemni canonizatione ſancti Ludovici ex Ordine Minorum Epiſcopi
„ Toloſani univerſo Orbi celebrem reddidit; pro qua plures epiſtolas
„ diverſis utriuſque ſexus Principibus, & Regibus eidem Sancto con-
„ ſanguineis, præter relatas a Waddingo ſcripſit; ut Blancæ, Sancio
„ Majoricarum, Roberto, Sanciæ, Philippo, Clementiæ, & Mariæ
Indic. ex Oder. n. 45. ann. 3. „ Regibus, & Reginis; quas indicat Petrus de Alva & Aſtorga ſæpe
„ citatus. Præterea Mariæ, Sanciæ, Joannæ Reginis, Comitiſſis etiam
Litteræ Pontificiæ pro canoniz. S. Ludov. Epiſcopi. „ de Roſciato, Aliciæ, Namurci, & Joannæ de Alariberias ingreſſum
„ Monaſteriorum indulſit; earumdem pietatis ac devotionis indicium
„ certum & evidens; rumores etenim ſeculi qui declinat a facie peccati
fu-

„ fugiens, Deo appropinquare ſtudet: ſunt & plures Apoſtolicæ litteræ, „ a præfato Auctore indicatæ, quas præterire placet.

„ VI. Ab Auſcio Aquitanorum in Gallia urbe Archiepiſcopali, ſeptemmilliaribus regionis diſtat oppidum inſigne, nomine Miranda, „ ad quod a Bernardo Comite Aſtirici Conventum pro Fratribus noſtris „ anno MCCLXXXII. conſtructum fuiſſe narrat Gonzaga: at provinciæ „ Aquitaniæ recentioris monumenta noviſſima diverſe ſcribere videntur: ajunt enim Martham nobiliſſimam loci Comitiſſam ex devotione, „ qua in Seraphicum Patrem, & ejus Ordinem ferebatur, hujuſmodi „ ædem fundaſſe anno MCCCXVII. triginta quatuor ſcilicet poſt annis, „ idque aperte conſtare ex quodam Joannis Papæ XXII. amplo diplomate. Dat Avenione XIV. Kal. Junii Pontificatus ſui anno I. & etiam „ ex litteris Reverendiſſimi Patris Michaelis de Cæſena Miniſtri Generalis Ordinis, licentiam concedentis Patri fratri Petro de Salis Cuſtodi „ Auſcitano recipiendi novum locum in urbe de Miranda, ſub dat. „ XXIV. Novembris anno MCCCXVII. Inſuper ex aliis inſtrumentis, „ quorum originalia in archivo dicti Conventus aſſervantur, id oſtendi „ poſſe confirmant. At novum locum admittendi apud Mirandam licentiam fecit Cæſenas, cur non potuit præfuiſſe ibidem ille, quem notavit Gonzaga? Etenim loci mutatio nova hoc in negotio haud eſſet: „ quamobrem facile crederem, hunc præceſſiſſe prædictum, quo ex cauſa „ rationabili derelicto, ſecundam Fratres domum a liberali pietate „ præfatæ Comitiſſæ habuerint.

Gonz. p. 1. de prov. Aquitan.

Mirandæ Conv. conſtruitur.

„ VII. Tamdem Lintium, Germanis *Lintz*, Civitas Auſtriæ præclara, cum arce munitiſſima, ad Danubium a Vienna Imperiali urbe in „ Occidentem vigintiquinque leucis Germanis recedens, Monaſterium „ Monialium ſanctæ Claræ hoc anno poſuit, a Patribus provinciæ Boemiæ, & Poloniæ admiſſum, ut Caſimirus aſſerit.

Caſim. Biern.

ARGUMENTUM.

Mittuntur Nuncii in Belgium ad pacem cum Gallis promovendam. Inquiſitores inſtituuntur in Poloniæ & Boemiæ Regnis. Condemnantur & inſimulantur hæreſeos, qui ab Ordine receſſerunt ſub ſpecie majoris obſervantiæ. Floret Petrus Aureolus: aliquot creantur Epiſcopi Minoritæ. Varia ædificantur Minoribus & Clariſſis Cœnobia.

I. DIXIMUS ſuperiori, miſſos ex Ordine Prædicatorum & Minorum Nuncios in Belgium, ut Robertum Flandriæ comitem ad pacem ineundam cum Philippo Longo Galliarum Rege adhortarentur: de pace nihil concluſum, induciæ dumtaxat adhibitæ uſque ad Paſcha Reſurrectionis Dominicæ anni inſequentis. Ne vero tempus inaniter dilaberetur, & ad arma tot tantiſque populorum diſpendiis redirent, locum & diem, in quo convenire deberent, utriuſque Principis Procuratores, conſtituendum curavit, eoque miſit fratrem Bertrandum Guidonis Ordinis Prædicatorum, hæreticæ pravitatis Inquiſitorem, & Bertrandum de Turre Ordinis Minorum provinciæ Aquitaniæ Miniſtrum, qui ſolerter in hac re adlaborarunt, donec tamdem anno MCCCXX. Lutetiam Robertus profectus, pacem quam Galli proponebant, egre licet, admiſit.

An. 1317. n. 7.

Nuncii Minoritæ mittuntur ad pacificandos Gallos & Belgas.

Reg. Vat. to. 1. an. ep. 631.

Meyer. an. 1317. & ſeqq.

II. Creaverat alias Alexander IV. Inquiſitores ex Ordine Minorum

Tom. 4. an. 1257. n. 16.

in Regno Boemiæ, & confinibus Poloniæ, uti ſuo tempore monuimus. Sed mortuis his, neque ſuccedentibus aliis, qui agrum Domini diligenter excolerent, & ſimul cum tritico pullulantia zizania eradicarent, prævaluit in multis partibus Boemiæ & Poloniæ, præſertim Pragenſi, Olomuc. Cracov. Wratislavien., ac Miſnen. civitatibus & diœceſibus, fraus inimici, ita ut Magiſtri errorum variis artibus & machinis fidem orthodoxam ſubvertere totis viribus conarentur. Sui itaque officii eſſe judicavit Pontifex ad illas partes deſtinare, qui iniqua molimina ſubdolæ gentis diſſiparent, & adverſus hæreticam horum pravitatem inquirerent. Præ ceteris delegit fratrem Peregrinum Oppolien. Ordinis Prædicatorum, & Nicolaum Hypodinet de Cracov. Ordinis Minorum, qui Inquiſitorum officio fungerentur in civitatibus & diœceſibus Cracov. & & Wratislavien. & fratrem Coldam Ordinis Prædicatorum, & Hartmannum Pilnen. Ordinis Minorum, qui idem munus exercerent in confinibus & limitibus regnorum Boemiæ, & Poloniæ, præcipue vero in civitatibus & diœceſibus Pragen. & Olomucen. Inſtrumenta ſuæ inſtitutionis hic miniſtramus.

Inquiſitores inſtituuntur in Polonia, & Boemia.

Dilectis filiis Peregrino Oppolien. Prædicatorum, & Nicolao Hypodinet de Cracovia Minorum Ordinum Fratribus.

Reg. Vatic. an. 2. p. 1. in append. epiſt. 56.

III. P*Ræ cunctis mentis noſtræ deſiderabilibus tota mente optantes fidei Catholicæ incrementa, & eam a malignorum & pravorum, hæreticorum poſiſſime, & credentium, fautorum, defenſorum, & receptatorum ipſorum doloſis inſidiis & fraudulentis fallaciis, quibus vineam Domini Sabaoth, nequiter demoliri ſatagunt, pro viribus conſervare, nimio dolore replemur cum audimus aliquos, vel ſentimus ad illius depreſſionem qualicumque malignitate conſurgere, vel damnabilibus ipſam depravando reprehenſionibus, aut ei detractionibus abrogabilibus derogando, ſeu jam fictis & mendacibus pervertendo commentis; ad quorum iniqua conſternenda molimina eo animoſius aſpiramus, quo in animarum ſtragem hujuſmodi peſtilentes viros perniciosius agnoſcimus conſpirare, facies quidem habentes diverſas, ſed caudas ad invicem colligatas. Sane dolentes accepimus, quod in aliquibus partibus Regni Boemiæ & Poloniæ, & in confinibus, & limitibus terrarum ipſarum, præcipue in Crac. & Wratislavien. civitatibus, & diœceſibus adeo infidelitatis diverſimode error invaluit, quod ibidem quamplurimi a via veritatis prorſus averſi, euntes poſt devium falſitatis, ac ſeipſos diverſis & variis hæreſibus maculantes, peſtiferas ad concutiendum orthodoxæ murum fidei machinas conſtruunt, molientes ipſam fallacium argumentationum doloſis, falſis, ac vulpinis impulſibus demoliri. Verum licet ubilibet Sedis Apoſtolicæ diligentia contra talium periculoſam & doloſam aſtutiam, ne diffuſius hujuſmodi ſerpat morbus, remedium libenter adhibeat opportunum, in prædictis tamen civitatibus, diœceſibus, locis & terris, veluti gentilibus & paganis quaſi conterminis, cupientes anxie ut negotium fidei jugi profectu, eliſis omnino quibuslibet erroribus, hæreſumque quarumlibet eradicatis vepribus, fortius convaleſcat, ſtudemus ad hæc, nec immerito, per nos & alios attentius vigilare. Providemus itaque in prædictis civitatibus, locis & terris aliquas circumſpectas perſonas ad præſens pro tanto negotio deputare, quarum honeſta converſatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia ſalutarem, ut ſacro ipſorum miniſterio, ac vigili ſtudio, & ſollicitudine indefeſſa, præfatæ civitatis & diœ-*

diœceſis, terræ, & loca hujuſmodi pravis contagiis, aſſiſtente divina gratia, expurgentur, ac fidei Catholicæ nitor multiplicetur, & ſolidetur ibidem, & clarius, & lucidius eluceſcat in Dei honorem, & ejuſdem fidei incrementum, ſoliditatem & ſtatum. Cumque de prudentiæ veſtræ induſtria, de qua nobis a fide dignis, & majoribus veſtrorum Ordinum laudabile teſtimonium perhibetur, plenam in Domino fiduciam habeamus, propter quod miniſterium veſtrum ad id ſpecialiter exequendum, & debite, ac prout tanti negotii requirit arduitas vigilanter, & ſollicite proſequendum, elegimus, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta ſub virtute ſanctæ obedientiæ firmiter præcipiendo mandamus, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus Inquiſitionis officium in præfatis civitatibus, & diœceſibus, terris & locis contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores & receptatores eorum, juxta formam canonum, & auctoritatem Fratribus veſtrorum Ordinum Inquiſitoribus hujuſmodi pravitatis deputatis, auctoritate Apoſtolica, & in poſterum deputandis, conceſſam, ſolerter & ſollicite exequi ſtudeatis, Nos enim vos ad præfatum officium exequendum in locis & partibus illis expreſſe duximus deputandos, ac illam poteſtatem & auctoritatem habere vos volumus in partibus & locis eiſdem, quæ Fratribus veſtrorum Ordinum Inquiſitoribus pravitatis hæreticæ in aliis locis, & provinciis, in quibus eam exercent, noſcitur eſſe conceſſa, ac in executione prædictorum plenam vobis concedimus, juxta formam canonum, tenore præſentium facultatem. Et quia extirpationem prædictarum hæreſum, quæ in illis partibus periculoſe pullulare dicuntur, & incrementum Catholicæ fidei zelamus ex corde, volumus & mandamus, ut frequenter de ſtatu fidei in illis partibus, & executione veſtri officii nos informare velitis. Ut ſi per nos ad extirpationem præfatarum hæreſum, & hæreticorum, credentium, fautorum, defenſorum, & receptatorum ipſorum conculcationem aliud remedium adhiberi oporteat, certificati per vos, poſſimus officii noſtri debitum in prædictis, & ea contingentibus, ſalubriter impertiri. Datum Avenion. Kal. Maii anno II.

Dilectis filiis Coldæ Prædicatorum, & Hertmanno Pilnen. Minorum Ordinum Fratribus.

IV. *PRæ cunctis noſtræ mentis &c. ut in præcedenti diplomate. Sane dolentes accepimus, quod in aliquibus partibus regni Boemiæ, atque Poloniæ, & in confinibus ac limitibus terrarum ipſarum, præcipue in Pragen. & Olomuc. civitatibus & diœceſibus adeo hæreticæ infidelitatis diverſimode error invaluit &c.* ut in præcedenti uſque ad finem. *Datum ut ſupra.* *Reg. Vat. ibid. ep. 57.*

V. Scripſit deinde graviſſimam, quam ſubjungo Epiſtolam, ad Epiſcopum Cracov. (qui tunc erat Joannes Muſcata, ut ſcribit Matthias de Miechovia, ſive Nankerus Oxius, uti indicat Cromerus) qua eum ſui monet officii, negligentiæ in officio paſtorali circa res fidei reprehendit, & inſtitutos a ſe hos contra pravitatem hæreticam Inquiſitores, commemorat. *Miechov. tom. 2. lib. 4. c. 8. & 9. Cromer. to. 2. ad ann. 1306. & 1320.*

Venerabili fratri Epiſcopo Cracovien.

CUm illius Paſtoris pariter & Cuſtodis, qui animam ſuam pro ſuis ovibus poſuit, & qui ex iis, quos Pater ſibi dederat, aliquem non amiſit, vices licet immeriti geramus in terris, ut pro viribus com- *Reg. Vatic. cit. ep. 54.*

commiſſæ vicis exequamur officium, tenemur ſuper gregem humilitatis no-
ſtræ curæ commiſſum noctis cuſtodire vigilias, ut lupis molientibus diripere
gregem ipſum, obviare toto conamine ſatagamus, & velut cuſtos, ſeu etiam
ſpeculator inſtruimur ore Prophetico ſuper ſpeculam jugiter ſtare per diem
Iſaia 21. 8. & ſuper cuſtodiam totis luſtrare noctibus, proſpectare undique, & propoſſe
ſingula ſpeculari, ut annuntiemus quæcumque viderimus, & opponamus nos
murum aſcendentibus ex adverſo, de vinea Domini Sabaoth demolientes
Cantic. 2. 15. Eccl. 42. 13. exterminaturi vulpeculas, & de veri veſtiario Salomonis corrodentes tineas
excluſuri, propter quod Abrahæ patris fidei typum gerentes in Dei Eccle-
ſia, ad Catholicæ fidei tuitionem afficimur, ipſiuſque deſideramus ubilibet in-
crementa producere, ac eam a malignorum & pravorum quorumlibet, hæ-
reticorum præſertim, atque credentium, fautorum, defenſorum, & recepta-
torum illorum doloſis inſidiis, & fallaciis fraudulentis opportunis remediis
præſervare. Sane non ſine amaritudine cordis accepimus, quod in aliquibus
partibus regnorum Boemiæ, ac Poloniæ, & in eoram confinibus, & limiti-
bus, præcipae in civitate & diœceſi Cracovien. adeo patenter hæreticæ infi-
delitatis error invaluit, quod ibidem quamplurimi a via veritatis prorſus
averſi, euntes poſt deviam falſitatis, ac ſeipſos diverſis & variis hæreſibus
maculantes, peſtiferas ad concutiendum orthodoxæ ſoliditatem fidei machi-
nas conſtruunt, ipſamque ſubvertere falſis & vulpinis impulſibus fallacium
argumentationum intendunt. Quid ergo frater, tu ad hæc? numqaid ſtabis
tota die otioſus, & tamquam nulla ſit tibi cura de omnibus iis, qui expro-
brant nomini agminum Iſrael, te zelo fidei non oppones? an non attendis,
Matth. 20. 6. 1. Reg. 17. 10. quod clamat ad te Dominus per Prophetam, ut loquaris ad omnes civitates
Juda, ſermones, quos loquutus eſt tibi? & ſermones illos exprimendo ſub-
Jerem. 3. 12. jungit; vade & clama, revertere adverſatrix Iſrael, dicit Dominus, &
non avertam faciem meam a te. Numquid etiam clamat idem Dominus per
Ezechielem dicens: Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſo-
Ezech. 33. 6. nuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, &
tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſangui-
nem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram? Redde ergo tuæ teſtimo-
niam fidei, & in Chriſti negotio alterius non lenteſcas, nec ſit apud te ver-
2. Timot. 2. 9. bum Domini alligatum, ſed diligenter paſtoralis partes officii exequaris.
Noli otiari in talento Domini, ſed ut illud Dominus cum fœnoris acceſſione
Luca. 19. 13. recipiat, Evangelicam negotiationem exerce: Inſta importune, & opportu-
2. Timot. 4. 2. ne, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple, & animam, ſi ne-
ceſſe fuerit, pro defenſione fidei ponere non formides. Nos autem licet ad ta-
lia iniqua ubique conſternenda molimina eo animoſius aſpiremus, quo perni-
cioſius ea in diſpendium animarum non ambigimus redundare, & quo latius
ſerpunt, ac dilatantur pericnloſius, ſi non in ſuis initiis extinguantur; Cu-
pientes tamen anxie in civitate ac diœceſi memoratis, ac terris & locis aliis
dictorum regnorum, veluti gentilibus & paganis, quaſi conterminis, nego-
tium ipſius fidei, eliſis omnino quibuslibet erroribus, hæreſumque quarum-
libet eradicatis vepribus, jugi profectu convaleſcere fortius, ac felicius pro-
ſperari, ad id inibi promovendum per nos, & alios attentius, nec immerito,
vigilare ſtudemus. Unde providemus dilectos filios fratres Coldam, & Pere-
grinum Oppolien. Prædicatorum, & Hertmannum Pilven. & Nicolaum
Hyppodinet in Cracovia Minorum Ordinum, quorum honeſta converſatio, ut
ſperamus, exemplum puritatis, & doctrinam fundent erudita labia ſaluta-
rem, ad inquiſitionis officium in prædictis civitatibus, diœceſibus, locis &
terris contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores, & receptatores eorum
juxta

juxta formam canonum exequendum per Apoſtolicas litteras deputandos. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſis omnibus pia meditatione penſatis, indutus loricam fidei, ad illius vitanda pericula, & hoſtium ejus audaciam compeſcendam, in prædictis, tua Civitate atque diœceſi te ferventer accingas, ne diſſimulare videaris, quod terreni Principes æmulantur, quantum in te fuerit, contra ipſos hæreticos, credentes, fautores, defenſores & receptatores eorum ſic inſurgere ſtudeas, ſic eiſdem Inquiſitoribus circa tam pium commiſſum eis officium ſalubriter exequendum conſiliis, auxiliis & favoribus opportunis aſſiſtas, quod tuo mediante ſuffragio, per eorum ſacrum miniſterium, ac ſtudium vigile, & ſollicitudinem indefeſſam prædictæ tuæ civitas & diœceſis ab hujuſmodi pravis contagiis, aſſiſtente divina gratia, expurgentur, ac fidei Catholicæ nitor multiplicetur ac ſolidetur, itidem & clarius & lucidius eluceſcat in Dei honorem, & ejus fidei incrementum, ſoliditatem & ſtatum, per quod ab eo, cujus ages in hac parte negotium, inæſtimabile tibi præmium compares, & nobis ac Apoſtolicæ Sedi dignis in Domino laudibus commendandus occurras. Datum Avenion. Kal. Maii anno II.

VI. In eumdem modum ſcribit ad Epiſcopos Miſnen. & Olomucenſem; deinde graviſſimas dedit de hac eadem re litteras ad Wladislaum Locticum, Cracoviæ Ducem, biennio poſt inauguratum Poloniæ Regem, ad Boleslaum Wratislavienſium Ducem, ad Joannem Regem Boemiæ, ad nobiles viros Henricum de Lipa, Petrum de Monte Roſarum, Willelmum de Waldek, Willelmum de Laudſteyn, Henricum de Monte-Luado, Beneſium de Wartenbertk, Joannem de Meginedi, & Potonum de Pogerich, atque ad ceteros nobiles per Boemiæ regnum conſtitutos, nec non ad Pragen. Olomucen. civitates, ac reliquas univerſitates, civitatum, caſtrorum, aliarumque terrarum, ac villarum regni Boemici, ac demum ad Marchionem Miſnenſem, ut omnes auxilio & favori eſſent Inquiſitoribus, & regna Catholica Paganis, & gentilibus contermina nullatenus permitterent hæreſeos aut paganiſmi labe contaminari. Litterarum exemplar idem eſt ad omnes, mutatis mutandis, & in multis aſſimilantur epiſtolæ ad Epiſcopum Cracovien. miſſæ, atque obinde hic eas prætermittere decrevi. Abrahamus Bzovius horum Inquiſitorum inſtitutionem reponit ſub anno antecedenti, Ludovicus vero Paramus in illo ſuo haud accurate elaborato opere de origine Inquiſitionis per omnes regiones, nullam hujus aut alterius ſub Alexandro IV. officii in illis regnis Poloniæ aut Boemiæ agit mentionem.

Reg. Vatic. cit. ep. 45. & ſeqq.

Bzov. an. 1317. n. 17.

VII. Plures etiam ex utroque Ordine Prædicatorum & Minorum ſanctæ Inquiſitionis officio hoc tempore functos per ducatum Spoletanum, per Tuſciam, Patrimonium beati Petri, Comitatum Sabiniæ, Marchiæ provinciam, in Aquilejen. & Graden. Patriarchatibus, in Piſana, Arboren. Calaritana, & Turritana civitatibus & diœceſibus, in Ravennatenſi, Mediolanen. & Januenſi urbibus & Provinciis, in Regno Siciliæ tam ultra quam citra Farum, in omnibus ferme Franciæ provinciis, mihi conſtat ex plurimis epiſtolis hoc anno ſub IV. Nonas Auguſti datis ad varios Sedis Apoſtolicæ Miniſtros & Rectores in Italia. Sæpiſſime ſub longo hoc Joannis Pontificatu ſpecialis memoria horum Inquiſitorum recurret.

Ubique Inquiſitores ex Prædicat. & Minorib.

Reg. Vatic. cit. epiſt. 141. uſque ad 150.
Ibid. an. 3. to. 1. ep. 232.

VIII. Controverſiæ illæ inter Fratres ſpirituales nuncupatos, & communitatem Ordinis, miſerum, & deplorandum hoc anno ſortitæ

ſunt

An. 1317.

Fratres ſtrictiores fugiunt in Trinacriam.

An. 1313. n. 7.

ſunt exitum. Dum enim Pontifex illos cogeret ad horum conſortium, & Michael de Monaco Ordinis Minorum, quem ſupra diximus, Inquiſitor ſevere contra eos ageret, fugam arripuerunt illi, quibus licuit, transfretantes ad inſulam Trinacriæ, quo ex eodem grege, uti alias diximus, alii præceſſerunt. Illic congregati ſtatuerunt, nihil amplius ſibi agendum cum Superioribus Ordinis, a quibus nihil expectandum erat favorabile: ſed præficiendum ſibi aliquem ex ſuis, qui quæ cogitaverunt conſilia, conaretur ſtabilire.

Henricus de Ceva eorum ſuperior.

Direct. Inq. par. 2. c. 16.

Occurrit homo audax, & præ ceteris erroris tenax, Henricus de Ceva (Eymerico perperam de Senis) provinciæ Januenſis, quem tanto corpore dignum judicarunt caput, & propria auctoritate Generalem ſuæ ſectæ nuncuparunt Miniſtrum. Sed uti fit, qui ab Eccleſia recedunt, in varias, prolabuntur hæreſes, ita qui a religionis corpore ſe diſcindunt, in miſerabiles caſus abeunt, & inſanos ſibi effingunt errores:

Auguſt. in Pſal. 118. conc. 22. in fin.

Cuſtodienda utique eſt obedientia, ut percipiatur ſapientia, & percepta ſapientia non eſt deſerenda obedientia. Divina mandata ſervantibus propter obedientiam præbetur uberior doctrina ſapientiæ: obinde inquit regius Propheta: A mandatis tuis intellexi propterea odivi omnem viam iniquitatis.

Pſal. 118. 104.

At qui declinant a mandatis Dei, & qui Eccleſiam ſpernunt, vel derelinquunt, ambulant per invia, deſerta, & inaquoſa, præcipites aguntur in vitiorum foveas, & cœci ducuntur in omnem viam iniquitatis:

Idem in Pſal. 47.

Extra Eccleſiam qui eſt, nec audit, nec videt; in illa qui eſt nec ſurdus nec cæcus eſt. Sectanda itaque obedientia mandatorum, obſervanda reverentia Superiorum, ne ducamur in tenebras errorum, & miſere feramur in ſentinam vitiorum:

Idem lib. 13. de Civit. Dei c. 12.

Obedientia quippe mater quodammodo eſt omnium, cuſtoſque virtutum, quandoquidem ſic facta eſt, ut ei ſubditum eſſe ſit utile.

IX. Miſelli porro iſti, qui obedientiam Superiorum excutiunt, etſi majoris ſpecie obſervantiæ, virtutes procul fecerunt, dum cuſtodem earumdem abegerunt, & miſere ſeducti in aliquos ducuntur errores, niſi fortaſſis illud ſit effugii, nt ab æmulis fuerint conficti, quod paulo poſt examinabimus.

Fratres iſti hæreſi incuſantur.

Quidquid illud ſit, prævaluernnt contra eos adverſarii, & plurima eis objecerunt crimina coram Joanne Pontifice, accuſaruntque præcipue de quinque hæreſibus, videlicet quod duas effinxerint Eccleſias, unam carnalem, divitiis, ſceleribus maculatam, cui Romanum Pontificem, alioſque Prælatos inferiores dominari aſſerebant: aliam ſpiritualem frugalitate mundam, virtute decoram, paupertate ſuccinctam, in qua ipſi ſoli eorumque complices continebantur.

Vide Aug. lib. 2. de Hæreſib. n. 69.

Secundo, quod cum Donatiſtis aſſeruerint, venerabiles Eccleſiæ Sacerdotes, alioſque ejuſdem Miniſtros omni juriſdictionis & Ordinis auctoritate deſtitutos, niſi cum ipſis ſentirent, apud quos ſicut ſpiritualis vitæ ſanctitatem, ita auctoritatem dicebant perſeverare. Tertio, cum Waldenſibus in nullo caſu, abſque mortalis criminis reatu, licere jurare. Quarto, cum eiſdem, Sacerdotes, etſi rite & legitime ordinatos, quibuslibet tamen criminibus preſſos non poſſe conficere vel conferre Eccleſiaſtica ſacramenta. Quinto, Chriſti Evangelium in ſe ſolis illo tempore fuiſſe completum, atque eo uſque abjectum, imo prorſus extinctum. Alia dicebantur effutire contra conjugii venerabile Sacramentum, & ſomniare de curſu temporum, de Antichriſti Adventu, de fine ſeculi, quem jamjam inſtare divulgabant.

X. Motus itaque querelis Generalis Miniſtri Cæſenatis, & aliorum Fratrum, edidit Pontifex contra ipſos hoc anno, non præcedenti, uti

ex

Digitized by Google

ex errore putavit Franciſcus Peña, ampliſſimam & diffuſæ narrationis bullam: *Glorioſam Eccleſiam*, cujus argumentum nullatenus percepit Peña prædictus, dum editam aſſerit contra æmulatores quoſdam, agitatos invidia & iracundia contra Fratres Minores, indiſcreta inſcitia mordentes eoſdem, regulam eorumdem aſſerentes illicitam, inobſervabilem & diſcriminoſam, caninis latratibus eamdem lacerantes, contra quos Nicolaum IV. ſeu potius III. uti alias docuimus, ait edidiſſe decretalem: *Exiit qui ſeminat*, & Clementem V. Clementinam: *Exivi de Paradiſo*, ſub quo, ait, eoſdem adverſus ſanctam regulam & religionem beati Franciſci acrius inſurrexiſſe, & diverſas propoſuiſſe querelas: *Attamen*, inquit, *cum nullo modo contradictores hujuſmodi vellent obtemperare, ſe a vera regula & Ordine beati Franciſci ſeparantes, novum Ordinem inſtituere niſi ſunt in partibus Italiæ, Siciliæ & alibi, aſſerentes ſe veram regulam beati Franciſci ſervare, ac ſe Fratricellos, ſeu Fratres de paupere vita, ac Bizochos, ſive Beguinos nominarunt*. Contra hos hanc editam aſſerit decretalem anno Domini MCCCXVII. die XXIII. Januarii, ac tamdem in fine ejuſdem anni MCCCXVII. die XXX. Decembris alteram: *Sancta Romana*, de qua largius egimus anno antecedenti, & illam ipſe alibi dixit datam anno MCCCXVIII. Corrigitur Franciſc. Peña. Peña in argumento hujus bullæ ad fin. directl. Idem in Comment. 3. par. ſchol. 32.

XI. At præterquam quod erret in tempore quo data eſt bulla, & priorem dicat altera, quæ incipit: *Sancta Romana*, dum iſta anno ſuperiori, illa vero non niſi hoc anno edita ſit, in quem dies decimus Kal. Februarii anni II. Pontificatus incidit, uti ſatis exploratum eſt ſcientibus has notas, in eo etiam valde erravit, quod editam dicat contra detrahentes regulæ Minorum, & illicitam atque inobſervabilem aſſerentes. Etenim non contra regulam, ſed pro regula iſti pugnabant, non illicitam, ſed ſanctam, non inobſervabilem, ſed ſumma obſervantia dignam contendebant, atque tota hinc oriebatur lis, quod ſanctiori & ſtrictiori modo vellent obſervatam. Tertius vero gravior eſt error, quod dicat hos illos fuiſſe, qui dicebantur Fratricelli, ſeu Fratres de paupere vita, ac Bizochi ſive Begnini, & condemnati per extravagantem: *Sancta Romana*. Clarius enim, quam ut negari poſſit, oſtendimus anno ſuperiori, illam extravagantem nequaquam inſimulaſſe Franciſcanos, neque ex eis quemquam condemnaſſe, ſed profanæ multitudinis ſectarios, & novi ſed abominandi, inſtituti profeſſores. Ann. 1317. n. 23. & ſeq.

XII. In ſimilem etiam incidit errorem Eymericus, quod editam hanc aſſerat bullam poſt illam, quæ incipit *Sancta Romana*, & poſt illas, quæ incipiunt: *Cum inter nonnullos*, data anno VII. Pontificatus: *Ad conditorem canonum*, data anno antecedenti.... *Quia quorumdam*, data anno IX. quam in eo confuſionem & inverſam ſeriem ſuperius adnotavi. Atque circa ejuſdem extravagantis argumentum non ſibi conſtat. Etenim prius dixit editam contra Beguardos, poſtea verius contra Fratres illos Narbonenſes, & Tuſcos, ſpirituales nuncupatos, qui in Siciliam transfretarunt. Contra hos vere promulgata eſt, uti ex ipſa liquet narratione, quam præmiſſis magnis encomiis Eccleſiæ & religionis Minorum, ita Pontifex aliquanto acriorem ſubjunxit: *Dudum ſuperſtitioſi & diſcoli homines in provincia Provinciæ adverſus communitatem præfati Ordinis inſurgentes, & ſe ſolos, ſuoſque complices de obſervantia regulæ beati Franciſci mira vanitate jactantes, reliquam Ordinis multitudinem de tranſgreſſione regulæ perperam judicando notabant, nonnullos profanæ multitudinis verbis mendacibus, & mentita ſanctitatis obtentu, in ſui erroris de-* Corrigitur Eymericus. Director. Inq. 2. par. q. 15. & 16. Ann. 1317. n. 18. Eym. cit. q. 1. n. 2.

vium adducentes, quorum vipereos partus in ipſo ſui exortu felicis recordationis Nicolaus Papa IV. prædeceſſor noſtor, ne in multorum perniciem alerentur, ad veritatis petram allidere cupiens, Generali Miniſtro, qui tunc temporis memorato Ordini præſidebat, diſtricte præcipiendo mandavit, ut hujuſmodi præſumptores diſciplina debita coerceret, prout in litteris ipſius prædeceſſoris noſtri plenius continetur. Sed eorum peſtilentiſſimas novitates hoc remedio compreſſas fuiſſe potius, quam extinctas redivivus error enunciat, & triſtis experientia manifeſtat. Nuper enim nonnulli factionis ſuperſtites memoratæ, adjunctis ſibi quampluribus de dicta provincia Provinciæ, & provincia Tuſciæ, & aliis diverſarum Fratribus nationum, coram piæ memoriæ Clemente Papa V. prædeceſſore noſtro diverſas regulæ quæſtiones, diverſaſque contra univerſitatem dicti Ordinis propoſuere querelas, & quaſi ipſi ſoli, ipſorumque complices beati Franciſci regulam & perſpicacius intelligerent, & efficacius adimplerent, notam actionis contrariæ in univerſitatem præfati Ordinis impie detorquebant: qui Clemens prædeceſſor, hujuſmodi homines benignitate magis, quam ſeveritate ſatagens emendare, illorum peſtiferos conatus patientiæ virtute tolerans, prædictas quæſtiones, atque querelas pluribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & ſacræ Theologiæ profeſſoribus, & aliis viris ſcientia præditis, diſcretione dotatis examinandas commiſit, & ad ſuam audientiam perferendas. Quibus diligenter, & cum multa maturitate peractis, ſæpe nominatus Clemens prædeceſſor de veritate certior factus, præfatam religionem ſanctam, & ut ejus utamur ſermonibus, muris obſervantiæ regularis firmiter undique aſſeruit circumclauſam, & quædam quæ circa regulam dubium ſenſum afferre poterant, declaravit; diſtricte præcipiendo mandans, ut dicti Fratres, qui contra præfatam communitatem Ordinis hujuſmodi quæſtiones moverant & querelas, ad Conventus unde diſceſſerant reverterentur, & ſuis Superioribus obedirent humiliter & devote, harum quæſtionum & querelarum prætextu ad Romanam Curiam de cetero minime reverſuri: & ut ipſius ſalubris ordinatio ad optatum duceretur effectum, Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Januen. & Lucan. & Bononien. Epiſcopis per ſuas litteras demandavit, ut ipſi vel alter eorum per ſe vel alium, ſeu alios, Fratres ipſos de provincia Tuſciæ, qui occaſione præfatæ diſſenſionis & adhærentiæ, ad illicita laxatis habenis, quædam loca dicti Ordinis in provincia Tuſciæ conſtituta occupaverant, & occupata temeritate damnabili detinebant, ſuis alias obedire Superioribus aſpernantes, compellerent, ut eiſdem locis per eos occupatis omnino dimiſſis, ad ſuorum Superiorum obedientiam qualibet exceptione & occaſione poſthabitis, reverterentur, moraturi ubicumque & ſicut iidem Superiores ducerent diſponendum. Quarum litterarum auctoritate dilectus filius Bernardus Prior Eccleſiæ ſancti Fidelis juxta Senas, cui præfatus Bononien. Epiſcopus ſuper hoc commiſerat vices ſuas, in ipſos Fratres dicti mandati contemptores, eorum exigente contumacia, excommunicationis ſententiam promulgavit, & eos fecit excommunicatos publice nunciari. Qui Eccleſiaſtica vincula non verentes, non abſque temeritatis audacia, apoſtaſiæ nota, mentiſque veſania, contra Apoſtolica mandata, & dicti Ordinis inſtituta, ſe ad partes inſulæ Siciliæ tranſtulerunt, & inibi ab obedientia & unitate dicti Ordinis, & Prælatorum ejus, ſe totaliter ſeparantes, quaſi memorati Ordinis beati Franciſci ſtabilem, firmamque compaginem reſcindere ſtolida præſumptione valerent, novi Ordinis, imo abominabilis horroris, caſſis conatibus moliti ſunt ponere fundamenta, tam deteſtabili turbæ præficientes magis idolum, quam Prælatum, Henricum de Ceva dicti Ordinis refugam, & apoſtatam fu-

fugitivum : & ut tam fœdo capiti membra cetera reſponderent, Provinciales Miniſtros, Cuſtodes, præterea & Guardianos eligere, temeritate ſimili præſumpſerunt, plurimos ad ipſorum ſectam recipere, Prædicatores & Confeſſores aſſumere, eoſdem ad hujuſmodi confeſſionis & prædicationis officium tranſmittere, loca etiam a locis Fratrum ipſius Ordinis ſemota ad habitandum de novo conſtruere, ſeu conſtituta recipere contra Romanorum inſtituta Pontificum, in animarum ſuarum periculum, aliorumque perniciem attentantes: & ut ipſorum error veritas, & impietas religio putaretur, temeritate propria quoſdam habitus cum parvis capuciis, curtos, ſtrictos, inuſitatos, & ſqualidos, ſimulationis conſcios, irriſionis amicos, ac diſſidii non ignaros, diſcrepantes a communitate Ordinis ſupradicti, aſſumere, & in ſimplicium cordibus, ut eoſdem ſecum in devium erroris abducerent, ſeminare, dictos habitus fore ſecundum regulam beati Franciſci, & in ipſis ſolum pſeudo-Fratribus Ordinem conſtare, formamque aliorum Fratrum præfatæ communitatis diverſis conviciis lacerare, procaci, impudentique verſutia præſumpſerunt. Verum quia ſic ſunt caſus mentis, ut primo quidem infelix animus per ſuperbiam intumeſcat, & exinde de contentione in contentionem, de contentione in ſchiſma, de ſchiſmate, in hæreſim, de hæreſi in blaſphemias, infelici gradatione, imo præcipiti ruina deſcendat. Prædicti temeritatis, atque impietatis filii, ut habet fide digna relatio, ad eam ſunt mentis inopiam devoluti, quod adverſus præclariſſimam & ſaluberrimam Chriſtianæ fidei veritatem impie ſentiunt, ſacramenta Eccleſiæ veneranda contemnunt, & in glorioſum Eccleſiæ Romanæ primatum, cunctis nationibus præcellendum ab ipſo conterendi citius, impetu cæci furoris impingunt; & ne aliquid prædictarum blaſphemiarum tolerabile videatur, aut dubium, de plurimis eorum erroribus aliquos, ne latere, & perinde nocere valeant, præſentibus duximus annotandos. Deinde refert illos quinque errores, quos paulo ante commemoravimus, & nos diffuſiſſimo ſtylo relatos hic repetere omittimus. Ampliſſimam bullam totam tranſcripſit Bzovius, præmiſſo duriori, uti ſolet, in Franciſcanos argumento, & Franciſcus Peña, apud quos, qui voluerit, perlegere licebit. Data eſt Avenione x. Kal. Februarii anno Pontificatus II. *Bzov. hoc anno n. 1. Peña in fine directorii.*

XLII. Vere concordat narratio in ſubſtantia facti cum iis, quæ ex probatis auctoribus, & vetuſtis monumentis per varios annos retulimus, licet in aſpero, acerboque ſtylo, & acri erga omnes obſervantiæ regularis zelatores invectione, nullo perſonarum facto diſcrimine, ab adverſariis digeſta facile dignoſcetur, uti largius probat auctor Nitelæ Franciſcanæ. Neque enim omnes omnino, qui de reſtituenda prolapſa diſciplina, & obſervantia regulari agebant, ſevero hoc judicio poſſunt condemnari, neque unica ſententia comprehendi. Etenim uti fuerunt & nimis contumaces & capitoſi inter hos, qui ſpiritualium nomine audiebant, fuerunt & pii, prudenteſque viri, atque cum temerariis permixti fuerant & diſcreti. Ita probavit Clemens V. dum Raymundum Gaufredi olim Ordinis Generalem Miniſtrum, Raymundum de Giniaco dudum provinciæ Aragoniæ Provincialem Miniſtrum, Guillelmum de Cornelione Cuſtodem Arelatenſem, & alios plures (quos in ſuis litteris, quas nos ſuo loco exſcripſimus, recenſet, *quoſque ſolemnes vocat perſonas, magnæ, & ſolemnis auctoritatis & zeli, fide dignos, per quos plene poterat de ſtatu Ordinis informari*) ad ſuam præſentiam, & Concilium Viennenſe fecit evocari, quos benigne audivit, benignuſque dimiſit, auditis, quæ neceſſaria videbantur pro Ordinis reformatione. Sed & egregium de

Ann. 1290. n. 11. 1307. n. 4. & 1310. n. 1.

Nitel. pag. 136. & ſeqq.

An. 1310. n. 3.

Laudantur zelatores regulæ a Clemente V.

Et a Leone X.

his perhibuit teſtimonium Leo X. in bulla nnionis agens de reſtauratoribus diſciplinæ regularis in Ordine ſecundum diverſa tempora: *Poſt hos*, inquit, *veluti hora ſexta, prodierunt ſpiritu ferventes Fratres nannulli, qui a ſacro Viennenſi Concilio, tamquam a Deo miſſi, & confortati, enervatam pene diſciſplinæ cenſuram ad ſua principia revocarunt &c.*

Studium adverſariorum adverſus eoſdem.

XIV. Quare aliquid hic ſuum repetere poſſunt livor & paſſio adverſariorum, quorum illa fuit conſuetudo ſtatim de crimine hæreſeos, tamquam magis odioſo, & minus tolerabili, quoſcumque accuſare, qui ſecum non ſentiebant, aut de reſtauranda vera regula obſervantiæ efficacius inſiſtebant. Exempla occurrunt pleraque in beato Joanne Parmenſi, Petro Joanni, beato Thoma Tolentinate cum ſociis Martyribus, beato Conrado Offidano viro ſanctiſſimo, Ubertino Caſalenſi, Angelo Clareno, fratre Liberato & ſociis, de quorum rebus, vita & moribus, illatiſque calumniis, & perpetuis erga eos excitatis perſecutionibus ſuis egimus locis. Futuris etiam ſeculis alii recenſebuntur, qui plurima in hoc genere perpeſſi, clarius oſtendent indigne & multis confictis ſceleribus filios Agar, ſemper inſectare filios Saræ, & qui laxiorem vivunt vitam perſequi ſanctioris Inſtituti zelatores, dicentes: Venite, occidamus eos, & eradamus eos de terra viventium, quia contrarii ſunt operibus noſtris.

Jerem. 11. 19.

Alvar. cit. c. 67.

Teſtis harum rerum Alvarus Pelagius.

XV. Teſtem adhibeo hujus temporis virum, & tragœdiarum harum inſpectorem Alvarum Pelagium: *Hodie*, inquit, *jam diu in Ordine puritatis regulæ zelatores, & prævaricationum regulæ contradictores perſecutionem ſæpe a Prælatis Ordinis quibuſdam, & carnalibus Fratribus patiuntur, nedum verbales ſed reales, quia Fratres Zelotypi regulæ ſpirituales, & pænitentiam facientes niſi ſileant, & de prævaricationibus Fratrum aliorum aliquoties connivendo, ſe non intromittant, aut incarcerantur, aut de Ordine expelluntur, aut diverſis tribulationibus affliguntur, per quoſdam malos Prælatos, ut & ipſi cogantur quaſi de Ordine recedere, & deſerta & diverticula quærere, ſicut & ego ſcriptor frequenter expertus ſum in meipſo, maxime cum morarer in Monte Alvernæ, ubi almus Franciſcus recepit ſtigmata Chriſti. Exempla patientiæ quærantur in provincia Provinciæ, in provincia Tuſciæ, in provincia Marchiæ, & beati Franciſci &c.* Plura ibi adjungit referens perſecutiones varias contra eoſdem excitatas, præſertim contra Fratres Tuſciæ, qui tranſmigrarunt in Siciliam.

Anno 1319.

Totius hiſtoriæ compendium ex Angelo Clareno.

Claren. in tribu. 6. & 7.

Anno 1310. n. 1.

Vocat Clemens V. Fratres religioſos & graves, qui referant veritatem in controverſiis Religionis.

XVI. De quinque craſſioribus hæreſibus objectis, mirari non poſſum, unde eis tantæ & tam repentinæ inſaniæ poſſent obrepere. Capitoſos, cervicoſos, & contumaces nimis fuiſſe plures ex eis diximus ſuperius, neque ullum eorumdem crimen celavimus, ubicumque ſe prodiit, aut a nobis poterat apprehendi. At hæreſum, præſertim adeo craſſarum, nullus hucuſque inſimulavit, donec a Superiorum obedientia receſſerunt. An autem adeo credibile, repente ex Catholicis, & ſuæ profeſſionis zeloſis evaſiſſe hæreticos, & in tantas prorupiſſe inſanias, lectoris relinquo judicio. Solum ſubjiciam beati Angeli Clareni, qui cunctis his turbis & accuſationibus interfuit, narrationem, eamque reaſſumo a controverſiis ſub Clemente V. & in Concilio Viennenſi circa reformationem Ordinis agitatis. Dum itaque Clementi, ad preces Caroli Regis Siciliæ, uti alias ſcripſimus, inclinato complacuit illorum Fratrum, qui ad arctiorem obſervantiam aſpirabant, querelas audire, juſſit vocari ad ſuam præſentiam, inquit Clareni hiſtoria apud me MSS. fratrem Raymundum Gaufredi, & fratrem Guidonem de Mirapice, fratrem Ubertinum de Caſale, fratrem Bar-

Bartholomæum Sicardi, & reliquos eorum ſocios, viros vitæ ſanctæ, & ſcientiæ præclaræ, etiam ipſo æmulorum teſtimonio, præcepitque eis ſtrictè per obedientiam, ut redigerent in ſcripta quæcumque ſcirent, & cognoſcerent in ſtatu communi Ordinis digna correctione, aut reformatione. Fecerunt illi juxta Pontificis præceptum, quod moleſte ferentes ceteri Fratres, cœperunt eos variis modis affligere, diffamare, & inquiſitiones de ipſis eiſque adhærentibus facere, articulos varios contra ipſos proponere, coram auditoribus controverſiæ, & coram Summo Pontifice, animoſe potius, quam rationabiliter contra ipſos procedentes. Hinc Pontifex cœpit eos habere ſuſpectos, præſertim cum de fama Fratrum, quos vocaverat, & de conditionibus eorum & vita, ex induſtria, Miniſtrum Generalem, & omnes eidem aſſiſtentes, antequam illos vocaret, interrogaverit, peculiariter vero informari voluerit de fratre Ubertino, eo quod Italicus eſſet; & a prædicto Generali Miniſtro bonum acceperit teſtimonium; nimirum, quod erant viri ſolidi in Religione, in moribus & ſcientia præclari, præſertim frater Ubertinus, de quo ſingulariter interrogatus eſt. *Hos odio habent alii.*

XVII. Statuit itaque Pontifex, nullam adverſus eos admittere querelam, quos adeo impenſe graviores Ordinis Patres commendaverunt. *Eos protegit Pontifex.* Qua de cauſa ceteri Fratres magis eos perſequuti ſunt, vocantes Ordinis deſtructores & diffamatores, & ad mortem uſque vexaverunt Raymundum Gaufredi, Guidonem de Mirapice, Bartholomæum Sicardi, & ſocium alterum, qui infra breve tempus obierunt. Pontifex ægre tulit Fratrum inobedientiam, & erga ſua præcepta irreverentiam; ſæpius enim præcepit ne ullam eis inferrent moleſtiam. Sed maxime condemnavit fratris Bonagratiæ Bergomenſis adverſus fratrem Ubertinum noxios conatus, eumque exulare fecit a Curia, quamdiu ipſe vixit in Pontificatu. Dum vero in Concilio Viennenſi plures Epiſcopos in jure canonico peritos, atque in ſacra Theologia Magiſtros eruditos ad audiendum, & examinandum ea, quæ pro reformatione totius Religionis proponebant, conſtitueret, & ſolerter in negotio procederet, implacabile erga eos conceperunt odium reliqui Fratres, eiſque adhærentes in Provincia Tuſciæ, & ſancti Franciſci multis modis vexaverunt. Gravaminibus itaque ſuccumbentes, decreverunt fugere a facie & potentia perſequentium, & aliquamdiu locum dare iræ adverſantium. Suam opem interpoſuerunt multi heroes, rogantes ut ad unitatem & pacem cum reliquis redirent. Illi vero reſponderunt ſe ad hæc paratos eſſe, dummodo placeret communitati Ordinis reformationem admittere. Actum etiam de hoc cum multis Patribus, qui partes Ordinis tuebantur, qui Cardinalibus aliiſque graviſſimis Prælatis reſpondebant, nulla indigere Ordinem reformatione, in eoque obſervari perfecte, & ultra quam erat neceſſe, regulam ſancti Franciſci, neque aliquando etiam ſancti Franciſci tempore puriorem ejuſdem Inſtituti viguiſſe obſervantiam.

XVIII. His diſſidiis motus Pontifex, vocavit ad ſe præcipuos utriuſque partis fautores, & longo examine duorum annorum cauſam diſcuſſit. Interim dum hæc a Clemente tractarentur, ſentientes Fratres ſtrictioris obſervantiæ aggravari ſuper ſe jugum aliorum, & livorem augeri, ex conſilio graviſſimi viri Domini Martini Canonici regularis, patria Senenſis, decreverunt ab eis recedere, & peculiarem ſibi conſtituere Superiorem. Elegerunt demum ſibi generalem Præfectum, & reliquos Prælatos ſecundum regulæ tenorem, quod redundavit eis eorumque complicibus *Recedunt a corpore religionis.*

cibus

cibus in maximum ſcandalum, & propoſitæ reformationis detrimentum. Summus etenim Pontifex, Domini Cardinales, & qui huic negotio favebant, his auditis, turbati ſunt, faciliuſque deinceps crediderunt, quæ de ipſis dicebantur, & in judicio proponebantur. Hucuſque nulla fuit habitus immutatio, donec detrahentibus ceteris Fratribus eorum vitæ & moribus, aſſerentibuſque apud ſeculares, nullum eſſe inter ipſos, & qui vocabantur ſpirituales, diſcrimen, eamdem eos vitam vivere, eumdem habitum geſtare, eoſdem ſeu potius lautiores cibos manducare, & commodioribus ſubſidiis vitam tranſigere, judicaverunt omnino neceſſarium, quem prætendebant interiorem rigorem, & ſanctiorem vivendi normam, exteriori habitu monſtrare. Aſſumpſerunt itaque viliores & ſtrictiores habitus, quod valde diſplicuit Ordinis communitati, concitavitque vehementius adverſarios, ut odium odio cumularent.

Male audiunt propter hoc in Curia.

Mutant habitus.

XIX. Controverſiæ deciſio dilata eſt; licet etenim Epiſcopi & Prælati dubiis & querelis excipiendis præpoſiti, copioſam compegerint declarationem, in qua octuaginta quæſtiones hinc inde propoſitas circa regulæ genuinam intelligentiam, & ſtatutorum obſervantiam explicarunt, Pontifex Clemens voluit finalem rei determinationem ſibi reſervare, & in Concilio Viennenſi publicare. Interim ſufferre non poterant Superiores Ordinis hanc habituum differentiam, aſperiſque verbis & factis hos tamquam novatores perſequuti ſunt; qua de cauſa ſibi timentes receſſerunt ad quamdam Eccleſiam derelictam juxta Malenſanam, prope quam erant ſpelæa, & fons aquæ decurrentis, ubi ex patroni ſeu Domini illius loci licentia manſerunt viventes in ſumma paupertate & hilaritate, uſque ad hyemem ſequentem. Transferunt tunc ad ædem ſancti Lazari in Avenione, donec Pontifex cauſam determinavit Clementina, *Exivi de Paradiſo* promulgata, præcepitque his ut ad Ordinis communitatem redirent, & illis ut benigne & fraterne cum eis agerent, & præferrent ceteris ad officia Religionis. Quibus ita decretis, omnes dimiſit in pace, multis ſuæ benignitatis exhibitis indiciis.

Habitant in Eccleſia derelicta.

Mox ad S. Lazarum Avenioni.

Controverſia terminata regrediuntur ad Ordinem.

XX. Solus frater Ubertinus pro omnibus locutus, objecit huic Pontificis judicio verba illa Pſalmiſtæ: *Retribue ſervo tuo, vivifica me* ſecundum verbum tuum, ſubjungens ſe & ſocios ab ipſo vocatos, data fide nihil paſſuros moleſtiæ a Superioribus; nunc vero tradi voluntati eorum, quos novit ſibi acriter infenſos, propter propoſita Suæ Sanctitati, & Patribus Concilii: ſubjunxit Pontifex ſe illorum fore protectorem, atque ſibi perſuaſum ſatis eſſe, & firmiter promiſſum a Superioribus, nullas ſibi inferendas eſſe moleſtias. Receſſerunt omnes a curia, vixeruntque in eadem ſocietate abſque jurgiis & litigiis, patienter ſufferentibus Fratribus ſtrictioribus, ſi quæ inferebantur a ceteris leviores injuriæ. Mortuo tamen Clemente, revixit tribulatio, impellentibus laxioris vitæ ſectatoribus, ut hi contra Clementis declarationem in omnibus ſecum convenirent. Reſtiterunt illi, præſertim in iis, quæ videbantur contraria regulari obſervantiæ; atque hinc nova jurgia, moleſtiæ, & graviores perſecutiones. Timentes graviora, inito conſilio, abierunt Narbonam & Bitterras, ubi propter reverentiam Petri Joannis Olivi, in iſta urbe educati, in illa ſepulti, cujus ſe diſcipulos profitebantur, amice recepti ſunt a civibus, & expulſis ceteris turbulente, tradita ſunt Monaſteria. Prælati Ordinis frequenter eos citarunt, vocarunt, cenſuris latis compellerunt, neque dimittere loca iſta voluerunt, aut Superiorum præceptis obedire, ſed in ſua contumacia perſiſtere.

Pſal. 118. 17.

Mortuo Clemente novæ exortæ controverſiæ.

Qui ſpirituales dicebantur violenter occupant duo Monaſteria.

XXI. Hac

XXI. Hac de cauſa ſecundo male audierunt apud exteros, & Superiores vehementer irritarunt, ut efformarent contra eos proceſſus, & peterent a Philippo Rege Franciæ, & Epiſcopis auxilium, ut tamquam contumaces, rebelles, apoſtatæ & ſchiſmatici caperentur, atque in Ordinem redigerentur. Illi vero de omnibus his gravaminibus, & citationibus appellarunt ad futurum Pontificem, quo electo, videlicet Joanne XXII. ad Ordinis petitionem miſſus eſt Miniſter Aquitaniæ, ut has turbas ſedaret, urgeretque prædictos rebelles, ut dimiſſis his Conventibus, redirent ad Superiorum obedientiam. Renuerunt huic Delegato obedire, ſatiuſque judicarunt coram ipſo Pontifice apparere, & cauſam dicere. Sed antequam accederent multa eis objecere alii crimina, præſertim contra Fratres Tuſciæ, Narbonenſes, & Biterrenſes, contra Ubertinum de Caſale, Franciſcum Sancium, Guillelmum de ſancto Amantio, contra fratrem Angelum (hujus narrationis auctorem) & ſocios; atque ut bonos malis immiſcerent, inſtanter rogarunt, ut duo genera opprobrioſa hominum Fratricellos ſcilicet, Beghinos ſeu Begardos, quorum ſcandaloſa converſatio cedebat in maximum Ordinis detrimentum, penitus extingueret. Horruit Pontifex ad tot tantaque facinora, & hæreſes, quæ contra præfatos ſuis ſcriptis exhibebant, examinatiſque vita & moribus Fratricellorum & Beghinorum, tamquam noxias & impias ſectas abolevit.

Juſſi ut dimittant, appellant ad futurum Pontificem.

Joan. Pontificis Legato pulſo provocant ad ipſum.

Condemnantur Fratricelli & Beghini.

XXII. Deinde proceſſit ad cognitionem cauſæ Fratrum, quos accuſarunt, & ipſe ad curiam curavit citari, iterrogavitque fratrem Ubertinum circa ea, quæ fuerunt objecta. Ad hæc docte & intrepide reſpondit Ubertinus, oſtendens ut plurimum meras eſſe impoſturas, atque ex livore & bile proceſſiſſe. Denuo interrogatus an adhæreret Fratribus Narbonenſibus & Biterrenſibus, & an vellet Petri Joannis doctrinam defendere? reſpondit: *Ego, Pater ſancte, in iis, quæ olim feci, obedientiam veſtri prædeceſſoris adimplevi, neque his me ingeſſi niſi vocatus: unde ſi veſtræ placuerit paternitati mihi præcipere, ut pro prædictis Fratribus aut doctrina iterum cauſam reſumam, paratus ſum in omnibus veſtræ obedire voluntati.* Subjunxit Pontifex, nolle, ut his ſe intromittat. Similiter interrogavit fratrem Gaufredum de Cornone, utrum ſubſcriberet appellationi Fratrum Narbonenſium & Biterrenſium? *Ego*, inquit, *adſtiti Philippo Regi, quando hæ excitatæ ſunt turbæ: dum itaque non mihi plene conſtiterit de rebus illorum, nolo me iis ingerere, præſertim dum parum, aut nihil meas concernant.* Quidam frater Philippus repente ſubjunxit, quod licet ipſe non convenerit cum eiſdem in appellatione, tamen conveniebat cum eis in deſiderio & propoſito reformationis.

Examinatur Ubertinus de Caſale.

Item frater Gaufredus de Cornone.

XXIII. A fratre Angelo ſeverius quæſivit Pontifex an eſſet Minorita? & affirmative reſpondenti ſubjunxit, *quare ergo a Minoritis receſſiſti? Ego*, inquit Angelus, *non receſſi ab eis, potius interroga ipſos, Pater ſancte, ipſi me repulerunt.* Ad hæc parumper ſiluit Pontifex, & paulo poſt ſubjecit: *Præcipio tibi ut dicas an aliorum confeſſiones ſacramentaliter excepiſti?* Cui ille: *Pater ſancte, non ſum Sacerdos, & potiſſima ratio, quare a ſacerdotio abſtinui, fuit ne ad confeſſiones excipiendas a Superioribus poſſem compelli.* Objecit ei Pontifex, quod Bonifacio VIII. & Patriarchæ Conſtantinopolitano ſub graviſſimis cenſuris præcipientibus ut ad Religionem regrederetur cum ſociis, noluerint obedire, & propterea excommunicatos eſſe, juxta tenorem litterarum, quas coram omnibus juſſit ibidem recitari. Angelus ait, ſe nullatenus excommunicatum,

Frater Angelus Clarenus.

neque

neque item excommunicabilem eſſe, eum nullo unquam tempore voluerit, nec excogitaverit contraire præceptis Superiorum: ſed firmiter ſecum ſtatuerit in omnibus & per omnia recta præcipientibus obedire. Illas vero litteras, licet ſubreptitie obtentas, dixit numquam perveniſſe ad ſuam notitiam, neque legitime ſibi intimatas, alios vero viros doctos contendiſſe minime eas obligare, quia inique & malitioſe impetratæ ſunt. Quod dum apertius vellet probare, juſſit Pontifex ut taceret. Ille hoc ægre tulit, & dixit, ſuam Sanctitatem adverſarios falſa crimina objicientes plenius audiviſſe, ſe vero veritatem narrantem debuiſſe auſcultare. Erat tunc hora pomeridiana ſexta, voluitque Pontifex ſe a negotiis retrahere, & juſſit detineri Angelum, donec ab excommunicatione, quam incurriſſe judicabat, abſolveretur; ſed die ſequenti re omni diſcuſſa, pacifice dimiſit, data ad cautelam abſolutione a cenſuris. Abeunti præcepit, ut ad obedientiam Superiorum Ordinis Minorum rediret, vel ad alium Ordinem approbatum declinaret. Cui ille, ſe ex Ordine approbato eſſe, quippe qui ex Fratribus ſit Cœleſtini V. ſeu beati Petri de Murrhone, in cujus manibus emiſit profeſſionem vitæ eremiticæ. Juſſit ergo Pontifex per Neapoleonem Urſinum Cardinalem, ut illorum Eremitarum habitum aſſumeret.

Narbonenſes & Biterren. ſiſtunt ſe Pontifici.

XXIV. Hoc tempore circa feſtum Reſurrectionis Dominicæ, ſupervenerunt ex Fratribus Narbonenſibus, & Biterrenſibus Fratres ſexaginta quatuor, qui dum ad Fratrum ſuorum domicilium noluerunt declinare, manſerunt tota illa nocte præ foribus Palatii, neque illinc voluerunt recedere, donec ad Pontificis conſpectum fuerunt admiſſi. Pro omnibus cœpit loqui frater Bernardus delli Conſi, vir magnæ modeſtiæ, ſcientiæ, & eloquentiæ, & totaliter diſſolvit adverſariorum objectiones circa crimina & hæreſes, ut nullatenus ei potuerint reſpondere: ſed injuſte declinantes ad alia dixerint impium eſſe, & inſolentem, qui auſus ſit impedire officium ſanctæ Inquiſitionis; & alia addiderint propter quæ nullatenus audiendum contendebant. Tamdem juſſit Pontifex eum ſub cuſtodia detineri. Hujus partes & reliquorum Fratrum voluit ſuſcipere frater Franciſcus Sancii, cui ſtatim in ſermonis exordio objecerunt adverſarii pertinacem inobedientiam, quod ab aliquot annis voluerit inter hos Fratres rebelles lectoris & prædicatoris fungi officio, contra toties ei intimatum Miniſtri & Superiorum præceptum, & mordacibus verbis totum Ordinis corpus lacerarit. Atque hunc etiam juſſit Pontifex carceri mancipari. Similiter factum eſt Guillelmo de ſancto Amantio, quem accuſarunt quod ex ſuperſtitioſo zelo paupertatis diſtraxerit bona Conventus Narbonenſis, a Sede Apoſtolica in uſum Fratrum conceſſa, & quod auxilio fuerit civibus, ut Monaſterium Fratribus rebellibus traderetur. Idem hic ſubiit cum ceteris judicium.

Fr. Bernardus delli Conſi accuſatus, quod reſtiterit S. Inquiſit. officio.

Incarceratur;

Et Fr. Franciſcus Sancii.

Item Guillelmus de S. Amantio.

Et Fr. Gaufredus.

XXV. Videns frater Gaufredus vir diſcretus, nobilis, vitæ irreprehenſibilis, & Pontifici præ omnibus familiaris, ita interceptos aliorum ſermones, eoſque a judicio repulſos, noluit aliorum cauſas defendere, ſed ſimpliciter petere, ut ſibi aliiſque zeloſis liceret ſecundum puram regulæ obſervantiam vitam traducere. Diſplicuit Pontifici, quod hujuſmodi controverſiæ voluerit ſe Gaufredus immiſcere, quem proinde juſſit cum reliquis detineri. Videntes ceteri auditum ſibi negari, & propenſum omnino judicem in favorem adverſariorum, audacter nimis clamaverunt: *Pater ſancte, juſtitiam, juſtitiam*. Commotus Pontifex clamore juſſit, ut ad Fratrum deducerentur domicilium, ibique cuſtodirentur, do-

Reliqui ſocii jubentur detineri.

donec maturius ſtatueretur, quid circa illos eſſet agendum. Camerarius Summi Pontificis ſuſcepit in ſuam cuſtodiam fratrem Bernardum delli Conſi, & Gaufredum Sancii; Fratres vero carceribus manciparunt Guillelmum Girardi, & fratrem Philippum.

XXVI. Facta de his & reliquis inquiſitione, & examinato totius negotii proceſſu, conſenſerunt omnes voluntati Superiorum, exceptis viginti quinque. Hos autem tradiderunt in manus Inquiſitoris, ex quibus ille combuſſit quatuor in civitate Maſſilienſi tamquam hæreticos, quia dicebant regulam ſancti Franciſci eamdem eſſe cum Evangelio, & propterea indiſpenſabilem a Pontifice, maxime in iis quæ præceptorie, vel inhibitorie in regula præſcribuntur. Secundo aſſerebant, non potuiſſe Pontificem concedere Fratribus Minoribus cellaria aut granaria, & viventes ſecundum hujus conceſſionis licentiam mortaliter peccare. Alterum qui in his aſſertionibus defendendis per dies multos contumaciter perſeveravit, ſed tamdem reſipuit, in muri concavitate recluſerunt. Reliquos hujus doctrinæ aſſeclas ad abjurandum coegit Inquiſitor, conſtituitque ut in omnibus locis, in quibus has aſſertiones, vel aliquam illarum propoſuerant, in publico conſeſſu revocarent, ſub pœna contra relapſos per canones ſtatuta. Frater Bernardus delli Conſi tamdem traditus eſt Fratribus, quem multis moleſtiis affecerunt in carcere, agente vehementius contra eum fratre Bonagratia Bergomenſi, & perſcrutante actiones ejus & ſcripta, ut quidquam gravioris notæ contra eum proferret. Inciderunt in quamdam ejus Epiſtolam ad viros pios Avenionenſes ſcriptam, quam ſiniſtre interpretantes in aliquibus, detulerunt Pontifici, ſparſeruntque in populo hæreſes contineri. Vocatus ad publicum Cardinalium conſiſtorium frater Bernardus, lectiſque publice litteris, ſatisfecit plene omnibus, adverſariorumque technas diſſolvit, adhibita genuina verborum declaratione, quam Pontifex placide admiſit, abſolvitque ab objectis criminibus. Reſpondit etiam abunde & religioſe fratri Nicolao Martino Pratenſi Oſtienſi, fratri Guillelmo Petri de Godivo tit. ſanctæ Cæciliæ, ex Ordine Prædicatorum S.R.E. Cardinalibus, & fratri Vitali de Furno ex Ordine Minorum Card. SS. Silveſtri & Martini in Montibus, eumdem ob ſuam pertinaciam acriter increpantibus, qui tamquam inſontem judicarunt debere dimitti, laudantes in iis quæ dixit, ejus profundam doctrinam.

Viginti quinque contumaces traduntur Inquiſitioni. Ex his combuſſit quatuor.

Alii abjurant.

Variæ illatæ moleſtiæ Bernardo delli Conſi.

XXVII. Videntes tamdem adverſarii nihil ſupereſſe, unde fratrem Bernardum potuiſſent ſupplantare, vel inde accuſarunt, quod ſubdole fecerit ut civitates Carcaſſon. & Albien. & caſtrum de Cordua Albien. diœceſis receſſerint a fidelitate Regis Franciæ, & impie reſtiterit quibuſdam Inquiſitoribus ex Ordine Prædicatorum, & eo uſque proceſſerit, ut carceres eorum infringi curaverit, & eos oportuerit coram Rege Franciæ apparere, ibique oſtenderit, injuſte citatum Miniſtrum Provinciæ Aquitaniæ a prædictis Inquiſitoribus ex Ordine Prædicatorum, liberaveritque tunc eumdem, alioſque Fratres ab indebitis vexationibus. Commiſit Pontifex cauſam hanc examinandam Inquiſitoribus, eiſque tradidit fratrem Bernardum, qui tamdem multis calamitatibus & ærumnis confectus, in carcere diem clauſit extremum, & finem poſuit miſeriis, dum objectæ calumniæ veritas examinaretur per Archiepiſcopum Toloſanum, & Epiſcopos Appamiarum, ac ſancti Papuli, ad quos Pontifex (quas ego vidi) anno ſequenti dedit litteras peculiares. Neque his contenti, perſequuti ſunt horum Fratrum ſocios, amicos, & fautores ſeculares, varias

Ærumnis confectus moritur.

Socii & amici vexantur.

Digitized by Google

rias pœnas eiſdem infligentes, & pecuniarias mulctas imponentes; qua de cauſa plurimi in varias regiones, maxime in Siciliam, fugerunt. Tamdem perſuaſerunt Pontifici, transfugas hos & apoſtatas inobedientiæ & pervicaciæ plures etiam hæreſes addidiſſe, nec deſtiterunt, donec Pontifex eos ſolemni bulla penitus condemnavit, tamquam ſcandaloſos, apoſtatas, ſchiſmaticos & hæreticos. Et ulterius in ſuis capitulis proceſſerunt contra doctrinam Petri Joannis, quam fecerunt interdici. Hucuſque largius, ſed ſub compendio exſcripſimus ex Angelo Clareno, totius tragœdiæ & tumultus inſpectore. Cui licet aliquis plenam deneget fidem, quippe ſocio & fautori horum Fratrum; attamen eam ſibi vendicat ejus pietas, qua ſemper floruit, & opinio ſanctitatis, ſub qua tamdem obiit, ceterorumque hiſtoricorum noſtrorum ferme in omnibus cum eo concordat auctoritas.

Sincerum de his Fratribus judicium.

XXVIII. Atque omnia hæc nos ſuperius per varios annos diſtribuimus, extraximuſque ex probatis monumentis, neque quidquam potui in his Fratribus ſubodorare, præter nimiam tenacitatem, ſeu potius pervicaciam in ſua illa de paupertatis obſervantia opinione; nimiam etiam ſuæ regulæ commendationem, ut Evangelio vellent æqualem, & a Pontifice indiſpenſabilem, nimiam libertatem & abundantiam in ſuo ſenſu, quo temere & ſcandaloſe Superiorum excuſſerunt obedientiam. Quod autem & has quinque hæreſes, alioſque adjunctos hauſerint, ſeu potius ſparſerint errores, non tam veritati, quam adverſantium ſuggeſtioni duxerim adſcribendum. Fortaſſis fuerit aliquis ex his in talibus deprehenſus, & improbitatis infamia ad omnes tranſivit; neque enim veroſimile ea delicta in omnes ſe diffudiſſe, & ſingulos contaminaſſe. Sive autem facta hæc, ſive ficta, documentum exhibeant cunctis religioſis ſimilis pertinaciæ vitandæ: atque iſtud ſibi perſuadendi, religionum inſtitutiones ſive reſtaurationes non tam conſilio humano, quam divino aggrediendas; novit enim earumdem ſator & conditor, quando & qualiter expediat hæc adoriri.

Floret Petrus Aureoli. An. 1316. n. 6. Licentiatur ad docendum.

XXIX. Legebat hoc tempore Pariſiis Petrus Aureoli, de quo ſupra præfati ſumus, cui hoc anno ob egregiam indolem, & præclaram famam Pontifex conceſſam voluit, per Cancellarium Pariſienſem docendi publice licentiam in hac facultate. Diploma ſubjicimus, ex quo conſtabit, laudabiliter in hac ſcientia profeciſſe, & facile colligetur adoleſcentioris fuiſſe ætatis, quam ut Superioribus comitiis Neapolitanis potuerit intereſſe tamquam Miniſter Provinciæ Aquitaniæ, uti aliqui minus recte putarunt. Tunc enim hoc officio fungebatur Bertrandus a Turre, cui ad Archiepiſcopatum Salernitanum aſſumpto Aureolus ſuffectus eſt.

Dilecto filio Cancellario Pariſien.

Reg. Vat. 2. par. in append. ep. 95.

XXX. *Sicut partim experientia, partim fide digna relatione didicimus, & te ipſum etiam non latere putamus, dilectus filius Petrus Aureoli Ordinis Minorum, ſic in ſtudia Theologicæ facultatis diebus inſudavit ac noctibus, ſic per continuationem ſtudii, & exercitium lectionum profecit laudabiliter in eodem, quod dignum ſe reddidit, ut credimus, ad obtinendum docendi licentiam in hujuſmodi facultate. Quia igitur ipſum honeſtate conſpicuum, & tantum theſaurum ſcientiæ, divina ſibi ſuffragante gratia, aſſecutum dignum eſt ut benevolentia proſequamur gratioſa, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Petro,* juxta

Digitized by Google

juxta morem, qui ſervari in talibus conſuevit, licentiam hujuſmodi auctoritate noſtra, remoto cujuslibet tarditatis obſtaculo, largiaris. Per hujuſmodi vero licentiam eidem Petro dandam de noſtro ſpeciali mandato, nolumus Fratribus prædicti vel alterius Ordinis jam præſentatis per eumdem, vel alium Ordinem, vel impoſterum præſentandis ad hujuſmodi licentiam obtinendam aliquod generari præjudicium, vel promotionem eorum quomodolibet retardari. Datum Avenion. II. *Idus Julii anno* II.

Fr. Conradus Archiep. Epheſinus.

Fr. Leo Epiſc. Lauden.

Fr. Jacobus Tyburtinus.

XXXI. Aſſumpti hoc anno ad inſulas Pontificias, frater Conradus vir doctus, linguis Orientalibus verſatus, ad Archiepiſcopatum Epheſinum, prius promotus a Patriarcha Conſtantinopolitano, deinde confirmatus a Romano Pontifice: *Decet & expedit* IV. Nonas Julii: frater Leo ad Epiſcopatum Laudenſem Mediolanenſis Archiepiſcopi Suffraganeum, contendentibus inter ſe de dignitate Roberto Archipresbytero Mediolanen. & Alchero Delaqua ejuſdem Laudenſis Eccleſiæ canonico, quorum uterque in diſcordia fuit ad dictam Eccleſiam electus: *Dum ad univerſas.* III. Kal. Martii: frater Jacobus ad Tyburtinum in Latio, ad Anienem fluvium in Provincia Romana: *Licet ex debito*, VI. Non. Octobris.

Dantur ubique conſervatores Minoritis.

Reg. Vatic. an. 1. ep. 197.

XXXII. Multas hoc anno moleſtias patiebantur Minoritæ in Germania a Prælatis, Rectoribus Eccleſiarum, Clero, aliiſque perſonis ſuper prædicationibus libere faciendis, confeſſionibus audiendis, aliiſque juribus & libertatibus ipſis ab Apoſtolica Sede conceſſis. Dedit itaque Pontifex in ſingulis Provinciis conſervatores, Archiepiſcopos, & Epiſcopos, ampliſſima & perpetua conceſſa facultate, ut efficacis defenſionis præſidio eiſdem aſſiſterent, nec permitterent hujuſmodi eis inferri gravamina vel injurias. Singulorum nomina ſingulis exprimuntur diplomatibus, ex quibus facile colligi poterit, quantus fuerit Joannis Pontificis hoc tempore erga Fratres Minores affectus.

An. 2. ep. 979.

Conven. Plateæ.

Rodul. fol. 280.

Ep. 980.

Conv. Leucatæ.

Conv. Caſtriboni.

Epiſt. 1359.

Rodul. fol. 281.

XXXIII. Conceſſit hoc anno Pontifex facultatem Miniſtro Generali Monaſteria recipiendi vel conſtruendi in variis locis, Plateæ in Sicilia, cujus ſe ignoraſſe fundationem aſſerit Rodulphus, attamen extare privilegium Martini Regis, & Mariæ Reginæ, quo anno MCCXCII. certum proventum aſſignant pro Cœnobio reſtaurando. At vel horum Regum non eſt privilegium, vel error eſt in notis nnmerorum, dum Martinus & Maria non niſi poſt centum ab illo annos regnare cœpiſſent in Sicilia, quippe non niſi anno MCCCXC. Maria hæres Regni, Friderico Rege, & Conſtantia Regibus Aragonum progenita, virum duxit Martinum cognomento Juniorem, Martini Senioris Ducis Albæ, & Aragonum Regis filium. Biennio itaque poſt nnptias datum hoc diploma, ac proinde corrigendæ notæ, & apponendæ MCCCXCII. Spectat ad Patres Conventuales Cuſtodiæ Meſſanenſis: *Clara Ordinis*, VI. Idus Martii. Leucatæ, item in Sicilia, cujus Cœnobii apud noſtros auctores mentionem haud invenio: *Clara Ordinis*: eodem die. In eodem Regno ut conſtrueret Monaſterium Fratribus Minoribus Franciſcus Vigintimilii, & Giraci Comes, datis litteris ad Archiepiſcopum Meſſanen. Pontifex indulſit. Conſtruxit ille poſt aliquot annos in oppido ſuo Caſtriboni, uti ad annum MCCCXXXII. referemns ex Petro Rodulpho: *Perſonam dilecti*: XV. Kal. Aug.

Conven. Tarragen.

Epiſt. 1141.

XXXIV. Ad preces Jacobi Regis Aragonum, Epiſcopi Vicenſ. & univerſitatis villæ de Tarraga diœceſis Vicenſis, conceſſit Miniſtro Provinciali, & Fratribus Provinciæ Aragoniæ ut in prædicta villa recipere poſſent Cœnobium: *Clara Ordinis veſtri*: II. Idus Maii. Illud recepiſſe,

vel

Piſan. conf. 11. *Rodul. fol.* 285.

vel ædificaſſe mihi conſtat ex Piſano & Rodulpho, dum in Provincia Aragoniæ, & Cuſtodia Ilerdenſi locum recenſent Terragen. At licet villa hæc ſita ſit in Principatu Cataloniæ, nullam hujus Cœnobii mentionem invenio apud Gonzsgam in Provincia Cataloniæ; fortaſſis deſtructum fuit propter ingruentia bella, vel derelictum propter aliquam loci intemperiem.

Conven. novus Aretinus. *Epiſt.* 1788.

Aretinum diximus alias Conventum ad interiora urbis translatum: at cum lente procederet novi ædificii ſtructura, indulſit hoc anno Pontifex, ut primum habitaculum Fratres venderent, & pecunias in ſumptus ſecundi diſtraherent: *Meritis veſtræ*: VI. Non. Maii.

XXXV. Mentio occurrit hoc anno variorum Conventuum, quorum originem aliunde neſcimus, ſed nomina nunc dabimus, ut illud ſaltim conſtet, jam ſub hoc tempore extitiſſe.

Conv. de Trum.

Querebantur Guardianus, & Fratres Conventus de Trum, Mindenſis diœceſis, ad Viſurgim fluvium in Germania, quod Fratres Prædicatores de Molinger dictæ diœceſis, detinuerint corpus Roſinæ de Verdina, quæ apud ipſos elegit ſepulturam.

Ep. 1099.

Commiſſum eſt negotium a Pontifice Priori Deſtrinhac Minden. diœceſis, & Archidiacono, ac Cantori Eccleſiæ Minden. Kal. Januarii. Similis occurit controverſia Minoribus de Carrigfergo diœc. Conner. in Hibernia cum Prædicatoribus de Drachda Armacanæ diœceſis, circa corpus Thomæ de Mandeville militis, ab æmulis interfecti, apud Minores ſepulti.

Ep. 1010.

Kal. Novembris datæ ſunt litteræ ad Priorem de Aichirdæ Armacanæ diœceſis, & Decanum ac Officialem Armacanum. Multæ fuerunt per univerſas civitates Galliæ miſſæ commiſſiones Prælatis Eccleſiarum, vel viris in dignitate conſtitutis, & Prioribus Prædicatorum, aut Guardianis Minorum circa bona Templariorum transferenda in milites hoſpitalis ſancti Joannis Hieroſolymitani; atque inter has, præter alias plurimas, invenio unam ad Archidiaconum & Priorem Prædicatorum, ac

Ep. 265. *An.* 1314. *n.* 8.

Guardianum Minorum Biterren. ex qua, & ex iis, quæ ſuperius diximus de fratre Petro Joanne, ejuſque ſociis conſtat, ante hoc tempus extitiſſe

Conv. Biterren.

Biterris Domicilium Fratrum Minorum. Prius extructum erat extra muros civitatis, deinde translatum in ipſam urbem a Guillelmo Epiſcopo, uti probabiliter judicaverim ex aliorum aſſertione, qui huic tribuunt Conventus fundationem. Fuit hic ille præclarus Cardinalis de Stoutavilla, uti temporum indicat chronologia, recteque deducit Gonzags ex

Gonzag. in Prov. S. Ludov. Con. 9.

inſignibus multorum heroum aliiſque monumentis non primum fuiſſe hujus loci auctorem, ſed potius reſtauratorem. Fortaſſis iſte ex primo loco in iſtum tranſtulit, vel hunc ab alio jam inchoatum abſolvit. Multa paſſi ſunt hic Religioſi ab hæreticis de civibus & urbe optime meriti, continua prædicatione ad populum, & indefeſſis vigiliis, quibus eorumdem conſulunt ſaluti, idque argumento fuit, quod cum in nocte Nativitatis

Fratres de Biterrenſibus bene meriti.

Dominicæ anno MDLXXII. magna caterva hæreticorum muros aſcenderet Civitatis, ut jam pridem exoptatam de Civitate reportaret victoriam, aſſuetamque exerceret in catholicos crudelitatem; Sacriſta Fratrum, peracto matutinali officio, divinitus excitatus aſcenderit ad pinnaculum Templi, conſpectiſque hoſtium cuneis, campana claſſicum cecinerit, & cives ad prælium excierit. Hæretici timore correpti, relictis armis & ſcalis, fugerunt, quo pacto liberata eſt Civitas, & quotannis in memoriam tanti beneficii fit ſupplicatio generalis in die ſancti Franciſci.

Epiſt. 265. Conv. Nemenſis. *Gonzag. ibidem Conv.* 10.

XXXVI. Similis commiſſio miſſa eſt Præpoſito, Priori Prædicatorum, & Guardiano Nemenſi Volcarum Aremicorum urbis, in Gallia Occitana, ubi floruerunt Minores litteris & doctrina uſque ad annum MDLXII.

MDLXII. quo inſignis hæreſiarcha Petrus Viretus, e Gebennenſibus prodens latibulis, ibidem receptus eſt hoſpitio, dicata ejus peſtilenti doctrinæ ſacra æde Franciſcanorum; & paucis poſt annis direpta ab hæreticis civitate, glorioſe ibidem paſſi ſunt frater Bslthaſſar Pratus Brienſonenſis, Joannes Chalvetus ejas conſobrinus & alii, quorum martyrium ſub anno MDLXVII. dabimus copioſius. A quo Cœnobium primam ſumpſerit originem, omnino tacent auctores. Habitabant ibidem poſtremo Fratres regularis obſervantiæ, ſed olim ſpectabat locus ad Patres Conventuales Provinciæ Narbonenſis, & Cuſtodiæ Montiſpeſſulani. Eadem data eſt commiſſio ad Decanos, Priores Prædicatorum, & Guardianos Minorum Lemovicenſes & Lingonenſes in Gallia, & Caminenſes in Pomerania, quorum haud ita nobis comperta eſt origo; necnon ad Decanum, Priorem, Guardianum urbis Colonienſis, ad quam miſſos Fratres diximus in ſecundo tomo Annalium anno MCCXXI. idque ex auctore, cui refragari non licet; etenim miſſioni ipſi interfuit, præſenſque vidit quæ ſcripſit, Jordanes Yane, ejuſque continnator Balduinus Brunſvicenſis. Neſcio itaque quo alio auctore aut fundamento Cratepolius noſter In annalibus Archiepiſcoporum Colonienſium ſub Adolpho de Alſena aſſerat, eos illuc perveniſſe anno MCCXX. Oculato potius auctori, & teſti potius adhærendum, qui anno a nobis præfixo ſcribit miſſos illuc Fratres, & ſeqnenti Thomam de Celano inſtitutum Moguntinen. Wormatien. & Colonienſis Conventuum Cuſtodem.

Anno 1221. *n.* 9. Quando pervenerunt Fratres Coloniam.

Cratepol. de Archiep. Colonienſibus.

XXXVII. Porro Colonienſis hic, de quo agimus, magnifice extructus eſt in urbis meditullio, adjecta ampliſſima Baſilica in honorem ſancti Franciſci, a Patritiis Colonienſibus nobiliter fundata atque dotata. Cœnobii partem uſibus Laurentianorum, qui gymnaſium ſuum eo transtulerunt, inter alios alocatos terminos ſnos Fratres applicarunt: ſed ſub Friderico IV. Archiepiſcopo, anno Domini 1569. (alii inverſo numero recenſent 1596.) hujus collegii Laurentiani, ob majorem commoditatem, Senatus adſtipnlatione, ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi auctoritate ad prædictum Minoritarum Cœnobinm translatio æquis conditionibns tranſacta eſt, qua ratione factum, ut ex hoc gymnaſio jsm faciliori via ſe novo germine novitiorum Patres Conventuales, qui etiamnum locum illum poſſident, quotannis inſtaurent. Primus vero ejuſdem collegii moderator fuit Dominus Laurentius Groningenſis, unde & nomen eſt ſortitum. Plurimos & ſolemnes habnit domus iſta Doctores & Magiſtros ſacræ Theologiæ, qnornm adeo fuit fœcunda, nt aliquando ſub uno tecto quinquaginta doctores nnmerarit. Egregias multaſque hujus Eccleſiæ reliquias recenſet Erhardus Weinheim in ſacrario ſno Agrippinæ, ſepultumque ibi honorifice Joannem Scotnm Doctorem ſubrilem, de cujus tumnlo, rebuſque geſtis nos largius hoc ipſo tomo, & peculiari egimus libello. Conſecratum eſt Templum anno MCCLX. per Dominum Henricum Epiſcopum Curienſem. Hæc diximus de Colonienſi Conventu, oblata hujus commiſſionis occaſione, acceptiſque a Patribus Colonienſibns aliquot monumentis, quibus ex prædicto Cratepolio volunt initium ſumpſiſſe Cœnobinm anno MCCXX. & ad annum MCCXI. miſſos Fratres in Germaniam, idqne probatum volunt ex quibuſdam monumentis aut ſchedis Conventns Oppenheimenſis, quem tunc nimis præpropere extructum contendunt. Sed certe iſta monumenta ſpuria ſunt, minimeque fidem merentur contra omnes illius temporis ſcriptores rerum noſtrarum, quos non paucos congeſsi, dlligentiuſque examinavi, pro ſta-

Conv. Colonien.

Adjunctum collegium Laurentianum.

Sacrar. Agrip. in Eccl. 22.

An. 1304. *n.* 16. *& ſeqq.*

Anno 1308. *n.* 9. *& ſeqq.*

ſtabiliendis primis Fratrum miſſionibus ad exteras regiones. Atque eo adhuc anno nullum ipſorum extra Italiæ fines a ſancto Franciſco deſtinatum invenio.

Conv. Tranen.

XXXVIII. Alia ſimiliter commiſſio data eſt ad Archipresbyterum, Priorem Prædicatorum, & Guardianum Minorum Tranen. in regno Neapolitano: ſed de Conventus origine nihil ſcimus, præterquam quod apud Piſanum & Rodulphum recenſeatur, ſub Provincia Peooeoſi, & Cuſtodia Aprutina, corrupto vocabulo Terani, ſeu Terami. Alia item commiſſio ad Officialem Friburgenſem, Priorem Prædicatorum, & Minorum Guardianum. Origioem omnino certam Cœnobii iſtius comperire non potui, ſed inter monumenta prædicta a Colonienſibus tranſmiſſa refertur, in antiquiſſimo libello archivi Colonienſis Provinciæ regularis obſervantiæ iſta verba contineri: *Friburgenſis Conventus ædificatus eſt anno Domini* MCCXXVI. *reformatus autem anno* MDXV. VI. *die Auguſti*. A Comitibus Friburgenſibus exiructum credit Gonzaga, refertque multos heroes & nobiles viros ibidem ſe credidiſſe Minoribus, quorum ſepulcra & memoriæ adhuc ibidem perſeveraot. Sub Patribus Conventualibus fuit olim Cœnobium ditiſſimum, ſub Leone X. opera Maximiliani I. Imperatoris translatum fuit ad Obſervantes, Mioiſtro Provinciale Argentinenſi fratre Gaſparo Schatgeyer, relictis poſſeſſionibus & facultatibus Magiſtratui, qui viciſſim ſpopoodit Fratrum neceſſitatibus, quando per meodicitatem eas ſublevare oon poſſent, ſubvenire.

Conven. Friburgen. — *Monum. MSS. Colon.* — *Gonz. in Prov. Tyrol. Conv. 2.*

Regeſt. Vatican. par. 1. an. 2. epiſt. 158. — Monaſt. Averſanum. — *Ibid. epiſt. 771.* — Monaſt. Calignani.

XXXIX. Variorum etiam occurrit hoc aono memoria Monaſteriorum Clariſſarum in litteris Apoſtolicis variorum argumentorum. Averſani in regno Neapolitano, dum ad preces Sanciæ Reginæ Siciliæ licentiam conceſſit Mariæ de Cefalonia, Mooiali Monaſterii ſancti Fraociſci Averſaoi Ordinis ſanctæ Claræ, ut tranſire poſſet ad Monaſterium Corporis Chriſti urbis Neapolitanæ. Sancti Leonardi in Calignano, diœceſis Januenſis, dum ad preces Leooardi Epiſcopi Cathanienſis Monaſterii fundatoris concedit, quod quædam terra ſive poſſeſſio ſita in prædicto loco Calignani, ſpectans ad Eccleſiam ſancti Joannis de Pavayrano Ordinis ſancti Auguſtini dictæ diœceſis Januenſis, adeo propinqua, & quaſi contigua prædicto Mooaſterio ſancti Leonardi, ut via dumtaxat publica ſeparentur, Monialium uſui incorporetur, datis litteris ad ſancti Donati, & ſanctæ Mariæ in vineis Eccleſiarum Januen. Præpoſitos: *Decet Romanum Pontificem*: v. Kal. Martii. Hujus etiam Monaſterii Monialibus concedit, ad preces prædicti Epiſcopi fundatoris privilegium, ut frui poſsint omnibus gratiis & indulgentiis conceſsis omnibus Fratribus Minoribus & Sororibus Ordinis ſanctæ Claræ: *Et pietatis debitum*: v. Idus Martii. Eynomenſis in Moravia diœceſis Olomucenſis, cui indulget, ne ex ullis ſuis bonis decimas ſolvat, non obſtaote quadam interpretatione Epiſcopi Olomuceoſis, & Rectorum Parochialium Eccleſiarum: *Præſignis veſtra Religio*: VIII. Idus Auguſti. Meſſanenſis in Sicilia ſub invocatione ſanctæ Claræ, quod Conſtantia Regioa Aragooum filia Manfredi fundavit ac dotavit, cui gratiis & privilegiis quibuſcumque aliis Clariſsis conceſsis gaudere tribuit facultatem: *Ad Monaſterium veſtrum*. VI. Non. Maii. „ Rochus Pyrrhus Abbas Netinus Siculorum monumentorum „ diligens perſcrutator, in notitia ſecunda, quam ſcripſit Eccleſiæ Meſ„ ſanen. jacta ait prima hujus Monaſterii fundamenta per Fridericum II. „ Petri Regis genitorem in caſali, vel prædio dicto *Baſicò* in planitie Mi„ letii; deinde ædem translatam ab eodem Friderico in oppidum Rametæ.

Epiſt. 775. — *Par. 2. ep. 1620.* Monaſt. Eynomen. — *Reg. Vat. Par. 2. ep. 975.* Monaſt. Meſſanen. — ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI. *Pyrrhus pag. 395.*

Digitized by Google

„ ctæ. Erraſſe tamen manifeſte conſtat ex citato diplomate Pontificio; „ in quo Joannes Pontifex refert, a Conſtantia Friderici genitrice conſtructum Monaſterium, idque adhuc manifeſtius apparet ex aliis litteris Clementis V. a nobis alias productis, in quibus Pontifex, ex relatione ipſius Friderici Regis narrat ab eadem Conſtantia extructum „ ex licentia Cœleſtini V. Fortaſsis ſecundi Monaſterii, ſive translatæ „ ædis prima fundamenta jecit Fridericus: vel Cœnobium hoc cum alio „ ſanctæ Mariæ etiam de *Baſicò* dictum confundit Pyrrhus. Fridericus „ redditus auxit, quod & fecerunt in Regno ſucceſſores, Petrus, Ludovicus, & Alphonſus. Hujus Cœnobii, jam ſortaſsis translati, primam Abbatiſſam fuiſſe Catarinam Aragoniam Regis Ludovici amitam, & Regis Petri ſororem, ſcribit Pyrrhus, eique ſucceſsiſſe Conſtantiam Aragoniam Regis Friderici III. germanam, olim Regni „ Siciliæ Vicariam, quæ ad habitum ſuſcepit in eodem Monaſterio Candidam, ſeu Blancham ſororem; ibique cohabitarunt Euphemia, & „ Violanta, etiam Friderici ſorores, & filia Margarita; ſed & alteram „ filiam Catarinam ibidem ſuſcepiſſe habitum ſcribit Zurita. Aliud „ Monaſterium Clariſſarum a ſancta Maria de *Baſicò* in prædicto oppido „ Rametæ a Friderico conſtructum, ab eodem, & Petro filio locupletatum, ſcribit Pyrrhus citatus; invadentibus Urbem Gallis, dirutum „ eſt: & anno MCCCXLV. intra Meſſanæ mœnia reædificatum, ita curantibus Ludovico Rege, & Eliſabetha genitrice. Hic regularem diſciplinam profeſſa eſt celebris illa fœmina Camiola Senenſis, quæ Rolandi Aragonii ex pellice filii Friderici II. nuptias reſpuit, ſuiſque divitiis Monaſterium locupletavit. Alterius etiam Monaſterii hoc anno „ recurrit memoria „ ſanctæ Claræ de Pauſio de Aſsiſio, cui facultatem permutandi ædes aliquas, cum aliis ſpectantibus ad menſam Epiſcopalem concedit: *Officii noſtri debitum*, v. Non. Maii.

An.1310. n.16.

Zurita lib. 7. c.19.

Monaſt. Rameſt. Meſſanam translatum.

Reg. Vat. Par. 1. ep. 1719.

Monaſt. de Pauſ.

XL. Monaſterii ſancti Laurentii in Pane Pernæ in Urbe, conſtructi ſuper montem Viminalem inter Exquilinum & Quirinalem etiam hoc anno recurrit memoria. Celebre erat olim Cœnobium Benedictinorum, atque unum ex viginti, quorum Abbates aſsiſtebant Pontifici Romano celebranti, uti refert Panvinius, a Pane Pernæ nuncupatum ex miraculoſo eventu. Dum enim domus a Longobardis deſtructa reædificaretur a pio viro Santulo Urſino presbytero, & in magna Urbis penuria non haberet, quod operariis tribueret ad manducandum, caſu reperit in cujuſdam muliérculæ vicinæ, Pernæ nomine, contiguo furno, quem adhuc in eodem Monaſterio cernere licet, panem magnum optimi ſaporis, a nullo hominum appoſitum, ſed ab Angelis miniſtratum, qui cœmentariis per dies aliquot ſuffecit; in cujus miraculi perpetuam memoriam voluit ut a *Pane Pernæ* domus nuncuparetur. Alii aliunde *a Pane & Perna* cognominant, ſed prius mihi videtur veroſimilius, præſertim cum horum etymologia ſolis nitatur conjecturis. Locus ipſe celeberrimus eſt, tum ex vetuſtis & inſignibus monumentis gentilium Romanorum, utpote Palatio Valeriani, Templo Jovis Viminalis & Faguntalis, balneis Agrippinæ Claudii Imperatoris conjugis, & Neronis genitricis, tum ex martyrio præclariſſimi martyris ſancti Laurentii, cui Templum eſt dicatum.

Monaſt. S. Laurentii a Pane Pernæ.

Panv. de 7. Urb. Eccl.

Fuit olim Benedictinum.

Gonzag. in Prov. Rom. Monaſt. 2.

XLI. Qua de cauſa inſigne hoc Cœnobium abſque habitatore factum ſit, non invenio; ex diplomate tamen Joannis Pontificis, in regeſto exſcribendo, conſtat, jam omnino derelictum, a Bonifacio VIII. unitum Eccleſiæ Lateranenſi cum omnibus ſuis poſſeſsionibus. At cum oportere-

ret

ret hujus Baſilicæ viros, juxta Apoſtolicæ conceſsionis litteras, gravia onera ſubire, ut ædificia magna ex parte collapſa opere ſumptuoſo repararent, & continuis temporibus habere ibidem perſonas Eccleſiaſticas pro divinis officiis celebrandis, aſſentiente Capitulo, & Petro Capoccia

Quando datum Clariſſis.

Vicario Petri ſancti Angeli Diaconi Cardinalis, Archipresbyteri ejuſdem Baſilicæ, donaverunt Eccleſiam & quaſdam poſſeſsiones Jacobo Cardinali Columnæ, ita ut perſonas religioſas ad ſuæ diſpoſitionis arbitrium in eamdem domum induceret. Erravit in nomine Octavius Pan-

Pancirol. de theſau. Urbis reg. 2. Eccleſia 48.

cirolus, dum neſcierim ex qua inſcriptione deduxerit, Eccleſiam hanc commendatam vel datam in commendam, uti loquuntur, Matthæo Columnæ, eumque ex ædibus ſanctæ Mariæ ad Montes translatas illuc induxiſſe Clariſſas ſub annum MCCXXVI. vivente adhuc ſancta Clara earumdem inſtitutrice. Quod aliquando habitaverint ad ſanctæ Mariæ Montium Clariſſæ, apud noſtros non invenio auctores: quod vero in ſancti Laurentii Panis-Pernæ introductæ ſint illo anno, vivente ſancta Clara, haud verum eſſe poteſt, dum in narratione citatæ a me bullæ, jam habitatore deſtitutum, nonniſi a Bonifacio VIII. unitum ſit Monaſterium Eccleſiæ Lateranenſi, & ab iſta donatum Jacobo Cardinali Columnæ, qui ex honeſtis & religioſis locis aſſumptas, illuc introduxit Sorores probatæ vitæ, & honeſtæ converſationis. Erant autem tunc in Urbe alia duo

Tom. 5. an. 1231. n. 37. Tom. 1. an. 1285. n. 17.

inſignia Monaſteria Clariſſarum, de quibus nos ſuis egimus locis, ſanctorum Coſmæ & Damiani in regione Tranſtyberina, & ſancti Silveſtri in regione Campi Martii, quod idem Jacobus Cardinalis ſummis beneficiis protexit, propter corpus beatæ Margaritæ Columnæ ſuæ ſororis illuc magna religione tranſlatum. Ex his itaque locis veroſimilius has evocaſſe Sorores.

XLII. Nimis itaque præcoquum harum poſuit adventum Pancirolus;

Quando reformatum.

ſed & nimis ſerotinum Franciſcus Gonzaga ſub Leone X. anno MDXVII. dum ex Monaſterio ſanctorum Coſmæ & Damiani primas tranſiiſſe indicat fundatrices. Sed illud verius intelligendum eſt de fundatricibus, ſeu magis regularis obſervantiæ, uti ſcribit Pancirolus ex MSS. monumentis ipſius Monaſterii, idque accidiſſe ait anno uno poſteriori, nimirum, MDXVIII. Quatuordecim illuc ductas ſcribit Pancirolus Sorores, duodecim Gonzaga, adjunctis quamplurimis ſecularibus virginibus, inſtituta in earumdem Abbatiſſam nobiliſsima & religioſiſsima fœmina Violanta Sabella. Ex inſcriptione, quæ apparet ſubtus altare majus conſtat, Bonifacium VIII. confeſsionem ſubterraneam ſancti Martyris memoriæ ædificaſſe anno MCCC. ipſo in loco, quo in craticula igne ſuppoſito, paſſus eſt glorioſum martyrium. Univerſam ædem reædificarunt Moniales anno MDLXXV. conſecrataque eſt Eccleſia anno ſequenti die XXVI. Septembris, jubente Jacobo Sabello Cardinale, Gregorii XIII. Vicario,

Eſt titulus Cardinalitius.

exorante vero Guillelmo Sirleto Cardinale titulari viro clariſsimo. Titulum fecit Cardinalitium Leo X. anno ipſo, quo translatæ ſunt illuc ex regione Tranſtyberina Moniales, confirmatumque voluit Sixtus V. in recognitione & recenſu, quem fecit titulorum Cardinalium, uti notat

Ugon. de ſtation. Urbis ſtation. 9. Habet ſtationem Quadrageſimalem: Ibidem obiit S. Brigitta. *Vide Pancirol. citatum.*

Pompejus Ugonius, collatum Dominico Cardinali Pinello. Eccleſia valde celebris eſt, tum ex indicta ſtatione feria quinta poſt Dominicam primam Quadrageſimæ, tum, uti dixi, ex ſancti Laurentii nomine & martyrio, tum ex converſatione, morte, & ſepultura ſanctæ Brigittæ Svevæ, cujus ſepulcrum pulchre ornavit Stephana Sabella, ejuſdem ædis alumna, ſtructo deſuper eleganti Sacello. Neſcio qua de cauſa, vel quo

fun-

fundamento dicunt aliqui, diem obiiſſe in ædibus ſuis, in quibus nunc extructum Templum Divæ ipſi ſacrum ad forum Farneſianum, & cubiculum pone Eccleſiam, ipſum eſſe denuncient, in quo vitæ terminum poſuit. Etenim præterquam quod conſtantiſsime aſſerant prædictæ Moniales apud ſe defunctam, Bonifacius IX. qui eamdem prius canonizavit, abſque dubio hoc eſſe voluit dum ſuo diplomate dato Nonis Octob. anno 11. ſui Pontificatus, quod ego ex regeſto Vaticano excripſi, & Reverendiſs. D. Gonſalvus Durantus Epiſcopus Feretranus, vir doctus meus amicus in initio tomi primi revelationum ejuſdem ſanctæ Viduæ publicavit, id apertius affirmet, his verbis: *Cupientes igitur ut Eccleſia Monaſterii Monialium ſancti Laurentii in Paniſperna de Urbe Ordinis ſanctæ Claræ, in quo beata Birgitta aliquibus diebus, dum vitam ageret in humanis, devote permanſit*, ac debitum naturæ perſolvit, *& ejus corpus ſepultum extitit, & in quo poſtmodum plurimis miraculis claruit, & multæ ex ejus reliquiis devotiſſime venerantur a Chriſti fidelibus, congruis honoribus frequentetur, &c.*

XLIII. Translato ſanctiſſimæ fœminæ corpore ad Monaſterium ſanctiſſimi Salvatoris de Watzſteno Lincopen. diœceſis, quod ipſa de ſuis facultatibus conſtruxerat, remanſit penes has Clariſſas brachium ſiniſtrum, cum aliis ejuſdem exuviis, quas digno cultu venerantur fideles. Habent etiam in eadem Eccleſia brachium unum ſancti Laurentii, & in pretioſa ampulla particulas carnis ſeu adipis ejuſdem, partem craticulæ ſuper quam, & aliquot carbones, quibus aſſatus eſt. Aſſervantur ibidem corpora ſanctorum Criſpini & Criſpiniani martyrum, ſanctæ Marmeniæ martyris, conjugis Carpaſii Judicis, qui ſub Almachio Urbis præfecto morti addixit ſanctum Urbanum Pontificem. Unius etiam ſanctiſſimæ Virginis ex primis illis Clariſſis, quæ a Jacobo Cardinale illuc ſunt introductæ, cujus corpus adhuc integrum, illæſumque in pretioſa arca conſpicitur. Aliæ etiam plurimæ minores, ſed nobiles reliquiæ ibidem cuſtodiuntur, & demum ibidem ſepultus eſt doctiſſimus & clariſſimus ille Cardinalis Guillelmus Syrletus, de litteris & re Eccleſiaſtica optime meritus. Harum Sanctimonialium aliquo tempore fuit, vel confeſſarius, vel concionator Alvarus Pelagius, uti ipſe indicat, agens de occulto hæretico Begardo, his verbis: *In Urbe in quodam monaſterio Sanctimonialium ſancti Laurentii Paniſpernæ, in quo illo tempore manebam, erat quidam Theutonius, qui multum ſpiritualis videbatur. Mihi fuit accuſatus de iſto errore, quod Corpus Chriſti non adorabat, quando elevabatur. Et in prædicatione tetigi iſtum errorem contra Begardos, de quorum numero ipſe erat, & tunc aderat, quem correxi ad partem de illo errore, qui nullam pacem habebat, quando tangebam in meis prædicationis illos Begardos, quia lupus erat in fabula, nec me libenter videbat, vili habitu ſe tegebat, & lacrymas habebat, ſæpe enim diabolus apparentes lacrymas adminiſtrat & raptus, &c.* Confirmant hæc, quæ dixi de celeriori adventu Clariſſarum in hunc locum, quem indicat Gonzaga, quippe hujus temporis vir erat Pelagius; & amplius probant, quæ ſuperius ſcripſi de nebulonibus Begardis. *Alvar. de planctu Eccleſ. lib. 2. c. 52.*

XLIV. Alphonſus Sancius, Dionyſii Portugalliæ Regis nothus, & conjux ejus Tarraſia, Sancii, Caſtellæ Regis ex filio neptis ſupplices miſerunt hoc anno Pontifici litteras ut concedere dignaretur Sororibus monaſterii Villæcomitis (oppidi haud ignobilis diœceſis Braccaren.) ab ipſis conſtructi, regulam Clariſſarum per Alexandrum IV. Damianitis *Ann. 1317. n. 21. & ſeqq.* Mon. Villæ comitis.

præ-

præſcriptam; quorum petitioni benigne Pontifex ſubſcripſit: *Ordinem ſanctæ Claræ.* Idibus Martii. Refert conſtructum ab his Principibus Monaſterium iſtud, dum ſibi pararent munitionem quamdam ſeu caſtrum ad defenſionem circumadjacentis ſuæ ditionis: quia cœlitus in viſione nocturna admoniti, ut potius ædem ſacram, quam bellicam ædificarent, ſi ſibi ſuiſque populis amplius vellent conſultum, ſtatim conſilium mutarunt, & Parthenopæum hoc nobile in ipſo oppido, anno iſthoc, inquit Gonzaga, extruxerunt. At ante hunc annum ædificatum locum hunc, vel ſaltim ibi præextitiſſe Moniales, aperte indicant citatæ litteræ Pontificiæ datæ in menſe Martio, dum ad Abbatiſſam, & Sorores jam incluſas ſcribit, & duo menſes hujus anni facile elabi potuerunt, dum citro retroque mitterentur litteræ, agereturque de expeditione in curis, & tam demum quod Pontifex narret eas jam profeſſas illam regulam, & ab Alexandro IV. eam accepiſſe. Quare non potuerunt hoc anno illuc introduci, vel Metonimice intelligendus eſt Pontifex in illis verbis: *Vobis & iis, quæ vobis in Monaſterio prædicto ſucceſſerint, prædictam regulam per prædeceſſorem eumdem* (Alexandrum IV.) *vobis traditam, a vobis & eiſdem perpetuis temporibus, &c.* Dum regulam omnibus Clariſſis traditam, huic Monaſterio, illius Ordinis parti, velit conceſſam. Vel forte longe ante inchoatum Monaſterium, introductis jam ante Monialibus, non niſi hoc anno Principes iſti abſolverunt. Vidi ipſe aliquoties non ſine voluptate cœnobium, inſigne quidem ex eminenti ſitu, ex ingenti ſtructura, ex nobilitate inhabitantium Sororum, ex amplis redditibus, ex liberalitate erga ſuos confratres Minoritas, qui in conſpectu commorantur.

Conv. in prov. Portug. Monaſt. 14.

XLV. Mirabile & ſingulare habemus ex hoc Monaſterio argumentum, ad comprobandam virtutem & potentiam regularis obedientiæ: Diviſis etenim aliquando inter ſe Sororibus in electione Abbatiſſæ, & coactis ut ſuffragia ferrent, unaquæque exiſtimans ſe ſolam id facturam, ſuum ſuffragium tamquam irritum & inane contulit in ſororem Berengariam, humilem nimis & plam, quæ ex dimiſſione animi ſe addixit vilibus culinæ obſequiis; ne dum in alteram ex idoneis Sororibus illud conferret, forte in Abbatiſſam aliarum acceſſu eligeretur. Sed dum ad calculum vota reducuntur, ecce conſpicit Præſes, omnia in hanc unam divinitus cojuiſſe, quare ad ſe evocatam nihil prorſus tale cogitantem, Abbatiſſam canonice electam, ceteris præfecit. At ſuo ambitionis cogitatu ita deluſæ Sorores, et detrectarunt obedire, renueruntque ad ædem Capitularem accedere, obſequium (uti poſt electionem fieri ſolet) præſtituræ. Illa vero eodem, quo electa eſt, ſpiritu commota, magno inquit fervore: *Quandoquidem viventes iſtæ Sorores mihi obtemperare renuunt, neque legitimam ſuam Superiorem aſpernantur, vos quæ hic dormitis, ſurgite, & qualiter obedire debeant, docete.* Ecce repente prodeunt ex ſuis loculis Moniales ſeptem ibidem ſepultæ, genuflexæ, dimiſſis capitibus obedientiam & reverentiam, uti veræ Abbatiſſæ exhibuerunt, nec illinc receſſerunt, donec ipſa quæ vocavit, juſſit etiam ad ſepulcra redire. Hoc facto obſtupefactæ & territæ reliquæ Sorores, ad genua provolutæ inobedientiæ veniam petierunt, & deinceps ad nutum obſequutæ ſunt Abbatiſſæ.

Inſperatæ electionis mirus eventus.

Magnæ obedientiæ commendatio.

XLVI. Alia illic evenere prodigia, quæ breviter delibo. Graſſante in oppido & Monaſterio ſæva peſte, peregrinus quidam incognitus, præ foribus ſancti Rochi imaginem obtulit oſtiariis, dicens: *Hanc ſervate, di-*

Varia illius Monaſterii prodigia.

digneque colite effigiem, & peſtis contagionem evadetis. Fecerunt ita, & lues omnino receſſit. Alia ſimiliter imagine ſancti Blaſii multæ Sorores mortis periculum evaſerunt; altera e læthali cancro, quem ſub lingua nutriverat; altera a virulento apoſtemate, quod, in gutture patiebatur, mirabiliter eſt liberata. Mirum etiam illud, quod dum una ex Sororibus altum dormiret, nec pulſum campanæ ad matutinas preces, quæ ſub noctis medium recitabantur, audiret, mox vero ad ſonitum campanæ, quæ ad hymnum *Te Deum laudamus*, pulſatur, expergefieret, & ad chori oſtium accederet, dum Sorores genuflexæ, junctis devote manibus, pro more illius provinciæ, aliarumque noſtri Sodalitii, canerent verſiculum: *Te ergo quæſumus tuis famulis ſubveni, quos pretioſo ſanguine redemiſti*, vidit cœlos apertos, & cœlites omnes, ac Spiritus Angelicos ſimiliter prolapſos ante divinæ majeſtatis thronum, eamdem repetentes deprecatiunculam. Quo factum eſt ut deinceps ibidem, & alibi verſiculus ille ſolemnius & majori devotione proferretur. Aliud addo prodigium, quod dum valde ſibi timerent Moniales ab hoſtium cuneis, qui ex Caſtellæ regno in Luſitaniam irrumpebant, ſub noctis medio ad crates ferreas Eccleſiæ ipſi eis apparuerint, & locuti ſint Principes ſupra nominati, Monaſterii fundatores, monuerintque ut bono eſſent animo, quia Deus in ſe illarum ſuſcepit patrocinium, ſuppellectilem tamen quamcumque pretioſam locis reconditis abſconderent. Atque ita factum eſt, ut advenientibus hoſtibus, nihil paſſæ ſint moleſtiæ Moniales. Viguit ibidem ſemper plurima Chriſtianæ, & Monaſticæ vitæ obſervantia, & floruerunt plures virgines a pietate, & vitæ ſanctitate commendabiles, quarum iſtæ præcipuæ, Catarina Vasz, Guiomar a ſancto Antonio, Eliſabetha a ſancto Ludovico, Maria de Sepulcro, Eliſabetha a ſancto Franciſco, ad cujus invocationem multa Deus operari dignatus eſt mirabilia.

XLVII. Ante hunc annum extructum etiam Monaſterium Monialium ſanctæ Claræ Methymnæ Pomerii, vulgo Medina de Pomar, Burgenſis Diœceſis, per illuſtriſſimos viros Sancium Sanchez de Velaſco, & Sanciam Garſiam conjugem, probant mihi litteræ Joannis Pontificis: *Licet iis de cujus munere*. Idibus Auguſti hujus anni datæ, quibus aliquot indulgentias concedit viſitantibus Eccleſiam prædicti Monaſterii. Quo fit ut minus verum ſit, quod Gonzaga ſcribit, anno videlicet MCCCLII. ſub Innocentio VI. primum ædificari cœptum a prædictis heroibus. Et certe vel ipſe in fine ſuæ narrationis teſtatur, in archivo prædicti Monaſterii aſſervari bullam alteram Joannis hujus Pontificis ad eaſdem Moniales directam, per quam eis communicat omnes indulgentias a ſe vel ſuis prædeceſſoribus Ordini Minorum, vel alteri conceſſas. Quod vero ſubjungit, ibidem haberi alia diplomata Nicolai IV. & Clementis III. quibus indulgent, ne hujus loci Sorores ad decimas vel ſubſidium aliquod exolvenda teneantur, ſubſiſtere non poteſt; etenim Clemens III. ſedit ad annum MCLXXXVIII. pluribus annis antequam exoriretur Ordo Clariſſarum, & Nicolaus IV. obiit pluribus annis ante inchoatum hoc Monaſterium. Adde etiam, non potuiſſe ædificari ſub Innocentio VI. a Sancio Sanchez Velaſco, qui ſub iſto hoc ipſo anno II. Pontificatus Joannis XXII. in litteris, quas inſinuavimus, dicitur jam diem ſuum obiiſſe. Innocentius autem electus eſt Pontifex anno MCCCLII. Porro ipſum Monaſterium celeberrimum eſt & inſigne, ex amplis redditibus, locuplete ſupellectile argentea, pretioſis paramentis, plurimis Sanctorum reliquiis, quibus a prædictis fundatoribus cohoneſtatum eſt;

Mon. Methymnæ Pomerii.

Gonz. in, prov. Cantab. mon. 2.

necnon a multis privilegiis, & favoribus a variis Caſtellæ Regibus conceſſis. Plurima conſpiciuntur in Eccleſia mauſolæa diverſorum beroum, ex illuſtriſſima familia Velaſcorum deſcendentium; ſed & in ea tumulari debent Harenſium Comites, & Duces de Frias, inducto debito ex pacto & jurejurando, atque ſub hæreditatis amittendæ pœna, eorum ſucceſſoribus ex præfatorum ſundatorum, quibus iſti ſucceſſerunt, decreto infligenda. Ad dextrum cornu ſummi altaris jacet beatus Pater Lopez, ſive Lupus, de Salinis, de quo longiori ſermone, ſuo agendum eſt loco, & quo ſuadente, Petrus Fernandez a Velaſco Harenſium Comes, inſigne Xenodochium ſub invocatione ſanctæ Crucis, huic Monaſterio contiguum, in quo viginti quinque pauperes, qui quinquageſimum annum ad minus attigerint, abunde aluntur, & amiciuntur, ex propriis facultatibus conſtruxit. Tenentur præſati pauperes, quibus peculiaris adhibitus eſt chorus, Canonicis horis intereſſe, & ibidem penſum orationum ſolvere juxta morem Fratrum Tertii Ordinis de Pœnitentia.

XLVIII. Conceſſit hoc anno Pontifex varias indulgentias & gratias Monaſterio Clariſſarum Conimbricenſi, a ſanctiſſima Regina Eliſabetha (Ann. 1317.) conſtructo, de cujus fundatione egimus anno Superiori, necnon Monaſterio corporis Chriſti Neapolitano, ejuſdem Ordinis, a Regina Sancia fundato, cujus per ſingulos ferme annos memoria recurrit. Varia ſunt utriuſque Monaſterii diplomata, omnia nos damus in regeſto.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. ETiam hoc anno, perſeverantibus diſcordiis inter Robertum
„ Betunienſem Comitem Flandriæ, & Ludovicum Nivernien-
„ ſem ex una, cum Philippo Longo Franciæ Rege ex altera partibus,
„ tum illis, cum etiam ſuis, quos pro pace miſerat, Nuntiis Petro de
„ Palude Dominicano, Guillelmo de Gandavo de Neriaco Minoritis
„ Apoſtolicas litteras pro pace habenda Pontifex direxit: & quidem,
Litteræ pro pace & concordia. „ Petro de Pallude, & Stephano de Neriaco: *Cum ſimus &c.* Kal. Apri-
„ lis: Roberto Comiti: *Ecce noſtri &c.* III. Kalen. Maii: Ludovico Ni-
„ vernienſi: *Sæpe tibi &c.* Procuratoribus Comitis Flandriæ, fratribus
Ex Oder. n. 21. „ Bertrando Guidonis, & Bertrando de Turre: *Clamavimus &c.*
„ xv. Kal. Octobris: Item ſub eadem data Henrico, & Philippo Regi
„ pro Nuntiis ad illos deſtinatis: *Ecce fili &c.* Januenſibus adhuc etiam
„ diſſidentibus inter ſe, ad pacem & concordiam invitans ſcripſit: *Regis*
„ *pacifici &c.* VIII. Kal. Aprilis: & vocato ad ſe Roberto Siciliæ Rege:
„ *Quia fili &c.* VIII. Kal. Septembris: eodem tempore populo Januenſi
„ præcitatam: *Regis pacifici &c.* replicavit: licet incaſſum labores abi-
„ rent, Flandro conditiones pacis a Rege propoſitas non audiente, &
„ Januenſium odiis nondum extinctis.
„ II. Alias plures etiam expedivit Pontifex litteras, ad Eduardum
„ Regem Angliæ binas, primam de Maleſactoribus: *Frequenter &c.*
„ VI. Idus Julii: Secundam vero pro Guillelmo Epiſcopo: *Per tuas &c.*
Aliæ ad diverſos Pr. diverſis. „ XIV. Kal. Octobris: ad Inquiſitores hæreticæ pravitatis Ordinum
„ Minorum & Prædicatorum miſit: *Cum nonnullis &c.* VIII. Idus Se-
„ ptembris: & pro inquiſitione, & Inquiſitoribus Franciæ: *Et ſi ze-*
Ex lib. Cardin. Barberini. „ *lo &c.* IV. Non. Novembris. Ceterum approbata quadam donatione
„ facta Monialibus de Monte Marciano: *Movet animum &c.* ne cauſa
„ præfatæ donationis quiſquam eas moleſtaret, alio ejuſdem tenoris
di-

„ diplomate, ſub eodem die VII. Nonas Februarii, inhibuit. Scripſit „ etiam Abbatiſſæ Cundonienſi pro electione: *Debitum officii &c.* „ XIV. Kal. Julii: Monialibus etiam Dominæ Reginæ Neapolitanæ: *Or-* „ *dinis veſtri &c.* VI. Idus Auguſti: & ut illæ de Averſa ad Monaſte- „ rium Neapolitanum ſe transferrent: *Eximiæ cariſſimæ &c.* IX. Kalen. „ Decembris. Ad Eliſabetham autem Portugalliæ Reginam de quibuſ- „ dam beneficiis reſcripſit: *Claris tuis &c.....* Sed Reginæ Boemiæ „ ingreſſum Monaſteriorum conceſſit: *Perſonam tuam &c.* VIII. Kalen. „ Februarii: Executoriales pariter & commendatitias nonnullas, quas li- „ benter prætermitto, quia apud auctorem indiculi, cum iſtis ſupracitatis „ unuſquiſque videre poterit: ſicut & apud Waddingum Fratrum ſpiri- „ tualium cauſam perdiligenter diſcuſſam. Moneo, hoc anno Sedeciæ „ novæ celebrato Capitulo, præſentibus viſitatoribus fratribus Thoma „ & Elano de Dacia, in Miniſtrum Provinciæ Boemiæ, & Poloniæ ele- „ ctum fuiſſe fratrem Martinum de Boleslavia, triennio fratris Tho- *Caſ. Bier. art. 10.* „ biæ prædeceſſoris non completo; turbarum Religionis in ea Provincia „ argumentum.

ARGUMENTUM.

Comitia habentur Generalia. Transfertur ſancti Ludovici Toloſatis Epiſcopi corpus ad nobilius ſepulcrum. Florent Joannes a Ripa-Tranſona, & Theobaldus piæ memoriæ viri. Aliquot acta Elzearii Comitis referuntur. Blancha Gallorum Regis filia fit Clariſſa. Defenduntur Beghinæ a multorum moleſtiis. Minorum opera in gravibus negotiis utitur Pontifex. Plures ex eis aſſumit ad Epiſcopatus, multa eiſdem, ac Clariſſis ædificandi Monaſteria tribuit facultatem. Utriſque conceduntur privilegia.

I. Michael de Ceſena Miniſter Generalis remedium adhibiturus tot ſcandalis, & Fratrum diſſidiis, quæ ex controverſia illa inter exemptos, quos Joannes Pontifex in ſua contumacia perſiſtentes condemnavit, & ceteros Conſodales, qui vitam ſectabantur communem, exorta erant, indixit Comitia Generalia Maſſiliæ celebranda, quo ipſe pervenit, licet gravi preſſus infirmitate. Acta hujus Conventus perierunt; illud dumtaxat reperio, quod tunc inſtitutum ſit, ut feſtum ſanctæ Marthæ in univerſo Ordine celebraretur ſub ritu ſemiduplici, ſancti Ludovici Epiſcopi ſub ritu duplicis majoris, & Corporis Chriſti cum octava. Errat circa hoc capitulum Petrus Rodulphus, dum ad illud ſcripſiſſe, ait, Sanciam Siciliæ Reginam, Religioni ſumme addictam, ut Patres conſcripti curarent eligi Miniſtrum Generalem, qui diligenter proſpiceret publico commodo Sodalitii. Non enim ad patres hujus conventus, ſed alterius longe poſterioris ſub anno MCCCXXIX. celebrari, ſcripſit; neque erat cur hoc anno de hac re ſcriberet, cum Cæſenas pacifice Ordinem gubernaret, nec de deponendo Miniſteriatu, ſeu Præfectura penſitaret. Addit etiam, tunc obtinuiſſe eamdem Reginam a Soldano Babyloniæ licentiam, ut Fratres Minores excubias agerent ad ſanctum Domini ſepulcrum, & commorarentur in quibuſdam locis terræ ſanctæ: attamen ſub Clemente VI. anno I. ſui Pontificatus id factum fuiſſe alias indicavimus, & ſuo loco ex ipſis Pontificiis oſtendemus inſtrumentis.

Capitulum generale 39.

Radul. fol. 240.

Corrigitur Rodulphus.

An. 1305. n. 12.

II. Hoe

Tranſlatio ſancti Ludovici.

Sedulius in hiſt. Seraph. c. 22. Firmam. in memoriali Ord. ſub 18. Generali. Brev. in feſto tranſlat. lect. 5. Natal. lib. 7. c. 77. Marian. lib. 4. c. 5. Monum. MSS.

II. Hoc anno VI. Idus Novembris, facta eſt tranſlatio corporis ſancti Ludovici Epiſcopi in Eccleſia Fratrum Minorum Maſſilienſi, a loco in quo jacuerat in medio chori, ad ſepulcrum argenteum ſuper altare majus affabre elaboratum, juſtis magnifice factis, more regio, & quæ deceant Sanctum tanto Rege progenitum. Auctor vitæ ſancti Ludovici apud Sedulium, & Firmamentum trium Ordinum factum hoc referunt anno MCCCXVII. Sed Breviarium Minorum, Petrus de Natal. Marianus, & Codices MSS. hunc ipſum annum præſcribunt. Noctu autem res tota peracta eſt, ad evitandum populi tumultum, & promiſcuam plebis multitudinem. Præſentes aderant huic ſacro miniſterio quatuor Cardinales, inter quos Vitalis de Furno Minorita, Epiſcopi & Prælati plurimi a ſummo Pontifice ad hoc miſſi, Rex Siciliæ Robertus, ſancti Viri germanus frater, ejus conjux Regina Sancia, & Joanna Regina Franciæ ſancti Ludovici nepte, cum multis aliis Principibus, & nobilibus viris, innumera quoque populi inundante multitudine, qui ad ſanctum Ludovicum interpellandum cum muneribus, & ad celebrandam tranſlationem ſacri Corporis confluxerant. Dum ſacræ exhumarentur reliquiæ, ſuaviſſimum emittebant odorem, & licet per annos ferme viginti jacuiſſent ſub terra, inventum eſt in capite cerebrum ita recens ac integrum, ac ſi Sanctus ipſe adhuc viveret, ſtupefactis omnibus, ac Deum laudantibus ad ſingulare prodigium, Robertus Rex caput ſuſcepit, ſibi donari expoſtulavit, Neapolim detulit, pulchra incluſit ſtatua argentea, auro gemmiſque adornata, quam in ſancti fratris ſui honorem opere mirifico fecit fabricari. In hac tranſlatione quinque mortuos revixiſſe, & multos a diverſis infirmitatibus liberatos, ad merita ſancti Ludovici magnificanda, ſcribunt Petrus de Natalibus & Rodulphus, licet hic confundat annum hunc tranſlationis cum anno MCDXVII. quo Alphonſus Rex Aragonum ejus corpus tranſtulit in citeriorem Hiſpaniam.

Reliquiæ ſacrum ſpirant odorem. Cerebrum inventum recens & integrum.

Natal. cit. Rodul. fol. 122.

Floret Joan. a Ripa-Tranſona.

An. 1250. n. 16.

III. Hoc tempore floruit vir doctus Minorita Joannes a Ripa-Tranſona, uti habetur ex ejus Epitaphio, quod dedimus alias, dum de Conventu Ripæ ſcripſeramus, in quo, & multa ſcripſiſſe, & ſub Joanne XXII. floruiſſe refertur. Hoc etiam tempore, ſeu circa hunc annum obiit in Conventu ſancti Simonis Apoſtoli ad civitatem Spoletanam beatus frater Theobaldus ſpiritu prophetico & miraculis clarus, cujus alias ſub tempore quo floruit, breviter meminimus; ibidemque jacet alter Dei ſervus Theodatus, uti ſcribit Rodulphus, niſi fortaſſis illum confundat cum Theobaldo, cujus, non Theodati, meminit Piſanus.

Moritur beatus Theobaldus.

An. 1270. n. 27. Rodul. fol. 254. in Cuſtod. Spolet. Piſan. confor. 11. Anno 1316. n. 10 & ſeqq. Surius ad 27. Septem.

B. Elzearius factus Comes Ariani venit in Italiam.

A ſubditis rebellibus pœnã non repetit.

IV. Paulo ante hoc tempus ſanctus Elzearius, de quo ſuperius plura narravimus, anno ætatis vigeſimo tertio, patre jam defuncto, factus eſt Comes Ariani in regno Neapolitano, & Baro Auſoiſii ex patris inſtitutione. Atque tum primum Italiam petiit prædicti comitatus occupandi cauſa. At vero Ariani oppidum, triennio ei rebellavit: multaſque injurias, nec parva damna & contumelias ibi perpeſſus eſt. Interdum etiam inſidias ei compararunt, & crimina quædam affinxerunt. Sed ille multis licet modis ab eis laceſſitus & divexatus, numquam ultionem petiit, neque unquam ultus eſt. Volebat quidem Princeps Tarentinus, qui eum in primis carum habebat, ejuſque injurias valde dolebat, complures ejus urbis homines ſuſpendio necare, pleroſque mutilare, ut ceteri territi, ſuum curarent officium: ſed ille non permiſit, immo vero conſtanter, ne id faceret, impedivit, dicens præpotentem Deum, & juſtitiam divinam eos quandoque ad ſanitatem reducturos: quod

Digitized by Google

quod etiam ita evenit. Ejus enim patientia id obtinuit apud Dominum, ut poſtea ab omnibus illis honoraretur ut Dominus, amaretur ut pater. Ibi tum quaſdam litteras invenit, quas quidam nobiles ſcripſerant patri ejus adhuc viventi, in quibus graviter quidem, ſed falſo eum accuſabant: multumque urgebant patrem, ne eum ſcriberet hæredem, permultis fallaciter & proditorie ad id efficiendum adhibitis rationibus & argumentis. Quas litteras cum ſanctæ Conjugi ſuæ in conclavi legiſſet, illa ſciſcitabatur, velletne eas calumniatoribus illis oſtendere, ut ſubmiſſius & humilius ſe gererent, & tanti ſceleris ducerentur pœnitentia. Reſpondit autem mitiſſimus juvenis: *Ego vero totum hoc facinus eis ex animo condono, nec volo has eis litteras oſtendere: immo eos ſibi perſuadere volo, mihi de iis nihil prorſus conſtare. Si enim perciperent, in manus meas illas incidiſſe, jam magna ex parte pœnas darent. Semper enim timerent ſibi a me, & perpetuo ſuſpectum me haberent*: Sic dixit, & litteras adeo abolevit, ut numquam quiſquam illorum reſciverit; eas in illius perveniſſe manus. Immo paulo poſt, cum miles quidam, earum litterarum primarius architectus, cum aliis præſens adeſſet quadam ſolemni die, ſanctus & pius Comes illum præ ceteris honorifice accepit, magiſque ſe illi familiarem præbuit, & in ſuum cubiculum introducto, quædam magni pretii corporis ſui ornamenta dono dedit, atque quoad vixit, ſpecialia amoris & benevolentiæ ſigna ei exhibuit.

V. Tanta enim in illo virtus & gratia inerat, tanta animi fortitudo & patientia in rebus duris & adverſis, ut toto vitæ ejus ſpatio nemo, quantumvis familiaris vel domeſticus, ob quamcumque moleſtiam & afflictionem, quidquam eum vel dixiſſe vel feciſſe impatienter & iracunde potuerit animadvertere. Atque ea cauſa Delphina ſancta virgo, quæ ipſius virtutes, & actiones aſſidue contemplabatur, cum cerneret eum nihil commoveri adverſus eos, qui injuriam ei irrogarent, eique moleſti eſſent, ſed ferre omnia ſedate, vultuque placido & jucundo, admirans tam inſignem tamque invictam in illo patientiam, utque ejus certius periculum faceret, intra conclave ita ait ad eum: *Quid hominis es tu, Elzeari, qui numquam erga illos, qui te injuria afficiunt commoveris? videris eſſe trunci inſtar aut ſtatuæ, nihil ſentientis. Et tamen paſſibilis es, & homo mundanus. Aut fortaſſis vel neſcis, vel non potes iraſci. Et quid, obſecro, officeret malis, qui interdum injuſte te lædunt, ſi te quandoque iratum illis oſtenderes?* Ad hæc homo leniſſimus reſpondit; *Ecquid vero Delphina prodeſt iraſci? Nihil profecto: at tamen explicabo ego tibi arcanum pectoris mei. Noveris, me interdum ſentire aliquam in animo adverſus infeſtantes me indignationem; ſed illico me converto ad cogitandas injurias Chriſto illatas, eumque imitari cupiens, dico mihi ipſi; etiamſi famuli tui barbam tuam convellerent, & colaphos tibi infringerent, nihil eſſet ad Dominum tuum, qui majora perpeſſus eſt: certumque habeas, Delphina, me numquam ceſſare a commemorandis injuriis Salvatoris mei, donec animus meus plane ſit tranquillatus... Atque hunc fateor me a Domino habere peculiarem gratiam, ut eos, qui mihi injurioſi ſunt, vel æque, ut ante, vel plus etiam amem, & pro eis ſpecialiter orem; agnoſcamque & confitear, me majoribus & atrocioribus injuriis dignum eſſe*. Ex his verbis virgo Delphina fuit mirum in modum confirmata, & cœleſti ſuavitate referta, ſentiens generoſum ejus animum rerum cœleſtium deſiderio adeo incenſum, adeoque Deo conjunctum, ut nulla perturbatio vel commotio ei poſſet dominari.

Mira ejus in adverſis conſtantia

Ex perpetua paſſionis Chriſti memoria.

VI. Erat

VI. Erat tum Comitatus ille, & Baronatus magno ære alieno obſtrictus & preſſus.

Terras ſuas ære liberavit alieno.

Itaque inſtituit homines, qui certos quoſdam proventus & res ad ſe reciperent, atque inde paulatim, omne æs alienum diſſolverent. Audiens autem ille tam moleſta & dura onera, ita intra ſe dicere ſolebat: *Gratias tibi ago Domine Deus meus, quod uti a me in prima tua viſitatione omnem hujus mundi, & rerum labentium amorem abſtuliſti: ita nunc, te jubente & diſponente, eas terras & ditiones obtineo, quæ in tantum ſunt ære alieno afflictæ, ut etiam mundi amatores vix ullam poſſint ex eis delectationem capere.*

Pſ. 24. 10.

Miſericors erat, ſed & juſtus.

Quandoquidem vero clementia ſine juſtitia, præſertim in Principe, inanis & inepta eſſe videtur, beatus Elzearius, ut per univerſas Domini vias, quæ ſunt miſericordia & veritas, recto pede incederet; ſicut erat miſericors, ita etiam juſtitiæ zelator, quam miſericordia temperatam ſuis ſubditis miniſtrabat. Iis, qui publicis fungebantur officiis, præcipiebat, ut in judiciis & ſententiis ferendis a juſtitiæ norma minime deflecterent. Si qui ea in parte remiſſi, & incurioſi eſſent, eos acriter objurgabat; plerumque etiam ab hujuſmodi functionibus removebat, magis idoneos eis ſubſtituens. Maledicos & alios ſceleratos homines ſeveriter perſequebatur; & captos atque in vincula conjectos, pro ratione culpæ plectebat.

Morti addictos ſalubriter inſtruebat.

Morti adjudicatos ſalutaribus monitis inſtituebat; comiterque hortabatur, ut ſua peccata confiterentur, maximeque ut ad Chriſti paſſionem confugerent. Cum ſceleſtus quidam homo maledicus, ſententia curiæ ſuſpendio addictus eſſet: acceſſit ad carcerem, & diu multumque illum exhortans, atque ad veram pœnitentiam provocans, tam accurate ejus maleficia illi declaravit, ut ex animo ſe peccaſſe doleret, flenſque & gemens fateretur, ea ſe morte dignum, immo ignominia majori affici ſe debere; gratiaſque agens Deo, toleranter & hilariter mortem exciperet.

Debitoribus debita dimittebat.

Damnatis pecuniæ, interdum tertiam partem ſolebat remittere, quibuſdam dimidiam: pauperibus totum condonabat, ſed ſecreto & per alios, ne impunitas licentiam pareret, ſed ſemper in metu eſſent, atque a peccatis & maleficiis ſibi caverent. Eorum, qui morte plectendi erant, facultates pro more in fiſcum Principis importabantur. Verum ſi illi uxores haberent, ac liberos, clam aliena manu eas illis reſtituebat.

VII. Cum a Roberto Rege, cui imprimis carus erat, fratre ſancti Ludovici Epiſcopi, Neapoli equeſtri dignitate ornatus eſſet, ea nocte more ſuo in Eccleſia, ubi id fiebat, pervigil in preces incubuit, ingentique equitum auratorum, aliorumque nobilium multitudine, cum luminibus in Templum ingrediente, atque cum tubis, aliiſque diverſis inſtrumentis muſicis coram illo hilariter & jucunde tranſeunte;

Mundanam pompam non ſentit.

ille mundana gaudia cœleſtibus commutavit. Nihil enim quæ circa ipſum gerebantur, ſentiens, totus fuit ad cœleſtia ſublatus, & inter Angelorum, beatorumque ſpirituum agmina animo verſans, cum illis divina contemplabatur. Atque ita tota illa nocte terrena excedens, cum magna animi ſuavitate guſtavit cœleſtia & æterna, uti poſtea ſuæ Delphinæ ſecreto revelavit.

Caſtitatis voto ſe cum uxore Deo conſecrare decrevit.

Cœpit autem multo tam acrius, quam antea conſueviſſet, intus urgeri, ut cum felici ſponſa ſua Delphina ſacrum virginitatis votum Domino nuncuparet; quod quidem eiſdem ſæpe etiam alias Spiritus ſanctus inſpirarat. Miſit igitur per ſpecialem nuntium litteras ad illam in Galliam Narbonenſem, ſive Provinciam, ubi tunc morabatur, jubens ut quamprimum veniret ad ipſum cum Domina Garſenda Alphanti. Acceptis litteris illa ut vere humilis & obediens, relicta Garſenda propter malam

lam ejus valetudinem, navim ingreditur: cumque ad eum perveniſſet, comiter ab illo excipitur, auditque clam ſibi eum dicentem: *Ego te accivi, ut quod ſæpe tentavimus, Domino virginitatem noſtram conſecremus. Sed quia illi ſic viſum eſt, ut Domina Garſenda huic voto interſit, quod illa ſæpe nos ad id nuncupandum hortata eſt, & a teneris annis ſalutaribus monitis nos pie admodum & diligenter inſtruxit, optavitque coram adeſſe, noſque & videre & audire perpetuam continentiam pollicentes, nos proficiſcamur ad eam.* Atque ita diſcedendi copia a Roberto Rege difficillime impetrata, jubente eo ut intra biennium ad ipſum redirent, Italia relicta, ubi quinque annis manſerat, in Galliam Narbonenſem ſive Provinciam ſunt reverſi.

Redit in Galliā.

VIII. Multi autem eis venientibus obviam progreſſi ſunt nobiles & affines, hilariter eos accipientes: in quibus Roſtagnus a Sabrano equeſtris Ordinis, cum eum amplexatus eſſet, repente ejus animus eſt magna vi immutatus. Nam cum jam grandævus eſſet, & biennio ſua peccata confeſſus non eſſet, tanta ſenſit peccatorum ſarcina ſe premi, ut nec quieſcere, nec cibum capere, nec quidquam omnino facere poſſet, donec peccata ſua cum multa contritione & lacrymis multis, eſſet Sacerdoti confeſſus; atque ex illo tempore ad meliorem frugem ſe recepit. Felices autem conjuges illi, ad caſtrum Auſoiſii pervenientes, inveniunt Dominam Garſendam etiamnum decumbentem: cumque eam inviſerent, & adventus ſui cauſam indicarent, pia matrona impenſe exultans: *Gratias tibi*, inquit, *ago Domine Jeſu Chriſte, quod duplici me gaudio recreare voluiſti. Sicut enim multum optavi intereſſe huic voto: ita toto animo cupiebam diſſolvi, & tecum eſſe. Quod cum ferventer peterem, reſponſum eſt mihi a Domino, tantiſper me in corpore manſuram, donec videam hos ſacros conjuges virginitatis votum ipſi offerre.* Porro in eodem caſtro ſimul paſcha celebrarunt, & cum ſanctiſſima Chriſti matre & Maria Magdalena, Maria Jacobi, & Salome, ſanctiſque Apoſtolis Dominicæ Reſurrectionis gaudia contemplantes, feſtum illud admodum religioſe & pie coluerunt: atque inde uſque ad beatæ Mariæ Magdalenæ ferias in eodem caſtro divinis laudibus, & meditationibus vacarunt.

Ejus amplexu vir nobilis ad meliorem vitā mutatus.

IX. In ipſis autem ſanctæ Mariæ Magdalenæ feriis, in ſacello beatæ Catarinæ, Miſſæ ſacrum ſingulari pietate auſcultarunt, & ſacroſanctam Euchariſtiam perceperunt. Ubi cum Garſenda adeſſe non poſſet, ob adverſam valetudinem, peracto ſacrificio, eam accedunt; & ea præſente, atque etiam Alaſia ſorore Delphinæ, & Juordo equite, Garſendæ filio, aliis omnibus excluſis, hunc in modum vota fecerunt. Primo Comes Elzearius, flexis genibus, & junctis manibus ſuper Miſſali, ita dixit: *Domine Jeſu Chriſte, a quo bonum omne, & donum proficiſcitur, ego peccator fragilis & infirmus, ſine tuo ſpeciali dono non poſſum caſte & continenter vivere: ſed de tuo ſingulari adjutorio confidens, voveo & promitto tibi, & ſanctiſſimæ matri tuæ, atque omnibus Sanctis, toto tempore vitæ meæ me caſte victurum, & virginitatem ſervaturum, quam hucuſque tua benignitate in me cuſtodiviſti. Atque hujus promiſſionis exequendæ cauſa, paratus ſum quaſcumque afflictiones & pœnas, atque etiam mortem ipſam perpeti.* Deinde ſancta Virgo Delphina conſimili modo virginitatis votum, quod jam ante ſecreto fecerat, publice repetivit. Ad extremum etiam Ivordus idem votum nuncupavit. Iis peractis, Garſenda multum ſpiritu exhilarata: *Laus*, inquit, *& honor, & gloria ſit omnipotenti Deo, qui mihi videre præſtitit, quod tantopere optavi. Jam læta moriar, nec quidquam*

Pia formula votum caſtitatis, hactenus conſervatæ emiſit.

Similiter ejus conjux Delphina.

præterea cupio in hoc mundo: ſed ſuſcipe, Domine Jeſu, ancillam tuam, & ſancta voluntas tua in me, & de me fiat. Domine Jeſu Chriſte ſeminator caſti conſilii, ſuſcipe ſeminum fructus, quos in Delphina virgine ſeminaſti. Juſſit autem ſanctus Comes Elzearius, ne ipſius & ſacræ ſponſæ ſuæ votum cuiquam hominum aperirent. Non diu poſt ſancta Garſenda, plena operibus bonis migravit ad Dominum, ſicut optarat. Ad cujus obitum & ſepulturam beatus Elzearius cum Delphina virgine præſens fuit. Apparuit autem illis poſt mortem in habitu ſplendido, atque elegantiſſimo, multa gloria illuſtris, alteri dormienti, alteri vigilanti; eoſque de ſua beatitudine certiores reddidit, atque ſpirituali conſolatione affecit, quemadmodum expreſſius habet hiſtoria beatæ Delphinæ. Corpus ejus humatum eſt apud Aptam, in Eccleſia Fratrum Franciſcanorum, juxta tumulum beatorum Comitum Elzearii & Delphinæ, in ſancti Franciſci habitu, cujus Tertium Ordinem ſive regulam amplexa fuerat, ſicut etiam Elzearius & Delphina. Reliquam ſuſpendimus hic narrationem uſque ad annum MCCCXXV. quo rediit in Italiam.

Garſenda mortua illuſtri gloria illis apparuit.

Erat Tertii Ordinis S. Franciſci.

Ann. 1315. n. 14.

X. Diximus ſuperius, introductam in Monaſterium Clariſſarum de Longo-campo juxta Pariſios, Candidam ſeu Blancam tenellæ ætatis juvenculam, Philippo Pulchro & Joanna Regibus Galliarum progenitam, ut ibi probe educaretur, mox conſecranda cultui divino. Hoc autem anno emancipata eſt æterni Regis obſequiis, ita volente ſummo piæ devotionis ardore Joanna genitrice. Datæ ſunt a Pontifice plures ad Miniſtrum Provincialem Franciæ litteræ, ut circa rigorem religionis in plurimis indulgeret teneræ virgunculæ, & circa Ordinis ſtatuta, in quibuſdam cum ea diſpenſaret.

Blanca filia Regis Galliæ fit Clariſſa.

XI. Multi Prælati & Rectores Eccleſiarum, civitatum & diœceſum diverſarum, præſertim in Alemaniæ partibus, propter conſtitutionem Clementis V. qua Beguinas condemnavit in Concilio Viennenſi, Fratres & Sorores de pœnitentia Tertii Ordinis ſancti Franciſci plurimis affecerunt moleſtiis, dicentes eos etiam hac conſtitutione comprehendi, multiſque cogebant cenſuris ad dimittendum habitum, atque ſtatum a ſancto Franciſco præſcriptum, & Fratres Minores eorumdem cauſam ſuſcipientes, tamquam hæreticorum fautores & defenſores excommunicarunt; quare Pontifex datis litteris ad univerſos Eccleſiarum Prælatos: *Etſi Apoſtolicæ Sedis*, VII. Kal. Martii, declaravit, Clementem *Ad noſtrum*, de hæreticis, Tertii Ordinis ſancti Franciſci ſectatores minime comprehendere, neque ad illos ſe extendere, & propterea nullatenus debere moleſtari: idque amplius declaratum voluit contra Geraldum Epiſcopum Baſilienſem, & Richardum ejus Officialem, quorum ſententias contra utriuſque Ordinis profeſſores irritas & nullas eſſe decrevit, editis contra eoſdem Apoſtolicis litteris anno ſequenti, quas dabimus in regeſto. Confirmant hæc quæ diximus ſuperius circa intelligentiam extravagantis *Sancta Romana*, ab hoc ipſo Pontifice promulgatæ.

Declarat Pontifex nihil decretum eſſe contra Tertium Ordinẽ ſancti Franciſci.

XII. Sævum erat hoc tempore bellum inter Eduardum II. Angliæ, & Robertum Bruſæum Scotiæ, Reges, quibus pacificandis miſſi ſunt Cardinales duo, Gaucelinus Joannes de Oſſa, Joannis Pontificis ex fratre nepos, S. R. E. Vicecancellarius, tit. SS. Marcellini & Petri, & Lucas de Fliſco ſanctæ Mariæ in via lata Diaconus. Plurima incommoda paſſi, nec ad Roberti Regis conſpectum admiſſi, uſi ſunt opera fratris Adami, viri diſcreti, & docti, Guardiani Minorum de Bertwico, quem ſuum nuncium miſerunt, ut de bellorum induciis ageret, quas tamdem hoc

Fr. Adamus Nuncius pacis inter Angliæ & Scotiæ Reges.

hoc anno biennales Robertus victoria contra Eboracenſes ad fluvium de Suale parta, libenter admiſit. Totum rei proceſſum, Cardinalium & Nunciorum in pace ſuperinducenda labores, Roberti averſum animum ab ineunda cum Anglis concordia, habeo in graviſſimo & ampliſſimo monumento Apoſtolico incipiente: *Hoc mundi curſum habere*. Dato XIV. Kal. Decembr. Uſus eſt etiam Pontifex opera fratris Laurentii de Mondagno Minoritæ Inquiſitoris Apoſtolici, in Provincia Marchiæ Anconitanæ (cui alius etiam ſubſtitutus eſt Inquiſitor frater Jacobus de Fabriano) ut procederet ſimul cum Nicolao Epiſcopo Anconitano contra quoſdam hæreticos Recineten. & Auximanæ civitatum, quibus amplam per ſuas litteras, quas penes me habeo, conceſſit facultatem, ut cauſam contra eos urgeret, præſertim contra Fridericum de Monte-feretro in diverſis articulis hæreſum, & idolatriæ labe ſuſpectum. Præerat tunc Fratribus Minoribus frater Theodinus vir pius & doctus, Miniſter Provincialis Piceni, cujus in litteris Pontificiis occurrit memoria. Alias graviſſimas commiſſiones eidem dedit Laurentio annis ſequentibus, & aggravavit proceſſus contra Recinetenſes, Auximanos, & quoſdam Urbinates, poſſeſſiones & terras Eccleſiæ hoſtiliter, & ſæva tyrannide invadentes, contra quos viriliter prædictus egit Laurentius, & alii Inquiſitores Minoritæ in Provincia ſancti Franciſci.

Vide Walſingam in Eduar. II. an. 1319. & Leslaú lib. 7.

Inquiſitores in Marchia Anconitana Fr. Laurentius de Mondagno, & Fr. Jacobus de Fabriano.

Ann. 4. n. 116. & 117. & ann. 5. epiſt. 3. & 4.

XIII. Erat hoc tempore Archiepiſcopus Eccleſiæ Rigenſis, in Livonia Metropolitanæ, frater Fridericus Minorita, uti conſtat ex litteris Pontificiis: *Quia præſentis*, datis V. Non. Maii, quibus ei licentiam concedit teſtamentum condendi. Hoc anno præfecit Pontifex Eccleſiæ Rejenſi, ſive Regienſi ſub Archiepiſcopo Aquenſi in Gallia, vacanti per translationem Petri ad Metropolitanam Aquenſem, fratrem Roſſolinum: *Summi providentia*. Kal. Octobr. Hujus non meminit Claudius Roberti in recenſu Epiſcoporum Regienſium, neque in Catalogo Archiepiſcoporum Aquenſium Petrum hunc a Regienſi ad Aquenſem Eccleſiam translatum, connumerat, ſed pro eodem ſubſtituit Petrum Aureolum Minoritam Cardinalem. Attamen Petrus hic Aureolus, præterquam quod de Cardinalatu ejus dubitaverim, uti ſuperius inſinuavi, non niſi anno MCCCXXI. ex clauſtris Minoritarum aſſumptus eſt ad Archiepiſcopatum, uti tunc ex ipſis litteris Pontificiis, quibus declaratus eſt Pontifex, oſtendam. Petrus itaque iſte, per cujus translationem vacavit Eccleſia Regienſis, cognominabatur de Prato diœceſis Caturcenſis, qui anno MCCCXX. Feria VI. quatuor temporum Adventus, creatus eſt Cardinalis tituli ſanctæ Pudentianæ, cui ſucceſſit in Archiepiſcopatu Petrus Aureolus Verberia. Aſſumptus eſt etiam ad Eccleſiam Salernitanam Archiepiſcopalem in regno Neapolitano frater Bertrandus de Turre de Cambolico Vaſco Caturcenſis diœceſis, Miniſter Provinciæ Aquitaniæ, vir doctus & prudens, cujus opera uſum fuiſſe Pontificem in rebus arduis diximus ſuperius: *Romani Pontificis*. III. Non. Septemb. Vacabat Sedes per mortem Onufrii in urbe defuncti. Errat Gaſpar Muſca in catalogo Prælatorum Eccleſiæ Salernitanæ, dum hunc creatum a Joanne XXIII. affirmat. Anno ſequenti aſſumptus eſt ad purpuram, qua occaſione iterum de eo inſtituemus ſermonem.

Fridericus Archiepiſcop. Rigenſis.

Roſſolinus Epiſcopus Regienſis.

Ann. 1316. n. 6.

Ann. 1321.

Bertrandus de Turre Archiep. Salernitan.

Corrigitur Gaſpar Muſca.

XIV. Dedit hoc anno Pontifex licentiam nobili mulieri Margaritæ Comitiſſæ de Claromonte diœceſis Anglonen. obtentu nobilis viri Thomaſii de ſancto Severino Comitis Marſici, ſoceri ejuſdem, ut in caſtro Seneſii ejuſdem diœceſis, ubi ejus frater Hugo Comes Claromontis oc-

Conv. Seneſii.

ciſus fuit, Cœnobium Fratrum Minorum in fundo proprio ſuis ædifica-
ret expenſis: *Expoſita ſiquidem*. xiv. Kalend. Aprilis. An poſtea ædifi-
catum ſit, neſcio, non enim ejus mentionem invenio apud noſtros au-
ctores. Dedit etiam facultatem Miniſtro, & Fratribus Provinciæ ſan-
Conv. Nuceriæ. cti Franciſci, ut Cœnobium unum, quod olim habuerunt Nuceriæ in
Ducatu Spoletano, ubi ſanctus Franciſcus filium primogenitum cujuſ-
Conv. Citernæ. dam medici, jam mortum reſuſcitavit, & alterum in caſtro Citernæ, ubi
Tom. 1. an. 1215. n. 8. ſanctum Franciſcum numeroſas formicas ipſo verbo abegiſſe narravimus,
propter bellorum incommoda combuſta & derelicta, reficere liceret in
locis tutioribus: *Sacræ religionis*. v. Idus Julii. Domum Nucerinam,
quæ ſpectat ad cuſtodiam Eugubinam Patrum Conventualium, hoc ulti-
mo ſeculo reſtituit, opibus auxit, & ſuo honeſtavit ſepulcro Petrus An-
Rodul. fol. 253. & 254. tonius Camillus Magiſter Generalis Patrum Conventualium. Conven-
tus Citernæ, quod primitus erat oratorium ſub invocatione ſanctæ Ma-
riæ, attinet ad cuſtodiam Caſtellanam. Similiter conceſſa facultas Mi-
niſtro, & Fratribus Sclavoniæ, ut reciperent a nobili viro Beno Maladi-
no Conventum in diœceſi Scardonenſi, quem ejus mater Fratribus cœpit
Conven. Scardonen. ædificare: *Sacræ veſtræ religionis*, xii. Kal. Junii. Hujus Cœnobii memi-
nere Piſanus & Rodulphus in Provincia Dalmatina, & Cuſtodia Jade-
renſi Patrum Conventualium. Miniſtro etiam Generali data facultas ut
reciperet in regno Neapolitano locum conſtruendum ab Hilaria de Lau-
ria, relicta quondam Henrici, nati Comitis de ſancto Severino: *Summa
providentia*. Nonis Novemb.

XV. Incidit hoc anno memoria Conventus Aquiſgrani, ſive Batauo-
Convent. Aquiſgrani. duri, nobiliſſimæ in Brabantino Ducatu urbis, in commiſſione quadam
facta Guardiano, ut clerici percuſſorem abſolvat. Eccleſia ſancto Nico-
lao ſacra, olim collegiata, & conſtructa ab Henrico II. Boio Imperatore
Auguſto, & domicilium Fratrum, uti magna Chronica Belgica indicant,
inchoatum eſt circa annum MCCXXXIV. licet Gonzaga videatur recen-
Ad an. 1234. tiorem illius conſtituere originem, eamque tribuere nobili Palantiorum
Gonza. in Prov. Colonien. Con. 20 familiæ. Sed monumenta Provinciæ Colonienſis ad me tranſmiſſa, ſub
illo anno inchoatum inſinuant ex prædictis Annalibus Belgicis, & hiſto-
ria civitatis Aquenſis, atque nobilem virum Palantium, non niſi poſt
Petrus Bech. in hiſt. Aquen. translatum Conventum a Conventualibus ad Obſervantes ſub an. MDVI.
auctoritate Julii II. manum admoviſſe ad ædes reſarciendas, deſtinato in
hunc finem exili proventu. Multa ſervabantur in archivo hujus ædis
diplomata Pontificia & Imperatoria, & Innocentius IV. anno IV. ſui
Pontificatus ſuis litteris fideles exhortatus eſt, ut ſuis eleemoſynis fa-
bricam promoverent. Anno MCCCXXVII. in die beati Nicolai chorus &
ſummum altare conſecrata ſunt ab Hermanno Epiſcopo Homenſi, Ordinis
ſancti Benedicti, Suffraganeo Leodienſis, Altera die ſequenti altaria
quatuor in navi Eccleſiæ ab eodem conſecrata ſunt. Deinde anno ſe-
quenti in die ſancti Pauli primi Eremitæ conſecravit altare in Fratrum
valetudinario. Eodem anno MCCXXXIV. ſupranumerato veniſſe Fratres
Noveſium monuiſſe diximus prædicta monumenta Colonienſia, ex his
Conv. Noveſii. verbis inciſis cæruleo lapidi in latere ſeptentrionalis ambitus: *Anno
MCCXXXIV. Minores Fratres venerunt Noveſium*. De Monaſterio Nove-
Ann. 1304. n. 42. ſiano Clariſſarum egimus ſuperius.

Reg. Vat. epiſt. 1268. XVI. In regno Scotiæ, & oppido Raſchebure Glaſguen. diœceſis
Conv. Raſcheburen. Conventum extitiſſe hoc tempore Fratrum Minorum mihi probatur ex
commiſſione data Guardiano ejuſdem loci xv. Kal. Septembris hujus an-
ni,

ni, ut ceſſante interdicto, cui tunc regnum Scotiæ ſubjacebat, diſpenſaret cum Patritio de Dombare laico, & Agnete Rodulphi muliere diœceſis ſancti Andreæ, ut matrimonium contraherent, non obſtante quarto conſanguinitatis gradu, quo ſe invicem attingebant.

XVII. Hoc anno Joannes Princeps, Jacobi II. Aragonum Regis filius, Gerundæ, citerioris Hiſpaniæ urbis, Monaſterium Clariſſis inſtituit, evocatis ex Caſtilionenſi Cœnobio diſciplinæ regularis Magiſtris. Ad annum MCCCCLXXXVIII. regimen translatum eſt ad Fratres regularis Obſervantiæ ſub quibus opera ſororis Catarinæ Ardieræ, & aliarum ſex Sanctimonialium ex Monaſterio Gandienſi advectarum, mores & vitam reliquæ Sorores reformarunt, & redditibus longe eliminatis, pauperem & arctam vitam ſub prima regula ſanctæ Claræ amplexatæ ſunt. *Monaſt. Gerunden.* *Gonza. in Prov. Catal. Monaſt. 3.*

XVIII. Paulo ante hoc tempus originem habuit Monaſterium Clariſſarum Campi Regis Conſtantienſis diœceſis ab Eliſabetha Romanorum Regina; ſed dum morte præventa, non inſtruxit ſufficienti dote, Catarina ejuſdem & Alberti Imperatoris filia, neptis Rodulphi Imperatoris, & ſoror Friderici Auſtriaci in Regem Romanorum electi, quæ nupſit primum Henrico VII. deinde Carolo Duci Calabriæ Roberti Regis Siciliæ filio, ejus patrocinium ſuſcepit, obtinuitque a Joanne Pontifice, ut ei uniretur Eccleſia parochialis in Windeſch dictæ diœceſis, cujus jus patronatus pertinebat ad ipſum Monaſterium: *Apoſtolicæ Sedis*. VIII. Idus Julii. Impenſe diligebat hæc heroina Ordinem Minorum dum vixit, apud quos ad ædem ſancti Laurentii Neapolis tumulari curavit, dum in juventutis flore, nulla relicta ſobole, obiit anno MCCCXXIII. hoc appoſito epitaphio. *Monaſt. Campi-Regis.*

Hic jacet Catarina filia Regis Alberti, & Neptis Regis Rodulphi Romanorum Regis, ac ſoror Friderici in Regem Romanorum electi, Domini Auſtriæ, ac conſors ſpectabilis Caroli primogeniti Domini Principis, Domini Roberti, Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Regis Illuſtris, Ducis Calabriæ, ac Domini noſtri Vicarii Generalis, inſigni vita, & moribus exemplaris, quæ obiit Neapoli anno Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCXXIII. *die* XV. *menſis Januarii Indictione* VI. *regnorum prædicti Domini noſtri Regis, anno* XIV. *cujus anima requieſcat in pace. Amen.*

XIX. Ejus ſocrus Maria conſors Caroli II. Regis Siciliæ, genitrix Roberti Regis, & filia Stephani Regis Hungariæ, hoc tempore Clariſſis extruxit Neapoli Monaſterium inſigne a *ſancta Maria Donne Reginæ* nuncupatum, quod multis opibus locupletavit. Hoc anno obtinuit a Joanne Pontifice, ut imperaret Miniſtro Generali Ordinis Minorum, quatenus plures Fratres deputaret in obſequium Monialium, quibus quatuor, qnos antea conceſſerat, non ſufficiebant. Carolus Engenius in ſuo opere, quod *Neapolim ſacram*, appellavit, ex vetuſta ſcriptura probat, ad annum MCCLII. locum incoluiſſe Moniales Benedictinas, & conſequenter ab hac Regina Maria non factum, ſed refectum fuiſſe. At Antonius Summontius ab ea ædificatum ait, & Pontifex in duabus bullis, quas in regeſto exhibebo ſub hoc anno: *Opus* vocat *manuum prædictæ Reginæ*. Obiit autem ipſo anno, quo ſupradicta Catarina nurus ejus, & in hoc ſuo Monaſterio ſepulta eſt in tumulo marmoreo, hac inciſa epigraphe. *Monaſt. S. Mariæ Donnæ Reginæ.* *Engen. pag. 169.* *Summont. lib. 3. in Rob. Reg.*

Hic

Hic requieſcit ſanctæ memoriæ excellentiſſima Domina, Domina Maria, Dei gratia Hieruſalem, Siciliæ, Ungariæque Regina, magnifici Principis quondam Stephani Dei gratia Regis Ungariæ filia, ac relicta claræ memoriæ inclyti Principis Domini Caroli II. & mater Sereniſſimi Principis, & Domini, Domini Roberti, eadem gratia Dei, dictorum regnorum Hieruſalem, Siciliæ Regum Illuſtrium, quæ obiit anno Domini MCCCXXIII. *Indictione* VI. *die* XV. *menſis Martii, cujus anima requieſcat in pace. Amen.*

Tom. 5. an. 1282. n. 15. Monaſt. Iſerniæ.

XX. Diximus alias, initium accepiſſe Monaſterium Clariſſarum urbis Iſerniæ apud Samnites, circa annum MCCLXXXII. Hoc autem tempore incidimus in ejus fundatorem, virum nobilem Alferium de Iſernia militem, qui hoc anno obtinuit, ut ſubjiceretur regimini Miniſtri, & Fratrum Provinciæ ſancti Angeli, & eximeretur a juriſdictione & poteſtate Ordinarii: *Piis deſideriis*, VI. Kalend. Septembris. Ex alia bulla qua conceduntur huic loco Indulgentiæ colligitur, adhuc hoc anno non fuiſſe introductas illuc Moniales, nec opus ipſum conſummatum, licet ab aliquoto tempore inchoatum, de qua inchoatione, & prima dotatione, lente procedente fabrica, intelligenda veniunt, quæ diximus ſuperius.

Privilegia indulta Clariſſis.

XXI. Privilegiis etiam multis affecit Pontifex hoc anno aliquot Monaſteria Clariſſarum. Villæ Comitenſi poſſeſſiones, redditus, auctoritatem ſuccedendi in bonis conſanguineorum, & liberam conceſſit ſepulturam: *Apoſtolicæ Sedis*, & *Ex virtutum* III. Kal. Martii. Confirmat varias poſſeſſiones & terras relictas ſeu datas a Gaſtone Vicecomite Bearnii & Martha uxore, Monaſterio Montis Martiani Aduren. diœceſis: *Movet animum*, II. Non. Februarii. Confirmatum voluit quidquid Sancia Regina Siciliæ legabat ex teſtamento, aut alio quoquo modo dabat Monaſterio Corporis Chriſti Neapolitano a ſe conſtructo, donec aſcenderet ad ſummam unciarum auri mille annuorum redituum, fuiſque inſeruit litteris diplomata Regis Roberti, quibus facultates amplas prædictæ Reginæ conceſſit ex ſua dote, aliiſque opibus vim magnam auri huic Monaſterio applicandi: *Quæ in Religionis favorem*. Idib. Novembr.

Privilegia concesſa Minoribus.

XXII. Affligebantur hoc tempore in diverſis mundi partibus Minores variis gravaminibus, violentiis & injuriis. Dedit itaque Pontifex ubique ferme conſervatores, qui indemnes facerent, & inſontes tuerentur: *Dilectos filios*. VI. Kal. Maii. Controverſiam inter Prædicatores & Minores ex una parte, & Epiſcopum, Decanum & capitulum Portugallenſe ex altera, circa liberas ſepulturas Pontifex in Fratrum favorem decidit: *Nuper ex parte veſtra*. Idibus Decembr. Etiam ab ipſo ortu Religionis, & inchoata illic domo, duros ſenſit Religio contradictores in illius urbis clero, uti alias admonuimus. Archiepiſcopo Januenſi fratri Porcheto Spinola, licet Minorita, non adeo per omnia propitio ſui Inſtituti viris, & aliquos ex eiſdem ad confeſſiones audiendas, licet minus idoneos admittente, alios licet doctos, & alias approbatos ab eiſdem audiendis haud æqua lance repellente, conceſſit Pontifex Miniſtro & Cuſtodi, ut quos idoneos judicarent ad hoc opus, Archiepiſcopi minime requiſita licentia, promoverent: *Ad noſtrum nuper*. XV. Kalend. Octobris.

Tom. 4. an. 1268. n. 13.

SUP-

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. NEque adhuc hoc anno Flandris, diſſentientibus in conditioni-
„ bus Rege Franco & Comite Flandro, illuceſcit optata pax
„ etiamnum maturanda tempore & conſilio, quorum eſt ad eam planas
„ exhibere vias: quamobrem ſummus Pontifex ſuis Nunciis, quos pro
„ pace deſtinaverat ad partes, Stephano & Guillelmo Minoritis ſcripſit
„ de eodem negotio: *Cum dilectos &c.* Kalend. Aprilis, ac etiam Flan-
„ driæ Comiti, Conſiliariis pariter Villæ de Gandavo, necnon aliis, ſub
„ iiſdem tenore & data: *Ne linquæ tertiæ &c.* Executoriales quoque ex-
„ pedivit nonnullas, Guardiano de Piperno: *Sedis Apoſtolicæ &c.* vi.
„ nonas Martii: Guardiano Lucenſi eodem tempore tres: *Intelleximus*
„ *nuper &c.* ſecundam: *Ad noſtri Apoſtol. &c. Fide digna nuper &c.* viii.
„ Kal. Junii: & Guardiano Raguſino: *Quæ ſacrorum &c.* xiv. Kal. Se-
„ ptembris: ſed fratri Laurentio pro Inquiſitoribus Recinetenſi & Au-
„ ximano binas ejuſdem tenoris & datæ ſcripſit epiſtolas: *Cæleſtis agrico-*
„ *le &c.* v. Kal. Septembris. Circa etiam libros Judæorum comburen-
„ dos deliberans Prædicatores & Minoritas in ſuo diplomate: *Dudum*
„ *fœlicis &c.* Kal. Septembris: & pro injuriis illatis Epiſcopo Oſornienſi
„ Minoritæ bullam edidit: *Licet credamus &c.* ii. Idus Auguſti: alia
„ commendavit quemdam ex noſtris Epiſcopum Regenſem: *Sicut pote-*
„ *ſtas &c.* Kal. Octobris: Ceterum Sorori Blanchæ, ut ſecum mulieres
„ ſeculares haberet indulſit: *Ut erga Sedem &c.* Idibus Januarii: plu-
„ reſque alias gratias conceſſit; At Hedelbigiæ Monaſteriorum ingreſ-
„ ſum: *Devotionis tuæ &c.* nonis Martii: & Matildim recipi in Monaſte-
„ rio Sebelligenſi juſſit: *Cum ſicut &c.* xv. Kalend. Julii.

Literæ Pontif. pro pace Fland.

Ex Oder. nu.13. ann.5.

„ II. Frater Guido de Levis, unus eorum magnæ & ſolemnis aucto-
„ ritatis & zeli, per quos poſſet informari de rebus Religionis Cle-
„ mens V. ad ſe vocaverat, hoc anno xvii. Kalend. Octobris, haud ſine
„ ſanctitatis nota, obiit: & hoc eodem anno Illuſtriſſimus Eccleſiæ Prin-
„ ceps Ludovicus de Avargour Epiſcopus Sembriocenſis ſupremum diem
„ clauſit, & apud Fratres Conventus Guingampenſis, ex devotione,
„ qua ferebatur in ſanctum Patrem Franciſcum ejuſdemque Ordinem, ſe-
„ peliri mandavit.

ARGUMENTUM.

Florent viri docti. Moritur beata Helias de Pulcis Florentina. Ejus conterranea conſtantia de Donatis virtute micat & ſanctitate. Aſſumitur ad Cardinalatum frater Bertrandus de Turre, & plures ad infulas Pontificias. Multiplicantur Fratrum & Sororum domicilia.

I. FLoruit hoc anno in ſchola Pariſienſi Joannes Canonicus vel Canon, qui & Marbres a quibuſdam cognominatus eſt, Scoti diſcipulus & æmulator. In Academia Oxonienſi Doctoratus Lauream aſſecutus, ibidem ſacram Theologiam publice eſt profeſſus. In omni ſcientiarum genere excelluit, nam Philoſophiæ ſacræ & profanæ, utriuſque juris, & aliarum facultatum erat peritiſſimus. Plura ſcripſit in Ariſtotelem & Magiſtrum ſententiarum, quæ Oxonii in Collegio Balliolenſi, & Can-

Floret Joan. Canonicus.

Piſſeus de Script. Angliæ ad ann.1320.

Cantabrigiæ in Collegio ſancti Petri aſſervantur MSS. Eodem etiam tempore docuit Oxonii Nicolaus Occamus, decimus octavus ibidem inter Minoritas profeſſor. Ejus virtutem & eruditionem inter alios maximopere deprædicant Thomas Eccleſtonus, Joannes Lelandus, & Henricus Willotus. Tertius tunc floruit in Anglia Adamus Goddamus ſacræ Theologiæ Doctor & profeſſor Oxonienſis. Maximam vitæ partem Londini, Norvici, & Oxonii tranſegit. Vir fuit inculpatæ vitæ, magnæ gravitatis, acuti ingenii, profundi judicii, & in Theologia tanti fiebat, ut paſſim ejus auctoritatem pro ſuis ſtabiliendis ſententiis alii Doctores obtenderint, & ſcholam ejus infinita propemodum hominum multitudo frequentarit. Multa ſcripſit erudite, quorum aliqua, præſertim commentaria in Magiſtrum ſententiarum, cuſa circumferuntur, alia aſſervari in bibliotheca Patrum ſocietatis Jeſu Lovanii ſcribit Henricus Willottus in ſuis Athenis. Floruit etiam Fulginei in Umbria frater Simon Philippi ſacræ Theologiæ celebris Magiſter, & per Vallem Spoletanam Inquiſitor.

Nicolaus Occhamus. — *Addamus Goddamus.* — *Simon Philippi in Valle Spoletana Inquiſitor.*

II. Obiit hoc anno beata Helias de Pulcis Florentina, genere nobilis, ſed virtute nobilior, quæ ſe Deo conſecravit in Monaſterio Monticelli ſeu de Monticulo, de quo nos egimus alias. In oratione & contemplatione aſſidua, multos modos adinvenit pœnitentiæ, & plurima floruit virtute. Prophetico afflata ſpiritu dum in ultima infirmitate decumberet, futurum ſtatum prædixit ſui Monaſterii. Etenim paulo antequam animam ageret, gravem ſincopen paſſa, ita ut jam emiſiſſe ſpiritum videretur, & in ſe reverſa omnium Sororum quæ lectum circumdabant, natu minimam ita affata eſt: *Magno cordis dolore, tibi, uti poſt alias natæ, ita probabilius poſt eaſdem moriture, & omnibus ſuperviĉturæ, atque iſta, quæ prædico viſuræ, prænuncio quæ ventura ſunt in iſto Monaſterio. Sacrum hoc noſtrum domicilium plurimis Sororibus virtute, ſanctitate, generis ſplendore præclaris undique illuſtre, dæmonis inſidiis, & Superiorum ignavia ad miſerum ſtatum perveniet. Tanta erit relaxatio diſciplinæ, ut ad impudicos mores & turpem vitam abſque timore, aut verecundia Sorores prorumpent. Attamen Dominus non continebit in ira ſua miſericordias ſuas, ſed faciet ut aliunde veniant virtutis & ſanctitatis Magiſtræ, quæ locum ſanctum a ſanctis extructum, in priſtinam dignitatem & decorem reſtituent, ſed & Dei gratia quæcumque facient, proſperabuntur, atque in multas ætates conſervabuntur. Quibus dictis dulciter in Domino obdormivit.* Vere prophetizaſſe tempus probavit, extinctis etenim quæ tunc ſupererant ſociis & diſcipulis ejus, Deum timentibus, regulariſque vitæ ſectatricibus, reliquæ habenas laxarunt, a ſancto Inſtituto longe receſſerunt, & factæ ſunt hominibus in ſcandalum.

Obiit B. Helias de Pulcis. Tom. 4. an. 1261. n. 8. Marian. lib. 4. c. 5. vita MSS. Prædicit ſtatum ſui Monaſterii.

III. Creſcente quotidie iniquitate, ab anno MCCCC. quo liberius mores cœperant corrumpi, tamdem Eugenius IV. dum Florentiæ cum curia reſideret, & mala multa de illis audiret referri, commiſſa cura Jordano Cardinali Urſino Ordinis protectori, & Guillelmo de Caſali Generali Miniſtro Ordinis Minorum, regularem vitam reſtituit, ejectis & per alia Monaſteria diſperſis falſis iſtis Clariſſis, & introductis in earumdem locum perfectiſſimis ſanctæ Claræ diſcipulis. Evocatæ ſunt quatuor ex Monaſterio Bononienſi ſancto Ludovico ſacro Agnes, Magdalena, Clara, & Margarita, conſtituto eis confeſſario viro pio & venerabili fratre Leonardo Lucenſi, qui Monaſterium illud annis quadraginta ſanctiſſime rexit, ibique virtute & pietate inſignis vitam finivit anno ætatis LXXXII.

Ut relaxatum Monaſterium Monticelli. — *Ut etiam reformatum.*

LXXXII. Agnes ceteris præfecta ita prudenter egit, ut brevi tempore major fuerit gloria domus iſtius, quam prioris, & undique advolarint Virgines nobiliſſimæ, quas illa ſanctiſſimis moribus inſtruxit. Abſoluto triennio, miſſa eſt cum ſorore Margarita, ut Monaſterium reformaret Piſtorienſe; ſoror Clara reverſa eſt Bononiam, & Magdalena inſtituta eſt Abbatiſſa. Fœmina fuit ſingularis ſapientiæ, vitæ probatiſſimæ, humilitatis admirandæ, prudentiæ tantæ, quanta in homine poteſt eſſe exercitatiſſimo. Coadjutrices habuit duas egregias virgines Catarinam de Albertis, & Margaritam de Cavalcantibus, olim profeſſas ſanctæ Claræ Inſtitutum in Monaſterio Montis-Domini prope Florentiam. Ibi jampridem ambulare cœperant in viis Domini, & in caritate non ficta, ſed ardentius hic Chriſti veſtigia ſunt ſecutæ. Genus, ætas, rerum agendarum ſcientia utrique ferme fuerunt æqualia, ſola fuerunt exercitia inæqualia. Catarina nempe Marthæ, Margarita Mariæ vitam diligentiſſime eſt æmulata, & utraque eodem ferme tempore ſancto fine quievit.

IV. Floruit ſub eodem tempore in prædicto Monaſterio beata Conſtantia Florentina ex illuſtri Donatorum progenie domini Simonis de Donatis equitis filia, Picharda in baptiſmate nuncupata, quæ cum egregia eſſet forma, & nobili deſponſaretur adoleſcenti, confugit ad prædictum Cœnobium. Id ægre ferentes Pater, & Curſus Frater omni arte & dolo tentaverunt, virginem a ſancto propoſito revocare. Irritum tamen illorum reddidit conatum ſtabilis adoleſcentulæ animus, unde ob firmam puræ mentis conſtantiam, Conſtantiæ nomine inter Sanctimoniales audivit. Curſus Frater ira percitus & impio actus furore, aſſumptis ſecum Farinata Sicario famoſo, & duodecim perditiſſimis ſycophantis, admotis ſcalis, ſepta Monaſterii ingreſſus eſt, ſed ſororem minime potuit invenire. Secundo regreſſus in nocte ſancti Melchiadis, tot turbas excitavit in Monaſterio, minis, clamoribus, & verberibus tantum incuſſit Sanctimonialibus timorem, ut Conſtantiam tradere oportuerit. Per vim raptam, & per muros fune dimiſſam in domum paternam reduxerunt, diſciſſiſque religioſis veſtibus, ad nuptias violenter adegerunt. Dum vero duceretur in thalamum, vehementi affectu virginitatem ſuam ad Chriſti crucifixi imaginem genuflexa commendavit: *Conſolator*, inquit, *optime, puriſſime ſponſe, dulcis hoſpes animæ, in hac afflictione agonem meum tibi commendo. Te toto corde ſemper amavi, te tota mente dilexi, tibi virginitatem meam illibatam conſecravi, a te conſervandam iri ſperavi, pro cujus amore terrenum ſponſum & carnis delicias contempſi, & ad ſacrum aſylum confugi. Ne patiaris ut quod tibi dicavi, perdam invita; reſpice dulciſſime ſponſe, afflictionem ancillæ tuæ, defende me ob hujus ſacri theſauri prædonibus, qui inſidiantur innocentiæ meæ, fac ut poſſim carnis ſpurcitias immaculato calle tranſire. Quod ſi forma nocet, tolle, atque ut virginitas illibata ſervetur, corpus proſterne infirmitatibus; cupio ut fœteat, ſordeat, vermibus ſcaturiat, ne virginitatis lilium marceſcat.* Res mira! ut orationem abſolvit, ignita febri correpta, toto emarcuit corpore, & undique germinare cœperunt vermiculi. Ita decubuit per dies octo, & reaſſumpto habitu ſanctæ Claræ, patienter toleratis doloribus, non ſine ſanctitatis indiciis, dulciter obdormivit. Admiranda hæc, & repentina infirmitas, & ſanctiſſimus Virginis obitus, populum Florentinum & parentes vehementer commovit, induxitque Curſum Fratrem, ut ſcelus ſuum agnoſceret, & humiliter confiteretur. In Ipſa Eccleſia Monticelli, veſtibus exutis, ſolo opertus induſio, cingulo ad collum ligato, ex al-

B. Conſtantia Florentina. *Marian. cit. Rodulph. fol. 138. Marc. par. 2. lib. 1. c. 54.* Deſponſata nobili adoleſcenti fugit in Monaſterium.

Violenter inde extrahitur.

Ad nuptias coacta, virginitatem Deo cõmendat.

Deturpatur miriſice ejus corpus.

alto loco culpam faſſus, dati ſcandali veniam exoravit. Porro alii duodecim, qui ſocii fuerunt criminis, & clauſuram Monaſterii violarunt, ſimul cum ſicario Farinata, mala morte perierunt. Dantes celeberrimus poeta Florentinus hujus præclariſſimæ Virginis nomen celebrat cantu 2. de purgatorio c. 24. & largius cantu 3. de paradiſo c. 3. ubi tamen videtur perperam opinari eam in nuptias, poſtquam extracta fuit ex Monaſterio, conſenſiſſe. Primo loco ita fingit, fratrem ejus in purgatorio interrogatum, quid actum eſſet de ſua ſorore Picarda?

Dantes.

Ma dimmi ſe tu ſai dove e Picarda, dimmi ſe io veggio da notar perſona tra queſta gente che ſi mi riguarda.

Et Fratrem ita reſpondiſſe.

La mia ſorella che tra bella & buona non ſo qual fuſſi piu, trionfa lieta nell' alto olimpo gia di ſua corona.

Fr. Bertrandus Cardinalis.

V. Fecit hoc anno feria ſexta quatuor temporum Adventus Joannes Pontifex ordinationem, in qua creavit Cardinales presbyteros ſex, Diaconum unum, atque inter hos fratrem Bertrandum de Turre, quem anno ſuperiori diximus, ex Miniſtro Provinciæ Aquitaniæ creatum Archiepiſcopum Salernitanum. Titulum accepiſſe ſanctæ Crucis in Hieruſalem ſcribit Marianus: *Sanctorum vero Silveſtri & Martini in Montibus tit.* equitii Claconus, poſtea Epiſcopus Tuſculanus. Vir fuit in ſacris Scripturis exercitatiſſimus, in dicendo ornatiſsimus, & in rebus agendis peritus. Præpoſituram accepit paulo poſtquam factus eſt Cardinalis Monaſterii ſancti Angeli de Formis, prope Capuam, Ordinis ſancti Benedicti, per obitum Guillelmi, ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconi Cardinalis. Et aliam Monaſterii ſancti Benedicti etiam Capuani, per obitum Bertrandi de Ripaveria. Eaceſsit Avenione circa annum MCCCXXIV. vel uti ſcribit Gaſpar Muſca, anno MCCCXXVI. ſepultus ad Minores. Hoc ipſo anno, quo creatus Bertrandus, obiiſſe in eadem civitate alium Cardinalem Minoritam fratrem Vitalem de Furno, Epiſcopum Albanum, ſepultum etiam ad ſuos Conſodales ſcribit Ciaconus; ſed erraſſe probant noſtri hiſtorici, qui anno MCCCXXIII. ajunt cauſam Minorum in controverſia de paupertate Chriſti defendiſſe, ut tunc narrabimus. Anno vero proxime ſequenti ibidem deceſſit frater Nicolaus Pratenſis, qui ex errore Typographi in prima impreſſione apud Ciaconum, dum recenſet Cardinales ſub Joanne XXII. mortuos, adſcribitur Ordini Minorum.

Ann. 1319.
Marian. cit.
Ciacon. in Joan. XXII.
Reg. Vat. ep. 558. n. 5.
Ibid. ep. 172. ann. 6.
Muſca de Arch. Salern.
Ann. 1323. n. 3.

Sepelitur in habitu Franciſcano Huguccio Fagiolanus.
Marian. cit.
Chron. antiqua.

VI. Vita functus eſt hoc anno Huguccio Fagiolanus ex nomine, & rebus fortiter bello geſtis Vir celeberrimus, Piſanæ & Lucenſis ditionum Comes, Dominus multorum caſtrorum, poſt multa prælia, in quibus vario Marte pugnavit; tamdem ſenio confectus & ultima preſſus infirmitate, habitum petiit humiliter ſancti Franciſci, quo indutus poſt aliquot dies deceſſit, in eoque ſepultus eſt ad Minores Veronæ. Similiter cum eodem habitu obiit ejus filius Nerius de Fagiola Comes Flaminiæ, ſepultus in Monaſterio Minorum Burgi ſancti Sepulcri. Eamdem etiam petiit ſibi dari veſtem Dominus Joannes de Vico Romanæ Urbis præfectus, & in eadem fuit ſepultus. Ex quibus colligitur, quantumvis alibi contra Minores turbæ tunc excitarentur, attamen in Italia magnam fuiſſe illorum inter Dynaſtas exiſtimationem.

Item Nerius de Fagiola.

Joannes de Vico Urbis præfectus.

Fr. Joannes Epiſcopus Tyburtinus.
Anno 1318. n. 31.
Frater Hieronymus Caphen.

VII. Aliquot promovit Joannes Pontifex hoc anno Minoritas ad infulas Pontificias, fratrem Joannem ad Tyburtinam, vacantem per obitum fratris Jacobi etiam Minoritæ, uti diximus ſuperius: *Oneroſa paſtoralis.* III. Nonas Maii. Fratrem Hieronymum unum ex Epiſcopis crea-

creatis in Tartaria a Clemente V. ſub Archiepiſcopo Cambalienſi ad Eccleſiam urbis Caphæ ad pontum Euximium, Genuenſium coloniam, a ſe in Cathedralem erectam, & ampliſſima Diœceſi decoratam, cujus limites vaſtiſſimos in bulla deſcribit: *Ad univerſalis Eccleſiæ*. IV. Kal. Martii. Fratrem Raymundum ſuum Pœnitentiarium ad Ventimilienſem in Liguria vacantem per obitum Ottonis: *Inter cetera*. VI. Kal. Decembris. Matthæum de Capua Roberto & Sanciæ Siciliæ Regibus familiarem, ad Surrentinam Archiepiſcopalem in regno Neapolitano, vacantem per obitum Richardi: *Militanti Eccleſiæ*. V. Non. Octobris. Eccleſia Neocaſtrenſi per obitum Nicolai vacante, tres fuerunt in diſcordia electi, inter hos frater Petrus de Scalea Minorita, licet a paucioribus electus, dum tamen reliqui cauſam proſequerentur in Curia, conſecratus fuit ab Archiepiſcopo Regino Metropolitano, & Epiſcopatu donatus. Qua autem ratione id factum, voluit ſcire Pontifex, ſcriptis litteris ad Guillelmum de Balacto Archidiaconum Forojulienſem, civitatis Beneventanæ in Regno Neapolitano Rectorem, ex quibus univerſa deſumi poteſt electionis & contentionis hiſtoria. Amoto etiam propter graviores culpas Iſnardo Patriarcha Antiocheno ab adminiſtratione Eccleſiæ Ticinenſis, & latis in eum rigoroſis ſententiis privationis a Patriarchali, Pontificali, & Sacerdotali officio, ſine ſpe reſtitutionis, expoſita etiam ejus perſona, ut ab omnibus capi liceret, inſtitutus eſt a Bertrando de Petro tituli ſancti Marcelli presbytero Cardinale, Apoſtolicæ Sedis Legato, prædictæ Eccleſiæ adminiſtrator in ſpiritualibus frater Joannes Beccaria Minorita, vir doctus & nobilis, Pontificiæ partis tunc in Lombardia fidelis ſectator; quem confirmatum voluit Pontifex: *Dudum in Iſnardum*, XVI. Kalend. Decembris. Cœpit hic Iſnardum, & ad Pontificem miſit, uti ex binis ejus litteris habetur, in quibus refert Joannes pœnas ab ipſo contra eum ſtatutas. Nihil horum meminit Antonius Maria Spelta in ſua Hiſtoria Ticinenſi, & Epiſcopum recenſet Iſnardum quinquageſimum nonum illius Eccleſiæ, qui adminiſtrationem dumtaxat ejuſdem ſuſcepit, ut ex litteris patet Pontificiis. „ Familiarem habuit „ & domeſticum Joannes Pontifex fratrem Bartholomæum, alias Bar- „ tholum Florentinum, e notiſſima Bardorum familia, Petri Gualterot- „ ti, & Petræ Lenæ de Villanis filium, quem poſt biennium ad Eccle- „ ſiam Spoletanam evexit. Diu in hoc Epiſcopatu vixit, Interamnen- „ ſemque per aliquot annos adminiſtravit; ejuſque perennis Interamni „ viget memoria, perenni aquarum fonte, quas ex ejus cognomine *Bar-* „ *deſcas* vocant; quippe ab eo multis impenſis ſinuoſo, & difficili ductu, „ eam in urbem corrivatas. Verſabatur in patria anno MCCCXXX. in- „ terfuitque translationi ſancti Zenobii. Multis præclaris geſtis, editiſ- „ que variis conſtitutionibus Synodalibus, magna relicta fama virtutis, „ dignum ſe monſtravit illius Eccleſiæ Pontificem.

Raymundus Ventimilien.

Matthæus Archiepiſcopus Surrentinus.

Petrus Neocaſtren.

Ex Reg. Vat. an. 5. ep. 1546.

Joannes Beccaria adminiſtrator Eccleſiæ Ticinen.

Ep. 87. & 88. Spelta in hiſtoria Papien. Epiſ. 59.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Fr. Bart. Epiſc. Spoletan.

Et Interamnenſis

VIII. Pluribus in locis extructi ſunt hoc tempore pro Minoribus Conventus. In provincia Calabriæ, in Civitate ſancti Marci, cives ex communi ærario extractis expenſis, Domicilium ſancto Franciſco ſacrunt extruxerunt vel hoc anno, vel circiter, in quo loco ſanctus Franciſcus de Paula Deo oblatus ſub habitu Minorum annum unum tranſegit. Anno MDXVII. tranſiit hic locus a Patribus Conventualibus ad Obſervantes, ibique in veneratione habetur corpus beati Franciſci a ſancto Marco, in ſacra theca reconditum, & quam diligentiſſime cuſtoditum. Sub hoc etiam tempore ædificatus in editiori, aſperiorique parte montis Lievanii, Pa-

Con. in prov. Calab. con. 1.

Conv. S. Marci.

Mentaya in Chronic. Minimorum lib. 1. cap. 2.

Conv. Lievonii Corporis Christi. *Idem in prov. Concep. Con. 12.*

Palentinæ diœceſis in Hiſpania, locus alter ſub titulo Corporis Chriſti, a quodam Sarraceno, qui abjurato Mahometiſmo, Romam venit, ubi ſacris aquis intinctus, & in fide inſtructus, incidit in Alvarum Pelagium Minoritam Joannis XXII. Pœnitentiarium, qui ei perſuaſit, ut in illum locum ſecederet. Ibi ſuſcepit ipſe habitum, & nomine aſſumpto Joannis a Rupe, vulgo *de la Pegna*, reliquam vitam in vicino quodam ſpecu ſanctiſſime tranſegit. Oneroſus eſt incolatus hujus loci, dum procul diſtat ab oppidis, & in hyeme omnia frequenti operiuntur nive: quare coguntur Fratres in æſtate ſibi, ad formicarum exemplum providere, & domi reponere, quæ debeant in hyeme manducare. Conventus caſtri

Conv. Verruculi. *Rod. fol. 169.*

Verruculi Ariminen. diœceſis conſtructus hoc anno a Dominis de Malateſtis, qui inde originem traxiſſe dicuntur, uti refert Joannes Pontifex in ſua bulla, qua Miniſtro provinciæ Bononien. licentiam tribuit eumdem locum recipiendi: *Habet in nobis*. xv. Kal. Aprilis. „ In urbe

Additio Patris Lucæ Waddingi

„ Cameneciæ, ad ultimos Podoliæ, & Valacchiæ fines, alta, & muni-
„ tiſſima in rupe conſtructa, & fluvio Smotricz circumcincta, ante hunc
„ annum Cœnobium Minorum ſub invocatione beatæ Mariæ Virginis,
„ extitiſſe mihi conſtat, ex diplomate quinque Epiſcoporum, qui pro
„ illius temporis more indulgentias concesſerunt Eccleſiam ſtatutis
„ feſtivitatibus inviſentibus. Litteras ipſas auctor libelli de Archiepi-

Archiepiſc. Halic. c. 4.

„ ſcopis Halicienſibus rranſcripſit. Spectat ad Cuſtodiam Leopolien-
„ ſem, provinciæ Poloniæ Patrum Conventualium.

Conv. Heidelbergen.

IX. Conceſſit hoc anno Joannes Pontifex facultatem Fratribus commorantibus ad Heidelbergam, Palatinatus Rheni, urbem florentiſſimam, juxta Neccarum poſitam (ita vocat Pontifex) Comitum Palatinorum olim aulam, & Sedem, ut Monaſterium ſuum extra muros oppidi conſtituium, & bis propter bella ibidem ingruentia deſtructum, atque eo tempore periculo expoſitum imminenti, propter diſſenſionem duorum Ducum, videlicet Ludovici Bavari, ac Friderici Auſtriaci in diſcordia electorum ad Regnum Romanorum, intra mœnia transferrent, & primam Sedem (ante annum MCCXLVIII. ibidem poſitam, uti litteræ Rodulphi Palatini, & Ducis Bavariæ eodem anno datæ, & Huberrus Tho-

Hub. de orig. Palatinorum.

mas Leodius teſtantur) ne obſidentibus oppidum eſſet in tutelam funditus deſtruerent. Dedit Pontifex ſuas litteras ad Syfridum Epiſcopum Curienſem, ut ſuo nomine liberam pro hac translatione concederet facultatem: *Ex parte dilectorum*. xv. Kal. Maii. Ille præmiſſo totius rei examine, licentiam tribuit anno inſequenti pridie Idus Maii, quod illi, diruto primo loco, Idibus Septembris, inchoarunt intra mœnia ſecundum, ita procurantibus præ ceteris fratre Waltero Guardiano, & fratre Rodulpho Lectore Moguntinenſi, & aream ſeu fundum donante Mechthilde de Naſſve Duciſſa Bavariæ, Ruperti Senioris Comitis Palatini, & Ducis Bavariæ genitrice. Humili domicilio ibi habitarunt Fratres, donec Eliſabetha Namurcenſis conjux prædicti Ruperti manum ad opus admovit anno MCCCLXXVI. & Cœnobium abſolvit. Eccleſiam viſitantibus in feſtivitatibus Chriſti Domini, beatæ Mariæ Virginis, ſanctorum Apoſtolorum, quatuor Eccleſiæ Doctorum, & patronorum ejuſdem Templi indulgentias largitus eſt Pileus Concordienſis Cardinalis ſanctæ Praxedis in Germania Legatus, dato diplomate Heidelbergæ anno MCCCLXXIX. ſimiles indulgentias ante conceſſerat anno MCCLXXXIV. Simon Epiſcopus Wormatienſis (in cujus diœceſi ſita Heidelberga) pro ſingulis feſtivitatibus beatæ Mariæ Virginis (cui Eccleſia dicata) ſancto-

rum

rum Franciſci, Antonii, & anniverſarii dedicationis Templi, & pro octo diebus immediate ſequentibus.

X. Anno MCCCCXXXIII. die II. Julii, Julianus Cæſarius ſancti Angeli Diaconus Cardinalis, Legatus a latere per Germaniam, optime meritus de ſancta Dei Eccleſia, pro quaglorioſe occubuit, dato diplomate voluit, ut Cœnobium reformaretur, & a Patribus Conventualibus ad Obſervantes transferretur, quod & ejus nomine fieri curavit anno MCCCCXXXV. die XV. Julii, ſedente Eugenio IV. Heyſo Krawel, Decretorum Doctor, Decanus regularis Eccleſiæ ſancti Spiritus Heidelbergenſis prædicti Cardinalis Commiſſarius. His varias tribuerunt Indulgentias Marcus ſancti Marci presbyter Cardinalis, Patriarcha Aquilejenſis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus anno MCCCCLXX. & Sixtus IV. anno MCCCCLXXIII. Sed invaleſcente Lutheranorum hæreſi in Germania, Monaſterium, expulſis Fratribus, converſum fuit in ſcholam hæreticorum Prædicantium & Pædagogium, & chorus in aulam declamatoriam. Expulit primo Fratres Otto Henricus, qui omnium primus ex ſuis publice hæreſim profeſſus eſt, & Fratres eo quod habitui religioſo, votiſque Deo factis renunciare, & propoſitionibus iniquis ſcripso intimatis parere recuſarent, patria locoque per comminationes cedere coegit, Guardiano ex feneſtra præcipitato. Præcipui hujus tyrannidis auctores mala morte ſui ſceleris pœnas luerunt, & Deus qui delicta parentum viſitat in tertiam & quartam generationem, voluit ut Ottonis ſucceſſores ſua Sede & Domicilio pellerentur. Etenim Fridericus Palatinus Comes, dum contra fas & æquitatem ſe Regem Boemiæ ſub anno MDCXIX. acclamatum vellet, bello ſuperatus, ab Imperatore Ferdinando, injuſte occupatum Regnum, & domum perdidit hæreditariam, & vagus ac profugus fugiens a facie gladii, nunc deliteſcit apud Batavos, ſuæ fidei profeſſores. Ita factum eſt divino judicio, ut qui injuſte alios ſua Sede turbavit, ipſe juſte domo pelleretur avita, & qui alienum affectavit regnum, proprium perderet Comitatum.

Quando tranſiit ad Obſervantes.

Quando deſtructus & ab hæreticis occupatus.

XI. Occupato itaque per Hiſpanos Palatinatu inferiori, & per Maximilianum Sereniſſimum Bavariæ Ducem ſuperiori, expugnataque urbe Heidelbergæ anno MDCXX..... Theodorus a Reinfeld Guardianus Moguntinus, die XXV. Septembris anno MDCXXII. miſſis Fratribus, Conventum repetiit & XXIX. ejuſdem menſis recuperavit. In ipſa itaque ſancti Michaelis Archangeli feſtivitate, antiquis poſſeſſoribus Fratribus regularis Obſervantiæ prov. Colonien. Sereniſſimus Dux Maximilianus Conventum reſtituit, cui Provinciæ anno MDCXXV. in Comitiis Generalibus Romæ celebratis adſcriptus eſt. Prædictus Sereniſſimus Dux multam ſacram ſuppellectilem, & plurima beneficia in hunc locum contulit, ad preces Joſephi Bergaigne Commiſſarii Generalis ſuper provincias Germanicas, Hiberniæ, Flandriæ, Angliæ &c. viri Religioſiſſimi, optimi noſtri amici. Altare majus reſtituit, & pulchro opere ornavit anno MDCXXVII. Fridericus Iſelbech Maximiliani Bavariæ Ducis Conſiliarius, & Heidelbergæ deputatus Commiſſarius. Altare Aſſumptæ Virginis Mariæ in cœlum, poſuit Gaſparus Stoltzentampff, præfati Ducis in regimine Heidelbergenſi Commiſſarius anno MDCXXVIII. Altare ſancti Laurentii, & ſanctorum quinque Martyrum Minoritarum erectum eſt anno MDCXXVI. die VIII. Septemb. ex teſtamento Alexerinæ nobilis fœminæ ibidem prope ſepultæ. Chorum reſtituit anno MDCXXV. Henricus a Metthernich Cathedralis Wormatienſis, & nobilis collegiatæ

Quando recuperatus?

Præcipui reſtauratores & benefactores.

Nim-

Nimphenſis Eccleſiarum Decanus & Canonicus, gubernator Heidelbergenſis. Pluribus beneficiis locum affecit magnus Fratrum benefactor, vir illuſtris & ſtrenuus miles Eduardus Comes Geraldinus Hibernus, militum Tribunus & Gubernator in Manheim, qui ibidem obiit anno MDCXXIII. die XXIV. Septembris apud Minores ſepultus ante altare ſancti Franciſci. Jacent in hac Eccleſia plures heroes, aliquorum damus Epitaphia, & primum ipſius fundatricis exaratum in lapide in choro verſus Auſtrum, in pariete propo ſummum altare.

Sepulcra Magnatum.

Anno MCCCLXXXII. die XXIX. Martii obiit generoſa Domina Eliſabeth Comitiſſa de Namur, nata de domo Franciæ, uxor illuſtriſsimi Principis. Ruperti Senioris Electoris Imperii, Comitis Palatini Rheni, & Bavariæ Ducis.*

* Al Namen.

XII. Prope chorum in teſtudine meridionalis Sacelli beatæ Virginis Mariæ habetur hoc Epitaphium glorioſiſſimi Principis Friderici, Comitis Palatini, in habitu Minorum apud eos ſepulti, uti ſcribit Ttithemius. Ejus tumulus magnificus eſt, & elevatus a terra quinque pedum menſura.

Trithem. in Chronic. Sponheim. an. 1477.

Fridericus Bavariæ Dux, Comes Rheni Palatinus, ſacri Romani Imperii Elector, ſalus patriæ, prædonum fulmen, tres illuſtres hoſtes vicit, principatum auxit, & pie e vivis exceſsit anno MCCCCXXVI. pridie Idus Decemb. Fuit ejus vitæ virtus ſocia, gloria mortis comes.

Annus reſtituendus eſt, & ſcribendus MCCCCLXXVI. uti probant monumenta MSS. illius ædis, & Franciſcus Swertius in Chriſtiani orbis delitiis, necnon Apographum monumentorum Heidelbergenſium.
In muro laterali ejuſdem Sacelli inciſa eſt lapidi imago filii ejuſdem, appoſita hac epigraphe.

Anno Domini MCCCCLXXIV. ipſo die Galli obiit venerabilis & nobilis Dominus Fridericus Illuſtriſs. Principis & Domini, Dom. Friderici Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariæ, ſacri Romani Imperii Archidapiferi, ac Principis Electoris filius legitimus, Eccleſiarumque Wormatienſis, & Spirenſis Canonicus, cujus anima requieſcat in pace. Hujus mentionem agit præcitatus Hubertus Thomas Leodius.

XIII. Non procul hinc extra prædictum Sacellum jacet Germanorum decus, Rodulphus Agricola, olim Rector ſcholæ Antuerpienſis, poſtea in Academia Heidelbergen. vir clariſſimus, qui ibidem litteras Græcas reſtauravit, & Philoſophiam docuit, appoſito hoc Epitaphio per Hermolaum Barbarum Venetum Patriarcham Aquilejenſem, quod exſcripſit Elias Reuſnerus Leorinus in Genologio Romano, & alii. Eum digno encomio proſequitur Aubertus Myreus in elogiis Belgicis, ſepultus eſt in ſupradicto loco in habitu Franciſcano, quem ante mortem ſuſcepit.

Myreus claſſe 7. elogio 1.

Invida clauſerunt hoc marmore fata Rodulphum
Agricolam, Friſii ſpemque decuſque ſoli.
Scilicet hoc uno meruit Germania laudis
Quidquid habet Latium, Græcia quidquid habet.

In

In Laterali Templi muro lapidi inciſa hæc inſcriptio aureis depicta characteribus, quam etiam exſcripſit Franciſcus Swertius.

Tollenti anathema

Rodulphi Agricolæ Phryſii memoriæ poſuit Vigelius Zulchemius. Obiit anno M.CCC.LXXXV. *die* XXVIII. *Octob. vixit annos* XLII. *Menſ.* II.

Relinquenti benedictio

Alia ſunt ibidem plurima tum Comitum, tum Nobilium Epitaphia, quæ ex integro legi nequeunt, deletis characteribus ob temporis diuturnitatem. Sunt etiam ibidem inter cetera præclariora, ſtemmata Schoneberg. & Haberen. Palatinatus olim Mariſcallorum: ſimiliter Vinningen. Roger ab Rodeck, Simmdren, Erckingen ab Rottenſtein, & Blick, a Lichtemberg. Omnia hæc collegimus ex variis monumentis tranſmiſſis ex Germania.

Monaſt. ſancti Franciſci Neapolitan.

Gonz. in prov. Terra lab. Monaſt. 4.

XIV. Hoc anno Robertus Rex Siciliæ, dum Eccleſia & domus Corporis Chriſti pro Clariſſis in urbe Neapolitana ædificaretur, conſtituit aliquas nobiles fœminas ſui palatii in domo vicina, quæ pauperibus mulieribus, & puellis regias diſtribuerent eleemoſynas. Aliquot poſt annis, variis collectis eleemoſynis, maxime intuitu cujuſdam piæ Tertiariæ Aſſiſiatis, conſpirarunt omnes in tertium ſancti Franciſci Inſtitutum, & emptis contiguis ædibus a Clariſſis Corporis Chriſti, capaciſſimum Monaſterium, & pulcherrimam Eccleſiam in honorem ſancti Franciſci extruxerunt. Vixit & obiit inter has nobiliſſima & piiſſima ſoror Magdalena a Conſtantio, miraculis in vita & morte celeberrima, quam inter primas illic collocarat Rex Robertus. Extat ejus Mauſoleum in choro inferiori, utcumque a terra elevatum.

XV. Invenio hoc anno mentionem Monaſterii Ciaconienſis in Polonia, in privilegio conceſſo Hedwigi Duciſſæ Poloniæ, ut prædictum poſſet ingredi Cœnobium cum decenti & honeſta Comitiva, quoties ipſi placeret. In alio diplomate occurrit memoria Monaſterii de Monte-Sancto prope Tudertum. Neſcio an illud ipſum ſit, quod Gonzaga vocat Montis Chriſti prope Tudertum; diſcordat tamen in tempore incolatus Clariſſarum, ait enim, nonniſi anno Domini MDXX. translatam ædem a Patribus Benedictinis ad Clariſſas, niſi fortaſſis error ſit in notis, & ſcribendæ ſint iſtæ MCCCXX. *Exhibita nobis*. XV. Kal. Aprilis.

Ex Reg. Vat. an. 4. ep. 574.

Monaſt. Ciaconien.

Monaſt. Montis ſancti.

Gonz. in prov. S. Franc. Mon. 15

XVI. Superius diximus, erectam univerſitatem Dublinienſem in Hibernia ſub Joanne XXII. Atqui hoc ipſo anno factum docent Annales Hiberniæ apud Camdenum chronica Philippi Flasburii, Archiepiſcopi tunc illius urbis Alexandro Bicknorio. Primus in ea ſacræ Theologiæ Magiſter inſtitutus eſt Willelmus de Hardith, Ordinis Prædicatorum. Secundus in eadem facultate Henricus Cogrius Ordinis Minorum. Tertius Willelmus de Rodiard Decanus Dublinien. Eccleſiæ Cathedralis ſancti Patritii Decanus, in Jure Canonico primus lector. Quartus Magiſter in ſacra Theologia frater Edmundus Bernarden, alias de Kemerdin Minorita; qui etiam interfuit Comitiis Minorum hoc anno celebratis Kildariæ in feſto ſancti Jacobi.

An. 1312.

Erectio Univerſitatis Dublinien.

Annal. Hiberö. ad hunc annum. Flasbur. ad hunc annum. Warius de Arch. Dublinien.

XVII. Aliqua conceſſit privilegia & Indulgentias hoc anno Pontifex Abbatiſſæ, & Monialibus Monaſterii Corporis Chriſti Neapolitani, & Indulgentias viſitantibus Sacellum ſancti Ludovici Epiſcopi conſtru-

Varia Indulta.

ctum

ctum in Eccleſia Minorum Valentinæ civitatis in Hiſpania per Gondiſalvum Garſiam. Licentias tribuit Joannæ Reginæ Franciæ, & Navarræ ut filiam, & Joannæ & Iſabellæ filiabus ejus, ut ſororem ſuam Blancam Clariſſam in Monaſterio de Longo-Campo viſitarent intra ſepta Monaſterii.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. GRavis illa diſcordia, multiplicibus implicata nodis, quæ inter Philippum longum Franciæ Regem, & Robertum Betunienſem Comitem Flandriæ hoſtilia excitaverat arma, ad quæ compeſcenda, animoſque pacificandos, ſummum Pontificem ſuos Nuncios Petrum de Palude Prædicatorum Ordinis, Stephanum de Neriaco, & Guillelmum de Gandavo Minoritas deſtinaſſe dicebamus; ad illud idem negotium poſtea miſſis Bertrando Guidonis Dominicano, & Bertrando de Turre Minorita, ut placuit largitori pacis Deo, tamdem hoc anno, licet difficulter, compoſita diſcordia, bellicis ſedatis tumultibus, ad optatam pacem deventum eſt: etenim Robertus Comes Lutetiam profectus, medio matrimonio Margaritæ filiæ Regis, & Ludovici Comitis Nivernienſis Roberti Flandriæ filii junioris, appoſita conditione ſucceſſionis in comitatu, pax firmata fuit.*

** Damnatio, quã hoc anno retulit Meliſſanus factam errorum Joannis de Poliaco, ab Annaliſta ſub anno ſequenti recenſetur, una cũ citatione Bullæ, quam in corpore Juris Lector facile poterit invenire.*

Wadd. ad ann. 1319. & 1321.

Bertrandus de Turre Cardinalis.

„ II. Bertrando de Turre a Cambolico Vaſconi, Caturcenſis diœceſis Miniſtro Provinciali Aquitanio, aſſumpto ad Eccleſiam Archiepiſcopalem Salerni in Regno Neapolitano, anno præterito proxime, ut habet Annaliſta, hoc anno Kalend. Februarii pro quodam ſubſidio breve direxit: *Decens & debitum &c.* deinde XII. Kalend. Novembris pallium miſit: *Nuper circa &c.* ac tamdem feria VI. quatuor temporum adventus, habita ordinatione, inter alios ſummus Pontifex Bertrandum Cardinalem creavit, ſub titulo ſanctæ Crucis in Hieruſalem, ut ſcribit Marianus. Fratri Guillelmo ad Albenſem Eccleſiam, ob translationem Raymundi ad Theatinam, promoto, litteras expedivit: *Nuper circa &c.* VIII. Kal. Maii: & Petro Aureoli ad Aquenſem Eccleſiam Metropolitanam in Gallia evecto breve direxit: *Pridem Aquen. &c.* XVIII. Kal. Julii: fratri etiam Arnoldo Rogardi, ob promotionem Bertrandi de Turre ad Cardinalatum, ad Infulas Metropolitanæ Salerni evecto, pallium contulit: *Cum de te &c.* XIII. Kalend. Julii: & fratri Matthæo electo Surrentino ſcripſit: *Cum pallium &c.* XVIII. Kal. Septembris: pro electione Epiſcopi Neocaſtrenſis executorialem expedivit: *Gravium venerabilis &c.* cum tribus aliis pro eodem negotio ſub eodem tenore & data II. Nonas Julii: executoriales alias reperio indicatas, unam fratri Franciſco de Luca: *Super gregem &c.* Idibus Februarii: alteram fratri Joanni de Rubaria: *Dudum miniſtrandum &c.* XVI. Kalend. Decembris, cum alia ejuſdem tenoris XII. Kalendas Decembris, . . . quo pariter modo Joanni Beccariæ ſcripſerat. In Gallia præſertim cum occaſione damnationis ſectæ Fraticellorum, quædam *Beghuinæ* vulgo nuncupatæ moleſtarentur, ſummus Pontifex Epiſcopis Cameracenſi, & Pariſienſi pro iiſdem breve expedivit duplex ejuſdem tenoris & datæ: *Cum de mulieribus &c.* II. Kalend. Januarii: ceterum proviſione facta contra Apoſtatas Hiberniæ Provinciæ: *Ex officii &c.* II. Non. Decembris, & conceſſa indulgentia pro Capella ſancti Ludovici Barcinonen. *Perennis vitæ &c.*

Plures Epiſcopi.

Litteræ executoriales.

Ex Vatic.

Can-

„ Candidam ſeu Blancham Philippi Belli, & Joannem Regum Franciæ „ filiam, Monialem in Monaſterio de Longo Campo prope Pariſios, novis „ gratiis cumulavit: *Magnitudo tua &c.* Idibus Decembris, quo etiam „ tempore Iſabellæ & Margaritæ ingreſſum Monaſteriorum indulſit: „ *Devotionis tuæ &c. Sinceritas &c.*

In favorem Blancæ, Iſabellæ & Margaritæ.

„ III. Hoc anno, coactis Comitiis Provincialibus a fratre Martino „ de Boleslavia Miniſtro Boemiæ & Poloniæ, apud Brunam in Moravia, „ in feſto Pentecoſtes, Dominus Epiſcopus ſuffraganeus Olomucenſis „ Chorum Monaſterii ſolemni & Catholico ritu conſecravit. Albertus „ vero Gonzaga Yporienſis Epiſcopus, Clariſſarum Monaſterii in eadem „ urbe fundator, hoc tempore obiit incerta die, ſepultus apud Mino„ res in Sancto Sanctorum ad Evangelii partes. *

Albertus Gonzaga Epiſc. Sepelitur.

Caſimir. Bieru. ar. 10. n. 9.

* *Epitaphium ab Annaliſta Tom. 4. ann. 1274. n. 24. correctius datur, & ideo hic expunctum.*

ARGUMENTUM.

Glorioſum patiuntur in India ad Thanam urbem Martyrium frater Thomas Tolentinas & ſocii. Ex deſpicabilibus principiis oritur graviſſima & moleſta controverſia de paupertate Chriſti. Fœde interficiuntur ab hæreticis duo Inquiſitores Minoritæ. Nuncios ex eodem Sodalitio mittit Pontifex ad Regem Georgianorum & Tartaros. Fiunt Epiſcopi, augentur Domicilia.

I. Glorioſum ſubierunt martyrium hoc anno v. Idus Aprilis feria quinta ante Dominicam Palmarum, quatuor illuſtres Fidei Agonothetæ ex Ordine Minorum, frater Thomas Tolentinas, de quo ſæpius locuti ſumus, annum agens ſexageſimum, frater Jacobus de Padua Provinciæ ſancti Antonii, frater Petrus de Senis provinciæ Tuſciæ, & frater Demetrius Laicus de Tafelicio natione Georgianus, Fratrum interpres, qui optime callebat linguas Orientales. Paſſi ſunt in partibus Indiæ, quo ſe extendebat Vicaria Aquilonis Fratrum Minorum, in Thana infra limites Cuſtodiæ Saraiæ. Glorioſum ipſorum agonem & perpeſſos labores plures calamo celebrarunt, & ex Oriente miſſis litteris Conſodalibus intimarunt frater Jordanes ſocius itineris, & Franciſcus Piſanus uterque Ordinis Prædicatorum, frater Petrus de Turre Vicarius Aquilonis, frater Jacobus de Camerino cuſtos Tauriſii Vicariæ Orientis, frater Bartholomæus Accola Tauriſii in epiſtola ad fratrem Salonem Vicarium Generalis Miniſtri in partibus Orientis, frater Hugolinus de Soldania in epiſtola miſſa ad Fratres Tauriſii, beatus Odoricus de Foro-Julio in Chronicis, quæ ab Oriente mundo ad mortem Joannis XXII. uſque deduxit. Ex omnium narrationibus plenam nos concinnamus totius martyrii hiſtoriam, & laborum omnium ſeriem recenſemus. Auſpicamur autem a Piſani epiſtolæ exordio, in quo dignis hos Martyres proſequitur encomiis.

Chron. antiq. Marian. lib. 4. cap. 6. Oder. in Chr. MSS. Marcus 2. part. lib. 7. cap. 15. & ſeqq. Rodul. fol. 130.

Martyrium quatuor Minoritarū in India.

Quinam illud ſcripſerunt ex Oriente.

II. Quoniam, ut magnus ille dixit Raphael ad Tobiam: *Sacramentum Regis abſcondere bonum eſt, opera autem Dei honorificum eſt confiteri*, & rurſum: *Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus*, oportet enarrare qualiter diebus iſtis noviſſimis apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti in ſervis ſuis, & ſecundum Zachariæ vaticinium, egreſſa eſt quadriga una cum quatuor equis rufis robuſtiſſimis, & diſcurrerunt per univerſam terram, & veluti quatuor venti egrediuntur

Encomia Martyrum.

Tobiæ 12. 7. Ind. 2. 10.

Zach. 6. 2.

ut ſtent coram dominatore univerſæ terræ. Iſti ſunt quatuor Fratres Minores, qui cum fratre Jordane de Ordine Prædicatorum, deſiderio martyrii flagrantes, & zelo Fidei propagandæ, & veræ doctrinæ prædicandæ infidelibus, idololatris & Sarracenis, a Tauriſio verſus Cathay iter dirigere ſtatuerunt. Nave conſcenſa, ut irent Polumbum, ventis & mari tempeſtuoſo, & nautarum dolo qui navigabant ad Eccleſiam ſancti Thomæ Apoſtoli, deportati ſunt præter omnem ſpem & voluntatem ſuam in civitatem Thanam, quæ eſt ultra Tauriſium itinere trium menſium. Illic invenerunt quindecim domus Chriſtianorum, ſed Neſtorianorum, quorum unus grato animo Fratres excepiı hoſpitio. Dum illic commorarentur per dies octo, perſuadebant Neſtoriani, ut ex illis unus iret in urbem Paroth, in qua plurimi habitabant Chriſtiani, nomine potius quam fide, quid enim credere deberent, deficientibus fidei magiſtris, ignorabant, eoſque in fide Chriſtiana inſtruerent, & ſacro abluerent Baptiſmate. Inıto conſilio, & communi conſenſu ſtatuit illuc ire Jordanes Ordinis Prædicatorum, qui ceteris melius callebat linguam Perſarum, aſſumptis ſecum duobus Chriſtianis Neſtorianis, quorum unus Indorum linguam optime noverat, & ut incognita interpretaretur, ſemet exhibuit. Navem aſcendentes venerunt Superam, in qua urbe prædicavit ſanctus Thomas Apoſtolus, & Eccleſiam conſtruxit, quam pagani demoliti ſunt, ſed poſtea refecerunt Chriſtiani. Hic cathechizavit, baptizavit, & ſacra communione refecit ferme nonaginta, dum per dies quindecim moram traheret; ſed dum ad deſtinatam urbem Paroth ulterius pergere deſideraret, cum nautis pepigit, ut veheretur. Res mira! dum navem conſcendit ipſo in littore tranquillo mari, & cœlo ſereno, nullis impellentibus fluctibus, ſeceſſit in altum ratis in omnium conſpectu.

Navigant cum Jordane Ordinis Prædicat. verſus Cathay.

Deportatur Thanam.

Jordanes abiit prædicaturus Superam.

Volens ire Paroth mirabiliter impeditur.

III. Stupens ad rem inſolitam, & ſub ea myſterium aliquod divinæ diſpoſitionis latere ſuſpicatus, judicavit non eſſe Dei voluntatem ut elongaretur a ſuis conſociis; quibus decrevit ſcribere per illos Chriſtianos, quos ſecum duxit, atque ita Epiſtolam exorſus eſt, nihil ſciens quid de eis diſpoſuerit Dominus, aut qualiter jam glorioſum perpeſſi erant martyrium: *Reverendis Patribus Fratribus Thomæ de Tolentino, Jacobo de Padua, Petro de Senis, & Demetrio, Dei præconibus glorioſis.* Deinde abiit in prædictam Eccleſiam, ubi erectis in cœlum luminibus, multis ſuſpiriis & lacrymis Dominum orabat, ut Fratrum ſuorum conſociorum actus dirigeret. Erat autem feria ſexta ante Ramos Palmarum, & die antecedenti, hi pro quibus orabat, glorioſum conſummarant agonem. Nocte ſequenti accurrerunt pavidi Chriſtiani, & quos inſtruxit, diſcipuli, dicentes ſuperveniſſe nuncium, qui refert in carcerem actos Thanæ conſocios, & ſuadebant, ut quantocius auſugeret: at ille intrepido reſpondit animo, ſe nequaquam ita facturum, nec ſocios derelicturum, ſed Thanam reverſurum, & coram Mellicho, urbis prætore, pro ceteris lingua quam noverat, Perſica reſponſurum. Regreſſus Thanam invenit in quodam hoſpitio procul ab urbe, quem miſerat epiſtolæ latorem, & alios Chriſtianos magno timore proculſos, qui narrarunt jam ſuos Sodales fuiſſe crudeliter interemptos. Clamavit ille voce magna, tum ob extinctos egregios fidei magiſtros, tum quia non potuit eſſe ſocius martyrii. Urbem ingreſſus percepit rem omnem, uti nunc narro, contigiſſe.

Audit ſocios conjectos in carcerem.

Regreſſus ad eos invenit interemptos.

IV. Neſtorianus, apud quem habitabant, male affecit uxorem: illa con-

conqueſta apud Cadim, qui ſacris operatur apud Sarracenos, teſtes illatæ injuriæ adhibuit quatuor hoſpites latinos. Vocati in judicium inviti, quid dicerent neſcientes, perſuaſione cujuſdam Alexandrini, nomine Oſeph, miſſi ſunt ad Mellichum urbis prætorem. Odio habuit latinos Alexandrinus, & nihil intentatum reliquit, ut ſeverius in eos ageret Mellichus. At ille pacatioris naturæ vir, de fide, ſacrorum Bibliorum codice, quem deferebant, & de itinere interrogatos abire permiſit in pace. Fecit tamen Alexandrinus in dolo & iniquitate, ut tertio & quarto revocarentur, & tamdem ut coram Cadi interrogarentur, quid de Mahometana & Chriſtiana Lege ſentirent? Illi intrepide dixerunt, hanc ſalutis, illam perditionis ſemitam eſſe, & Chriſtum Dei filium, & Deum verum, Mahometem vero nebulonem, & perditiſſimum impoſtorem. His auditis, infremuit Cadi, minitans ſe eos occiſurum, niſi quæ dixerant in magnum Prophetam, & Dei nuncium Mahometem, retractarent. Quod dum facere nollent, comminationes mutavit in blanditias, & munerum oblationes, quibus Chriſti milites tentavit emollire. Sed illi nec minis terreri, nec blanditiis flecti potuerunt, frementibus interim Sarracenis & clamantibus, ut morerentur. Tamdem impetum fecerunt unanimiter in eos, & ex ſacrificuli ædibus tractos, ligaverunt ad poſtes capitibus detectis, ut ſole tum temporis, apud Indos calidiſſimo, torrerentur, & morerentur; neque enim per horam integram ſolis ardorem eo anni tempore quis ibidem abſque mortis periculo poteſt ſufferre. Illi Deum glorificantes & laudantes ab hora tertia uſque ad Nonam, ibi perſtiterunt in nihilo læſi, Deo mirabiliter mitigante radios ſolis, & ſuavi eos aura perfundente.

Hiſtoria martyrii.

Interrogati de Lege Mahometana, condemnant.

Exponuntur calidiſſimo ſoli.

V. Stupefacti Sarraceni, duxerunt eos ad Mellichum & Cadim, & vias omnes tentarunt, ut ſuum illi commendarent Mahometem. Nihilum vero proficientes, ignem magnum in Maydano, ſeu platea civitatis, accenderunt, dixeruntque Fratribus, illuc intromittendos, eo tamen fine, ut ſi comburerentur, innoteſceret Sarracenis, Mahometis ſectatoribus, Chriſtianos aberrare, & Mahometem magnum eſſe prophetam; ſin autem illæſi exirent, verum eſſe crederetur, quod prædicabant. Reſponderunt Martyres ſe gaudentes ignem, & alia quæcumque tormenta pro Chriſto ſubituros, non tamen illam admittere exuſtionis, ſeu indemnitatis interpretationem. Etenim ſuis peccatis, divini judicii ſecretis, & naturali ignis virtuti attribuendum eſſe debere, quod comburerentur; ſingulari tamen miſericordiæ, & ſoli divinæ potentiæ adſcribendum, quod illæſi e flammis egrederentur. Ducti ad plateam, ſeu forum, ſpectante univerſa civitate, projectus eſt primus in ignem ſigno crucis munitus frater Jacobus Patavinus, qui in medio flammarum expanſis manibus, & oculis in cœlum elevatis, mente integra, & corde puro Deum glorificabat, tamquam ſi in roſarum & florum amœno deambularet viridario. Ita perſtitit illæſus in igne copioſo, donec magna illa ſtrues lignorum exureretur, & flammæ deficerent, neque capillus de capite, aut veſtimento ejus periit. Quod dum populus conſpiceret, cœpit clamare, & unanimiter dicere: *Iſti ſancti ſunt, iſti ſunt viri Dei; nefas erit eos offendere, quorum lex tanto prodigio eſt commendata.*

Projicitur in ignem frater Jacobus Patavinus.

Exit illæſus.

VI. Cadi videns populum tumultuantem, & in legem Chriſti declinantem, e contra clamabat: *Sancti non ſunt, ſed propterea hic illæſus ab igne remanſit, quia tunicam portat confectam ex lana terræ Abrahami, cui benedixit Dominus. Nudus itaque remittatur, & videbitis, quod nihil*

Iterum projicitur in rogum majorem.

ei proficiet lex illa, de qua gloriatur. Veſtibus exutum fecit toto corpore lavari, ut ſi quod eſſet magicæ incantationis, abſtergeretur, & deinde oleo ac butiro perunctum in rogum duplo majorem immitti, infuſo deſuper oleo & reſina. Sed qui prima vice ſalvavit indemnem, voluit ſecunda ut flamma non noceret ei, neque odor ignis eſſet in eo. Socii genibus flexis Deo gratias agebant, & Pagani ac Sarraceni, ignem, & in igne projectum adorabant, dicentes: *Vere hic ſanctus, vere Dei dicendus eſt ſervus*. Videns Mellichus populi commotionem, fratrem Jacobum veſtibus indutum, & ſocios ad ſe vocatos amabiliter amplexus, dixit: *Video Fratres, vos Dei ſervos eſſe, & Legem veſtram per ignem probatam, bonam eſſe: nolo pati, ut amplius quiſquam vos offendat, abite & recedite ex terra hac in pace, ne maligni inſidientur ſanguini veſtro. Cadi vellet vos eradere e terra viventium, & qui apud eum ſunt, doloſe agunt, ut vos occidant; recedite proinde quantocius*. Dicentes illos, nihil ſe magis optare, quam mortem, & quidquid eſt pœnarum pro Chriſto pati, fecit, ne populus amplius conturbaretur, ad oppidum ſitum ex alia parte fluminis, ſeu marini brachii quo civitas circumcingitur, deportari. Comitem ſe ultro adhibuit Neſtorianus, in cujus domo commorabantur, & fecit, ut hoſpitio a quodam idololatra reciperentur.

Nullum patitur damnum.

Deportantur alio.

Agunt contra eos Cadi & quidam Alexandrinus.

VII. Nocte ſequenti venerunt ad Mellichum Cadi, & nebulo ille Alexandrinus conquerentes, quod impunes & liberos dimiſerit, qui tot & tanta opprobria in magnum Mahometem & in Legem ſanctam blaſphemaverint. Atque id ſupereſſe dicebant, periculum, ut propter dolos, & malas artes, quibus ignis virtutem compreſſerunt, populus univerſus a Mahometis veneratione recederet, atque per univerſas terras Sarracenos dementarent. Reſtitit Mellichus iniquo Cadi deſiderio, dicens; eos inſontes eſſe, neque quidquam ſe vidiſſe in hominibus, propter quod mererentur occidi. Iratus Cadi objecit Judici ſummam impietatem, quod populum prodiderit, & plurimis erroribus & ſuperſtitionibus expoſuerit, ſeque de his coram Principibus acturum. Quod ſi vero aliquis eum ad libere dimittendum hos blaſphematores ſcrupulus urgeret, dixit, malum univerſum & iniquitatem omnem in ſe ſuſcepturum. Timens ſibi Mellichus tamdem iniquo aſſenſit hominis deſiderio, conceſſitque Satellites quatuor, qui Fratres inſequerentur, & occiderent, atque ut quidpiam ſe etiam in Legis obſervantiam feciſſe oſtentaret, comprehendit univerſos, qui in urbe erant, Chriſtianos. Abierunt lictores in adverſum oppidum, & ſub noctis medio ſervos Dei matutinum concinentes apprehenderunt, relicto fratre Petro, qui tunc non apparuit, ſtatimque ductos in campum ſub opaca arbore ligarunt, dicentes ſe habere in mandatis a Mellicho & Cadi ut interficerentur, dolere tamen ad illorum mortem, quam etſi injuſtam agnoſcebant, non poſſe ſe mandatum præterire. Illi intrepide & placide reſponderunt: *Facite cariſſimi, quod vobis præceptum eſt: nos autem ſperamus quod per iſtam mortem corporalem, vitam conſequemur æternam*. Chriſtianus ille Neſtorianus, Fratrum ſocius, valide & ardenter impio Satellitum ſe oppoſuit conatui, ſed nihil profecit. Expoliaverunt itaque Fratres, ſemet invicem hortantes ad perferendam fortiter pro Chriſto mortem: & Fratrem Jacobum qui ab igne illæſus exivit, ſciſſo uſque ad oculos capite, primo interemerunt: ſecundo fratrem Thomam genuflexum junctis manibus orantem, per barbam arreptum, immiſſo per humerum gladio, proſtraverunt, qui cadens in terram alta voce *Sanctam Mariam* inclamabat, donec ſuperveniens alius

Capiuntur omnes Chriſtiani. Et tres ex Martyribus.

Occiditur frater Jacobus & reliqui duo.

alius ex lictoribus ipſum jugulavit. Tertio fratrem Demetrium in maxilla vulneraverunt, per viſcera enſe transfoderunt, & demum frequenti ictu peremerunt. His tribus occiſis capita amputarunt, & corpora miſere diſcerpſerunt.

VIII. Hac facta laniena, ſtatim nox obſcura clariſſimo illuminata eſt fulgore, & Luna obtenebrata inſolitam dedit lucem, ita ut fulgentiſſimus illuxiſſe videretur dies, & cuncti obſtupeſcerent. Statim poſt hæc tot ac tanta tonitrua, fulgura, coruſcationes, & grandines ſupervenerunt, ut numquam in illis partibus viſa fuerint ſimilia, putarentque circumſtantes ſibi mortem imminere. Navis etiam, quæ in Polumbum ituros præter omnem ſpem, & voluntatem ipſorum in hanc urbem invexit, ſimul cum mercibus & nautis in tranquillo & ſecuro portu, in quo nulla antea perierat, fuit ſubmerſa. Satellites his ſpectris & cœleſtibus ſignis nihilo meliores effecti, in hoſpitium Fratrum redierunt, ut ſi quam habebant ſupellectilem, aſportarent. Invenerunt tunc fratrem Petrum orantem, & quid circa ſocios actum eſſet, ignorantem. Vinctum duxerunt ad Cadim, & propoſitis magnis præmiis, a fide Chriſtiana fruſtra tentarunt revocare intrepide Chriſtum laudantem, Mahometem vituperantem. Juſſus eſt deduci in carcerem, & die ſequenti educi, atque peculiari modo de fide interrogari, Conſtanter ad ſingula chriſtiane reſpondentem, innumeris cruciarunt tormentis, a mane uſque ad meridiem, nec verberibus aut flagris potuerunt unum illud verbum Sarracenum, *Tlab*, id eſt unum Deum, ab eo extorquere, dum hac ſaltem voce, alias Catholica, conabantur ut abnegaret myſterium Trinitatis. Demum crudeliter ad ultimum uſque ſpiritum verberatum laqueo ex arbore ſuſpenderunt. Pependit per integrum biduum abſque ulla pœna, aut damno Deum glorificans, & accedentes ad fidem Chriſti exhortans, quod dum Mellichus audiret, juſſit eum deponi, ac in campum eductum decollari. Ita factum eſt die Sabbati ante ramos palmarum, ſub hora veſperarum.

Nox obſcura mirabiliter clareſcit. Et alia exhibentur ſigna perpetratæ iniquitatis.

Fr. Petrus reducitur ad Cadim.

Multis afficitur tormentis.

Poſt ſuſpendium decollatur.

IX. Sequenti die dum Neſtoriani aliquot, qui e latebris prodierunt, ejus corpus perquirerent, non invenerunt, neque ullum apparuit in terra ſanguinis veſtigium. Quod dum omnes obſtupefaceret, & quid de hac re dicerent, ignorarent, illuc paulo poſt perveniens quidam vir pius, revelatum ſibi narravit, deportatum & ſepultum per Angelos Sancti Martyris corpus, tempore opportuno detegendum, & collectum ab eiſdem ejus ſanguinem, ob Martyris reverentiam. Ipſo illo tempore apparuerunt omnes ſimul cuidam illius urbis Chriſtiano, quos ut vidit miro ſplendore fulgentes, interrogavit an viverent? reſponderunt, glorioſam ſe vitam agere, a curis liberam inter paradiſi delitias. Dum amplius quæreret, quid actum eſſet de illorum ſocio fratre Jordane, dixerunt jam præ foribus in portu eſſe. Trium priorum in oppido adverſo occiſorum corpora, præ timore Cadi jacuerunt per dies quatuordecim in campis, donec frater Jordanes ea perquiſiturus, illuc pervenit, invenitque non tetrum, ſed ſuavem odorem ſpirantia, atque adeo mollia & recentia, ut ipſo illo die viderentur occiſi. Ea avide adjutore quodam adoleſcente Genuenſi collegit, & Superam portavit, ubi ea, qua potuit, veneratione in Eccleſia prædicta ſancti Thomæ repoſuit.

Angeli corpus ſepeliunt & ſanguinem colligũt.

Apparent omnes glorioſi poſt mortem.

Corpora poſt triduum ſuavem ſpirant odorem.

Colliguntur & ſepeliuntur a Fr. Jordane.

X. Noluit Dominus ſuorum ſervorum necem impunem, incœpitque pœnas exigere ab amico Mellichi, & Judice collaterali, qui in omnibus conſenſerat Cadi voluntati. Dum enim in craſtino martyrii per urbem equitaret, cecidit ex equo, & ad terram colliſus interiit. Mellichus ava-

Mellicho in ſomnis minantur niſi bene agat cum Chriſtianis.

avaritia ductus, voluit tradi ſibi martyrum ſupellectilem, ſed dum extorquere non poterat, quam jam Satellites in occiſionis loco deprædaii ſunt, duos chriſtianos Martyrum amicos conjecit in carcerem. Nocte ſequenti cum ſe ſopori dediſſet, apparuerunt ei in quatuor angulis lecti, quatuor hi glorioſi Martyres, flammeos gladios vibrantes, & mortem minitantes, niſi humaniter ageret eum Chriſtianis. Cœpit ille clamare, & familiarium invocare ſubſidium. Accedentibus viſionem narravit, ſibique imminere malum quod inſontes interemerit. Diluculo die ſequenti acceſſit ad Cadi, factumque enarrans, rogavit, ut diceret qualiter horum iram & Dei ſupplicium poſſet avertere: *Eleemoſynis*, inquit, *& veneratione ipſorum*. Juſſit illico e vinculis ſolvi Chriſtianos, a quibus humiliter veniam petiit, & publico edicto ſub pœna mortis præcepit, ne quis auderet ulli hujus legis profeſſori injuriam inferre, indulſitque omnibus Chriſtianis, qui ſub martyrii turbis & perſecutione e Civitate fugerunt, libere redirent, & abſque timore ullo Sarracenis cohabitarent. Magnum deinde paravit pauperibus convivium, & plures egenis erogavit eleemoſynas. Quatuor etiam meſquitas parvas, ſeu Oratoria fecit in Martyrum memoriam ædificari. Hac mutatione dexteræ excelſi, plurimi convertebantur ad fidem, & a Fratre Jordane baptizabantur; donec Cadi interminatus eſt mortem omnibus Mahometanæ Legis deſertoribus, & novam cœpit Chriſtianis machinari perſecutionem. Non potuit placari Dominus ſuper injuſta & crudeli morte ſanctorum Fratrum tot Mellichi obſequiis: fecit ergo, ut a Soldano in ipſum animadverteretur propter iniquam latam ſententiam in homines, quorum innocentiam & virtutem Deus tot miraculis demonſtravit. Ad ſe itaque vocatum, & ſceleris convictum, præſertim quod Dei mirabilia contempſerit, & ſignis admirandis commendatos impie condemnaverit, eadem cum univerſa familia morte, quam ille Martyribus inflixit, fecit puniri: Cadi etiam ſciens ſibi malum parari, ſtatim ex univerſa illa fugit regione.

Male perit cum univerſa familia.

XI. Beatus frater Odoricus de Foro-Julio provinciæ ſancti Antonii, dum per varias Indiæ civitates diſſeminaret verbum Dei, audivit Fratres hos inſigne paſſos martyrium. Venit itaque Thanam, uti ipſe narrat, ut totius facti hiſtoriam perciperet, & ſacras reliquias ſecum aſportaret. Exhumatis Superæ, ubi ſacra corpora condidit frater Jordanes, carnem optime redolentem ab oſsibus diſcrevit, ut commodius poſsint aſportari, & pretioſis involuta linteis, ſecum tulit in Indiam ſuperiorem, ad Fratrum Cœnobium urbis Zaiton, Rodulphus Carram appellat. Tribus miraculis, uno in terra, duobus in mari Deus declaravit reliquiarum virtutem. Nam in oppido quodam Paganorum Odoricus Tuguriolo humili receptus hoſpitio, quidam idololatræ domum noctu incenderunt, ut in ea Odoricus cum ſociis Chriſtianis perirent. Comites expergefacti ocius exilierunt, & frater Odoricus in quodam angulo altum dormiebat, ad caput appoſitis capſulis reliqniarum. Res mira! reliqui tres anguli domus exarſerunt, hic illæſus remanſit, perflante ſuavi aura, quæ a ſomno exurgentem in medio ignia mirifice recreabat. Exivit illæſus, extractis reliquiis, & ſtatim partem illam incendium, vicinaſque ædes plurimas abſumpſit. Dum navigaret verſus civitatem Polumbi, & ventus omnino deficeret, idololatræ Deos ſuos rogaverunt, & Sarraceni ſuum prophetam, ut aura perflante, iter incœptum proſequi liceret. Navarcha Armenus Chriſtianus, ſua lingua, quam frater Odoricus callebat dixit, ut cum ſocio Fratre Deum rogaret, & ab eo obtineret, quod falſi Dei exhibere

Reliquiæ trāſferuntur Zaiton.

In medio ignis permanent illæſæ.

non

non poterant. Oraverunt ut propter merita ſanctorum Martyrum eos vellet exaudire, immiſſoque uno ex oſsibus in mare, ſtatim exortus eſt ventus proſper, nec defecit donec ad optatum Polumbi portum pervenerunt. Polumbo Zaitonem navigaturi magnam conſcenderunt navim, in qua ex omni hominum genere mercatorum, nautarum, transfretantium erant viri ſeptingenti, & maxima horum pars erat gentis idololatræ. Fuit qui ſuperſtitioſe admoneret, infelicem hanc fore navigationem, dum in navi recondebantur oſſa mortuorum. Idololatræ cœperunt quærere, inveſtigare, undique ſcrutari ubi eſſent, aut quis ea deferret, & tamdem defecerunt ſcrutantes ſcrutinio, nec capſas in patulo expoſitas videre aut attrectare poterant, Deo ſuorum ſervorum exuvias ab injuria defendente. Ut appulerunt Zaitonem Chriſtiani, & Fratres Minores, qui duo ibidem habebant Monaſteria, honorifice exceperunt Martyrum reliquias, & pulchro condiderunt ſepulcro.

Ventus proſper illorum meritis obtinetur.

Ab idololatris quæſitæ reliquiæ non inveniuntur.

XII. Joanninus filius Hugolini Piſani mercatoris, bona ſua ſorte obtentum unum ex capitibus ſanctorum Martyrum ſecum ferebat, dum comitantibus aliis duabus navibus, mare Indicum transfretaret. Acceſſerunt quatuor piratarum Carbaſa, & duas illas convelitantes naves cœperunt; ad Joannini vero quamtumvis conati ſint, nec accedere nec a longe eam poterant offendere, illo tamquam firmum murum, ſacrum caput opponente. Januenſis ille adoleſcens, quem diximus ſuam operam adhibuiſſe fratri Jordani, dum ſacras colligeret reliquias, poſtea paſſus eſt graviſſimos diſenteriæ dolores; cui ut mederetur frater Jordanes immiſit in aquam dentem unum beati fratris Thomæ Tolentinatis, qua epota, ſtatim adoleſcens omnino convaluit. Repoſuit in Soldania in domo Prædicatorum frater Jordanes præter alias, horum reliquias, partem maxillæ unius ex eiſdem. Cujus vero eſſet dum Fratres ignorarent, & miraculoſos operaretur effectus, devota quædam fœmina obnixius oravit Dominum, ut revelaret cujus hoc eſſet fragmentum. Nocte ſequenti apparuit ei quidam Minorita magno ſplendore refulgens, dixitque, os illud eſſe fratris Demetrii. Dum vero ulterius interrogaret, quid actum eſſet de corpore fratris Petri Senenſis, reſpondit a Deo ſecreto reconditum uſque ad tempus præfinitum. Multa alia miracula fecit Deus per merita horum Sanctorum, & adhuc operari non deſinit inter ipſos idololatras & Sarracenos. Talem utique de ejus conceperunt opinionem, ut cum infirmitatibus vexantur, de terra, & loco in quo fuerant interfecti, accipiant, & aquæ immiſſam bibant, quo facili antydoto a variis morbis liberantur.

Caput unum ex iſtis portitorem liberat a malo.

Aqua ex tactu unius dentis horum fit ſalutaris.

XIII. Hac allectus libertate, & Chriſtianorum tolerantia, remanſit per annos aliquot in prædicta civitate frater Jordanes animas Chriſto ſacriſaciens, optanſque habere ſocios & magnæ meſſis cooperarios, biennio poſt ſociorum martyrium ſequentes dedit litteras ſtylo humiles, zelo plenas ad ſuos Conſodales Prædicatores & Minores, in illis partibus commorantes.

Reverendis in Chriſto Patribus, & Fratribus Prædicatoribus & Minoribus in Thauriſio, Diagorgano, & Merga commorantibus, frater Joardanes Prædicatorum Ordinis, omnium minimus, poſt ſalutem, & pedum oſcula cum lacrymis ſeipſum humiliter commendat.

XIV. *NOverit omnium veſtrum Paternitas veneranda, me ſolum ſine ſocio in India pauperculum & peregrinum eſſe, ubi poſt paſſionem ſociorum meorum de Ordine Fratrum Minorum, videlicet Thomæ ſancti, & Ja-*

Epiſtola fratris Jordanis.

& Jacobi glorioſi, Petri & Demetrii Martyrum beatorum, meis peccatis exigentibus, vivere ſum permiſſus. Sit ipſe Deus, qui omnia diſponit optime prout vult, nihilominus per omnia benedictus. Ibidemque poſt felix martyrium, quod in quinta feria ante ramos palmarum fuit in Thana Indiæ ab eodem loco per decem dies in contrada quadam, quæ Parrhot dicitur, nonaginta fere perſonas baptizavi, & adhuc baptizare non ceſſo, quia poſtmodum pluſquam viginti baptizavi, & intus Thanam & Superam triginta quinque baptizavi. Laus ſit Chriſto omnium creatori, ſi haberem ſocium remanerem per aliquod tempus. Nunc vero præparabo Eccleſiam Fratribus venturis, & dimittam meas & ſociorum meorum res, & libros univerſos. Veniam autem omnino, tamen propter fidei negotia alias ſatis ardua, aliquantulam moram traham. Ego autem poſt martyrium, & glorioſorum coronas, Thanam, ut jam dixi, veniens, etiam Sanctorum corpora ſepelivi, & maneo ſolus in Civitate præfata, & circumadjacenti Provincia per annos duos cum dimidio, ingrediens & egrediens, indignus habitus corona meorum felicium ſociorum. Væ mihi patres mei, væ mihi orphano & peregrino in loco erroris & vaſtæ ſolitudinis, ſic infeliciter conſtituto. Væ illi horæ peſſimæ, horæ odibili, qua me a ſanctis ſociis pro aliorum ſalute, heu me ignorans ipſorum futuras coronas, ſic me infeliciter ſeparavi! O utinam placuiſſet Domino altiſſimo, quod terra illa tunc deglutiſſet me vivum, & non ſic me poſt meos ſocios ſanctos in tot malis & adverſis infelicem ac miſerum reliquiſſet! Quis enarrare valeat cuncta, quæ paſſus ſum poſtmodum adverſa? nam captus ſum a piratis, incarceratus a Sarracenis, accuſatus, maledictus, vituperatus, & veluti ribaldus quidam, in camiſia ſola viliter tempore longo, totaliter ſine habitu mei ſancti Ordinis uſque hodie derelictus. O qualem famem, ſitim, frigus, calores, ardores, maledictiones, corporis infirmitates, paupertates, perſecutiones, falſorum Chriſtianorum detractiones, aeris intemperies, & infinita alia paſſus ſum poſt Sanctorum coronas, & felices paſſiones! Heu me, quis dabit oculis meis lacrymarum imbrem uberrimum, ut plangam me ipſum infelicem, & deſolatum in triſtitia & mæſtitia cordis mei? Sed quid, & his majora uſque ad mortem paratus ſum dulcius ferre propter dulcem Jeſum, ut tandem in fine & termino cum felicibus ſociis felicem me faciat ſocium perjucundum, & dictis factis perpeſſis, etiam præter paupertatem extremam, diverſas patior continue in corpore paſſiones. Nam modo in capite, modo in pectore, modo in ventre, & in ſingulis membris cruciatus, ſolus relictus ſum omni humano conſilio deſtitutus. Schiſma etiam plurimam propter me eſt in populo adeo odioſum, nam unus dies bonus eſt, alter vero non, ſed malus eſt propter ſeductores. Ultra tamen centum triginta utriuſque ſexus feliciter baptizavi, fieretque fructus glorioſus, ſi Fratres ſancti venirent, qui ſe ad omnem patientiam, & felix martyrium præpararent. Igitur Fratres cariſſimi, ad vos faciem verto, & quod infelicem peregrinum conſolari velitis, a ſanctis Fratribus ſociis derelictus, lacrymis perfuſus precor. Veniant igitur Fratres ſancti, veniant in patientia fundati, ut ſic baptizatorum fructus a malo valeat præſervari, & ſuo tempore in Dominico horreo, excuſſa palea, feliciter reponi. De via autem Æthiopiæ breviter ſcribo, quæ apta eſt, ſi quis ſervus Dei vellet ad prædicandum illuc ire. Cum paucis autem expenſis poſſet de loco, ubi nunc ſum, illuc tranſire, & ſecundum audita, via eſſet glorioſa per fidei dilatationem. Notifico vobis quod nomen noſtrum Latinorum majus eſt apud Indos, quam apud nos ipſos Latinos. Sed & Latinorum continue expectant adventum, ſive paſſagium, quia ferunt, in ipſorum libris penitus eſſe ſcriptum. Nec

Jordanis deſiderium martyrii.

Multa mala paſſus.

non

non & ſuo more tota die rogant Dominum, quod Latinorum acceleret optatum adventum. Si duæ galeæ per Dominum Papam in hoc mari conſtituerentur, quale eſſet lucrum, & Soldano de Alexándria quale damnum & detrimentum! O quis hoc Papæ ſanctiſſimo nunciabit! peregrinus ego penitus nequeo, ſed vobis Patribus ſanctis totum committo. Valete igitur Patres ſancti, & peregrini in orationibus mementote: pro Chriſti peregrino omnes orate, & ut Indi & nigri Neophiti per vos valeant in anima dealbari coram bono Jeſu pie aſtate. Finem igitur verbis ſuſpirioſe impono, ſed & omnium orationibus me totum ex intimis recommendo. Datæ in Thana Indiæ, in Civitate ubi Sancti mei ſocii martyrizati ſunt, anno Domini MCCCXXIII. *M. Jan. in feſto ſanctorum Martyrum Fabiani & Sebaſtiani.*

Quinam de eis ſcripſerunt.

XV. Multi ſcripſerunt de glorioſo Martyrum Agone: dedimus ſuperius, qui ex Oriente ipſorum acta tranſmiſerunt. Ediderunt vero Bartholomæus Piſanus, beatus Antoninus, Marcus Ulyſſiponenſis, Petrus Rodulphus. ,, Bernardinus Scardeonius, & Angelus Portinarius, in ſuis ,, de rebus Patavinis hiſtoriis. ,, Ferdinandus del Caſtillo, Abrahamus Bzovius, ſolus tamen Marcus optimi viri, Martyrum conſocii, meminit Jordanis. Omnium copioſiſſime ſcribit beatus Odoricus qui corpora e Thana Zactonem deportavit. Diſcrepant aliqui in anno martyrii; ,, Scardeonius, & Portenarius recenſent annum MCCXXI. Rodulphus ,, & Bzovius MCCCXIX. ,, Licet iterum ſui oblitus hoc anno occubuiſſe Bzovius recenſeat. Marcus Ulyſſipponenſis anno MCCCXXII. Sed omnia monumenta & Epiſtolæ ex Oriente tranſmiſſa, hoc anno paſſos ſanctos Martyres conſpirant. Egerunt Fratres cum Joanne XXII. pro Sanctis his canonizandis, quorum votis ſe ſubſcripturum indicavit. Sed orta & excreſcente controverſia de paupertate Chriſti, de qua jam agimus, & ſchiſmate Petri Corbarii, cui Cæſenas & alii adhærebant Minoritæ, facere diſtulit, quod antea propoſuit. ,, Feciſſe tamen Benedictum XI. ,, aliis XII. qui Joanni ſucceſſit, ſcribit Scardeonius, & feſtum eorum- ,, dem celebrari feria IV. hebdomadæ ſanctæ Paſcatis.

Piſan. confor. 8. de Vicaria Aquilonari.
Antonin. tit. 24. c. 9. §. 15.
Marc. cit.
Rodul. cit.
Caſtillo in Chron. Prædicat. 2. par. cap. 45.
Bzov. an. 1319. n. 12.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Scard. lib. 2. claſſ. 6.
Portinar. lib. 9. cap. 9.
Bzov. an. 1321. n. 23.

ADDITIO PATRIS LUCÆ WADDINGI.

Initium controverſiæ de paupertate Chriſti.

XVI. Ipſo hoc tempore, quo præclari hi Minoritæ de Satanæ miniſtris glorioſe in Oriente triumpharunt, excitavit ille ſubdole in Occidente turbas, & callide machinatus eſt contra Sodalitium Minorum, ex deſpicabilibus initiis, & inopinato eventu, magnum eis advehens malum, concitando in eos ſummum Pontificem, ad illud uſque tempus Franciſcanorum optimum amicum. Hoc ipſo namque anno, Dominica Paſſionis, Beghinum quemdam captum in civitate Narbonenſi examinabant de variis hæreſibus Archiepiſcopus, & frater Joannes de Belva (Bemmium vocat Bzovius) Ordinis Prædicatorum Inquiſitor in partibus Narbonen. & Carcaſonen. contra hæreticam pravitatem. Inter cetera aſſerebat Beghinus Chriſtum Dominum, & Apoſtolos viam perfectionis ſectantes, & docentes, nihil habuiſſe aut poſſediſſe jure proprietatis, aut Dominii in ſpeciali, neque in communi. Sententiam in eum laturus Inquiſitor convocavit Priores omnes, Guardianos, Lectores regularium, & viros alios ſapientes ejuſdem urbis, inter quos adfuit frater Berengarius Taloni Perpinianenſis, vir doctus, & ſacræ Theologiæ Lector in Cenobio Minorum Narbonenſi. Dum vero inter ceteros articulos condemnandos delegaretur, & iſte de Chriſti paupertate, tamquam hæreticus, Berengarius requiſitus, ut quid de propoſitionibus relatis judicaret, ediceret, reſpondit circa reliquos ad aliorum mentem eſſe hæ-

Marian. c. 8.
Marcus cit. lib. 8. cap. 10.

Bzov. an. 1322. n. 1.

Dubitatur, an aſſerere Chriſtũ & Apoſtolos nihil proprii habuiſſe ſit hæreticum.

Negat frater Berengarius Minorita.

hæreticos, hunc vero minime, ſed eſſe dogma ſanum, & Catbolicum in decretali: *Exiit, qui ſeminat*, per Eccleſiam Catholicam definitum.

Eum cogere vult Inquiſitor Narbonen. ad palinodiam.

XVII. Turbatus, & in Beregarium commotus Inquiſitor, iracunde vociſeratus eſt, eum haud catholice locutum, juſſitque ut palinodiam ſtatim in omnium præſentia decantaret. Renuit hic conſtanter, & contra Inquiſitoris minas, repetitaſque cenſuras appellationem ad Sedem Apoſtolicam interpoſuit, eamque proſecuturus Avenionem abiit, & coram Pontifice comparuit. Prævivit Inquiſitor, & antequam Berengarius accederet, Pontificis aures præoccupavit, animumque ita poſſedit, ut eum contra Berengarium, & contra univerſum Sodalitium concitaret. Accedentem itaque Lectorem, & cauſam dicentem haud placide audivit, juſſitque in Cœnobio Fratrum detineri, ulrra præcipiens ne a curia abſque ſpeciali licentia recederet. Hinc tranſiit lis ad Conſodales, & infra paucos dies ortæ ſunt inter Prædicatorum & Minorum Ordines diſcordiæ, & ſimultates non contemnendæ, diſputarique cœpit quæſtio coram ſummo Pontifice, & conſiſtorio Cardinalium, aſſerentibus Minoribus Chriſtum, & Apoſtolos nihil ſuum habuiſſe in ſpeciali aut communi, contrariamque aſſertionem eſſe hæreticam; Prædicatoribus vero affirmantibus oppoſitum, & Minorum ſententiam acclamantibus hæreticam. Neutra pars in altercationis initio quidpiam diſtinguebat, una abſolute negabat, altera aperte affirmabat, neque quidpiam videbatur medium, quibus extremæ hæ ſententiæ reconciliarentur. Inter tanta & tam vehementia partium ſtudia voluit Pontifex aliorum audire ſententias, & præſertim fratris Ubertini de Caſale, quem in ſcripturis ſacris optime noverat verſatum. Dedit itaque curam Neapoleoni Urſino Diacono Cardinali ſancti Hadriani, ut ejus mentem exploraret, & quid in hac quæſtione ſentiret, referret.

Defertur cauſa Pontiſici.

Detinetur in curia Berengarius. Magna ex hac quæſtione oritur controverſia.

Ubertini Caſalis in hac re ſententia.

XVIII. Ubertinus, receptis Cardinalis litteris, diligenter ad præfatam reſpondit quæſtionem, remiſſa ad Cardinalem præſenti ſolutione, quam ipſis his verbis, quæ ſubjungo docte concepit: *Ad quæſtionem prædictam non eſt reſpondendum ſimpliciter affirmative, vel negative, ſed per duplicem diſtinctionem eligenda eſt veritas fidei, & hæreſis reſpuenda. Et primo diſtinguendum eſt de Chriſto & Apoſtolis, quia fuerunt ſub duplici ſtatu: fuerunt enim univerſales prælati Eccleſiæ novi teſtamenti. Et hoc modo quantum ad diſpoſitionis & diſtributionis auctoritatem, pro dando pauperibus & miniſtris Eccleſiæ, ſicut de Apoſtolis ſcribitur, bona habuerunt communia, & negare quod non habuerunt iſto modo, eſſet hæreticum, & de hoc non currit proprie quæſtio, quia nullus in iſto ſenſu negavit. Ex iſta prælationis auctoritate Chriſtus dicitur loculos habuiſſe. Secundo Chriſtus & Apoſtoli poſſunt conſiderari ut ſingulares perſonæ, fundamenta perfectionis religioſæ, & perfecti mundi contemptores, ac gloriam mundi calcantes, & Chriſti conſilia de ſupererogatione perfectionis in ſe ipſis obſervantes, & omnibus volentibus eſſe perfectos, exempla lucida tribuentes. Et ſi quæratur utrum iſto modo habuerint? diſtinguendum eſt de duplici modo habendi. Quorum primus eſt civilis & mundanus, quem modum habendi leges Imperiales definiunt; duas ejus partes oſtendentes, & hæc verba in bonis noſtris dicimus eſſe, in quibus habitis exceptionem & defenſionem, & in non habitis repetitionem habemus. Et ita patet, quod qui habet aliquid civiliter & mundane poteſt defendere rem ſuam ab invaſore, & repetere a detentore in judicio ſub judice Imperiali. Et iſto modo dicere quod habuerit Chriſtus, & Apoſtoli res mundanas, eſt hæreticum quia contra Evangelium.*

Act. 4. 32.

Joan. 12. 6.

Ulp. ff. de verb. ſign. & in l. ſtipulatio iſta §. habere. ff. de verb. obligat.

lium. Nam Chriſtus Rex pacificus, qui Apoſtolos ſuos fecit filios pacis, ſeparavit ab omni humano litigio dicens: Et ei qui vult tecum in judicio contendere & tunicam tuam tollere, præbe ei & pallium. *Et* qui aufert tibi veſtimentum, etiam tunicam noli prohibere, & qui aufert quæ tua ſunt, ne repetas. *In quibus verbis removet a ſe (quia ipſe fecit, quod docuit) & ab Apoſtolis (quibus hoc ipſum impoſuit) duplicem partem juris civilis & mundani, ſcilicet defenſionem habiti, & repetitionem perditi. Et iſte modus habendi, proprie dicitur, habere in re proprietatem & dominium. Et quia Chriſtus & Apoſtoli iſto modo nihil habuerunt, idcirco beatus Petrus pro ſe & pro omnibus Apoſtolis dicit, ſicut verus pauper*: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. *Dicere ergo, quod Chriſtus & Apoſtoli iſto modo habuerint in communi, vel ſpeciali proprietatem & dominium eſt hæreticum & blaſphemum. Et hoc modo concedo quod intelligunt Fratres Minores, licet non diſtinxerint diverſos modos habendi. Alio modo poſſunt haberi res temporales quantum ad jus neceſſarium, & commune fraternæ caritatis. Et iſto modo Chriſtus & Apoſtoli habuerunt bona temporalia jure naturali, quod ab aliquibus dicitur jus poli, ad ſuſtentationem neceſſariam, repellentes omnia, quæ divitias ſaperent, vel delitias redolerent, vel mundi pompam nutrirent. Et iſto modo habuerunt panes & piſces. Et ſic dicit Apoſtolus*: habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. *Nec eſt aliqua profeſſio, nec aliquod conſilium Chriſti, quod prohibeat talem modum habendi, ſcilicet quantum ad neceſſarium uſum vitæ, & ideo dicere, quod non habuerint iſto modo, eſſet hæreticum, & ſic concedo, quod vellent dicere Fratres Prædicatores*. Hæc Ubertinus.

Matth. 5. 40. Luca 6. 29.

Matth. 19. 27.

1. Timot. 6. 8.

XIX. Lecta fuit hæc ſchedula in Cardinalium conſiſtorio coram ſummo Pontifice, placuitque valde omnibus, etiam ipſis partium ſtudioſis, atque hinc inde convenerunt dicentes, ſecundum illas diſtinctiones ſibi ſatisfactum, neque in illo ſenſu ſe velle amplius quæſtionem urgere, dum præmiſſa illa explicatione ſuus unicuique manebat honos, & utraque ſententia ſana erat, & Catholica. Gaviſus eſt Pontifex ad iſtam partium concordiam, dixitque ita terminari poſſe, neque velle ſe amplius de hac re quidpiam audire. Ita tunc pacati diſcordes animi, donec iterum inimicus homo immiſit in eos iram, & indignationem malam, exſuſcitataque denuo controverſia ad graviora mala & publica ſcandala proceſſit, uti ſingulis annis quibus iſta duravit controverſia, ſincere referemus.

Applaudunt omnes ſententiæ Ubertini.

XX. Mire variat circa tempus, quo controverſia cœpit exoriri Abrahamus Bzovius, & dum eam narrat ſub anno MCCCXXII. quaſi tunc ortam, aliquot jam antea annis laceravit Franciſcanos, non ob aliud crimen, quam quod male ſenſerint de Chriſti & Apoſtolorum paupertate, quaſi enata jam ante illud tempus iſta controverſia. In ſequentibus porro annis quaſi nacta triumphandi occaſione, paſſim eis inſultat, & qua poteſt acrimonia doctrinam hanc a Minoribus conceptam, & quæ ex ea ſequuta ſunt incommoda, paſſim inculcat. Ego vero ne ad ſingulas narrationes ab inſtituto digrediar, & apologetice potius quam hiſtorice agere videar, ſincere ad propoſitum collimabo ſcopum, neque ad dextram, neque ad ſiniſtram deflectam, ſed totum id quod fuit, & quo modo fuit ob oculos ponam, ſive cedat in laudem, ſive in vituperium. Neque enim ita meorum per omnia laudi ſtudeo, ut vel in minimo veritatem offendam. Bzovianas itaque injurias miſſas faciam, quibus opero-

Bzov. n. 1. & ſeqq. Idem anno 1317. 1318. 1321. n. 7.

Bzovius in referenda hac controverſia affectui ſuccumbit.

ſum nobis eſſet ad ſingulas ferme periodos reſpondere; id dumtaxat a lectore æquo rogaverim jure, ut calumnias illas noſtro conferat candori, neque prius eas ſuo condat ſinu, aut ſtomachabundus in noſtros eructet, quam ut a me veritatis & lenitatis recipiat temperamentum.

XXI. Dum ventilaretur acriter iſta controverſia in curia, & hæreſis inſimularentur Minores, duo ex illis vitæ laudabilis, & probatæ religionis in ipſa eadem regione contra hæreſes ad mortem uſque decertarunt. Inquiſitorem hæreticæ pravitatis agebat frater Jacobus Bernardi Minorita in provinciis Arelaten. Aquen. Viennen. & Ebrodunen. Vicarios ſuos miſit pro quibuſdam fidei negotiis ad caſtrum Cabioli diœceſis Valentinæ, Segalaunorum in Gallia ſub Archiepiſcopo Viennen. Fratres Cathalanum Fabri, & Petrum Paſchalem de Saliente. Non potuerunt commode eo in loco injunctum ſibi officium exercere, tranſieruntque ad caſtrum Montifilii, ubi proditorie comprehenſi ab hæreticis, qui in eorum conſpirarant necem, miſerabiliter trucidati ſunt, tot infligentibus vulnera Sathanæ Miniſtris, ut non videretur de nimietate plagarum poſſe ipſorum crudelitas ſatiari. Totius rei hiſtoria apertius conſtabit ex ſequentibus litteris Apoſtolicis, quibus ſevere animadverſum voluit Pontifex in tanti ſceleris auctores, & fautores.

Trucidantur duo Inquiſitores cōmiſſarii Minoritæ.

Venerabilibus Fratribus Valentin. & Vivarien. Epiſcopis, & dilecto filio fratri Jacobo Bernardi, Ordinis Minorum Inquiſitori hæreticæ pravitatis in Arelaten. Aquen. Viennen. & Ebrodun. provinciis, per Sedem Apoſtolicam deputato.

Reg. Vat. ep. 41. Gen. 4. 10. Cantic. 2. 15.

XXII. *Vox ſanguinis innocentis, quem nocens impietas nocenter effudit, de terra proclamans, horribile facinus & enorme flagitium defert in fidelium medium, judicium expetens ultionis: quoniam in cultores fidei, & fideles agricolas miſſos ad demolientes vulpeculas propellendas, inſurrexere viri perfidiæ, ac operarios Dominicæ vineæ flagitioſi nequitiæ viri, pœnam imminentem, & proximam, utpote jam rei poſtulati criminis hæreticæ pravitatis, rationabiliter formidantes, unanimi ſævitia inhumaniter occiderunt, contra quos eo debet acerbius rigor canonicæ ſeveritatis exurgere, quo immanitas ſceleris in innocentes a noxiis, a ſævis in mites, in pios ab impiis perpetrati gravius noſcitur exaggerare reatum. Sane ſicut publicæ famæ relatio jam deduxit in publicam notionem, nonnulli de hæretica labe reſperſi, quorum aliqui dudum in hæreſi deprehenſi, in ſignum promiſſæ per eos veræ converſionis ad fidem, anterius & poſterius per Inquiſitores pravitatis hæreticæ juſto judicio receperant ſignum Crucis. Aliqui vero fermento dictæ labis infecti, ac credentes, & fautores hæreticorum ex accuſatione conſcientiæ propriæ, futuram ſibi meritam pœnam prænoſcentes, intellecto quod ad perquirenda talium devia pro negotio fidei, vitæ laudabilis & probatæ religionis viri quondam fratres Cathalanus Fabri, & Petrus Paſchalis de Saliente, Ordinis Minorum, ad Caſtrum Cabioli Valentin. diœc. per te fili Inquiſitor fuerant deſtinati, tam præfati crucem portantes, quam quidam alii delati de hæreſi, ac defenſores, & fautores eorum, conſuentes ſibi penam, ipſamque evitare quærentes, ac ob hoc eorumdem Fratrum conſpirantes in necem, collecta multitudine aliorum ſuorum in hac parte complicum & fautorum, præhabuere tractatum, ut ſuperveniente nocte, in dictum Caſtrum, cujus portæ eis debebant per alios conſortes ejuſdem nequitiæ reſerari, ipſis præſtaretur ingreſſus, dictos Fratres co-*

eorumque familium perempturis . Cumque idem frater Cathalanus in dicto Caſtro Cabioli non valens injunctum ſibi Inquiſitionis officium commode exercero , ſe cum dicto fratre Petro ad Caſtrum Montifilii dictæ diœc. contuliſſet , præfati malefici illac cum prædicta multitudine diverſis armorum generibus præmunita , in profundæ noctis ſilentio acceſſerunt , ut in eoſdem Fratres , qui in Prioratu ſancti Jacobi dicti loci de Montifilio fuerant hoſpitati , hujuſmodi machinationum inſidias minime formidantes , ſed opus Domini fideliter proſequentes , ac tunc quieſcentes , portas cameræ , in qua recumbebant , ſecuribus excidendo , omni divino timore poſtpoſito , & quolibet debito humanitatis excluſo , immani & terribili impetu irruerunt , ac in eorum capitibus , cervicibus atque membris tot atrocia & lethalia vulnera terribilibus ictibus frequentius iterarunt , ut quamvis ad extinctionem eorum pauca de dictis vulneribus ſuffeciſſent , illam in cruenta cæde ipſorum rubidam oſtenderent feritatem , ut non videretur de nimietate plagarum poſſe ipſorum crudelitas ſatiari . Cum igitur prædictorum ſceleratorum cauſæ multiplicatæ reatuum tanto majoris ſint ultionis animadverſione plectendæ , quanto impunitas talium periculoſiorem pararet audaciam ſimilia perpetrandi , diſcretioni veſtræ , de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus , per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus , quatenus vos , vel duo veſtrum per vos contra Priorem dicti Prioratus , & quoſcumque alios , qui in eorumdem Fratrum miſerabili nece culpabiles , capti fore dicuntur , ac univerſos & ſingulos , quos per inquiſitionem , quam ſuper hoc per vos haberi volumus , ſimpliciter , ſummarie , & de plano , ſine ſtrepitu , & figura judicii , inveneritis fore præcipuos ejuſdem nefandi ſceleris patratores , vel ſuper dicto ſcelere dediſſe auxilium , conſilium vel favorem , cum tam committentium reatum hujuſmodi , quam dictorum Fratrum , in quos ſcelus ſic immaniſſimum eſt commiſſum , qualitas evidenter inſinuet hujuſmodi patratores fore de hæretica labe ſuſpectos , ad pœnas debitas inferendas eiſdem , auctoritate noſtra , juxta ſanctiones canonicas , & ſecundum privilegia Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis ab Apoſtolica Sede conceſſa , procedere ſtudeatis , ita quod qui exceſſus exceſſibus aggregarunt , pro cumulatione ſcelerum pœnam recipiant congruentem . Et ſi aliquis caſus vel dubietas forſan emergeret , ut vobis ſceleratos eoſdem pœnis dignis ſubjicere , periculoſum vel difficile redderetur , aut eos ad Sedem Apoſtolicam ſub fida deſtinetis cuſtodia , ſi poteritis , pœnam pro meritis recepturos , aut nos ſuper talibus conſulatis , invocantes ad exequenda præmiſſa dilectorum filiorum Comitum , Baronum , Militum & Nobilium aliorum , Univerſitatum , Civitatum , Caſtrorum & villarum auxilium , ſi videritis expedire , contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam , appellatione poſthabita , compeſcendo , non obſtante ſi aliquibus communiter vel diviſim a præfata ſit Sede indultum , quod interdici , ſuſpendi vel excommunicari non poſſint , per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem . Datum Aven. II. Kal. Decembris anno VI.

Dilectis filiis Nobilibus viris Comitibus , Baronibus , ceteriſque Nobilibus , necnon Univerſitatibus , Civitatum , Caſtrorum & Villarum , ad quos præſentes pervenerint .

XXIII. V*Ox ſanguinis &c.* ut in præcedenti mutatis mutandis, uſque ad pro meritis recepturos , *aut nos ſuper talibus ducerent conſulendum . Quare vos univerſos & ſingulos rogamus , requirimus , & hor-* Reg. Vat. ep.42.

hortamur attente, vobis in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus eiſdem Epiſcopis, vel eorum alteri, cum ab eis vel ipſorum altero fueritis requiſiti, in præmiſſorum executione pro favore Catholicæ fidei favorabiliter aſſiſtentes, eiſdem brachii veſtri impendatis auxilium, prout fuerit opportunum. In præmiſſis vos taliter habituri quod proinde vobis ineſtimabile præmium æternæ retributionis a Deo, & a nobis digna proveniat actio gratiarum. Datum Aven. XII. *Kal. Octobris anno* VI.

Multis clarent hi Martyres miraculis.

XXIV. Corpora horum Martyrum tranſlata fuerunt Valentiam, & ibi in Conventu Minorum provinciæ Burgundiæ, Cuſtodiæ Viennenſis honorifice ſepulta, ubi multis ſignis & miraculis Deus manifeſtam voluit illorum ſanctitatem, & mortem pro fide perpeſſam fuiſſe in ſuo conſpectu pretioſam. Ipſo eodem die, quo occiſi ſunt, apparuerunt ſanguine reſperſi cuidam piæ Sanctimoniali, quæ in lecto infirma jacebat, præmonuerantque conſummati martyrii, addentes, quod ſi ab infirmitate vellet curari, ageret cum amicis & parentibus de ſuis corporibus ſepeliendis. Fecit, a morbo ſtatim convaluit. Plura ab eis patrata miracula ad Joannem Papam tranſmiſſa, excitarunt, ut de eorumdem ageret canonizatione, & præſentibus litteris miraculorum examen Epiſcopo committeret Valentino, licet poſtea propter turbas in Ordine ſuſcitatas, ab ulteriori in hac re ceſſarit proceſſu.

Illorum examen committitur Epiſcopo Valentino.

Venerabili fratri Epiſcopo Valentino.

Reg. Vat. ep. 43.

XXV. Vox *ſanguinis innocentis &c.* ut in præcedenti diplomate uſque ad crudelitas ſatiari. *Cum igitur, ſicut habet multorum relatio, omnipotens Dominus, qui Sanctos ſuos mirificat meritis, & eos facit coruſcare miraculis, meritis eorumdem Fratrum, qui fidei proſequendo negotia a viris perfidis martyrium ſuſceperant, evidentia miracula in Eccleſia, ad quam eorum corpora delata fuerant, circa infirmos, qui dictorum corporum devotum poterant habere contactum, fuerit operatus, & jugiter operari dicatur, ac dignum exiſtat, ut quos ſignis & prodigiis Dominus Sanctos venerandos oſtendit, eos veneratione dignos fidelium mater Eccleſia debeat publicare; nos de præmiſſis miraculis volentes cum omni, qua poſſumus, cautela & diligentia veritatem plenius indagare, fraternitati tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, de Fratrum noſtrorum conſilio, præſentium auctoritate committimus & mandamus, quatenus vocatis & adhibitis tecum aliquibus probis viris tam de vita & converſatione dictorum Fratrum, quam de profeſſione fidei facta per eos, dum erant in agone recepti martyrii conſtituti, & ſpontanea ſuſceptione dicti martyrii, quam de dictis miraculis, ac ipſorum circumſtantiis univerſis ſecundum datam tibi a Deo prudentiam diligenter inquirens, nobis, quæ inveneris, ſtudeas fideliter per tuas litteras nunciare. Datum ut ſupra.*

Veniunt aliqui Minoritæ ex Oriente dicturi ſtatum illarum regionum.

XXVI. Laudabili conatu laborabant hoc tempore Minores in Oriente, inter Tartaros, Æthiopes, Armenos, Sarracenos, & alias quaſcumque nationes a recta fide deviantes, ut eos ad ſemitas reducerent veritatis. Redierunt aliqui rationem redditurі ſuæ miſſionis, & Pontifici dicturi ſtatum illarum partium, & gentium conditionem, aliquarum ad fidei Catholicæ unitatem amplectendam, aliarum jam profeſſione Chriſtianarum ad præſtandam Eccleſiæ Romanæ obedientiam, propenſio-

ſionem. Ex horum relatu judicavit Pontifex ſui muneris eſſe, aliquos fidei operarios ad eos deſtinare, præſertim ad Georgianos jam Chriſtianos, ſed ab unitate Eccleſiæ diſciſſos, ut ad eamdem velint redire. Miſit itaque Minoritas aliquot, qui hos ad Eccleſiæ gremium reducerent, & ulterius pergerent ad Regna, Provincias & terras Imperii Tartarorum. Graviſſimas dedit ad Georgium Georgianorum Regem, ac univerſos populos Tartarorum de unitate Eccleſiæ & Primatu Petri litteras, quas prius per ejuſdem Inſtituti viros Innocent. IV. miſit ad Bulgaros, in quibus etiam rationem reddit, cur eis præ ceteris viris tranſmittat Minoritas.

Mittit ex eiſdem plures operarios datis graviſſimis litteris ad Georgianos & Tartaros.

Georgio Regi Georgianorum Illuſtri, ejuſque Baronibus, & Baroni, Porcelli, Tſai Vartabet, & David filiis Aiaci, Gregorio Toppin Orticurte, Solagay Amor Sarkis de Teſſelicio, Joanni Magdanao de Soldania, & Manueli de Trepeſunda, ac univerſis populis per Regna, Provincias & terras Imperii Tartarorum conſtitutis, Deum diligere & timere.

XXVII. C*Um ſimus ſuper Apoſtolicæ Sedis ſpeculam conſtituti, vehementer dolere cogimur & turbari, cum a capite ſuo membra quædam videamus eſſe diviſa, ſuæque diviſionis damnum tamquam mortificata, non plangere nec ſentire &c.* ut in litteris Innocentii IV. ad Bulgaros miſſis anno MCCXLV. num. 14. uſque ad finem. *Datum Avenione Idibus Octobr. anno* VI.

Reg. Vat. ep.23.

XXVIII. Hos autem a ſe miſſos graviſſimis communire voluit privilegiis, & ampliſſimis ad fortiter operandum gratiis excitare ad exemplum ſuorum prædeceſſorum Gregorii IX. Alexandri & Urbani IV. quorum litteras ſub ſequenti inſcriptione renovavit.

Plurima eis largitur privilegia.

Dilectis filiis Fratribus de Ordine Fratrum Minorum in terras Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Yberorum, Alanorum, Galathorum, Gothorum, Sichorum, Ruthenorum, Jacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Moſcelinorum, aliarumque non credentium nationum Orientis & Aquilonis, ſeu quarumcumque aliarum partium proficiſcentibus.

C*Um jam hora undecima ſit diei &c.* ut in bulla Alexandri IV. quam dedimus integram Tomo IV. uſque ad videritis expedire. *Et ut fructum de veſtris laboribus reportetis, & ſentiatis ex eis æternæ ſalutis vobis commoda uberius proventura, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, vobis & cuilibet veſtrum vere pœnitentibus & confeſſis illam indulgentiam præſentium auctoritate concedimus, quam proficiſcentibus in terræ Sanctæ ſubſidium Sedes Apoſtolica concedere conſuevit. Ac nihilominus, ut Chriſti fideles quaſi per præmia ſalubriter invitemus ad merita, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui Eccleſias, & loca Fratrum dicti veſtri Ordinis in partibus præmiſſis constructa, & impoſterum conſtruenda cauſa devotionis, ſeu eleemoſynæ faciendæ ipſis Fratribus, ſingulis diebus viſitaverint, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Vobis inſuper Apoſtolica auctoritate concedimus, ut in civitatibus, caſtris, vel villis, ſeu locis, quibuſcumque ad habitandum, domos & loca quæcumque de novo recipere, ſeu ha-*

Reg. Vat. ep.24. Tom. 4. fol. 84. n.1.

hactenus recepta mutare, aut ea venditionis, permutationis, donationis, aut cujuſvis alienationis titulo in alios transferre, prout utilius id fieri cognoveritis, de noſtra, & dictæ Sedis ſpeciali licentia valeatis, non obſtante prohibitione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua cavetur ne aliquis vel aliqui de Prædicatoribus, & Minoribus, et religioſis aliis mendicantibus, quibuſcumque ſuper hoc privilegiis muniti exiſtant, prædicta præſumant, abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, plenam & expreſſam facientes de prohibitione hujuſmodi mentionem. Quod ſi ſecus actum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autem & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut illa, quæ de jure, vel de obſervata conſuetudine ad Epiſcopalem dignitatem, ſeu juriſdictionem dumtaxat pertinent, vobis, ſeu quibuſcumque aliis Fratribus, veſtri ſeu cujuſcumque alterius Ordinis ad terras non credentium tranſeuntibus, ſeu jam ibidem exiſtentibus, auctoritate Apoſtolica jam conceſſa, vel impoſterum concedenda, niſi in illis tantum partibus, in quibus Catholici Epiſcopi non fuerint, nec vos, nec alii alterius Ordinis Fratres exercere curetis, decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam ſcienter vel ignoranter fuerit attentatum. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, licentiæ, facultatis, poteſtatis, relaxationis, voluntatis, & conſtitutionis &c. Datum Avenione x. Kalend. Novembris anno VI.

XXIX. Venerunt, præter ſupradictos, hoc anno ex Tartaria, & partibus Orientis & Aquilonis duo viri religioſi Minoritæ, Petrus & Jacobus, qui ſtrenue illic in vinea Domini excolenda laborarunt, & Pontifici retulerunt ſtatum illorum populorum & regionum, quos iterum illuc cum amplis privilegiis, & litteris ad Tartarorum Imperatorem, erga Chriſtianos valde benignum & beneficum, ad Regem Zopan Begilar, & alias perſonas in dominio Tartarorum commorantes, remittendos judicavit, ut opus laudabiliter inceptum proſequerentur, & tenellos Chriſtianos ad fidem recenter converſos in ſana doctrina amplius confirmarent. Epiſtolarum exemplar ſubminiſtro.

Remittit ad Tartaros fratrem Petrum & Jacobū.

Magnifico Viro Muſſayd Imperatori Tartarorum, gratiam in præſenti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

Reg. Vat. ep. 34. Matth. 18. 14.

XXX. *Larga Dei Patris & copioſa clementia, qui* neminem vult perire, *ex eo miſericorditer intima cordis tui, digito manus ſuæ tetigiſſe videtur, quod fidei Chriſtianæ cultores infra latitudinem tui degentes Imperii, oculo ſereno reſpiciens, multæ manſuetudinis, ſicut dilecti filii Jacobus & Petrus Ordinis Minorum exhibitores præſentium, quod læti ſuſcepimus, te voce laudabilis commendationis attollunt, benigne proſequeris, & pertractas, & a tuæ protectionis favoribus non excludis, ex quo data nobis ſpes grata fiducia, quod ineffabilis noſtri pietas Salvatoris, a quo chariſmatum omnium dona manant, oculos mentis tuæ* a montibus æternis illuminans, *de vitæ veteris cæcitate, ad agnitionem ſui glorioſiſſimi nominis revocabit. Quare magnitudinem tuam rogamus, & hortamur in filio Dei Patris, & per miſericordiam ejus, qui vult omnes ſalvos fieri, inſtantius obſecramus, quatenus quod circa fidei cultores ejuſdem dedit pietas inchoari, laudabili proſecutione continuans, prædictos Fratres, qui pro tua & populorum tibi ſubjectorum procuranda ſalute, ad partes ejuſdem Imperii tum noſtræ benedictionis gratia revertuntur, nec non & Chriſtianos alios in eodem*

Pſal. 75. 5.

dem Imperio commorantes, habens pro divina & Apoſtolicæ Sedis reverentia ac noſtra propenſius commendatos, eos tui favoris ope confoveas, protectionis tuearis auxiliis, & in libertate plenæ ſecuritatis manuteneas, & conſerves. Datum Avenione x. *Kal. Decembris anno* VI. Similiter ſcripſit ad Regem Begilar paucis verbis mutatis.

Dilectis filiis, Vaitan Sacriſtæ Iſrael, & Abraham, & aliis Monachis Monaſterii ſancti Thadæi Apoſtoli, Abraham, Gregorio & Anerfot clericis, & Cotbulotogas, Scya, Chazeries Viaram, Sarchii, Sinofour, Lius, Suinſa, Amirſia, & David de Thauriſio Carin, Aſtuazadur, Barac, & Anetis de Soldania, Argon, Amirfek, & Sarkis de Maiaga, & Diacoregan & Sarkis de Salamaſtro, Abraham, David, Sadaga, Aldamer, Zachariæ, & David de Teleſilic & aliis univerſis & ſingulis ad Catholicam fidem converſis per Tartarorum Imperium conſtitutis ſalutem.

XXXI. *Cum ſicut dilectus filius Jacobus Ordinis Minorum lator præſentium nobis expoſuit, vos pro nomine Salvatoris Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, contumelias tribulationum, & anguſtias perſecutionum frequenter pati contingat: nos intendentes, ut in iis pro divini nominis gloria, veſtræque ſalutis augmento eo libentius patientiam habeatis, quo potiora ſpiritualis gratiæ dona inde vos perceperitis adipiſci. Vobis univerſis & ſingulis, & aliis de præfato Imperio, qui ad fidem Catholicam Orthodoxam convertentur in poſterum, ſingulis diebus, quibus vos aut dictos convertendos contumelias aut tribulationes vel perſecutionem pro eodem nomine pati contigerit, & omnibus, qui alios ad dictæ fidei communionem inducent, ſingulis diebus, quibus ſuper hoc fideliter laborabunt; nec non & illis, qui nomine ejuſdem Domini noſtri Jeſu Chriſti, & beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ genitricis ejus, Dominæ noſtræ, reverentiam devotis animis exhibebunt, vere pœnitentibus & confeſſis, ſingulis diebus, quibus reverentiam hujuſmodi facient, viginti dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Datum Avenione* x. *Kal. Decemb. anno* VI.

Reg. Vat. ep. 36.

Fidem propagatibus largitur Indulgentias.

XXXII. Miſit etiam per eoſdem ad univerſos Orientis Epiſcopos, & populos ſchiſmaticos, præſertim per Imperium Tartarorum degentes, ſequentes litteras, in quibus eos ad fidei & Eccleſiæ unitatem exhortatur, & Sacramentorum explicat doctrinam.

Epiſcopos, & populos ſchiſmaticos invitat ad veram fidem.

Venerabilibus Fratribus de Aguemaz, & de Arthamar Archiepiſcopis, ac Zachariæ Argis, Joanni de Noravans, Stephano Thaiſair ac .... de Pictriviaco .... de Aſtarat, de Carry, Jacobo de ſancto Bartholomæo, Zachariæ de Naczoan, Thadæo de Pacevan, Nerſes de Wuanavaniz, Sarbas de Arepada .... de Arteron, de Arzenga & de Cars, ac aliis Orientis Epiſcopis, nec non dilectis filiis Archipresbytero & filiis Riſtakes, ac Stephano de Soldania, Avetik Conſtant, Jacobo Avetis Tarpat, Papoy de Arzaron, Joanni de Moraga, Stephano & Abraham de Diacoregan, Bartholomæo de Tiraton, de Theſeliz, Chiratos Varcabet, ac univerſis & ſingulis Varcabetibus Abbatibus, Monachis, & Sacerdotibus ac clero & populo fidelium per Imperium Tartarorum degentibus ſalutem &c.

XXXIII. *Salvator noſter, qui verum eſt caput corporis myſtici Eccleſiaſticæ unitatis, juxta illud Apoſtoli:* Omnes ſumus unum corpus in Chriſto, *inſtante ſuæ articulo paſſionis, quam ſubire dignatus eſt,*

Regeſt. Vatic. in append. epiſt. 21.
1. Cor. 10. 17.

pro noſtra omniumque ſalute, ſignanter oraſſe legitur pro hac ſibi perplacita
Joann. 17. 21. *unitate:* Volo, *inquiens*, Pater, ut omnes ſint unum in nobis. *Et nos quidem, qui licet immeriti gerimus vices ejus in terris, ſalutem animarum in cunctis nationibus divinitus humilitati noſtræ curæ commiſſis, accuratius exquirentes, ad unitatem omnium in Orthodoxæ fidei veritate, ſine qua ſalus eſſe non poteſt, in Eccleſiaſticorum conſonantia rituum deſideranter afficimur, & quanto in unione hujuſmodi ſincerius delectamur, tanto nimirum intenſius quamlibet in illa diſſidentiam deteſtamur. Quapropter vehementer dolere cogimur & turbari, cum a capite ſuo membra quædam videamus eſſe diviſa, ſuæque diviſionis damnum tamquam mortificata non poſſumus non plangere, nec ſentire. Nempe Orthodoxorum neminem credimus &c.*
Tom. 5. fol. 156. n. 16. ut in bulla Innocentii IV. ad Bulgaros miſſa ad annum MCCXLV. uſque ad, omnis quæſtio ſit referenda. *Cui cum Dei gratia diſponente, non noſtris meritis, ſuccedamus, nequaquam ſine dolore poſſumus intueri a tanti capitis corpore membra quædam eſſe diviſa, videlicet Armenorum Orientis Eccleſiam: ſejuncta nempe per inobedientiam a ſuo capite ſpirituali corporis ſanctificationem nequaquam participat, cum ab ejus ſe ſubtraxerit unitate. Hæc eſt igitur doctrina quam tenet & prædicat ſacroſancta Romana Eccleſia, quæ juſtos vivificat, labentes ſtabilit, corda purgat. Hæc eſt vere pugnanti clypeus, arra ſponſæ, præmium & triumphus. Docet inſuper baptiſmum non eſſe aliquatenus iterandum, & eos qui poſt baptiſmum in peccata relabuntur non baptizandos, ſed per veram pœnitentiam ſuorum poſſe conſequi veniam peccatorum. Quod ſi vere pœnitentes in caritate diſceſſerunt, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſſis ſatisfecerint & omiſſis, eorum animas pœnis purgatorii poſt mortem purgari, & ad pœnas hujuſmodi relevandas prodeſſe eis fidelium vivorum ſuffragia, ſcilicet ſacrificia, eleemoſynas, & alia pietatis officia, quæ a fidelibus pro aliis fidelibus fieri conſueverunt ſecundum Eccleſiæ inſtituta. Illorum vero animas qui poſt Sacramentum baptiſmatis nullam omnino peccati maculam incurrerunt; illas etiam, quæ poſt contractam peccati maculam, vel in ſuis manentes corporibus, vel eiſdem exutæ, ſunt purgatæ,* in cœlum mox recipi. *Illorum autem animas, quæ in mortali peccato, vel cum ſolo originali diſcedunt, mox in infernum deſcendere, pœnis tamen ac locis diſparibus puniendas. Tenet etiam & docet ſacroſancta Romana Eccleſia ſeptem eſſe Eccleſiaſtica Sacramenta, ſcilicet Baptiſma, de quo dictum eſt, aliud eſſe Sacramentum Confirmationis, quod per manus impoſitionem Epiſcopi confertur, chriſmando renatos chriſmate, in cœna Domini per ſolum Epiſcopum, vel Superiorem ipſo Antiſtite, conſecrato. Aliud eſt Extrema unctio, quæ de oleo, per Epiſcopum, vel Superiorem ut prædicitur, benedicto, infir-*
Jacob. 5. 14. *mantibus ſecundum doctrinam beati Jacobi, per presbyteros exhibetur. Aliud eſt Euchariſtiæ, quod ex azimo conficit eadem Romana Eccleſia, tenens & docens, quod in ipſo Sacramento panis verus tranſubſtantiatur in corpus, & vinum in ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, in quo ſacrificio in calice aquæ modicum vino apponitur ad conſecrationem Dominici ſanguinis celebrandam; ita quod nec aquam ſine vino, nec vinum ſine aqua offerri debere eadem Eccleſia ſancta docet; quodque per ſumptionem hujus Sacramenti ſanctiſſimi non frangitur jejunium a ſumente. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir inſimul plures uxores, nec una mulier habere permittatur plures viros. Contracta vero matrimonia inter conjunctos uſque ad quartum conſanguinitatis gradum incluſive citra diſpenſationem Romani Pontificis, per ſanctam Romanam Eccleſiam nullatenus rata ſeu legitima re-*

pu-

Digitized by Google

putantur; ſoluta vero lege matrimonii per mortem alterius conjugum, ſecundas & tertias & deinceps, nuptias ſucceſſive licitas eſſe dicit, ſi impedimentum canonicum ex cauſa alia non obſiſtat. Aliud eſt Sacramentum Pœnitentiæ, quo ſecundum inſtitutionem ejuſdem Eccleſiæ, fidelis quilibet Chriſtianus omnia peccata ſua ſemel ad minus in anno debet Sacerdoti proprio confiteri. Septimum vero Sacramentum eſt ſacer Ordo. Eadem quippe Romana Eccleſia quatuor agnoſcit Minores Ordines, quorum primus eſt, ordo Oſtiarii, ſecundus Lectoris, tertius Exorciſtæ, & quartus Acolyti; nec non & tres majores, Subdiaconatus videlicet, Diaconatus & Presbyteratus Ordines, quos ſtatutis a jure temporibus in eadem confert Eccleſia ordinatis. Quia vero debitores omnium, ac ſervus ſervorum illius ſumus effecti, qui neminem vult perire, non immerito circa vos & ſubditos veſtros miſericordiæ viſceribus affluentes, Pauli gentium Doctoris affectu inducimur, qui ſciens omnium Creatorem acceptationem non facere perſonarum, conformatur infirmis, & omnibus omnia factus eſt ut omnes Domino lucraretur. Nos enim veſtra nequaquam requirimus, ſed animarum veſtrarum in Domino Jeſu Chriſto lucra ſitimus, nil de facultatibus veſtris ſubtrahere quærimus, vel minuere de honore, ſed quantum cum Deo poſſumus vos juſte provehere & ampliare potius affectamus. Quare univerſitatem veſtram rogamus, & obſecramus in filio Dei Patris, quatenus præmiſſis in ſcrutinio recte conſiderationis adductis, in ejuſdem Eccleſiæ Catholicæ unitate, præmiſſa devotis animis obſervando perſeverare curetis, ad hoc ſubjectos vobis populos inducendo, ut in Eccleſia Catholica, veræ fidei induta decore, ſedeatis ſicut olivarum novellæ in circuitu menſæ ſuæ, & cum electis Dei aſſequi valeatis hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam & immarceſcibilem conſervatam in cœlis. Ceterum ut larga Dei Patris, & copioſa clementia in laudem & benedictionem & gloriam ſui beatiſſimi nominis, ſuorum veneratione Sanctorum vos devotis percipiens ſtudiis delectari, in vobis gratiæ ſuæ dona multiplicet, quæſumus ut glorioſiſſimæ Nativitatis Dei & Salvatoris Noſtri Domini Jeſu Chriſti, Annunciationis beatiſſimæ, & præcelſæ genitricis ejus ſemper Virginis Mariæ, Dominæ noſtræ, ſancti Joannis Baptiſtæ, beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & aliorum Sanctorum feſtivitates juxta ritum, quem prædicta Romana tenet Eccleſia, vobis per dilectos filios fratrem Jacobum & Petrum de Ordine Minorum, exhibitores præſentium, peritos in lege divina, tradendum cum omni devotione, ut multiplicatis interceſſionibus apud Deum, ejus miſericordiam valeatis abundantius promereri, colere ſtudeatis, & per eoſdem ſubditos veſtros coli reverentibus animis faciatis, rogantes ut eoſdem Fratres pro divina & Apoſtolicæ Sedis reverentia benigne recipere & honeſte tractare curetis, & eis, in iis, quæ ad documenta prædictæ fidei, & ritus ejuſdem Eccleſiæ pertinere noſcuntur, firmiter & ſine dubitatione credatis. Datum Aveniono x. Kal. Septembris, anno VI.

XXXIV. Hic etiam eſt quod admiremur, uti alias monuimus, dum Joannes adeo expreſſe admittat, animas abſque peccati reatu in gratia diſcedentes, & ſufficienter purgatas in cœlum mox recipi, quomodo poſtea negaverit, non viſuras divinam eſſentiam ante diem univerſalis judicii, niſi, uti ibi notavimus, aliud eſſe voluerit, *in cœlum recipi*, & aliud *videre clare divinam eſſentiam*. *An.1267. n.3.*

XXXV. Præter hos venerunt alii ex Minoritis rationem reddituri provinciæ ſibi impoſitæ, frater Hieronymus primus Epiſcopus Caphen. Or-

Ordinis Minorum, & quatuor ſocii ejuſdem Inſtituti, qui in partibus Aquilonaribus Imperii Tartarorum ſimul cum Patribus Ordinis Prædicatorum magno cum fœnore laborarunt. Hos etiam illuc regredientes multis facultatibus communivit, ſcriptiſque litteris ad Abuſcanum, Coſogani Regis filium, in eiſdem partibus illorum opera ad fidem converſum, ipſos & reliquos Chriſtianos per Tartarorum Imperium impenſe commendavit.

Alios remittit ad Tartaros Aquilonares.

Dilecto filio nobili viro Abuſcano, nato claræ memoriæ Coſogani Regis in partibus Tartariæ.

Reg. vat. ep. 40.

XXXVI. *Conſidera quæſumus, fili, opus clementiſſimæ pietatis, quod in te dignatus eſt Dominus miſericorditer operari de ſua inacceſſibili luce, ne tranſirent dies tui, & non videres bonum, nec excluderetis a deſiderio collium æternorum illuminans habitaculum mentis tuæ. Profecto fili, ecce quod nos & Romana mater Eccleſia, mater tua in laudem, benedictionem & gloriam Dei, ac Salvatoris noſtri, ſponſi cœleſtis, oculos noſtros erigimus, & manus noſtras levamus in ſancta ejus, qui amorem ſuum in generis humani ſalute continua miſeratione conſervans, te, ſicut venerabilis fratris noſtri Hieronymi Epiſcopi Caphen. & ſociorum ejus aſſertione læti percepimus, ad ſponſæ ſuæ thalamum, ſancti Spiritus lumine illuceſcente, direxit, Propterea Deum noſtrum in ſalutari ejus anima noſtra magnificat, noſque in te jubilo cordis, & ſpiritus exultamus. Verum, ut ſuper te tamquam dignum benedictionis filium perpetuæ pacis fida tranquillitas requieſcat, volumus te prudenter agnoſcere, quod inter cetera, quæ te dirigere poſſunt rectis greſſibus ad ſalutem, hæc recolenda facti memoria ætatis tuæ tempora futuris ſeculis collaudanda mandabit, ſi ſubditos tuos vivido ac individuo Eccleſiæ Catholicæ corpori ad participationis vitalis ſpiritus tua prudentia jungerentur. Quare nobilitatem tuam paternis rogamus, & hortamur affectibus atque Dei miſericordiam obſecramus, tibique in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus inæſtimabilis boni præmium pro eiſdem ſubditis procurando, ſic res fœlici Ducatu dirigas ad ſalutem, quod tuo ſalutari conſilio ſacri Baptiſmatis unda renati, Deo & Angelis ejus in communi Sanctorum & communitate ſancti Spiritus uniantur inſeparabili fœdere caritatis, idque te in ſublimitatem gloriæ celſioris adducat, & noſtram deinde ac dictæ Sedis benedictionem & gratiam plenius merearis. Ceterum cum dicti Epiſcopi & ſocii pro tua dictorumque populorum procuranda ſalute, ad partes ipſas cum benedictionis noſtræ gratia revertantur ad præſens, quæſumus, fili, ut tam eos, quam alios Chriſtianos in eiſdem partibus commorantes, pro divina & dictæ Sedis ac noſtra reverentia, benigne pertractans eos favoribus munias opportunis, tuæque protectionis auxiliis a moleſtiis tuearis, & in libertate plenæ ſecuritatis manuteneas, & conſerves. Datum ut ſupra.*

Univerſis per Tartarorum Imperium Aquilonare conſtitutis in obedientia perſeverantibus Apoſtolicæ Sedis.

Ibid. ep. 39.

XXXVII. *Dominum Deum noſtrum anima noſtra magnificat, & in devotis laudibus reverenter exultat, quod ipſe, qui neminem vult perire, vos per venerabilis Fratris noſtri Hieronymi Epiſcopi Caphen. & dilectorum filiorum Prædicatorum & Minorum Fratrum Ordinum, mi-*

miniſterio ſalutari, de mortis educens tenebris, ac vitæ veteris cæcitate in admirabile lumen ſuum, ad agnitionem ſui glorioſiſſimi nominis revocavit. Profecto, filii, inter ſollicitudines alias noſtris humeris incumbentes, hoc perpeti cura revoluimus, ad hoc ardentias noſtra ſuſpirat intentio, & hoc in ſolidæ caritatis ardore crebris orationibus poſtulamus a Domino, ut ipſe lapis angularis, qui fecit utraque unum, ſuam ſanctam Catholicam, & univerſalem Eccleſiam in unitate fidei Orthodoxæ toto orbe terrarum dignanter adunet. Ideoque, filii, univerſitatem veſtram paternis rogamus & hortamur affectibus, & per Dei miſericordiam obſecramus, quatenus diligentius attendentes, quod coronam gloriæ perſeverantia repromittit, in hujuſmodi ſynceritate fidei, per quam mereamini conſortium Angelorum, in nonnullis radicitus ſtabiliti, illam ſemper devotis animis obſervare curetis, ut ipſe cognitor ſecretoram omnipotens vota veſtra percipiens, ſuis beneplacitis conformare, in vobis gratiæ ſuæ dona multiplicet, & poſt vitæ præſentis excurſum Regni ſui faciat cohæredes. Datum Avenione x. *Kal. Dec. anno* VI.

XXXVIII. Exulabat autem Hieronymus hic a ſuo Epiſcopatu Caphæ, ſeu Caffæ propter illatas ſibi injurias & moleſtias a Genuenſibus, quorum diximus eſſe coloniam; ſcripſit itaque Pontifex ad Vicarium Generalem in partibus Tartariæ Aquilonaris, ſanctæ Mariæ, & ſancti Franciſci de Capha Guardianos, ut ei de illatis injuriis ſatisfieri curarent. Similiter ſcripſit ad populum Armenorum per Saraicen. civitatem conſtitutum, ut ſui Epiſcopi fratris Stephani, quem offenderant, gratiam repeterent, eique in omnibus humiliter obedirent. Alias dedit litteras ad Zachariam Archiepiſcopum ſancti Thadæi Apoſtoli de Cameleſia, ad Vicarium Ordinis Prædicatorum, & Cuſtodem Fratrum Minorum in Imperio Tartarorum commorantes, ut nonnullos Prælatos tam ſecularium, quam regularium Eccleſiarum ejuſdem Imperii, haud canonice inſtitutos, in Prælaturis confirmarent; & alios haud rite promotos ad Ordines ſacros, deficiente quantum ad ſubſtantiam poteſtate Ordines celebrantis, ſeu conferentis, Archiepiſcopus iterum ſecundum canonica inſtituta initiaret.

Variæ commiſſiones datæ Minoritis. *Ann.* 1320. *n.*7. *Ibid. ep.*17.

*Ibid. ep.*35. Frater Stephanus Epiſcopus Saraicen. *Ibid. ep.*25.

XXXIX. Sæviente hoc tempore crudeli & inteſtino bello inter cives Aſſiſiates, per quod tota ferme devaſtata eſt civitas, & ſtatus ejus miſerabiliter mutatus, poteſtas, conſilium, & commune ejuſdem urbis ſacrilegæ irrupit in Templum ſacrum ſancti Franciſci, in quo ejuſdem ſancti Patriarchæ venerabile corpus glorioſe requieſcit, & hoſtili furoris impetu oſtia theſauri dicti loci, ubi pecuniæ decimarum multarum Eccleſiarum, de mandato Sedis Apoſtolicæ pro ſubſidio Terræ-Sanctæ collectæ, ſervabantur, damnabili temeritate confregerunt, & prædicti theſauri maximam partem atque alia depoſita quæ ibidem nonnulli Cardinales aliæque nobiles perſonæ, tamquam in loco tutiſſimo condiderunt, aſportarunt. Dedit itaque Pontifex hoc anno litteras ad Aſſiſiatem Epiſcopum, & ad Inquiſitores ex Ordine Minorum in provincia ſancti Franciſci, ut ſevere contra prædones iſtos procederent, præſertim contra Mutium Franciſci militem civem Aſſiſiatem, primum & præcipuum hujus ſacrilegii auctorem.

Theſaurus Apoſtolicus depoſitus in conventu ſancti Franciſci diripitur.

Reg. vat. ep. 4?? *an.*6.

XL. Aſſumpti hoc anno ex Minoribus ad infulas Pontificias, quos ſubjungo, frater Gerardus ad Eccleſiam Brumacenſem, vulgo *Brignale*, ſub Archiepiſcopo Januenſi per obitum Jacobi vacantem: *Rationis oculis*,

Gerardus Epiſc. Brunacen.

XVII.

Guillelmus, Alben. Petrus Aureolus Archiep. Aquen. Ann. 1319. n. 13. Arnaldus Arch. Salernitan.

XVII. Kal. Febr. frater Guillelmus ad Alben. per translationem Raymundi ad Theatinam: *Sedula nos paſtoralis officii*. V. Id. Febr. frater Petrus Aureoli vir doctus, Pariſienſis Magiſter, ad Aquenſem in Gallia Metropolitanam, per aſſumptionem Petri de Prato ad Cardinalatum uti diximus ſuperius: *Sponſo cæleſti*. III. Kal. Martii. Frater Arnaldus Rogardi ad Archiepiſcopalem Salernitanam in Regno Neapolitano, per aſſumptionem fratris Bertrandi etiam Minoritæ ad Cardinalatum: *Paſtoralis officii*: II. Kal. Maii. Hujus non meminit Gaſpar Muſca in ſuo de Archiepiſcopis Salernit. catalogo, niſi ſortaſſis ille ſit quem ſub anno MCCCXXXII. reponit enumeratis inter ipſum & Bertrandum tribus Archiepiſcopis, quod verum eſſe non poteſt. Fuit tamen vir doctus, & præclarum ſcripſit ad Robertum Regem Siciliæ opus Theologicum moralium diſtinctionum ordine alphabetico digeſtum, quod penes me habeo manuſcriptum. Codex meus ipſe ille eſt quem Roberto Regi obtulit pulchro minio & auro paſſim adornatum. Translatus eſt, anno MCCCXXX. ad Eccleſiam Sarlaten. in Gallia. Frater Joannes ad Albinganen. in Liguria ſub Archiepiſcopo Januenſi per obitum Emanuelis: *Angit nos cura paſtoralis*. XV. Kal. Aug. Conſecratus per Raynaldum Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem „ Floruiſſe hoc tempore in regio Cœnobio ſancti Laurentii Neapoli „ litteris & virtute, Regique fuiſſe a conſiliis fratrem Franciſcum Aſcu„ lanum Picenum Minoritam, ſcripturæ inde tranſmiſſæ teſtantur.

Additio Patris Lucæ Waddingi. Frater Franciſcus Aſculanus.

Condemnantur errores Joannis de Poliaco.

XLI. Damnavit hoc anno VIII. Kal. Aug. Joannes Pontifex tres errores Joannis de Poliaco Magiſtri Pariſienſis, religioſis mendicantibus pernicioſos. Ajebat enim, quod confeſſi Fratribus habentibus licentiam generalem audiendi confeſsiones, tenebantur eadem peccata iterum confiteri proprio Sacerdoti. Secundo dicebat, quod ſtante ſtatuto: *Omnis utriuſque ſexus*, edito in Concilio generali Lateranen. Romanus Pontiſex non poteſt facere quod parrochiani non teneantur confiteri omnia peccata ſua ſemel in anno proprio Sacerdoti, imo neque Deum hoc poſſe facere. Tertio, quod Papa non poterat dare licentiam generalem, nec poteſtatem audiendi confeſsiones, imo neque Deus, quin confeſſus habenti licentiam generalem, teneatur iterum confiteri ſuo proprio Sacerdoti, quem dicebat eſſe parrochialem. Attamen citatus ad curiam in publico conſiſtorio propoſitiones iſtas revocavit; eaſque condemnavit Pontiſex tamquam erroneas & ſalſas & a doctrina ſacra devias, edita extrau: *Vas electionis*, quæ habetur inter communes lib. 5. tit. de hæreticis, c. 2.

Radul. fol. 267. Conv. Corregii.

XLII. Conditus hoc anno conventus Corregii perlauti, & nobilis oppidi inter Seciam & Leciam amnes in Lombardia Ciſpadana, a nobili viro Giberto Caſtri-novi, aliorumque locorum Comite pro octo vel decem Fratribus, deputato pro eorum victu, redditu unius molendini, quod diplomate Joannes XXII. voluit confirmatum. Spectat hic locus ad provinciam Bononienſem Patrum Conventualium & cuſtodiam Ferrariæ; In ſacello ſancti Franciſci hæc extat conditoris memoria.

Vir pius & juſtus, Templi, qui conditor hujus:
Militiæ quondam Gibertus clarus in orbe, corrigiæque comes, jacet hoc
ſub marmore tectus.

Conv. Tauſignani. *Idem fol. 268.*

XLIII. Dedit hoc anno Joannes Pontifex facultatem Miniſtro Generali, ut reciperet in oppido Tauſignani in Romanula, ad lævam Santerni ripam VII. M. P. ab Immola civitate, Cœnobium ab univerſitate loci conſtruendum: *Quia tu potiſſime*. Idib. Maii. Fuit autem conſtructum in

in fundo Domini Joannis Ranucii anno MCCCXXVI. Paſſum eſt multa incommoda tum ob civiles diſcordias, tum ob hoſtium irruptiones. Natus hoc in oppido Petrus Rodulphus auctor hiſtoriæ Seraphicæ in qua deſcribenda multa leviori diſcuſſit examine. Pertinet hic locus ad eamdem provinciam Patrum Conventualium, & cuſtodiam Ravennæ.

XLIV. In civitate Sibenicen. in provincia Sclavoniæ, deſtructo olim domicilio Minorum, extra urbem conſtructo, propter bella exorta inter Maladinum Chroatorum & Boſnæ Banum ex parte una, & cives urbis ejuſdem ex altera, decreverunt poteſtas, judices, & curia civitatis aliud eis intra mœnia conſtruere: quo completo hoc anno Pontifex dedit licentiam Guardiano & Fratribus ut illud reciperent: *Inter ceteros Ordines*. XIII. Kal. Janu. Hoc etiam anno habuiſſe Minores duo domicilia in urbe Caphæ Thauriſiæ Cherſonen. urbis ad pontum Euxinum, conſtat ex commiſsione quam ſupra retulimus facta Guardianis ſanctæ Mariæ & ſancti Franciſci de Capha. Con. Sibenicen. *Hoc anno n. 18.*

XLV. Parum ante hoc tempus extructum fuiſſe Monaſterium Clariſſarum in villa ſancti Audomari Motinenſis diœceſis, conſtat ex diplomate Pontificio, quo conceditur licentia nobili mulieri Mathildi Comitiſſæ Atrebaten. Burgundiæ Palatin. & Dominæ de Salinis, ut illud cum honeſta mulierum comitiva ingredi poſsit horis congruis quoties placuerit. In eo tamen aſſeritur ejuſdem progenitorem illud domicilium pia devotione fundaſſe: *Devotionis tuæ*. Idibus Octobris. Monaſter. ſancti Audomari.

XLVI. In hunc uſque annum duravit controverſia Minorum Virgiliacen. cum Abbate & Monachis ſancti Benedicti ejuſdem loci circa quaſdam poſſeſsiones, de qua alias non ſemel locuti ſumus. Jubet Pontifex ut tamdem conſopiatur, reſtitutis quæ fuerunt ablata: *Dilectorum filiorum*. X. Kal. Decemb. Conſtruxerat in cœnobio Minorum Fulginaten. Riſſabella uxor Ugolini de Trinzis militis, beati Pauli de Trinzis conſanguinei, ſacellum in honorem ſancti Nicolai. Dedit hoc anno Pontifex indulgentias illud viſitantibus ſtatutis diebus: *Splendor paternæ gloriæ*. III. Kal. Aug. Monaſterio ſanctæ Claræ Neapolitano varia conceſsit privilegia, & ſtatuta ſeu vivendi normam a Sancia Regina, diffuſe ſed diſerte Monialibus præſcriptam & ſuis littteris inſertam, Apoſtolica auctoritate confirmat: *Specioſus forma*. IV. Kal. Martii. Varia indulta.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. QUartana febre diutiſſime vexatus, Alvi profluvio, tamdem apud „ fontem Blandi Philippus V. cognomento Longus Franciæ Rex „ obiit: Guaguino hiſtorico ita ſcribere placuit .... corpo- „ ris ejus ſcilicet Regis, partes tres factæ ſunt: Cor Minores, inteſtina „ Prædicatores, corpus ad ſanctum Dionyſium elatum eſt anno Domini- „ cæ pietatis MCCCXXI. Poſt enim D. Ludovici mortem, qui ab ipſis „ Mendicantium Fratrum Ordinibus litteras didicerat, conſuetudinem „ fecerant Prædicatores atque Minores, cum integrum Regium cada- „ ver habere non poſſent, inteſtinorum ſibi partes ad ſepulturam vindi- „ care: hæc ille; O quam eleganti calamo, & nigri cordis atramento! „ Neſcius laudare pietatem Regis, & in ſacros Ordines devotionem, „ quam fingit Fratrum ambitionem vel avaritiam, cum ſui dedecore la- „ ceſſivit: at Philippo in Regno ſucceſſit Carolus IV. ejus frater, dictus „ & ipſe Pulcher. Philippus V. Franciæ Rex obit. *Guaguig. in Philip. V.* Carolus ejus frater ſuccedit.

II. At

„ II. At hæc inter Italiæ res ob contrarias factiones in malo ſtatu
„ cum eſſent, & paſſim hæreſis virulenta peſſima dogmata publicaret,
„ ſupremi Paſtoris vigilantia indefeſſe laborans, tot mala a Chriſti gre-
„ ge ſibi commiſſo avertere ſatagebat: quamobrem Bertrando de Turre
„ ex Minorita Archiepiſcopo Salernitano, poſtea creato Cardinale, ut
„ dicebamus, pro Matthæo Vicecomite Mediolanenſium Domino, non
„ tantum ſcripſit, ſed etiam ſub eo tenore ac temporis data Archiepi-
„ ſcopo Mediolanenſi Aycardo, & Inquiſitoribus Lombardiæ Apoſtoli-
„ cas litteras direxit: *Dudum propter &c.* x. Kal. Februarii: juſſit etiam

Litteræ Pontificiæ contra hæreticam pravitatē.

„ ad præſentiam ſuam quemdam fratrem Franciſcum de Luſtra deferri
„ per alias duas: *Cum venerabilis &c.* & *Dudum ad audientiam &c.* am-
„ bas Kal. Februar. expeditas. At x. Kal. Martii replicatum breve:
„ *Dudum propter &c.* illud tranſmiſit Epiſcopo Ferrarienſi, & aliis In-

Indic. ex Vatic.

„ quiſitoribus per eas oras. Venetorum etiam ditionem nonnulli con-
„ ſpurcabant ſuis perverſis dogmatibus hæretici, contra quos Duci &
„ conſilio expeditis duobus diplomatibus ejuſdem tenoris: *Ad veſtram*
„ *notitiam &c.* vii. Kal. Martii: iv. Kalend. ejuſdem menſis. Fratri Pau-
„ lino Veneto, & ſuo Pœnitentiario juſſit ſe tranſferre Venetias: *Audita*
„ *nuper &c.*, & v. Nonas Martii Conſiliariis & Duci Veneto, quas præ-
„ citavimus litteras replicavit: Æmelio, ut quidam puniretur hæreti-
„ cus, & etiam ut alter ejuſdem farinæ. Veneto Duci, & fratri Bona-
„ venturæ, nec non Abbati ſancti Saturnini pro hujuſmodi negotio ſub
„ eodem tenore ſcripſit: *Accepimus nuper &c.* x. Kal. Junii: at x. Kal.
„ Julii mandavit ut quidam cuſtodiretur hæreſis labe infectus: *Accepi-*
„ *mus nuper &c.* & Inquiſitoribus Marchiæ Anconitanæ, ſicut etiam
„ præfato Æmilio litteras expedivit: *Non ſine mentis &c.* monitis etiam
„ Inquiſitoribus Provinciæ ſancti Franciſci: *Dudum ad noſtri &c.* execu-
„ torialem contra quoſdam hæreticos: *Pro die ſunt &c.* xii. Kalendas
„ Novembris: expedivit pro quodam Inquiſitore Minorita, eſt replicata
„ Bulla: *Exurgat Deus &c.* & Guardiano Bituricenſi in Gallia executo-
„ rialis: *Dudum Joannes &c.* Kalendas Decembris: Patriarchæ Aqui-
„ lejenſi contra nonullos pariter hæreticos: *Sponſi cæleſtis &c.* vi. Idus
„ Decembris: contra vero fautores hæreticorum, conceſſa facultate
„ Aymerico eos retinendi: *Cupientes &c.* Epiſcopis Ferrarienſi & Spo-
„ letano, necnon Inquiſitoribus, datis variis diplomatibus x. Kal. Ja-
„ nuar. ſcripſit.

„ III. Alia ſunt præterea, quæ Pontificiam ſollicitudinem in remo-
„ tiſſimis Orbis partibus dum teſtantur, frat. Minorit. ſedulitatem in
„ opere Apoſtolico ibidem maxime commendant: Epiſcopo Caphenſi
„ primo ad Pontum Euxinum Hieronymo ex Minoritis, de quo Wad-

Aliæ teſtantes Fratrum ſedulitatem in opere Apoſtolico.

„ dingus ſcribit, regredienti ad opus in partes Tartarorum Aquilona-
„ res ſummus Pontifex, ut ſecum Fratres aſſumeret cooperantes indul-
„ ſit: *Cum Aquilonari &c.* .... viſitaretque in regreſſu Hieroſolymis

Wadd. ad hunc annum n. 35. & 38.

„ Domini ſepulcrum: *Dum tu zelo &c.* x. Kalendas Decembris: & in
„ ejus favorem Caphenſibus catholicis ſcripſit: *Habes venerabi-*
„ *lis &c.* ...... Sicut etiam ad Epiſcopos Tartarorum commendans
„ Fratres Jacobum, & Petrum Minoritas: *Nequaquam ſine &c.* & ad
„ Zachariam ſancti Thadæi Archiepiſcopum pro obſervatione fidei: *Sa-*

Ex lib. D. Cardinal. Barberini.

„ *ne dilectiſſime &c.* ad Provincialem in Regno Armeniæ ſcripſit pro
„ Regina: *Ad Ordinem &c.* iv. Nonas Julii: & fratri Franciſco de Arca
„ tranſitum ad Benedictinos conceſſit: *Perſonam tuam &c.*

IV. Fra-

„ IV. Frater Martinus Boleslaus in Povincia Boemiæ & Poloniæ,
„ Miniſter Pragæ, convocato cœtu Fratrum, Provincialia Comitia in
„ feſto Pentecoſtes celebravit, ipſeque in Officio confirmatus eſt, præ-
„ ſente Joanne Rege cum ſuis Baronibus, & magnam reverentiam Fra-
„ tribus capitularibus exhibente: quo etiam tempore ad ſanctum Jaco-
„ bum ibidem Pragæ refectorium conſtructum fuit: & Conradus Sileſiæ
„ Dux, Dominuſque in Els & Nambslavu in Civitate Nambslavia ad
„ confinia Poloniæ diœceſis Wratislavienſis proprio ære fundum emit,
„ in quo ex piorum eleemoſynis Cœnobium pro Fratribus conſtructum
„ fuit.

Caſim. Biern. art. 10. n. 9.

ARGUMENTUM.

Moriuntur, & clarent miraculis beati Franciſcus Fabrianenſis, & Joannes Alvernicola, quorum geſta diffuſius narrantur. Recrudeſcit controverſia de paupertate Chriſti, & commovetur in Ordinem Minorum Pontifex. Varia Inquiſitoribus præſcribuntur, & circa res Tartarorum ſtatuuntur. Plures Minoritæ aſſumuntur ad Epiſcopatus. Extruuntur Cœnobia, & conceduntur Indulgentiæ.

I. OBIIT hoc anno x. Kal. Majas Franciſcus Fabrianenſis, vir ſanctiſſimus, bonis operibus & miraculis glorioſus, de quo ſæpius alias locuti ſumus, quædam ejus acta enarrantes, reliqua vero in mortis annum reſervavimus, quæ hic opportune recenſemus. Mortuo genitore, facultates ſuo arbitrio relictas pie in pauperes diſtribuit, quibus cibos emi quotidie curabat, ipſe vero præparabat in culina, & propriis manibus ingenti diſtribuebat multitudini. Bibliothecam libris inſtruxit, dicens eam totius domicilii optimam officinam, in qua otioſitas animi inimica, honeſto & utili propellebatur exercitio, & arma erant in promptu adverſus hæreticorum inſultus, & promptuarium aderat, ex quo hauriri poterant populis inſtruendis documenta ſalutaria. Cibi & potus non ſolum guſtum, ſed & uſum ſibi penitus interdixit, ſemel dumtaxat in die panem frigida dilutum admittens, aliquando ad pauperum, quibus inſerviebat conſolationem cum illis manducans. Unica eaque rudi & hiſpida tunica, cilicio haud diſſimili, carnem operiebat; duro lecto paucis cubabat horis, reliquis in divina laude & contemplatione conſumptis; creberrimis flagris in ſe animadvertebat, præter ternas in qualibet hebdomada pro ſui Inſtituti conſuetudine, alias ſecretas uſque ad ſanguinis effuſionem ſumebat diſciplinas. Adeo ſevere ſecum agebat, & tot verberibus corpus flagellabat, ut communem hominum fidem ſuperaret; & dubitaret quidam ejus conſocius frater Nicolaus de Rocca Contrada ad ea, quæ de his narrabantur: ſed dum periculum fecit, ſecreto ſe abſcondens in angulo, longius immoratus eſt Franciſcus in ſumendis verberibus, quam ille potuerit in recenſendis vel audiendis. Proximis juvandis ſe totum addixit, maxime in rebus, quæ ad animæ profectum ſpectabant, omnes exemplo alliciendo, verbo exhortando, variis modis inſtruendo, in ſuggeſto indefeſſus, in ſacris confeſſionibus audiendis aſſiduus, indicibili ardore errantes oves ad verum paſtorem reducendo, neque quidquam arduum aut laborioſum præteribat quod ſaluti conducere poſſet animarum.

An. 1251. 1267. & 1274. Marian. lib. 4. c. 8. legenda duo MSS.

Beatus Franciſcus Fabrianenſ. in pauperes beneficus. Bibliothecam inſtruxit.

Ejus abſtinentia.

Veſtes & pœnitentia.

Charitas erga proximos.

Infirmorum cura.

Mutæ loquelam reſtituit.

Languentem ſanat.

II. Opera etiam miſericordiæ corporalia ſumma exercebat caritate, præſertim infirmos inviſebat libenter, ut ad veram commoveret pœnitentiam, & morientibus aſſiſtebat amice, ut præmitteret ad gloriam. Hanc ejus caritatem ſanctumque ſubſidium Deus multis miraculis commendavit: etenim honeſtam fœminam, Natam nomine, quæ male habebat, & per dies octo obmuiuit, dum ſua dignaretur præſentia, & manum ori apponeret, ſubito ſolutum eſt vinculum linguæ, & ex integro convaluit. Altera, Divitia nuncupata, ex villa Moſcani ditionis Fabrianenſis multis malis, maxime cujuſdam periculoſi tumoris morbo aggravata, rogavit, ut ſe viſum veniret beatus Franciſcus. Acceſſit, ſed in ipſo ingreſſu ſenſit infirma adeo mirificum & ſuavem odorem, ut ultra modum reficeretur. Suos reatus confitentem abſolvit, & impoſitione manuum ab omni liberavit infirmitate. Caſſidonii Fabrianenſis uxor, fœdo & periculoſo laborans apoſtemate, ex vicinis civitatibus Peruſii & Eugubii vocari juſſit medicos, qui ſimul cum Fabrianenſibus dixerunt malum jam eſſe inſanabile, & redeuntes ad propria, admonuerunt ut diſponeret domui ſuæ, quia brevi moreretur. At illa videns remedia defeciſſe humana ſe convertit ad divina, miſitque qui beatum Franciſcum accerſeret. Nuncium antequam loqueretur ille prævenit, dicens ſe optime ſcire in quo ſtatu laboraret hera, & propterea miſſum, ut ipſum vocaret, ſubjunxitque: *Redi domum, & dic Dominæ tuæ, ut bono ſit animo, quia ex hoc morbo non morietur: i præ, ſequar ſtatim.* Nihil immoratus abiit, & ab bonum nuncium gaudentem poſitis in crucis modum manibus ſingavit in capite, & confeſtim ulcus erupit, & illa lætabunda e lecto exilivit.

Gravi laborantem apoſtemate curavit.

Membrorum itē ſenſu carentem.

Itē gutture male habentem.

III. Juvenem uno latere dolentem, membrorum motu & ſenſu carentem ſigno Crucis repente ſanavit. Ut receſſit, parentes multo comitante populo, & Deum glorificante, ad Templum ſancti Franciſci duxerunt gratias acturum Deo, & fratri Franciſco ſanitatis auctori. Ille vero longius fugit, nec voluit per dies multos in publicum prodire, auram fugiens popularem, & Deo bonorum omnium auctori miraculum adſcribeus. Mita filia Gillioli Beneveniſti Fabrianenſis duxit ad eumdem puerulum ſuum filium gutture male habentem, ſcrophis & glandibus tumente, cui dum ille benediceret, & partem læſam digitis attrectaret, tumor receſſit, & ante triduum integræ reſtitutus eſt ſanitati.

Duos etiam hernioſos.

IV. Conradutius Conradi Fabrianenſis filium ſuum triennem, nomine Georgium, hernioſum eidem in ulnis maternis præſentavit. Vir Dei oculis in cœlum elevatis oravit, ingemuit, cruce ſignavit, ſanum dimiſit. Similiter puerum alterum eodem malo affectum Thomaſuccium nomine ſigno Crucifixi ex altari aſſumpti, & puero impoſiti benedictum, genitrici incolumen reſtituit.

Capite trementem conſolidavit

V. Prædicti Corradutii uxor Salvitia, filiam enixa Oradiam continuo capitis tremore laborantem, valde dolebat. Accerſivit undique quos potuit medicæ artis peritos, nec quidquam profecit. Tamdem recurrit ab benigni patris pietatem, tribus antequam ex hac diſcederet menſibus, oravitque ut miſere trementem conſolidaret cervicem. Oravit pauliſper, & ſigno Crucis capiti obducto ſanam effecit.

VI. Marcutius Marcatutii uxorem duxit Nutam, quam poſt aliquot menſes odio cœpit habere, cogitabatque repudiare. Illa ad ſanctum Virum abiit, dolorem expreſſit, miſerum, in quo remaneret, ſtatum a viro rejecta, declaravit, & ſummis precibus oravit, ut ſuas ille apud

Deum

Deum interponeret, ne viri privaretur conſorrio. Ille parumper hæſit, oculis in cœlum elevatis, quibus modeſte demiſſis, blande conſolatus eſt lugentem, juſſitque ut bono animo eſſet, prædicens ei, ante duos menſes oriundum ex ſe pulchrum puerulum, cujus aſpectu, & amore adeo patris oculi caperentur, ut ſponſam deinceps impenſe diligeret. Ita evenit, peperit bellum infantulum, mutui pignus amoris, per quod patris animus ita immutatus eſt, ut ex illo tempore uxorem debito ſit proſecutus amore.

Diſſidentes conciliat conjuges.

VII. In oratione aſſiduus intentiſſimo in Deum ferebatur affectu, & Chriſti paſſionem mira contemplabatur dulcedine, aliquando gratias agens immenſas propter ingentia, quæ ex illa populo Chriſtiano evenerunt beneficia, aliquando ſumma teneritudine collacrymans, propter Chriſti dolores, & indignas tot pœnarum cauſas, ingratorum hominum peccata. At dum ſemel iſta ſecum meditaretur in Eccleſia, hyrundines multo garritu mentis turbabant quietem. Juſſit ille, ut evolarent, neque amplius in Templum, aut domum illam regrederentur. Præcepto obedientes tamquam rationales creaturæ, ſtatim abjerunt, neque per integrum illum annum ſunt regreſſæ.

Obediunt ei hyrundines.

VIII. Dum aliquando in Eccleſia ſancti Franciſci Fabriani rem faceret divinam, & ſanguinem ſumere intentaret: ecce videt in calice aliunde dilapſum ſcorpionem. Hæret pauliſper, quid agat conſiderans. Potuit juxta regulas in his periculis præſcriptas, malum avertere, ſed dum recordaretur Chriſti doctrinæ, & datæ diſcipulis fidei, illis verbis: *Si mortiferum quid biberit, non eis nocebit*, abſque timore & horrore deglutivit animalculum. Expleto ſacrificio, juſſit ad ſe vocari, qui venam ſecaret, miſſo nuncio Andrea Andrentii Vagni. Venit ille, Angelus nomine, & invenit in choro orantem, atque illa proferentem verba: *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum & terram*. In cellam recedenti venam dexteri aperuit brachii, ex qua mirabiliter ſcorpio prodiit vivus abſque ullo ſancti Viri dolore. Ita qui honorem curant divinum à cunctis exuuntur periculis, & qui *Quod Dei in ſeipſis eſt, honorant, etiam illi a Deo facti, honorabuntur a Deo*.

Scorpionem quē deglutivit per venam emiſit.

Marci 16. 18.

Pſal. 120. 2.

Aug. in Pſ. 55.

IX. Non minorem habuit poteſtatem ſuper infirmos & languidos, quam ſuper aereos ſpiritus, & rectores tenebrarum harum, qui corpora cruciant humana. Etenim energumenam decem annis oppreſſam Fabrianum ex Saxo-Ferrato deductam, ut cruce perſignaret, poſt aliquot dies, quibus id facere detrectavit, judicans ſe indignum, cui ſpiritus obedirent, ſigno crucis ſacravit, & ſanavit, recedente confeſtim ad ejus imperium ſpiritu maligno.

Energumenā liberat.

X. Ab omni faſtu, ſuperbia, & ambitione alienus dignitates quaſque intra, & extra ſuum Ordinem abhorruit, nec induci potuit, ut propter has verbi divini prædicandi miniſterium dimitteret. Oportuit tamen ſuperioribus obedire in ſuſcipienda cura Monaſterii ſuæ patriæ, & Cuſtodem ſeu Guardianum agere Fabriani per integrum quadriennium: quo tempore ultra materiale domicilii incrementum, multa erga religioſos præſtitit boni ſuperioris officia, pietatis, manſuetudinis, humilitatis, & patientiæ in omnibus præbens exempla, & diſciplinæ regularis renovans inſtituta: ſub ultimo anno ſuæ præfecturæ, qui milleſimus tercenteſimus decimus nonus Chriſtianæ recenſebatur ſalutis, Comitia Provincialia voluit in ſua celebrari domo, quibus abunde in omnibus providit, & ſummo caritatis affectu fatigatos ex itinere, ſenes, languidos vel male

Guardianus factus Fabrianen. egregie ſuū abſoluit officium.

In ejus æde celebrata comitia, quibus abunde providit.

Digitized by Google

habentes excepit hoſpitio. Pietati & caritati ejus non defuerunt poteſtas, conſilium & populus Fabrianenſis, aliorum Monaſteriorum diverſarum religionum ſuperiores, qui plurima ei præſtiterunt ſubſidia, & largiſſimas erogaverunt eleemoſynas. Patres etiam capitulares ejus la-

Inſtitutus viſitator Provinc. noluit dignitatem admittere.

boribus & induſtriæ præmium adhibituri, viſitatorem totius inſtituerunt provinciæ: quam curam renuit accipere, humiliter rogans ſuperiores, ut alteri conferrent digniori, dicens ſe neſcire quomodo alios viſitare audeat, qui viſitationis munus erga ſemetipſum non prius exercuit:

Auctor imperf. in c. 17. Matt.

Hypocrita eſt, qui non prius ſeipſum corrigit, quam alios: dum enim bona docet, profitetur ſe juſtum coram hominibus, dum autem male agit peccatorem ſe conſtituit intra ſe. Prius itaque mentem ſuam purgare debet ab omni malo, quam alios redarguat de peccatis, ne illi habeant unde de propriis redarguant delictis.

XI. Accedente ſuæ peregrinationis termino, quo ad patriam cœleſtem placuit Altiſſimo ſuum famulum evocare, lenta correptus febri jacuit per dies aliquot infirmitate gravatus. Optimi quique proceres Eccleſiaſtici ſtatus & ſecularis lectulum qnotidie circumdabant, audientes ab eo monita ſalutis, dolentes ſibi eripi optimum magiſtrum. Acceſſit

Sub vitæ termino adoleſcentem ab infirmitate ſanat occulta.

etiam pridie antequam moreretur, adoleſcentulus, Thomaſuccius nuncupatus, qui in genua procumbens, & manum exoſculatus profuſis lacrymis rogavit, ut eum ab occulto morbo, quem per annos aliquot patiebatur, ſuis precibus liberaret. Juvenculo compaſſus, oculis in cœlum elevatis, oravit pauliſper, mox eum ſigno crucis benedixit, & repente ab omni malo liberavit. O beatam animam, quæ dum ad certamen properat, aliis benefacit, & ſub mortis agone aliorum morbos repellit!

1. Cor. 13. 7. 8.

Caritas numquam excidit, non eſt otioſa, a proximis juvandis neſcit feriari. Pacatiſſima illa anima non tam res ſuas, quam alienas curabat, præſcia futuri tranſitus, & gloriæ ſuperventuræ. Etenim inventa eſt in cubiculo Viri ſancti chartula, in qua deſcripſit revelationem ſibi ante aliquot annos factam, quo die & hora debuiſſet ex hoc mundo tranſire ad Patrem.

Sanctiſſime moritur.

XII. Adveniente itaque die XXII. Aprilis, hoc anno placide obdormivit in Domino, anno ætatis LXXI. menſe VII. die XX. vitæ in religione tranſitæ quinquageſimo quinto. Fratribus & populo collacrymantibus, oportuit per triduum corpus fidelium exponere contactui & venerationi, quo tempore multa patravir miracula publici notarii teſtimonio

Per triduũ corpus inſepultum. Qualis ejus vultus & reverentia.

ſignata. Triduo tranſancto, ſanctum corpus aromatibus conditum, ſepultum eſt in concavo chori muro ex illa parte, quæ vergit ad plateam, unde poſt annos ſeptemdecim integrum & illæſum, translatum eſt ad honorificum ſepulcrum in Eccleſiæ medio conſtructum. Feſtive colunt Fabrianenſes ejus diem natalem, & ſumma in veneratione habent ejus ſepulcrum, ad quod ex multis urbibus concurrunt populi in ſuis neceſſitatibus ſanctum Virum deprecaturi. Epiſcopi Camertes, in quorum diœceſi ſitum eſt Fabrianum, plures indulgentias conceſſerunt, ejus corpus, quod adhuc integrum & illæſum eſt, viſitantibus. Ejus imagines tamquam Viri ſancti ubique circumferuntur, & in reverentia habentur. Univerſitas Fabrianenſis in ejus natalitiis varia offert ex ſtatuto munera, ob plurima per ejus merita a Deo recepta beneficia.

XIII. Vitam & mores ſancti Viri brevi hoc elogio proſecutus eſt

Ann. 1351. n. 30.

Dominicus Scevolinus Ordinis Prædicatorum, quem alias diximus in hiſtoria Fabrianen. res geſtas beati Franciſci deſcripſiſſe: *Fuit*, inquit,

vir

Digitized by Google

vir Dei in omnibus amabilis, & Deo carus, in vita ſanctiſſimus, in operibus perfectus, in inceſſu gravis & humilis, in ſermone ad menſuram compoſitus, ſingula verba ad Dei honorem & proximorum dirigens ædificationem, quotidie celebrabat devote, graviter, & reverenter; converſabatur inter homines ſuaviter & religioſe, obediebat ſuperioribus promptiſſime, errantes reprehendebat dulciter & caritative, in omnibus ſuis actionibus exemplaris, in viſitandis infirmis ſollicitus & caritativus, in fovendis tribulatis & ſublevandis oppreſſis ad miraculum aſſiduus, & indefeſſus: nihil tam curabat, quam prævenire aut curare ſcandala, & peccatores ad pœnitentiam reducere, quos paſſim ab erroribus ad veritatis ſemitam revocabat. Et infra. *Tribus cæcis viſum reſtituit, paraliticum unum conſolidavit, claudorum quatuor greſſus firmavit, duobus ſurdis auditum aperuit, matrem & filiam a lepra mundavit, & alia pene innumerabilia miracula in vita perpetravit. Poſt mortem ad Eccleſiam ſancti Franciſci innumerus concurrebat populus, corpus ejus veneraturus, neque diebus neque noctibus ab ejus conſpectu voluit recedere, & beatum felicemque ſe judicabat, qui manum vel pedem poſſet attingere: ſed feliciorem ſe exiſtimabat, qui veſtis, exiguum licet, ſegmentum, aut minimam poſſit abſcindere particulam. Unuſquiſque prout potuit, pie aliquid decerpſit, ita ut neceſſe fuerit alias veſtes corpori contegendo adhibere.*

Egregium de ejus virtutibus teſtimonium.

XIV. Diximus hucuſque, quæ ad vitam ſpectabant, vel ille vivens effecit, nunc adjungenda, quæ poſt mortem propter illius merita Dominus operatus eſt mirabilia. Dum jaceret illo triduo in feretro, acceſſit pia fœmina ſanctum corpus veneratura, & roſario, ut ſolet, tactura. Hærentis cingulo extremam roſarii partem elevavit, & ſuper ſancti Viri manum collocavit. Cepit ille, & manu ſtrinxit, dum mulier in vultum ejus intendens, orabat. Ut recedere voluit, ſenſit ſe detineri, roſario a ſancto Viro apprehenſo, & repente clamavit, muliebri timore expaveſcens ad motum aut ſenſum viri defuncti. Accurrit frequens populi multitudo, viditque palmam contractam & fortiter adſtrictum roſarium; quod dum illa poſt aliquot preces devote petiit dimitti, aperta manu reſtituit, obſtupeſcentibus omnibus ad mortui cadaveris motum mirandum. Quo ſignificatum voluit, Deo gratum eſſe cultum & venerationem ſuorum ſervorum.

In feretro viventis motum exercet.

XV. Eodem tempore ad feretrum acceſſit Auguſtinus Ægidius e regione ſancti Venantii longo tempore contracto dolens brachio, & oſculatus manum Viri ſancti læſæ admovit parti. Ad contactum ſtatim convaluit, exilivit, gaudens domum rediit, narravit uxori, Netæ nomine, quæ decem annis in lecto decumbebat ex gravi infirmitate. Spe ſalutis obtinendæ fecit ſe in Templum vehi, ubi poſt multas preces tamdem impetravit ad feretrum admitti multo populo comprimente. Oſculata Viri ſancti manum domum rediit, ubi paulo poſt repentino motu recto ſurrexit corpore, ſanitate reſtituta.

Vir a contracto brachio.

Et uxor a decennali morbo liberatur.

XVI. Ipſo eodem die, quo mortuus eſt, Joanna de Chiozzano, comitatus Nucerini a malignis ſpiritibus obſeſſa, per integrum ſeptennium cum ceteris ad Eccleſiam ſancti Franciſci concurrens, & corpus attingens, perfecte & repente liberata eſt. Alia nocte ſequenti, dum Fratres pulſarent ad matutinum, miraculoſe poſt multos dolores, & tormenta ab immundis ſpiritibus illata, incolumis evaſit, acclamante ex dæmonibus uno, ſe a fratre Franciſco depelli, neque amplius ſibi licere in illud regredi hoſpitium. Ad tantum beneficium ſe gratam oſtendit mu-

Alia a ſpiritibus malignis.

mulier per annos XVIII. continuo inviſens ſancti Viri ſepulcrum, & oleo fovens lampadem appenſam.

Infantulū a brachii coctura.

XVII. Clarella Circuli Aſſiſias, quæ tunc morabatur Fabriani, dum pannos lavaret, & prope jaceret infantulus, immiſit ille in cacabum aquæ bullientis brachiolum. De cocta tenella carne mater videns vitæ, vel brachii abſcindendi imminere periculum, votum emiſit ſe viſuram ſancti Viri ſepulcrum, & cereum brachium oblaturam. Repoſuit in lectulo flentem, & ad dolores ſtridentem: ſed correptum ſomno, dum paulo poſt brachiis excipit, ſanum conſpicit, & incolumem nullo relicto cocturæ veſtigio. Dica uxor Palamidetis de Conerzato, Biſonoſam filiam apoſtemate in vultu deformem ad ſancti Viri feretrum duxit; corpus venerata preces effudit, ut deformi illo malo filia liberaretur, promittens ceream effigiem ſe daturam, & per biennium aliquot modios frumenti Fratribus illius Cœnobii largituram. Domum rediit certo ſperans ſe obtenturam, quod petebat; atque ita factum eſt, ut dum filia die ſequenti e lecto ſurgit, apparebat tota pulchra & formoſa. Cæcilia Frontonis comitatus Callii per menſes aliquot brachio dolens ſiniſtro, itaut movere non poſſet, ad ſancti Viri ſepulcrum orans, repente ſalva facta eſt.

Juvenculam ab apoſtemate.

Aliam a brachii dolore.

Alteram ab auris morbo.

XVIII. Lætitia Petri de Cerreto magnos per annum paſſa dolores ob immiſſum caſu auriculæ paxillum, quod nullo modo potuit extrahi, commendavit ſe ſancti Viri meritis ad ejus ſepulcrum, & die ſequenti expergefacta invenit ſuper cervical lignum putreſcens, & ſanguinolentum, ablato & procul facto omni dolore. Marcutius Guillelmi Æſini filius, obducta oculis nubecula, nihil videns, oblatus eſt a parentibus ſancti Viri pietati, emiſſo voto de viſitando ſepulcro, & offerenda cerea imagine. Paulo poſt ceciderunt ſquamæ de oculis ejus, & vidit perfecte, venitque Fabrianum cum genitoribus votum redditurus. Similiter Curatus Joannes Florutiæ comitatus Fabriani filius reſtituti, unius oculi, quem dolebat, aſpectu. Joannæ Corradutii de Ronaldo filium ſtricto gutture, & apoſtemate laborantem ſanavit, quem deinceps ad ſui benefactoris memoriam vocarunt Franciſcum. Philippuciam Bonaventuræ Pomi filiam, cruribus & pedibus infirmam, ita ut greſſus figere nullatenus poſſet, ad feretrum in quo corpus jacebat ſimul cum parente Padoveſa vigilantem ita conſolidavit, ut nullo juvante domum læta redierit.

Juvenes ab oculorum malo.

Aliam a gutturis apoſtemate.

Adoleſcentulæ pedibus & cruribus laborantis greſſus firmavit.

Hominem multis affectum vulneribus ab hoſtiū manibus liberavit.

XIX. Milutius Guillelmutii ex rupe Fabbri, comitatus Aſſiſii, incidit in manus inimicorum tractus Nucerini, quibus reſtitit viriliter donec ſocii omnes, ſolo relicto, fugerunt: Non potuit unus omnium impetum ſuſtinere, quin vulneribus tredecim acceptis oportuerit ſuccumbere. Sed ne omnino periret, aut in hoſtium abiret poteſtatem, commendavit ſe obnixe meritis beati Franciſci, promiſitque ſe ejus inviſurum ſepulcrum iterque confecturum nudis pedibus, & ceream oblaturum effigiem. Miras res! Illico ut vovit, arma depoſuerunt inimici, vulnera ligarunt, & multo emiſſo ſanguine languentem, domum ſuis humeris portarunt, neque receſſerunt, donec medici adhibita ope, melius cœpit habere. Convaluit tamdem, & votum implevit.

XX. Eodem anno, quo mortuus eſt vir Dei, Joannes Gutius Bonagara Fabrianenſis, dum infirmus jaceret in lecto, rogavit uxorem ut obtineret a Fratribus particulam aliquam tunicæ beati Franciſci. Obtinuit & languenti impoſuit marito, nec tamen ille convaluit, ſed maligna febre

bre deceſſit. Recurrente die feſto ſancti Viri, abiit cum reliquo populo ad Templum Minorum, ubi venerantibus ceteris ejus ſepulcrum, illa ſtetit a longe, dixitque ſe nihil expertam per quod Sanctum fuiſſe putaret. Domum regreſſa operari cœpit ſervilia abſque ulla diei ſolemnis obſervantia, ſed repente tulit ſupplicium: cecidit in terram tamquam mortua abſque ullo motu aut ſenſu, colore mutato, & facie deturpata. Intellexit tamen & ſenſit anguſtias, eaſque datas in pœnam ſuæ incredulitatis judicavit. Oravit itaque Virum Dei ut ignoſceret, vovitque ſe in perpetuum feſtive ejus natalitia celebraturam, & alia in ejus honorem obſequia præſtituram, ſi inflictam pœnam remitteret. Fecit, & illa quod promiſit, implevit. Sub eodem tempore adoleſcentem Fabrianenſem multis annis hernioſum, in conſpectu omnium ad ſepulcrum orantem, & turpem molem oſtentantem repente ſanavit; & Luciam filiam Philippi Bartoli de Cerqueto duodennem ſeptem annis fœde claudicantem curavit, dum illa ad ejus ſepulcrum juravit ſe diem natalem celebraturam, & in vigilia ſolum panem & aquam manducaturam.

Non obſervans ejus diem, punitur.

Culpam confeſſa abſolvitur.

Hernioſum & claudam ſanat.

XXI. Anno MCCCXXXV. die 11. Junii ſolemniter examinatum, approbatum, & ſcriptum a Notario publico fuit ſubſequens miraculum. Franciſcus filius Agneſucciæ Nicolai infirmabatur ad mortem, non manducans neque bibens per triduum. Joanna Bartolina genitricis amica, & vicina, abiit ad ſancti Viri ſepulcrum, oravit pro infirmo, promiſitque matrem oblaturam ſimulacrum æreum ad pueruli menſuram. Domum regreſſa dixit quæ fecit, mater factum probavit, votum firmavit. Acceſſerunt ad lectum, infantulum exſuſcitarunt in ſomno mortis languentem, qui ſtatim cibum ſumpſit, & paulo poſt integre convaluit. Simili ferme eventu curatus eſt infantulus filius Mitæ & Ragutii de Apiro, qui nullum admittebat cibum aut potum.

Puerulos in morte languentes vivificat.

XXII. Anno MCCCXXXIX. die XXII. Aprilis, quo natalis ejus dies recurrit, ex ductis Aſſiſio egregie dolatis lapidibus marmoreis & pulcris columnis, ære communi Fabrianenſis populi emptis, anno XVII. ab ejus obitu, magnifico præparato mauſolæo in medio Eccleſiæ muro, tranſtulerunt e primo ſepulcro, in choro, uti diximus, constructo, corpus ſanctiſſimi Viri & arca condiderunt marmorea columnis & crate ferrea circumdata, vario & nobili opere exornata. Tranſlationi interfuerunt multi Prælati, viri proceres, & ingens hominum multitudo, quibus expoſitum eſt ſacrum pignus omnino integrum & illæſum. Tunc etiam ad commendandam optimi viri ſanctitatem, plura operatus eſt Dominus miracula, quorum periit memoria, per quæ amplius ejus fama undique eſt divulgata.

Ejus tranſlatio ad pulchrũ Mauſolæum.

Hoc Anno n. 11.

XXIII. Poſt hanc tranſlationem Bartolina Bononienſis, uxor Aldourrandi Fabrianenſis, gravi febre & peſtilenti gutturis apoſtemate, ad ultimum vitæ terminum deducta, perdidit loquelam. In vigilia diei feſti beati Franciſci, dum pro veſperis ſolemniter decantandis pulſarentur campanæ in Eccleſia Minorum, fœminæ lectum circumdantes alta voce Bartolinam evocarunt, dixeruntque profeſtum eſſe beati Franciſci, miraculis glorioſi, jam pulſari campanas pro veſperis, & opportunum eſſe tempus, ut vitam & anguſtias ſuas eidem commendaret. Senſit illa monentes, & ex corde rogavit virum Dei, ut ſuam cauſam ageret in cœlis. In prima noctis vigilia apparuit ei totus glorioſus, juſſitque ut os aperiret, immiſſaque cruce, quam manu geſtabat. Erupit apoſtema; expuit illa pus, & marcidum ſanguinem, magnoque clamore vocavit domeſticos di-

Sanat malo apoſtemate laborantem.

Digitized by Google

dicens, ſibi apparuiſſe beatum Franciſcum, & perfecte ſanaſſe. Judicarunt illi freneticam effectam, & inſanæ fuiſſe clamores, ſed re ipſa compererunt e periculoſo morbo & mortis faucibus, ſancti Viri meritis liberam evaſiſſe.

Aliis plurima præſtat beneficia.

XXIV. Ludovicus Ciſſi Salutii Fabrianenſis, & Dionoræ filius regio laborabat morbo, anno uno, menſibus octo, neque ulla medicorum ope potuit curari. Matre & filio ad ſepulcrum Viri ſancti deprecantibus, integræ reſtitutus eſt ſanitati. Quidam inopinato ictu, oculo læſus, multo profluente ſanguine, ſe commendavit ſancti Viri meritis, & ſtatim ſenſit ſe manu blande pertractari, atque malum omne repelli. Paupercula fœmina filiolum in dorſo fractum, & incurvatum, ad ſepulcrum adduxit, erectumque & ſanum mox domum reduxit. Divitia Marci ex villa Moſcani, oravit pro amico ad mortem ægrotante, & emiſſo voto ad ſancti Viri ſepulcrum domum regreſſa, ſanum invenit. Bartholus Ferri Fabrianenſis tribus ulceribus gutture putrefacto, in vanum adhibita plurima opera medicorum, tamdem ad Viri ſancti ſepulcrum convaluit. Nutia Marcutii uxor lapſa ex alta moro, toto confracta corpore, medicorum judicio valde periclitabatur. Oravit beatum Franciſcum, ut opem ferret, promittens plura in ſancti Viri cultum & honorem. Obdormivit paulo poſt, & vidit coram ſtantem, ampullam olei manu tenentem, faſcias, quibus involvebatur, diſſolventem & læſas partes ungentem. Audivit deinde dicentem, ut ex lecto ſurgeret, & arrepto baculo, quem ipſe porrexit, per cubiculum deambularet. Ita ſibi viſa eſt feciſſe, & vere fecit: nam expergefacta comperit, non in lecto infirmam ſe jacuiſſe, ſed in cubiculo ſtantem, & baculum habentem perfecte convaluiſſe.

Quemdam liberat a vinculis.

XXV. Franciſcus Anſelmi adoleſcens vitæ effrænis, propter varia crimina ſæpius conjectus in vincula, tamdem rigoroſo carcere, & ferreis compedibus obſtrictus, a parentibus & amicis deſtitutus, vovit Deo, & beato Franciſco ſe vitam in melius commutaturum, & ſancti Viri ſepulcrum veneraturum, donis cohoneſtaturum, & vincula, quibus detinebatur, appenſurum, ſi ab ipſo liberaretur ergaſtulo. Mira res! ut dixit, reſerato oſtio, patefacta eſt via ad aream exteriorem. Hic vidit aliam ſupereſſe portam, ſed ſolutis vinculis, beato Franciſco iterum ſe commendavit, deinde minimo negotio per muros evaſit, ſepulcrum mox inviſit, & mores fecit meliores.

Conſecratur Templum in quo jacet.

XXVI. Ad majorem hujus ſancti Viri commendationem & honorem, curavit populus Fabrianenſis conſecrari Eccleſiam Minorum, in qua ſacræ ejus reconduntur exuviæ. Anno itaque MCCCXCVIII. die Dominica ante Nativitatem beati Joannis Baptiſtæ, ſolemniter conſecratum eſt Templum, innumera concurrente hominum multitudine, & convenientibus totius Marchiæ Fratribus ad Comitia provincialia, per Epiſcopos tres, Joannem Offidanum, Antiſtitem Nicopolitanum ex Ordine Minorum aſſumptum, Benedictum ex Ordine Eremitarum ſancti Auguſtini Aſculanum, & ...... Epiſcopum ſanctæ Natariæ. * Miſſi hi tres Antiſtites ad videndum ſepulcrum, & corpus beati Joannis de Baſtila diſcipuli ſancti Silveſtri Auximani Abbatis, in Eccleſia ſancti Benedicti conditum, de quo plura ſcribit Sebaſtianus Fabrinus Recinetenſis in Chronicis Ordinis Monachorum Silveſtrinorum. Amplas dedit pro hac ſolemnitate indulgentias Nutius Epiſcopus Camerinas, illius loci diœceſanus, ſtatutis diebus, quibus eam lucrari deberent fideles, adjunctis in fine his verbis:

* *Fortaſſis* Natoliæ.

bis: *Hac indulgentias nuper noſtra auctoritate conceſſas, volumus in ſepulcro beati Franciſci de Fabriano ſpecialiter a ſeptuageſima uſque ad octavam Paſchæ annis ſingulis valituras.*

XXVII. Multa celebrata ſunt in hac æde Comitia Provincialia propter majorem reverentiam ſancti corporis ibidem jacentis. Univerſitas & populus Fabrianenſis ſolemni indicta ſupplicatione, ad ejus ſepulcrum recurrit in ſumma quadam totius Italiæ egeſtate & annonæ inopia, ſeque obſtrinxit ſolemni voto, per annos duodecim in die natalis ejuſdem eo proceſſionem totius populi ducere, & donaria offerre. Illud peculiare eſt, quod in feſtivitate hujus ſancti Viri genitrices ſuos portent infantulos in conſpectum ſepulcri, ut meritis ejuſdem, & magna, quam ſuper dœmonia vivens oſtendit poteſtate, liberentur illo anno ab incurſibus & inſidiis Satanæ, quas ſolet in illa ætatula præſtruere. In magna habetur veneratione Viri ſancti capitium, quod ad infirmos, partu laborantes, & variis oppreſſos calamitatibus ferunt, non abſque lucro cœleſtis beneficii. Quotidianis favoribus amplius obſtricti Fabrianenſes decreverunt ei inſigne ſacellum extruere, & fecerunt, ad quod corpus transferri voluit Reverendiſſimus pater Jacobus Bagnacaballenſis Magiſter Generalis Ordinis Minorum Conventualium, ad quos hic ſpectat Conventus, dum anno MDCXIV. ibidem viſitationis exerceret officium, & arcæ, qua Sanctum deponeretur pignus, tres eſſe voluit claves, quarum primam Guardianus, ſecundam Syndicus Conventus, tertiam Fabriani teneret magiſtratus. Scripſit beatus Franciſcus inter alia opuſcula tractatulum de Officio ac dignitate Prælati, & Sacerdotis Evangelici, quem MSS. habeo in noſtra hac ſancti Iſidori bibliotheca.

Fit quotannis ſolemnis ſupplicatio ad ejus ſepulcrum.

Portantur illuc infantuli.

Extructo egregio ſacello transfertur ejus corpus.

XXVIII. Plura retulimus alias de vita & virtutibus aliquot beati Joannis Firmani, alias Alvernicolæ, cetera in hunc annum, quo obiit, differentes. Pœnitentia ejus fuit adeo ſingularis & magna, ut incredibilis videretur, niſi de aliis Viris ſanctis res miras in hoc genere patiendi legiſſemus. Etenim quæ alias facta ſunt, præſentis ſeculi rebus fidem advehunt, *& cum audiuntur aliqua, quæ impoſſibilia eſſe videntur, creduntur fieri potuiſſe, dum ſimilia facta eſſe conſpiciuntur.* Ætatem ferme omnem tranſegit in fame & ſiti, in jejuniis multis: in frigore & nuditate, in diſciplinis & vigiliis, quibus ſufferendis, impares videbantur vires humanæ. Quotannis per ſex quadrageſimas jejunabat, videlicet Spiritus Sancti, aſſumptionis beatæ Virginis, Angelorum, ſancti Martini, ſancti Franciſci & majorem quam vocant: ſed in tribus poſterioribus parciſſime panem dumtaxat & aquam admittebat, ſicuti etiam in vigiliis Sanctorum & ſextis feriis, aliis etiam modis mirabiliter ſemet affligens. Alia jejunavit quadrageſima miro modo per dies ſingulos ex herbis crudis decerpens, quot duobus digitis prehendi poſſent abſque pane, ſale aut oleo, idque ſemel in die potum aquæ ſubjungens. Alia tot fabas quotidie ſumebat, quot pugillo poterant concludi. Alia parvulum panem hordeaceum totis quadraginta diebus recluſus in cella: altera demum etiam clauſus in cella ſportulam tantum panis bis cocti admiſit, fruſtulum unum ſumens quotidie. Dum hæſit in Monte-Alvernæ reliquis diebus nihil manducabat, donec pulſatur ad cœnam, in qua prius legebat Fratribus, deinde refectionem modicam ſumebat, niſi oporteret aliquando cum forenſibus, aut hoſpitibus edere, quibus ſe curabat per omnia conformare. Aſſumptus ad prædicationis officium, ſingularem hanc abſtinentiam mitigare oportuit, per varias diſcurrens regiones, ne mo-

Ann. 1259. n. 7. & ann. 1272. n. 21.
Marian. l. 4. c. 7.
Legenda MSS.
Chron. antiq.
Marc. 2. par. lib. 8. c. 2. & ſeqq.
Aug. lib. de ſpir. & litt. c. ult.

B. Joan. Firmanus ſex jejunabat quadrageſimis mira abſtinentia.

moleſtus eſſet iis, ad quos declinabat, tunc enim juxta regulam Evangelicam *manducabat, quæ apponebantur*.

Lucæ 10. v. 7.

Qualis ei veſtitus, & quæ patiētia frigore intemperato.

XXIX. Unica contentus tunica rudi & aſpera, in frigore & nuditate commoratus in Monte-Alvernæ, ſemper etiam frigidiſſima hyeme per vias difficilimas & periculoſas nivibus coopertas, terræ hiatibus, & aliis præcipitiis horribiles, nocte obſcura & intempeſta de cella ſua, ſupra Eccleſiam ſtigmatum haud modico intervallo ſita, veniebat ad Eccleſiam Fratrum ut precibus intereſſet matutinis. Via hæc declivis aliquando ita erat ex glacie lubrica, ut nudum pedem figere non poſſet, ſed quodam impetu & labili celeritate decurrens, frequenter demergeretur in nivem. Ita nivibus aſperſa veſte, Fratribus concinebat, ſemper lætus in pedes erectus. Lectus illi vel terra nuda, vel tabulæ, quas aliquando urſina cooperiebat pelle, ſed numquam jacebat extenſo, ſed contracto corpore, potius ſedens, quam decumbens. Multas noctes duxit inſomnes in ſancta oratione, aſperis flagris, ſanguinem effundens. Singulares has ſibi eacogitavit vigilias, ut per integrum triennium ſtans, vel muro, aut perticæ innixus modicum caperet ſomni, neque toto hoc tempore viſus eſt ſedere, niſi dum Fratribus in choro, capitulo, aut triclinio oporteret aſſidere.

Qualis ei lectus.

Ex nimiis vigiliis, gravem contrahit infirmitatem.

XXX. Auſteritas hæc vigiliarum valde eum debilitavit, ſed & gravem advexit infirmitatem. Etenim dum magnam ſibi inferret violentiam renibus confractus eſt, ſicut iis evenire ſolet, qui pondus magnum ultra ſuas vires volunt e terra elevare. Cogitans jam ſe inutilem Fratrum obſequio, dum corpus inclinare non valeret, profunda nocte quo potuit modo, deſcendit in Eccleſiam, rogavitque Dominum, ut priſtinam dignaretur reſtituere ſanitatem, & completa oratione cum lacrymis, quod petiit obtinuit: admonitus tamen a Domino, ut rigorem temperaret, ne proximorum obſequiis ineptus redderetur, deinceps auſteras has remiſit vigilias. Statim ut initiatus eſt, circulum ferreum nudo obduxit corpori, ſed computreſcente carne, & languente ſtomacho, oportuit illud dimittere. Aſſumpſit tamen funem aſperum & nodoſum, quem nudæ adſtrinxit carni, & longo tempore portavit. His & aliis adinventionibus carnis mortificandæ, ita corpus ſubjecit ſpiritui, ut affectus carnis exuiſſe videretur, & ipſe dixerit confeſſario, motus omnes in ſemet extinctos.

Cœlitus monitus temperat rigorem.

XXXI. Magno zelo lucrandarum Chriſto animarum aliquando rigorem hunc pœnitentiæ relaxabat, & ab altitudine contemplationis deſcendens, veluti aquila ad provocandum filios ſuos ut volitent, & nubes ad terram aridam fœcundandam, ut fructificet, frequenter de Monte-Alvernæ deſcendebat ad civitates & caſtra, magnamque reportabat meſſem multarum animarum, quas Chriſto lucrabatur. Erant tamen, qui durius ferrent frequentes hos diſcurſus per pagos & oppida, & obloquebantur ei; quibus ille reſpondit, ſe a divino Spiritu ad iſta compelli, & fructum ipſum probare opus iſtud Deo eſſe acceptum. Murmur autem Fratrum a Deo permitti, ut cautius ageret, & de bono opere non ſuperbiret. Rapiebatur frequenter, & in miras agebatur extaſes, antequam prædicare cœpiſſet, at poſt hoc munus aſſumptum rarius iſtud eveniebat. Hoc uſus eſt contra eum argumento unus ex illis, qui tot condemnabat diſcurſus, dicens; gratiam hanc, ſeu donum ſingulare eum perdidiſſe, & propterea non debere, propter aliorum, quod præferebat lucrum, ſuum profectum negligere. Reſpondit ille, non ſe perdidiſſe propter proximos do-

Magno zelo animabus lucrandis invigilat.

Frequentes patitur extaſes.

Digitized by Google

donum illud divinum, ſed plenius poſſediſſe: *Nam antea*, inquit, *rapiebar etiam invitus, locis etiam, & temporibus, quibus nollem, at nunc, quibus volo. Dedit enim mihi Dominus propter bonum, quo proximis inſervio, deſiderium, plenum dominium ſuper ſacras iſtas affectiones & paſſiones, ut non niſi velim, inſiliant.*

XXXII. Ad animarum profectum aliud ei donum Dominus conceſſit, ut perfectiſſime in ſenſu morali & myſtico omnem intellexerit ſacram ſcripturam, etſi numquam didicerit linguam Latinam, neque Theologiam, aut aliam quamcumque facultatem, neque libros ullos apud ſe in cella retinuerit & tamen (inquiunt ſuæ vitæ ſcriptores) vidimus eum magna omnium admiratione, ſubtiliter & graviter ſecundum regulas ſcripturarum ſingulos inſtruere in peculiaribus virtutibus, ſecundum gradus & ſtatus uniuſcujuſque. Hinc magna ei inerat auctoritas & majeſtas in loquendo, ita ut reverenter S. R. E. Cardinales, & Eccleſiarum Prælati eum audierint, & in multis circa mores mutandos ſint obſecuti. Vidimus eum docentem Henricum Imperatorem (quem ſuperius diximus peregrinatum ad ſanctum Montem-Alvernæ) & univerſum ejus comitatum, quibus plurima dixit admiranda de regno cœleſti, de ſummo Dei Imperio, cujus nutu Reges regnant, principes imperant; de ſumma, quam debent Divinæ majeſtati, & ſanctæ Eccleſiæ ſubjectione. Vidimus etiam in univerſis famoſis civitatibus Tuſciæ per integram quadrageſimam prædicantem, & bis in die Dominica, quamvis noctu non ſtuderet, ſed prolixius oraret, & quo frequentius prædicabat, eo doctius dicebat, amplius a Domino inſtructus. Illo anno, quo ex hoc ſeculo migravit, in civitate Senarum ita mirabiliter prædicavit, ut univerſi cives affirmaverint, ſe nuſquam adeo inſignem audiiſſe concionatorem.

Infuſa ei ſcientia ſacræ ſcripturæ.

Ann. 1311. n. 4.

Egregie & cum majeſtate cócionabatur.

XXXIII. Inde etiam plurimum crevit ejus nomen & auctoritas, quod ſermonem Dominus confirmaverit ſequentibus ſignis & miraculis, ex quibus unum hic referemus. Cum in area Fratrum Minorum Florentiæ ferventiſſime prædicaret ingenti hominum multitudini, & tota turbaretur ob ingruentem pluviam, nec tamen ob ſummam audiendi verbi Dei ex ejus ore voluptatem, ab illo recederet; magno imbre in reliquo pluit campo, nulla ſuper prædicatorem aut auditores gutta cadente. Finita concione, totam circumvicinam regionem conſpexerunt abundanti aqua humefactam, aream vero & locum, ubi populi erat conſeſſus, ſiccam, abſque ullo pluviæ indicio. Alias in medio ſacræ Theologiæ Doctorum Evangelica eloquia, & Pauli epiſtolas ita diſerte expoſuit, ut omnes admirarentur, & judicarent, ei ſingularem a Domino gratiam conceſſam, maxime in interpretanda ſancti Pauli doctrina. Prudentiſſime etiam ſolvebat dubia & occurrentes in ſacra Theologia abſtruſas difficultates, pro quibus intelligendis plurimi ad eum concurrebant. Inter hos acceſſit unus ſacræ Theologiæ Magiſter interrogaturus, quid ſentiret de Virginis Deiparæ ſanctificatione, videlicet utrum ante vel poſt contractum originale peccatum fuerit Dei gratia ſanctificata? Cui Joannes ita ſapienter & dilucide ſuam mentem explicavit, ut ille quam eouſque tenuit ſententiam confeſtim mutarit, & firmiter retenturum promiſerit. Juſſus aliquando ſtudium adhibere & uſum librorum pro concionibus efformandis, obedivit: ſed dum ſuggeſtum aſcenderet, uti evenerat ſuo Inſtitutori ſancto Franciſco, quod nos alias exſcripſimus, vel obliviſcebatur omnium, vel in dicendo errabat. Reſtituit itaque libros, dicens ſe uſum non habuiſſe horum armorum, convertitque ſe ad virgam & peram

In magna pluvia nulla ſuper eum concionantem, aut ſuper auditores cadit gutta.

Graviſſimas ſac. Theologiæ explicabat difficultates.

Dum opem adhibet librorum, minus ſcit.

Tom. 1. ann. 1217 n. 5.

1. Reg. 17. 19.

paſtoralem, & ad quinque limpidiſſimos lapides, quos frequenter contemplabatur in torrente Divinæ ſapientiæ, quibus dextere cor feriebat peccatoris, & glorioſos reportabat de hoſte triumphos.

XXXIV. Videns propter hos & ſimiles caſus multum ſibi in populis honorem impendi, vanam gloriam virtutis tineam procul facturus, fugit e civitate Senarum, ubi maximi ei parabantur honores, ad eremitorium Columbarii. Sed quia non poteſt abſcondi, quem Rex decreverat honorare, indicatus eſt cœleſti ſigno, deſcendente ſuper cellam ejus ignea columna. Confluit itaque ad eum univerſus populus, honoribus & reverentia tamquam Dei amicum proſecuturus; e quorum manibus elapſus ſecreto receſſit ad Cœnobium ſancti Franciſci de Bacciola, Comitatus Cortonæ. Duobus hic commoratus diebus, quos in populo erudiendo conſumpſit, rediit ad montem Alvernæ, ut liberius Divinæ vacaret contemplationi, & honores fugeret humanos.

Delegitur indicio cœleſti.

XXXV. Admirabili etiam claruit ſpiritu prophetico tum in revelandis ſecretis cogitationibus, tum in prædicendis futuris. Quidam frater Laicus, qui fabrum agebat lignarium in Cœnobio, diabolico agitatus ſpiritu, recedere voluit a religione. Sed quod ille ſecreto ſuo concepit animo Joanni fuit divinitus revelatum. Acceſſit ad Fraterculum, dulciter reprehendit, aperuitque univerſos, quos ſinu fovebat, cogitatus. Videns ille ſe cœleſti deprehenſum indicio erubuit, in lacrymas abiit, & divina opitulante gratia, ſub religioſo perſeveravit Inſtituto, pioque fine quievit. Conſpirarunt aliquot Viri in quædam ſcelera occulta, quorum aliqui obierant, alii erant ſuperſtites: his non pœnitentibus, ſecretum malum frater Joannes detexit, dixitque æterna morte punitos criminis conſocios, qui dignos fructus non fecerunt pœnitentiæ. Illi admirantes, quod rem omnino ſecretam, & antequam Joannes naſceretur perpetratam, adeo manifeſte ſibi propalaret, ſcienteſque non aliunde, quam deſuper illi delapſam notitiam, ad pedes ejus provoluti veniam petierunt reatuum, & condigne ſatisfacere promiſerunt. Multa futura prædixit, quæ Legendæ auctores eveniſſe teſtantur, & probabiliter demonſtrant reliqua futura.

Revelat cordis cogitata.

XXXVI. Ad contemplationis altitudinem perfectiſſime videbatur attigiſſe, & mentalis orationis gratiam plene poſſediſſe. Quando manebat in cella ſemper videbatur in Deum totus abſorptus, inter Fratres vero & ſeculares orationi totus intentus, oculis in cœlum frequentiſſime elevatis, ex alto corde dulcia emittens ſuſpiria, & eructans præ ſuavitate ſpiritus verba melliflua. Frequenter audiebant eum Fratres in montis Alvernæ cella, a Cœnobio non modicum diſtante, validiſſime clamantem, & altiſſimis gemitibus divinam erga peccatores miſericordiam implorantem. Obſervarunt, qui vitam ſcripſerunt quod ſæpiſſime loquebatur cum Deo, manifeſto aſpectu ſibi præſente, dicuntque, arcana verba utrimque prolata ſe audiviſſe, & ex pavore & membrorum ſtupore, qui præ cellulæ foribus tacite animadvertentes quæ agebant, mirabiliter apprehendit, collegerunt divinæ majeſtatis præſentiam, quæ cum Joanne, tamquam cum dilecto filio, & candido amico familiariter miſcebat ſermones. Sæpius a Fratribus inventus eſt in cella exceſſu mentis raptus in Deum, adeo animæ operationibus deſtitutus, ut videntibus omnino mortuus videretur. Ab ineunte juventute hæc ſacra patiebatur animæ deliquia, quæ in adoleſcentulo videbantur mirabilia. Erant, qui his haud debitam præſtabant fidem, quam extorquere voluit aliquando

Fervor in oratione & contemplatione.

Deus ei apparet & colloquitur.

ejus

ejus ſocius coram incredulis, miſſo igne ſuper manus & plantas. Nihil ille ſenſit, etſi carbones ulceroſe carnem combuſſerint: finito tamen raptu, valide clamavit præ dolore partis nervoſæ, in qua perpetuo manſit uſtionis indicium. *In extaſi ignem admotū non ſentit.*

XXXVII. In oratione & contemplatione frequentes habuit viſiones Sanctorum, & mirabiles recepit conſolationes, quarum plurimas obſervarunt, & ab ipſo, ita exigente obedientia, didicerunt mei auctores, ſed multas communi hominum captu ſuperiores tacuerunt. Rogatus a Jacobo de Fallerone, ut pro ipſo deprecaretur, quatenus liberaretur a quodam ſcrupulo, quo tenebatur, an ſcilicet digne miniſtraret munus ſacerdotale? fecit, reſponſum accepit, Jacobum dignum eſſe ſacerdotem altiſſimi. At dum ille adhuc ſcrupulum moveret, iterum pro eo oravit in profeſto ſancti Laurentii, & in veſperis dum cantaretur illa Antiphona: *Adhæſit anima mea poſt te, quia caro mea igne cremata eſt pro te Deus meus*, & glorioſiſſimi martyris paſſionem ſecum altius contemplaretur, vidit ipſum in craticula jacentem, ſubjectas prunas, & ſancti Martyris cœleſtem mentis ardorem. Deinde vidit, ut oculos Laurentius ſuaviſſimo aſpectu in ſe verterit, ſtatimque repletus gaudio in mentis exceſſum factus, ita immobilis hæſit uſque ad horam Completorii. Vidit iterum eumdem glorioſum inſigne paſſionis dextera tenentem, & dicentem, per craticulam ſe in cœlum aſcendiſſe, & in terra tot honores acquiſiviſſe. Nocte vero ſequenti tertio apparuit, & interroganti de ſcrupulo Faleronii dixit bono animo eſſe debere, quia vere erat ſacerdos, ſecundum divinam Ordinationem. Quo ſecundo oraculo vir ille pius & timoratæ conſcientiæ ſcrupulos evicit. *Multas habuit viſiones.* *Videt S. Laurentium.* *Declaratur Jacobi Faleronii virtus.*

XXXVIII. Quando rigoroſos illos, quos ſupra memoravimus, pœnitentiæ excogitaverat modos, timuit ad aliorum ſuggeſtiones, ne fortaſſis excederet. Rogavit itaque ſanctum Franciſcum ut dignaretur ei revelare, quid potius deberet facere, an ab illis abſtinere, an vero in eiſdem perſeverare? Aliam etiam addidit petitionem, ut quinas a Chriſto acceptas cicatrices ſibi monſtraret. Apparuit ſanctus Inſtitutor, juſſit ut rigorem mitigaret, ne ſui foret homicida, vel ineptum ſe redderet Fratrum aut proximorum obſequiis, propter quæ condeſcendendum eſt aliquando carnis neceſſitati aut infirmitati. Deinde vulnera oſtendit, atque ut penetrantes clavos tangeret, invitavit. Tetigit, & illi in partem oppoſitam, reſiliebant: quo experimento verum eſſe comperit, quod ſanctus Bonaventura exſcripſit in legenda, nimirum quod cum clavi a parte qualibet premerentur, protinus ad partem oppoſitam reſultabant. Hac viſione & contactu ita confortatus & lætus remanſit, ut octiduum abſque cibo & potu tranſegerit, & terrena omnia ſorderent. *Apparet S. Franciſcus & vulnera illi oſtendit.* *Bonav. cap. 15.*

XXXIX. A ſanctis Apoſtolorum Principibus Petro & Paulo multas & frequentes recepit conſolationes, cum eiſdem ſæpius collocutus, ſed a Chriſto Domino alias habuit, quæ gaudium omne ſuperabant. Magno ferebatur deſiderio Chriſtum videndi crucifixum: nihil etenim ita cor ejus afficiebat, uti conſideratio immenſi Chriſti amoris, quo pro ingratis & indignis peccatoribus mori dignatus eſt. Deſiderium pii viri Dominus exaudivit, apparuitque illi inter Miſſarum ſolemnia ſuper altare, tamquam ſi tunc deponeretur a cruce, nudus, plagatus, lividus inter brachia caræ Genitricis. Magna teneritudine contemplatus eſt in illa effigie ſingulos dolores & vulnera, plagarum modos, & numerum, ex quo conſpectu ita liquefacta eſt anima ejus, ac ſi omnes illas cicatrices *Videt Chriſtum plagatum.*

in

Digitized by Google

Et poſteà glorioſum.

in propria carne ſentiret. Alias etiam in Miſſæ ſacrificio vidit eumdem Chriſtum Dominum in forma glorioſa, rubea chlamide pulcherrime rutilantem. Hac viſione tanto fuit gaudio repletus, ut nullo potuerit loco requieſcere: atque illud gaudii habuit incrementum, quod Dominus ſumma gratia & miſericordia placari voluerit illo, quod offerebat, ſacrificio, ne contra peccatores ſuæ juſtitiæ rigorem exerceret. In die commemorationis omnium fidelium defunctorum ſummo caritatis affectu ſanctum offerebat ſacrificium pro animabus purgatorii. Dum vero ſacratiſſimum Chriſti corpus elevaret, miraque dulcedine pietatis & fraternæ dilectionis Deo Patri exhiberet, ut pro amore unigeniti filii, qui in cruce pependit, animas miſellas ab ipſo creatas & redemptas a purgatorii carcere miſericorditer liberaret: Vidit innumeras, quaſi ex ignito fornace prodeuntes, in cœlum aſcendere, quæ ſibi gratias propter tantum beneficium grate rependebant.

Ejus meritis multę liberantur animæ e purgatorio.

XL. Antequam venerit in montem Alvernæ, in loco Moliani cuſtodiæ Firmanæ, prima die poſt Octavam ſancti Laurentii, magno ſpiritus fervore perſolvit cum Fratribus preces matutinas. Dictis laudibus, perrexit in hortum, dum ſub anguſtiis domus cohibere non poterat æſtus divinos, nec ſemet ab emittendis altis ſuſpiriis & clamoribus continere. Illic illuminatus a Spiritu ſancto, apertiſque mentis oculis, vidit Chriſtum Dominum, cum beata Virgine & multitudine ſanctorum Angelorum, & perfectum ſenſum accepit multorum locorum ſacræ ſcripturæ, præſertim illius: Quomodo omnes *unum corpus ſumus in Chriſto, ſinguli autem alter alterius membra*. Et illius: *ut poſſitis comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ caritatem Chriſti*: & totum hoc comprehendi in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento cum dicitur: *Hoc eſt corpus meum*. Facta aurora, totus gratia exæſtuans abiit in Eccleſiam, ubi fervore ſpiritus anxiatus, non potuit non prorumpere in voces, quibus Dei immenſam laudabat caritatem.

Mirifice illuminatur.

Rom. 12. 5. Eph. 3. 5.

XLI. Cum vero paulo poſt ſummum ſacrum celebraret, crevit fervor prædictus, & datus eſt illi quidam vehemens ſenſus de Dei ineffabili clementia, qua dignatus eſt corpus ſuum hominibus ſub ſpeciebus ſacramentalibus relinquere. Cum itaque perveniſſet ad verba conſecrationis, ingeminans prima verba: *Hoc eſt*, non poterat reliqua proferre; ſentiebat enim divinam imminere præſentiam, & multitudinem Sanctorum atque Angelorum, ita ut pene deficeret præ magnitudine & vehementia cœleſtis paſſionis. Occurrit itaque celeriter Guardianus tremebundus, eum confortaturus, & animum additurus: flebatque populus, præſertim mulieres nobiles, quæ ſacro aderant myſterio. Tamdem poſt multam Spiritus luctam alta protulit voce: *Corpus meum*, viditque viſibiliter evaneſcere ſubſtantiam panis, apparuitque Chriſtus Dominus ſub ſpeciebus ineffabili modo tranſubſtantiationis. Tunc admirandæ Chriſti humilitatis, qua ad ſacerdotis vocem in altare deſcendit, conſideratione arreptus, & præſentia contremiſcens, toto obriguit corpore, & cecidit retrorſum. Sed ne ad terram collideretur, obſtitit Guardianus, qui cadentem ulnis ſuſcepit, & concurrentibus Fratribus, piiſque adſtantibus viris, ſenſibus deſtitutus & mortuo ſimilis in ſacrarium delatus eſt. Univerſum corpus cadaveris inſtar friguerat, digiti contracti erant, nec poterant dimoveri, aut extendi, nullumque in eo vitæ remanſit indicium. Jacuit ita quaſi exanimis a mane uſque ad horam tertiam & ultra; dein-

Magnâ animi affectio circa ſacr. Euchariſtiæ Sacramentum.

deinde in ſe reverſus, obedientia conſtrictus, faſſus eſt, quod cum ultima conſecrationis verba proferret, liquefactum eſt cor ejus ad modum ceræ in conſpectu ignis, & caro ejus videbatur oſſibus deſtituta, itaut neque brachia neque membrum ullum corporis potuerit movere.

. XLII. Appropinquante Nativitatis Dominicæ feſtivitate, ardebat vehementer cor & omnia interiora ejus, ut putaret ſe in ignito poſitum fornace. Hinc oriebatur in pectore divini amoris flamma, quæ exterius prodibat, & in voces amoroſas urgebat. Duravit amoris vis per menſes ſex, ardor vero ultra annum integrum. Ab hoc tempore innumeras eum recepiſſe conſolationes, & viſitationes cœleſtes teſtantur vitæ auctores, eaſque ſemetipſos & plures alios conſpexiſſe; nam ex fervoris & amoris magnitudine illas haud poterat occultare. Quadam nocte ſingulari beneficio elevatus in Deum, admirando lumine vidit omnia creata in Creatore, & omnia ſuis gradibus ordinate diſtincta, choros beatorum ſpirituum, & varias menſuras rerum ſublunarium, variiſque modis ſingula repræſentare ſuum Creatorem. Mox elevatus ſuper omnem creaturam, abſorptaque anima in abyſſum claritatis divinæ, nihil videre potuit, aut cogitare niſi divinam magnitudinem omnia comprehendentem. Intellexit ibi perſonarum divinarum proceſſiones, immenſam Dei Patris caritatem, qua nobis ſuum tradidit filium, & profundiſſima divinæ virtutis myſteria. In Incarnatione & Paſſione Domini multa divina penetravit arcana, optimumque divinitatis agnoſcendæ librum, Chriſtum dicebat, per quem ad Patris cognitionem deberent fideles pervenire: ipſe enim *eſt via, veritas & vita, & nemo novit Patrem, niſi cui voluerit filius revelare.*

Quanta amoris vis.

Elevatur ejus intellectus ad videndum creata & increata.

XLIII. Attamen quia *homo cum proficit, non quando, nec quantum vult, proficit, ſed ſe neſciente ſuos moderatur profectus, ſua vita diſponitur;* voluit Dominus Joannis moderare fervores, & ſe aliquantulum ſubtrahere, ut ardentius perquireretur amiſſus, & attentius obſervaretur inventus. Retraxit itaque in monte Alvernæ commoranti perſpicaciſſimæ cognitionis radium, & ignitæ, quem contulit, dilectionis fervorem, ſuo tempore, prout magis expediebat, redditurus. Languebat ille per aliquot dies profundo mœrore abſque ſponſi deliciis, nec inveniebat requiem, per ſilvas & concava montis, replens omnia gemitibus, circuibat quærens quem diligebat anima ſua, nec reperiebat. Tamdem dum inter arborum condenſa, ſuſpiria & clamores ingeminaret, atque per ſemitam, quam ipſe ſtraverat ligone, anxiatus incederet, & fago inixus lacrymoſos oculos in illos montes levaret, unde ſperabat auxilium; ecce, qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, Chriſtus apparuit. Statim ille ſe projecit ad pedes, & gemitibus inenarrabilibus humiliter ſupplicabat, ut adjuvaret infirmitatem ſuam, & quibus ſolebat, donis recrearet. Receſſit paululum Chriſtus nihil loquutus, ingemuitque Joannes, & exurgens abeuntem inſecutus pia importunitate ſecundo rogavit dicens: O *Jeſu dulciſſime, miſerere mei, quoniam tribulor tota die, exaudi me in multitudine miſericordiæ tuæ, & in veritate ſalutis tuæ. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & Spiritu principali confirma me. Tu ſcis, quia tribulor vehementer, & potenter affligor, ſuppliciter rogo, ut ſuccurras velociter animæ meæ, quia defecit in ſalutare tuum. Vide Domine & conſidera quia ſine te anima mea, ſicut terra ſine aqua tibi. Miſericordia tua plena eſt terra: mihi ergo ſoli deficiet?* Fugit tamen ſecundo Chriſtus aſſimilatus capreæ hinnuloque cervorum, ut inſequentis deſiderium am-

Bern. hom. in Miſſus eſt.

Subtrahit ſe ab eo paulisper Dominus.

amplius accenderet. Tertio ille fugientem apprehendit, & plorans dixit: *Domine non dimittam te niſi benedixeris mihi: tenui te, nec amplius abſque miſericordia elaberis*. Convertit tamdem in gementem & flentem miſericordes oculos, profuditque ex ſacratiſſimo pectore admirabiles lucis radios, ſilvam omnem undique illuſtrantes, & Joannis animam divinis replentes ſplendoribus. His amplius illuminatus ſuam agnovit humilitatem, & Dei præſentis majeſtatem; ſumma itaque animi dimiſſione oſculatus Chriſti pedes, veniam exoravit peccatorum. Hac obtenta, admiſſus eſt ad oſculum manuum, deinde pectoris, in quo tantum ſenſit odorem ſuaviſſimum, ut nihil ei in univerſo mundo poſſit comparari. Hauſit etiam ex illo ſapientiæ theſauro divinæ legis ſcientiam, per quam mirabilia & cœleſtia verba proferebat, quibus mentes audientium latenti quadam virtute immutabat. Tanta conſolatione extra ſe factus, hæſit in Chriſti brachiis longo tempore: mox in ſe reverſo, Chriſtus diſparuit, remanente tamen odore ſuperno per multos dies in loco illo deſideratiſſimi congreſſus. O felicem animam quæ talem & tantam habuit conſolationem, & ad trina Chriſti oſcula meruit pervenire! Agunt ſancti Doctores de hujuſmodi Chriſti oſculo, manuum, pedum, oris, primum vocant propitiatorium, ſecundum muneratorium, tertium contemplatorium.

Denuo ſe reddit

Vide Bern. in ſerm. parvis ſer. 52.55. & in ſententiis.

Apparet ei beata Virgo.

XLIV. Ferebatur aliquando Vir Dei magno deſiderio videndi Chriſti Genitricem, non in illa ſublimitate, qua nunc regnat in cœlis, ſed in illa humilitate, quâ converſabatur in terris. Annuit ſacratiſſima Virgo, apparuitque ei in cella oranti in ipſa illa veſte, & forma humili, qua vixit in mundo. Per integrum diem viſio duravit, & multis eum Virgo affecit favoribus, inclinavitque caput ante ſe genuflexi in gremium ſuum, & multa aperuit divina myſteria, quæ nulli hominum voluit ille revelare.

Magna ei conceſſa in dœmones poteſtas.

XLV. Magnam accepit in dœmones poteſtatem, quos ubique mira fugabat auctoritate, & facilitate. Aliquando viſus eſt per vias, quibus incedebat, currere poſt ipſos, baculo abigere, & in abeuntes virgam projicere. Montem Alvernæ magna circumdedit dœmonum caterva, itaut aer condenſari & obſcurari videretur. Ille impavidus hinc inde diſcurrebat, baculo ut poterat aereos Spiritus verberans, & inſequens, nec perſequi deſtitit, donec ab univerſo monte malum agmen abegit. Nocte quadam vidit innumerabiles dœmones ſagittas immittentes in Fratres, quarum plurimæ retorquebantur in ipſos ſagittarios; aliæ vero Fratrum corpora plus minuſve penetrabant, ſecundum eorumdem demerita. Qua viſione intellexit perſpicue Fratrum omnium qualitates & mores, atque inter eos fuiſſe Viros ſanctos, quibus dœmones non poterant nocere. Multis eum illuſionibus perturbare tentarunt. Semel orantem in cella cœperunt, & noctu ſub dio in aperta area collocarunt, alias fœdos & obſcœnos ei tactus repræſentabant; alio iterum tempore magno fragore lapides collidebant, arbores eradicabant, & ſilvam accenderunt in monte Alvernæ, ut ab oratione impedirent. Ille vero ſigno Crucis, & invocato nomine Jeſu, tamquam muſcas abigebat.

Familiares habuit Angelos.

XLVI. Ex adverſo Angelos bonos habuit amicos & valde familiares, quibus tamen ſummam exhibebat reverentiam. Per tres menſes uſus eſt conſortio Angelici ſpiritus ſibi a Deo amandati, ut confortaretur in tribulationibus, & inſtrueretur de rebus divinis. Hic illi aperuit ſenſum, ut intelligeret ſcripturas, quas deinceps egregie interpretabatur. In ſo-

ſolemnitate dedicationis beati Michaelis Archangeli deſcendit e ſua cella in Eccleſiam, ut cum Fratribus illa nocte laudes decantaret matutinas, quibus perſolutis, perſtitit in meditatione curiæ cœleſtis, & gloriæ Angelorum. In cellam mox regredienti ad Eccleſiæ oſtium occurrit cytharedus non viſu, ſed ſono, & hominem ad melodiam obſtupentem comitatus eſt uſque ad cellam ſemper pſallens, varioſque emittens ſonos, & chori cœleſtis gloriam repræſentans. Ut ad cellam pervenit, projecit ſe ad pedes Chriſti crucifixi gratias acturus ob inſignem hanc conſolationem & gratiam, pauloque poſt Angelus receſſit, & ille reliquam noctem in divinis laudibus inſumpſit.

XLVII. Annos jam quinquaginta in Religione Minorum tranſegerat, quando placuit Altiſſimo eum ex hoc ergaſtulo evocare, & tantis meritis præmia digna largiri. Ita revelaverat ipſi Cortonæ dum illac ex monte Alvernæ pergeret Aſſiſium. Ut ſcivit, continuo abſque ulla mora, Fratribus admirantibus, iter propoſitum dimiſit, & ad montem greſſus direxit, ut ubi tot dona recepit, retributiones etiam ſperaret, & ubi potiorem vitæ partem egit, curſum conſummaret. Celeris regreſſus cauſam ſciſcitantibus Fratribus Alvernicolis dixit: *Modicum a vobis abſui, & modicum vobiſcum remanebo*. Tertium poſt diem facta devote re ſacra, poſt ſumptum cum Fratribus cibum in feſto ſanctæ Mariæ ad Nives, gravis eum arripuit febris: deceſſitque in cellam a Monaſterio longiuſcule ſemotam. Inſecuti ſunt aliqui Fratres, inventumque in terra proſtratum ante imaginem Crucifixi, ſonora voce cantantem, ſed febre valde laborantem rogaverunt, ut ad valetudinarium deſcenderet, permitteretque ſuo malo remedium adhiberi. Reſpondit: *Facite quod vobis placuerit: Spiritum Deo dedicavi, vobis tradidi corpus, languidum curate, ſi liceat*. Illi humeris deductum cum reliquis collocarunt infirmis, & ſingulari cura morbo vehementer afflicto inſervierunt. Revelatur ei obitus dies.

XLVIII. Adveniente vero vigilia ſancti Laurentii, cum eum quidam Frater inviſeret, & in lecto ſedenti diceret: *frater Joannes, bono eſto animo, craſtina die recurrit feſtivitas ſancti Laurentii, quem tanta dilectione proſequeris: fortaſſis tibi erit propitius*. Mira res! corpore confracto, & longa infirmitate attenuato, protinus ad nomen Laurentii admiranda velocitate & agilitate exilivit de lecto, & ſaliens pſallenſque & magno ſpiritu inclamans, atque ingeminans nomen *ſancti Laurentii*, perrexit in Eccleſiam, proſtravitque ſe ante imaginem Crucifixi. Deinde ſurgens erectis oculis, & manibus in cœlum elevatis, immobilis in extaſim factus ſtetit ante eamdem imaginem toto tempore, quo Fratres concinerunt ſacrum ſolemne vigiliæ. In ſe reverſus, petiit ſtatim ſibi exhiberi ſanctiſſima ſacramenta Dominici Corporis, & Unctionis extremæ. His perceptis, dum Fratres Pſalmos Pœnitentiales ad lectum genuflexi recitarent, & ipſe reſponderet ad ſingulos verſus, conturbatus eſt a Spiritu maligno ad lævam apparente, quem terribili & contorto vultu reſpexit, paulo poſt ad dexteram apparuit Chriſtus Dominus: reſplenduitque mira claritate & pulchritudine facies ejus, quæ antea ex infirmitate attenuata pallebat. Poſt hæc ſermonem ad univerſos Fratres direxit, quos ad perfectam Chriſti ſequelam adhortatus eſt, aſſumpto illo themate: *Ego ſum via, veritas & vita*. His verbis ſubtiliter & graviter explicatis, & Fratribus ad tantam doctrinam, & multa loca ſacræ Scripturæ opportune congeſta, admirantibus, completo ſermone, iterum preces reſumpſerunt & Pſalmodiam. Ille concinentibus concinebat, & de-

Mirus in attenuato corpore fervor.

Receptis ſacramentis ſe præparat ad mortem

deprecantibus reſpondebat, donec placide deficiente ſpiritu, animam reddidit Creatori in ipſo feſto ſanctiſſimi martyris Laurentii, cui ſpecialem ſemper exhibuit reverentiam.

Pſallens & orãs moritur.

XLIX. Triduum licet manſerit cadaver inſepultum, ob devotionem populorum ad funus accurrentium, odorem tamen emiſit ſuaviſſimum, & facies ſemper apparuit hilaris & rubicunda. Ipſo autem die quo ſepultus eſt, revelavit Angelus pio cuidam Fratri Joannis intimo amico, illum, quo obiit die, ad cœlum migraſſe, ibique magna gloria, propter vitam ſanctiſſime tranſactam, potiri. Pluribus a funere tranſactis annis, Fratres ſepulcrum aperuerunt, & ſacras ejus reliquias honorifico loco in ſacrario condiderunt; caput vero detulerunt ad Cœnobium ſanctæ Crucis urbis Florentinæ. Compoſuit hic Vir ſanctus præfationem illam, quam in Miſſa ſancti Franciſci recitant Minores: *Qui venerandum Confeſſorem famulum tuum &c.* Eamque ipſe in miſſis votivis dicebat, ſicuti nunc moris eſt per univerſam Sodalitatem. Scripſerunt, ut ſuperius diximus, omnia hæc ex occulata fide frater Joannes de Septimio, & Hugolinus de monte S. Mariæ, quorum ille, quæ ſola vidit, aut ab ipſo Viro Dei percepit ſe ſcripſiſſe teſtatur, ac propterea ab enarrandis rebus multis & miraculis, quæ alii referebant, nec tamen ipſe vidit, abſtinuiſſe. Ex horum narratione compacta eſt vita ejuſdem, quæ aſſervatur MSS. in bibliotheca Cœnobii ſanctæ Crucis prædicti. Plura de eo ſcripſerunt Bartholomæus Piſanus, Jacobus Oddo Peruſinus, Marianus Florentinus, Petrus Rodulphus, Marcus Ulyſſipponenſis. „ Hoc anno Albertus Peruſinus „ ex Minorum familia, Mathematicis diſciplinis inſigniter eruditus, ut „ illuſtri aliquo monumento ſuæ facultatis patriam nobilitaret, exi„ miæ ſtructuræ fontem in medio foro perficiendum curavit, derivatis e „ monte aquis, & ſtadiorum ſexdecim ſpatio in urbem deductis, brevi „ temporis intervallo.

Quinam ejus geſta ſcripſerunt.

Hoc anno n. 28. Piſan. Conf. 8. & 11. Oddo in ſpeculo c. 9. Marian. cit. Rodul. fol. 110. Marc. cit.

ADDITIO ALIORUM.

Ex MSS. authentico Prov. ſancti Franc.

L. * Controverſia illa de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum, anno ſuperiori inter Prædicatores & Minores exorta, & ſuavi temperamento ſopita, hoc anno iterum excitata eſt quorumdam ſuggeſtione. Propoſuit itaque Pontifex diſcutiendam hanc propoſitionem, quam ſchedæ inſcriptam omnibus Prælatis, & ſacræ Teologiæ Magiſtris, qui aderant in curia, tranſmiſit: *utrum* ſcilicet *pertinaciter affirmare Dominum Jeſum Chriſtum, ejuſque Apoſtolos non habuiſſe bona aliqua in ſpeciali neque in communi, foret hæreticum?* certe in Extravag. *Exiit qui ſeminat*, vibebatur magnum ſubeſſe fundamentum hujus aſſertionis, dum de Religione Minorum, quæ dominium omnium rerum tam in communi abdicat quam in ſpeciali, ita aſſerit Pontifex Nicolaus: *Hi ſunt illius ſanctæ Regulæ profeſſores, quæ Evangelico fundatur eloquio, vitæ Chriſti roboratur exemplo, fundatorum militantis Eccleſiæ Apoſtolorum ejus ſermonibus actibuſque firmatur. Hæc eſt apud Deum & patrem munda & immaculata Religio, quæ deſcendens a patre luminum per ejus Filium exemplariter, & ver-*

Reiteratur controverſia de paupertate.

Extrav. Exiit. in ſexto de verbo. ſignif.

* Quæ in hoc, & ſequentibus §.§. ſcribit Waddingus de Joanne XXII. care Lector, ne minus prudenter accipias. Religioſum enim & obſequentem Annaliſtæ animum in Apoſtolicæ Sedis Decreta ad rem dogmaticam præcipue ſpectantia, cum plurima in his Annalibus, tum præſertim ea declarant, quæ de Conſtitutione hujus Pontif. ſcribit anno & Tomo ſequenti, quam in materia fidei omnino concordem cum altera Nicolai III. Conſtitutione adverſus horum Pontificum obtrectatores demonſtrat. Sed ſi quæ hoc in loco de Joanne XXII. non uſquequaque laudare videtur, ea non ad rem ipſam, ſed ad temporis circumſtantiam, & ad quæſtionem forte intempeſtive excitatam de diſtinctione proprietatis ab uſu in rebus, quæ uſu ipſo conſumuntur, referri debent. Ceterum ubi opus eſt, reverentiam Apoſtolicis Decretis exhibendam eſſe docet, dum in rebelles, & contumaces adverſus hujus Pontificis Conſtitutiones acriter inſurgit.

verbaliter Apoſtolis tradita, & deinde per Spiritum ſanctum beato Franciſco, & eum ſequentibus inſpirata, totius, in ſe quaſi continet teſtimonium Trinitatis. *Et clarius* § Porro dicimus, *quod abdicatio proprietatis hujuſmodi omnium rerum tam in ſpeciali, quam etiam in communi propter Deum meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit, & exemplo firmavit, quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, volentes perfecte vivere, per doctrinæ ac vitæ exempla in eos derivarunt.* Voluit itaque Joannes Pontifex, ut genuinus hujus decretalis Nicolai ſenſus examinaretur. Obſtabat vero ejuſdem Nicolai gravis prohibitio, qua ſub pœna excommunicationis, & privationis officii ac beneficii diſtricte præcepit, ut illa conſtitutio cum eam legi contingeret, ſicut prolata eſt, ita fideliter exponeretur ad litteram: concordantiæ, contrarietates, ſeu diverſæ vel adverſæ opiniones a Lectoribus ſeu expoſitoribus nullatenus inducerentur, ſuper ipſa conſtitutione gloſſæ non fierent, niſi forſan per quas verbum, vel verbi ſenſus, ſeu conſtructio, vel ipſa conſtructio quaſi grammaticaliter ad litteram, vel intelligibilius exponeretur. Obſtaculum hoc ſublatum voluit Joannes, edita conſtitutione ſequenti, quæ habetur in corpore Juris inter extrav. communes.

Jubet Pontifex examinari ſenſu decretalis. Exiit *Ibid. §. Itaque.*

Tit. 14. de verb. ſignif.

Ad perpetuam rei memoriam.

LI. *Quia nonnumquam, quod conjectura profuturum credidit, ſubſequens experientia nocivum oſtendit, non debet reprehenſibile judicari, ſi canonum conditor Canones a ſe, vel ſuis prædeceſſoribus editos, vel aliqua in eiſdem contenta Canonibus revocare, modificare, vel ſuſpendere ſtudeat, ſi ea obeſſe potius viderit, quam prodeſſe. Sane dudum felicis recordationis Nicolaus Papa IV.* * *prædeceſſor noſter quamdam conſtitutionem declaratoriam, quæ incipit.* Exiit, *ſub Regula dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum, quam beatus Franciſcus Almus confeſſor inſtituit, promulgavit ſub certis pœnis arctius interdicens, ne concordantiæ, contrarietates, ſeu adverſæ vel diverſæ opiniones ab ipſius conſtitutionis Lectoribus ſeu expoſitoribus aliquatenus inducantur, nec ſuper ipſa conſtitutione gloſſæ fiant ab aliquo, niſi forſan per quas verbum, vel ſenſus ipſius ſeu conſtructio, vel ipſa conſtructio quaſi grammaticaliter ad litteram exponatur, nec intellectus ipſius per legentem diſtorqueatur ad aliud, quam conſtitutionis ejuſdem littera ipſa ſonat. Gloſſantes autem in ſcriptis conſtitutionem eamdem aliter quam ſuperius eſt expreſſum, facientes quoque commentum, ſcripturas, ſeu libros, & ex certa ſcientia deliberate determinantes in ſcholis, ſeu prædicantes contra contenta in conſtitutione prædicta, vel aliqua, ſeu aliquod prædictorum: non obſtantibus aliquibus privilegiis, ſeu indulgentiis, aut litteris Apoſtolicis quibuſcumque perſonis, dignitatibus, Ordinibus aut locis religioſis, vel ſecularibus generaliter vel ſingulariter ſub quacumque forma vel expreſſione verborum conceſſis, quæ noluit aliquibus in prædictis ſuffragari, ipſo facto excommunicationis ſententiæ voluit ſubjacere. Nos autem attendentes quod argumentis frequenter, & collationibus latens veritas aperitur, quodque ſub eadem littera ſæpe latet multiplex intellectus, necnon eſſe difficile volentibus conſtitutionem prædictam perfecte legere ac intelligere, pœnas adjectas in conſtitutione hujuſmodi devitare, viam veritati aperire volentes, ac periculis quæ ex prædictis poſſent litteratæ perſonæ, præcipue ſcholaſticæ incurrere, ſalubriter obviare,* præ-

Reg. Vat. ep. 57

* *Alii III.*

Digitized by Google

præſertim cum de novo ſuborta ſint aliqua dubia, circa quæ poſſet periclitari veritas, & erroribus via pandi, niſi liceret conferre ſuper contentis in conſtitutione hujuſmodi, & etiam diſputare, probibitiones, & pœnas prædictas tam latas, quam comminatas, & earum effectus, in Fratrum noſtrorum, & multorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum, necnon multorum profeſſorum utriuſque juris, & multorum ſacræ Theologiæ Magiſtrorum præſentia, dum conſiſtoriam teneremus, auctoritate Apoſtolica duximus uſque ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendendos. Per ſuſpenſionem autem hujuſmodi, nequaquam licentiam cuiquam intendimus impertiri, quod contra Fratrum Regulam prædictorum dogmatizare, ſeribere, ſeu determinare, prædicare ſeu præciſe loqui liceat publice vel occulte, quin imo hoc omnibus & ſingulis auctoritate præfata diſtrictius inhibemus. Ne autem impoſterum præmiſſarum prohibitionum, & pœnarum ſuſpenſio in dubium revocari valeat, nec alicui propter defectum probationis impingi, quod velut tranſgreſſor prohibitionum ipſarum in pœnam ſeu pœnas incident antedictas. Nos volentes ſuper hoc de opportuno remedio providere, chartas, ſeu membranas ſuſpenſionem continentes eamdem, appendi ſeu affigi in majoris Eccleſiæ Avenionen. oſtiis, ſeu ſuper liminaribus faciemus, quæ ſuſpenſionem prædictam ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo indicio publicabunt. Datum Aven. VII. *Kal. Aprilis anno* VI.

Minores in Capitulo Generali Peruſino communi ſententia quæſtioni reſpódent. Capitulum generale 40.

LII. Hac cenſurarum ſuſpenſione præmiſſa, cœperunt plures Viri docti ſenſum perquirere conſtitutionis Nicolai, omnino favorabilis opinioni Minorum. Sub hoc tempore ad Generalia Comitia convenerunt Minores in civitate Peruſii, ad quos præſertim ad Cæſenatem Miniſtrum Generalem, & Theologiæ Magiſtros, ſcribendum duxerunt aliqui Cardinales, maxime Vitalis de Furno, & Bertrandus de Turre ex Minoribus aſſumpti, & alii Viri nobiles, qui indemnem volebant illorum ſententiam, ut quid communi omnium ſenſu judicarent, aperirent, & omnium ſyngraphis publice teſtarentur. Illi receptis Cardinalium & aliorum Dominorum litteris, quibus hortabantur, & inſtanter urgebant, ut Nicolai III. declarationem, & verba defenderent, eiſque in pleno capitulo lectis, collatiſque invicem omnium Magiſtrorum ſtudiis, & præmiſſa longa de hac re diſputatione, his verbis ſuum circa hanc quæſtionem ſenſum aperuerunt.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, fratres Michael Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, Guillelmus Angliæ, Henricus Superioris Germaniæ, Arnaldus Aquitaniæ Provinciales Miniſtri, & in ſacra Theologia Magiſtri: Nec non Hugo de novo Caſtro, & Guillelmus Almuchiæ, ſacræ Theologiæ Doctores. Nicolaus Miniſter Franciæ, ac Guillelmus Bloc Baccalaurei in ſacra pagina, & omnes Miniſtri, Cuſtodes, diſcreti, & Lectores generalium ſtudiorum apud Peruſium congregati in Capitulo generali Ordinis prædicti, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

LIII. N*overitis, quod nos anno Domini* MCCCXXII. *indictione* V. *pridie Nonas Junii, audita & intellecta quæſtione quadam, quæ in Romana curia præſentialiter agitatur, qua quæritur,* utrum aſſerere Chriſtum, & Apoſtolos non habuiſſe aliquid in communi ſit hæreticum? *Et requiſiti quid de ipſa quæſtione ſentiremus: Hæc in ſcriptis ſub noſtris ſigillis*

lis & ſubſcriptionibus propriis tradere curavimus. Viſis & examinatis dicta quæſtione cum allegationibus, quæ pro & contra fiunt, diligentique & matura deliberatione digeſtis, determinationi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ firmiter & totaliter inhærentes, concorditer & unanimiter dicimus & fatemur, quod dicere & aſſerere quod Chriſtus viam perfectionis oſtendens, & Apoſtoli eamdem perfectionis viam ſequentes, atque per exemplum in alios volentes perfecte vivere derivantes, nihil jure proprietatis, dominii, ſeu juris proprii in communi habuerunt, non eſt hæreticum; ſed ſanum & catholicum, & fidele, maxime cum ſancta Romana Eccleſia Catholica, quæ a tramite Apoſtolicæ traditionis numquam deviaſſe aut erraſſe probatur. 24. *q.* 1. a recta fide, *& cap.* pudenda, *in fine hoc expreſſe dicat, affirmet & determinet manifeſte, Extravag. de verb. ſig. cap.* Exiit qui ſeminat, *l.* 6. §. Porro. *Sic inquiens: dicimus quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quam etiam in communi propter Dominum, meritoria eſt & ſancta, quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit, & exemplo firmavit. Quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, id eſt Apoſtoli, prout ab ipſo fonte, id eſt Chriſto, hauſerunt, & volentes perfecte vivere per doctrinæ ac vitæ ipſorum alveos derivarunt. Quæ Eccleſiæ determinatio in 6. libro per ipſam Eccleſiam Catholicam eſt inſerta; & per aliam decretalem in Viennenſi Concilio promulgatam, & in ſeptimo libro ſub titulo de verb. ſig. inſertam, per ipſam univerſalem & Catholicam Eccleſiam eſt approbata, ac noviſſime per ſanctiſſimum Patrem, & Dominum D. Joannem divina providentia Papam XXII. in quadam ſua declaratione edita ſuper Regulam & ſtatum Fratrum Minorum, quæ incipit.* Quorumdam exigit, *eſt eadem declaratio plurimum commendata, tamquam* ſalubriter edita, ſolida, lucida, multaque maturitate digeſta, *& teſtante canone* 19. *d. ſi Romanorum, id quod pro dogmate ſano Sedes Apoſtolica comprobavit, ſemper teneri debet acceptum, nec ab ea licet quomodolibet reſilire*, 24. *q.* 1. Hæc eſt fides: *In hujuſmodi autem noſtræ opinionis & communis, ac concordis ſententiæ teſtimonium, & munitionem, præſentem ſeriem de communi conſenſu omnium noſtrum, ſigillis & ſubſcriptionibus propriis Generalis Miniſtri, & nominatorum Fratrum Magiſtrorum in ſacra pagina, necnon & quatuor Provincialium Miniſtrorum, Thomæ Provinciæ Bononienſis, Petri Provinciæ ſancti Franciſci, Ferdinandi Provinciæ Caſtellæ, & Simonis Provinciæ Thuroniæ duximus muniendam. Datum Peruſii anno & menſe & die ſuperius annotatis.*

LIV. Aliam etiam ſimilis, ſed prolixioris tenoris ediderunt declarationem, antequam comitia diſſolverent, & Peruſio recederent, in qua multis rationibus, & Sanctorum collectis auctoritatibus univerſis Chriſti fidelibus notum eſſe voluerunt, non eſſe hæreticam illam ſententiam, ſed ſanam & Catholicam. Eam hic offero ex Alvaro Pelagio, qui ſolus, quem ſciam, illam tranſcripſit, licet multas auctoritates, & rationes pro contraria ſententia allatas omiſerit, ut ipſe ait, quia omnes in aliis capitibus ſui operis retulerat. *Alvar. de planctu Eccleſ. lib. 1. c. 61.*

Univerſis præſentes litteras inſpecturis, Fratres Michael &c. ut in præcedenti.

LV. NOveritis, *quod nos anno Domini* MCCCXXII. *indictione* V. *Idibus Julii, in noſtro generali capitulo apud Peruſium congregati, & requiſiti ſpecialiter, quid ſentiremus de quæſtione ſubſcripta: diligenti* *Alia ejuſdem tenoris reſponſio.*

prius

prius examinatione & deliberatione matura ſuper ea, & ipſam tangentia, collatione præhabita: reſpondemus prout inferius immediate continetur. Dicimus & fatemur concorditer quod dicere, quod Chriſtus viam perfectionis oſtendens, & Apoſtoli eamdem viam perfectionis ſequentes, & per exemplum in alios volentes perfecte vivere derivantes: nihil juris, proprietatis, dominii, ſeu juris proprii in ſpeciali, vel in communi habuerunt: non eſt hæreticum, ſed ſanum, Catholicum & fidele. Et quamvis ad hoc multas rationes habeamus, & quam plurimas auctoritates Sanctorum tam Latinorum, quam Græcorum: qui velut duo Cherubin in medio tabernaculi Domini alas ſuas extendentes, in hoc puncto conjunguntur, & velut duo Seraphin in Templo idipſum alter ad alterum clamare non ceſſant: ſubſcriptæ tamen rationes & auctoritates cauſa brevitatis ſufficiant quoad præſens. Prima ratio talis eſt. Nulla aſſertio eſt hæretica, quæ fundatur ſuper determinationem & confirmationem multiplicem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ; ſed aſſerere Chriſtum & Apoſtolos non habuiſſe aliquid nec in communi nec in ſpeciali proprium (ut prædictum eſt) fundatur ſuper determinationem & declarationem multiplicem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ: ergo hæc aſſertio non eſt hæretica. Major eſt evidens cuilibet Catholico, cui etiam concordant multa c. decretorum XXIV. *q.* 1. A recta, & *c.* Pudenda, *in fine. Et Auguſtinus contra Epiſtolam fundamenti, dicens*: Evangelio non crederem: niſi me Eccleſiæ auctoritas commoveret. *Minor probatur per decret.* Exiit, *de verb. ſignif. in 6. lib.* §. Porro, *ubi ſic habetur*. Dicimus, quod abdicatio proprietatis omnium rerum tam in ſpeciali, quam etiam in communi propter Deum, meritoria eſt & ſancta: quam & Chriſtus viam perfectionis oſtendens verbo docuit, & exemplo firmavit; quamque primi fundatores militantis Eccleſiæ, prout ab ipſo fonte hauſerant, in volentes perfecte vivere per doctrinæ, & vitæ ipſorum alveos derivarunt. *Quæ quidem decretalis per aliam, quæ incipit*: Exivi de paradiſo, *in Vienenſi Concilio promulgatam, & in conſtitutionibus Clementinis ſub tit. de verb. ſignif. inſertam, eſt ab ipſa univerſali Eccleſia comprobata. Et noviſſime per ſanctiſſimum Patrem & Dominum noſtrum Dominum Joannem divina providentia Papam XXII. in quadam ſua declaratione edita per eumdem ſuper regulam & ſtatum Fratrum Minorum, quæ incipit.* Quorumdam, *eſt approbata, & quamplurimum commendata: tamquam* ſalubriter edita, ſolida, lucida, multaque maturitate digeſta. *Patet ergo minor, videlicet quod aſſertio, qua dicitur Chriſtum, & Apoſtolos non habuiſſe aliquid in ſpeciali, vel in communi, ut dictum eſt, fundatur ſuper determinationem communem, & confirmationem multiplicem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Secunda ratio: nulla aſſertio, qua dicitur, Chriſtum & Apoſtolos ſervaſſe altiſſimam, & perfectiſſimam paupertatem, eſt hæretica; ſed aſſerere Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe in ſpeciali, vel in communi proprium, eſt aſſerere ipſos ſervaſſe altiſſimam & perfectiſſimam paupertatem: ergo hæc aſſertio non eſt hæretica. Probatio majoris primo per rationem: quia Chriſtus & Apoſtoli fuerunt principium & menſura & exemplaria cujuslibet perfectionis Evangelicæ: principium autem, & menſura, & principale exemplar perfectiſſimæ & altiſſimæ perfectionis continet perfectiones omnes, quæ ex illis exemplantur, ſeu etiam menſurantur: ergo perfectio paupertatis Evangelicæ, ſicut & aliæ perfectiones fuerunt in Chriſto perfectiſſime & altiſſime. Patet etiam per auctoritates, primo de Chriſto per illud Hieronymi ad Euſtochium dicentis, quod* Chriſtus pauperrimum & abjectiſſimum ſe oſtendit. *Ad idem* XII. *q.* 11. gloria *verſu* nunc vero.

Exodi 25. 20. *Iſaiæ* 6. 2.

Auguſt. cap. 5.

Hier. cap. 17.

xxxv. *di.* Eccleſiæ xii. clericus , *in fine . Probatia minoris , quia perfectiſsima & altiſsima paupertas eſt illa , quæ excludit majorem ſollicitudinem temporalem , & animam liberiorem facit ab omni affectione rei temporalis . Dicimus autem per ſe & eſſentialiter ex intrinſeca ratione ſui , ad differentiam illius ſollicitudinis , quæ oritar ab extrinſeco , & non ab intrinſeco ſtatus paupertatis , videlicet ex infirmitate illius , qui ſollicitus eſt circa talia acquirenda & habenda ; ultra id quod neceſſe eſt : vel illius , quæ oritur ex defectu caritatis in hominibus , per quam conſueverant Chriſti pauperes ſuſtentare , & eis de quotidianis neceſſariis providere . Sed paupertas illa , qua nihil habetur in ſpeciali , ex ſe & eſſentialiter , & ex intrinſeca ratione ſui , magis excludit ſollicitudinem hujuſmodi , quia bona temporalia etiam in communi habita , mentes poſsidentium illaqueant , & afficiunt aliquo modo , & ſuos poſſeſſores reddunt ſollicitos ad bona talia conſervanda , defendenda , acquirenda , amplianda : reddunt etiam ſuos poſſeſſores timidos & ſollicitos , ne talia bona communia perdantur aut diminuantur : aut ſuper hæc aliqua eis injuria inferatur . Unde non omnino ſinunt animum eſſe liberum , ſed reddunt eum quodammodo compeditum . Sicut clare dicit Auguſtinus . Minimi autem ſunt , qui omnia ſua dimiſerunt & ſecuti ſunt Chriſtum , & quidquid habuerunt pauperibus diſtribuerunt , ut Deo ſine ſeculari compede expediti ſervirent , & ab oneribas mundi liberati velut pennati ſurſum abeant . Secundo probatur per determinationem Eccleſiæ , & confirmationem in regula ſancti Franciſci , ſic dicentis , c. de obſervantia paupertatis .* §.Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis , quæ vos cariſſimos Fratres meos hæredes , & Reges regni cœlorum inſtituit , pauperes rebus fecit , virtutibus ſublimavit . Hæc ſit portio veſtra , quæ perducit in terram viventium. Cui dilectiſſimi Fratres totaliter inherentes , nihil aliud pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti in perpetuum ſub cœlo habere velitis. *Quod autem hic loquatur de paupertate , quæ excludit omnia in proprio & in communi , patet ex verbis , quæ hic exprimuntur , ſi diligenter attendantur : & ex aliis verbis ejuſdem regulæ in alio c.* Fratres nihil ſibi approprient , *& ex declarationibus Romanorum Pontificum ſæpe ſuperius allegatis . Ad hanc autem probandam minorem eſt auctoritas in collationibus patram , collatione* 10. *c.*11. *ſic dicens .* Revera quæ major aut ſanctior poteſt eſſe paupertas , quam illius , qui nihil ſe præſidii vel jurium cognoſcens habere , de aliena largitate quotidianum poſcit auxilium : & vitam ſuam , atque ſubſtantiam ſingulis quibuſque momentis divina ope intelligens ſuſtentari , verum ſe mendicum Domini non immerito profitetur ? *Confirmatur iſta ratio tota , auctoritate Euſebii ſuper Matthæum ſic dicentis :* Prohibebat autem eis , *id eſt Apoſtolis* , Chriſtus aurum & ejus poſſeſſionem , præcipiens ut nec peram , nec baculum , nec calceamenta , nec geminas tunicas , immo nec panes , nec argentum portare deberent , qui ad alienas partes debebant tranſmitti , ſumens experimentum fidei & animoſitatis eorum : ſi quidem habito in mandatis vitam extremæ ducere paupertatis : ut nec de diurno nutrimento curarent , nec binas tunicas poſſiderent , nec uterentur calceamentis , ſicque totum mundum circumirent . *Et ſequitur .* Putabat quidem oportere conductores Arrabonæ Regni Dei, nec quidquam eorum, quæ Monachales appreciantur , condignum exiſtimare datis ſibi cœleſtibus operibus. *Hucuſque Euſebius . Ubi notandum , quod per hoc dicitur hic Apoſtolos habuiſſe in mandatis* , vitam extremæ ducere paupertatis : *confirmatur major rationis prædictæ , quæ dicit , Apoſtolos altiſſimam & perfectiſſimam ſervaſſe*

Auguſt. ſerm. 12. *de verb. dom.*

Regula 2. *c.*6.

Ibidem.

Euſeb. in c. 10. *Matth.*

ſe paupertatem. Per hoc quod dicitur, nec quidquam eorum quæ Monachales appreciantur, eos condignum exiſtimare debere, *quod eorum paupertas fuit, quod nihil habebatur in communi: quaſi in hoc conſiſtat perfectiſſima & altiſſima paupertas: per quod confirmatur minor*. Monachales *enim dicuntur, qui nihil habent proprii in ſpeciali: habet tamen communitas eorum aliquid proprietatis & dominii in communi* XII. *q.* I. quiſquis, XVIII. *q.* II. Quam ſit. XIX. *q. ult.* Quia ingredientibus, *c.* Perlatum, *c.* ſi qua mulier, *cum l. ſe. Quod autem eamdem paupertatem Chriſtus tenuerit, quam Apoſtolis injunxit, patet per Hieronymum in epiſtola ad Euſtochium, dicentem*. Non poterat habere Dominus, quod prohibuerat ſervis, dicens. Nolite portare ſacculum neque peram &c. *Tertia ratio hæc eſt: nulla propoſitio debet dici hæretica, cujus oppoſitum non exprimitur evidenter in ſacra ſcriptura, nec ſecundum ſe, nec ſecundum expoſitiones Sanctorum; vel cujus oppoſita ſecundum determinationem ſacroſanctæ Eccleſiæ non apparet evidenter Catholica, vel cujus oppoſita ex aliquo prædictorum evidenter & neceſſario non concluditur. Sed oppoſita hujus propoſitionis negativæ ſcilicet Chriſtum & Apoſtolos nihil habuiſſe in proprio nec in communi, eo modo quo ſuperius eſt expreſſum, non habetur aliquo trium prædictorum modorum: ergo iſta propoſitio negativa non eſt hæretica. Major patet per ſufficientem diviſionem, nec oportet addere, nec contrahere articulos fidei: quia a ſacra ſcriptura vel determinatione Eccleſiæ habentur evidenter & expreſſe. Opponitur autem ad quamlibet conditionem, vel membrum evidenter, quia argumentum ſolum probabile vel ſophiſticum, quod videtur abſtrahi ſolum ex altero prædictorum modorum, non convincit oppoſitum ſuæ concluſionis hæreticum judicari. Minor probatur, quantum ad ſingulas ſui partes: primo quia oppoſitum illius non exprimitur evidenter in ſacra ſcriptura ſecundum ſe accepta, quia ſi ſic: hoc præcipue eſſet per hoc quod dicitur de loculis. Joan. 12. 13. & per hoc quod dicitur in actibus 2. & 4. quod* erant illis omnia communia. *Sed per nullum iſtorum aut per conſilium habetur propoſitio prædicta evidenter ex ſacra ſcriptura ſecundum ſe ſumpta. Non primum, ubi agitur de emptione & venditione; quia emere & vendere non ſolum ſunt actus habentium in ſe dominium, ſed poſſunt eſſe actus diſpenſatorum, vel adminiſtratorum nullum habentium in re quæ venditur, vel in pecunia de qua emitur, dominium, & ideo per verba talia non habetur determinate, nec per conſequens evidenter altera pars ſcilicet, habere dominium. Dicimus ergo ad omnes auctoritates de talibus actibus mentionem facientes, quod Apoſtoli non faciebant hoc ut Domini, ſed ut meri & nudi adminiſtratores talium: & pro ſeipſis ſolum ſimplicem facti uſum habentes: Et eodem modo reſpondemus ad inſtantiam de loculis, & ad omnes auctoritates de hoc loquentes: ſcilicet quod Apoſtoli habuerunt tantum uſum pro ſeipſis in loculis: diſpenſationem autem pro aliis. Et ſi legitur aliquid de Chriſto, non eſt veriſimile, quod Chriſtus & Apoſtoli habuerint, vel habere voluerint aliquid per modum dominii, ſummæ perfectioni ſuæ & profeſſioni repugnantem. Hoc tamen eſſet ſi per modum dominii, vel proprietatis aliquid in loculis habuiſſet. In voto enim profeſſionis Apoſtolorum cadebat talis paupertas. Ex quo probatur quod cum oppoſita propoſitio affirmativa, ſcilicet quod Chriſtus habuit in communi, non habeatur evidenter, nec a ſacra ſcriptura ſecundum ſe accepta, nec ut a Sanctis expoſita, nec per determinationem Eccleſiæ, nec in aliquo quod evidenter & neceſſario ſequatur ex eis: quod iſta propoſitio negativa, ſcilicet quod Chriſtus & Apoſtoli nihil habuerint nec in proprio, nec in communi, modo quo ſupra dictum*

Hier. cap. 8.
Matth. 10. 10.

ctum eſt, nullatenus eſt hæretica, ſed fidelis. In cujus rei teſtimonium præſentem ſeriem ſigillis & ſubſcriptionibus noſtris propria manu factis duximus muniendam. Data Peruſii anno, menſe & die ſuperius adnotatis.

LVI. Statnerunt inſuper Patres Capitulares, ut omni quo liceret modo, ſententia hæc tot Pontificum declarationibus & aſſertionibus munita, ubique ab impugnantibus defenderetur: atque ut in curia Pontificia eſſet, qui coram reſponderet, & cauſam urgeret, peculiarem dederunt commiſſionem fratri Bonagratiæ Bergomati, ut totius Ordinis nomine Procuratorio Avenione reſideret, & objectis adverſariorum ſatisfaceret. Ideo vero provinciam hanc illi impoſitam exiſtimem, quod homo fuerit non modicæ doctrinæ, audentis animi, & ad agendum prompti, uti ultra æquum & juſtum poſtea monſtravit. Invenio in regeſto Clementis V. anno VII. Pontificatus & Chriſti MCCCXII. eum habitaſſe Mediolani, & illinc a Clemente, propter ſecreta quædam negotia evocatum ad locum de Monte Caprario Convennarum diœceſis, in Vaſconia ad Garumnam fluvinm, haud inde receſſurum abſque ipſius Clementis, vel Sedis Apoſtolicæ ſpeciali licentia. Duplici eum appellat Pontifex nomine: *Dilectum*, inquit, *filium fratrem Boncorteſe, dictum Bonagratiam de Pergamo*.

Statuunt Minoritæ hanc ſuâ ſententiam defeodere.

Procurator cauſæ Fr. Bonagratia de Bergamo.

Reg. Vat. Clem. V. an. 7. ep. 94.

LVII. Ægre tulit hoc Pontifex, & quod multi ex Fratribus publice, & ex roſtris ſententiam ſuam, fortaſſe nimis animoſe commendarent, & importune inculcarent. Ut itaque viam ſterneret ad contrariam opinionem ſtabiliendam, quorumdam ſuggeſtione laceſſitus & irritatus, renunciavit dominio rerum omnium, quæ conferebantur Fratribus Minoribus, vel penes ipſos habebantur, & quorum uſu potiebantur, etſi eouſque tale dominium penes Pontifices Romanos, aut Eccleſiam eſſet ſecundum declarationem multorum Pontificum, præſertim Gregorii IX. Innocentii, Alexandri, Martini IV. Nicolai III. Clementis V. Sed & propterea Syndicos aut Procuratores Martinus Minoribus conceſſit, qui nomine Eccleſiæ oblata Minoribus reciperent vel exigerent. Edidit itaque hoc anno VI. Idus Decembris, & ad valvas Eccleſiæ Avenionenſis affixit, amplam & diffuſam conſtitutionem: *Ad conditorem canonum*, quæ habetur in corpore juris inter extravagantes communes, in qua diſputative & ſcholaſtice procedit, ut oſtendat uſum facti non diſtingui a vero dominio, præſertim in rebus uſu conſumptibilibus. Deinde renunciat dominio illi peculiari rerum, quæ penes Minores habebantur, aut illis offerebantur, quod ſui prædeceſſores in ſe & in Eccleſiam Romanam aſſumpſerunt, prohibuitque eis amplius habere ſyndicos aut procuratores, qui nomine Sedis Apoſtolicæ res illas exigerent aut curarent.

RenunciatPontifex dominio rerum Minoribus conceſſarum.

In Extr. tit. de verb. ſignif.

Interdicitque uſum ſyndici.

LVIII. Diſplicuit valde viris piis & ingenuis hic modus agendi, & periculoſa facilitas in derogandis conſtitutis Apoſtolicis, in revocandis ſeu convellendis actis ſuorum prædeceſſorum, in re præſertim gravi, quæ ampliſſimum vel convellebat, vel concutiebat Inſtitutum, quippe cui tota moles Franciſcanæ profeſſionis innitebatur. Neque defuerunt tunc qui factum verbis & ſcriptis improbarent, atque poſt hos optimi Theologi contrariam omnino ſententiam de juris & uſus diſtinctione, tamquam rationi omnino conſonam, & experientia manifeſtam paſſim ſequuntur. Eam tamquam longe veriorem ſequutus eſt Thomas Sanchez, & ejuſdem opinionis coaſſertores optimos, & plurimos affert Doctores, quorum magnam aciem conſtruxit, atque inter hos graviſſimos etiam enumerat vi-

Diſplicet valde viris doctis hæc conſtitutio.

Sanch. in decal. lib. 7. c. 18.

viros Prædicatoriæ familiæ, quæ tunc in hac controverſia partem urgebat contrariam, Dominicum Sotum, Petrum Ledeſmam, Dominicum Banez, duos primarios, Ledeſmam Veſperarium Academiæ Salmanticenſis profeſſores. Sed & amplius, addit Sotus, Joannem Pontificem in condenda hac conſtitutione, & abdicando a Sede Apoſtolica dominio: *Neque legitime, neque, ſi fas eſt dicere, juſte feciſſe, ſed certe in odium forſan Occhami & aliorum ſui Ordinis, qui fuerunt ei infeſtiſſimi. Et hanc ſuam renunciationem*, inquit: *Succeſſores ejus in eadem ſede nedum non probarunt, ſed exemplo ſuorum anteceſſorum, idem retinent dominium.* Similiter ait Ledeſma: *Eum laceſſitum ab Occhamo, & quibaſdam aliis Fratribus, minus legitime proceſſiſſe.* Cardinalis Bellarminus ait: *videri Joannem erraſſe in hac re, quæ tamen non pertinet ad fidem.* Eodem modo reſpondet Leonardus Leſſius objicientibus ſibi auctoritatem vel decretalem Joannis. Similiter ſcribit Ludovicus Molina, Joannem videlicet, *laceſſitum ab Occhamo, & aliis ejuſdem Ordinis, qui illi fuerunt infeſtiſſimi, aliiſque occaſionibus permotum, a ſe & a Sede Apoſtolica abdicaſſe totum dominium rerum Fratrum Minorum, quod tamen ejus ſucceſſores iterum receperunt. Porro Joannem*, ait, *nihil in illis extravagantibus tamquam certum definiiſſe & ſtatuiſſe, ut illas intuenti eſt manifeſtum, ſed ſolum diſputando, & argumentando in eam partem magis inclinaſſe.* Ita in hanc ſententiam communiter abeunt Doctores, ut non immerito dixerit Auguſtinus Barboſa, hanc *communem eſſe ſententiam præcipue Theologorum modernorum.*

Sot. de juſt. l. 4. q. 1. ar. 1. Ledeſ. 2. p. in 4. q. 18. ar. 1. dub. 2. Banez. 2. 2. q. 62. initio tract. de Dom. art. 1. du. 1. conc. 3. & 4.

Bellarm. lib. 4. de Rom. Pontif. c. 14.

Leſſ. de juſt. l. 2. c. 3. dub. 8. n. 38. Mol. de juſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 6. n. 6.

Barb. tom. 3. collect. in Comment. ad hanc Extrav.

Alii Pontifices priores contrarium ſtatuerant.

LIX. Atque quod amplius eſt, & irrefregabilem ſecum adfert auctoritatem, communis fuit hæc ſententia omnium Pontificum Romanorum, qui a condito Ordine Minorum Joannem præceſſerunt, & regulam eorumdem Fratrum explicarunt, Gregorii IX. qui in decretali: *Quo elongati a ſeculo*, ait, *eos neque in communi nec in ſpeciali habere proprietatem utenſilium, librorum, & eorum mobilium, quæ licet habere, ſed uſum dumtaxt.* Innocentius IV. in conſtitutione: *Ordinem veſtrum*, eadem Gregorii verba repetit, & ſubjungit: *Cum tam mobilium quam immobilium hujuſmodi jus, proprietas & dominium (illis ſolis exceptis, in quibus expreſſe donatores, ſeu translatores ſibi dominium ſervaſſe conſtiterit) nullo medio ad Eccleſiam ipſam ſpectent, cui domus & loca prædicta cum Eccleſiis, ceteriſque pertinentiis, (quæ omnia in jus & proprietatem ſancti Petri ſuſcipimus) omnino tam in ſpiritualibus, quam temporalibus immediate ſubeſſe noſcuntur, &c.* Hanc ipſam conſtitutionem renovavit Alexander IV. anno III. ſui Pontificatus. Omnium clariſſime & diffuſiſſime dubium hoc explicavit Nicolaus III. in Extrav. *Exiit qui ſeminat*, diſtinctionem uſus a dominio ſolide ſtabiliens, contrariis objectis ſatisfaciens, abdicationem hanc proprietatis in ſpeciali & in communi magnifice commendans, & deinde ſubjiciens: *Decens fuit ei profeſſioni, quæ devovit Chriſtum pauperem in tanta paupertate ſectari, omnium abdicare dominium, & rerum ſibi conceſſarum neceſſario uſu fore contenta*, & quibuſdam interpoſitis: *Ad hæc cum Fratres ipſi nihil ſibi in ſpeciali acquirere, vel eorum Ordini poſſint, etiam in communi, & cum aliquid propter Deum ipſis offertur, conceditur, vel donatur, ea (ſi ſecus non exprimat) offerentis, concedentis, vel donantis, veriſimiliter credatur intentio, ut rem hujuſmodi oblatam, conceſſam, vel donatam perfecte concedat, donet, auferat, a ſe abdicet, ac in alios transferre cupiat propter Deum, nec ſit perſona, in quam loco Dei congruentius hujuſmodi rei dominium transferat,*

Gregorius IX.

Innocen. IV.

Alexan. IV.

Nicolaus III. *Tit. de ver. ſign. in 6. §. Porro cum ipſa regula.*

rat,

rat, quam Sedes præfata, vel perſona Romani Pontificis Chriſti Vicarii, qui pater eſt omnium, & Fratrum Minorum nihilominus ſpecialis: ne talium rerum ſub incerto videatur eſſe dominium, cum patri filius ſuo modo, ſervus Domino, & Monachus Monaſterio res ſibi oblatas, conceſſas vel donatas acquirant: omnium utenſilium & librorum, ac eorum mobilium præſentium & futurorum, quæ & quorum uſumfructum, ſcilicet ordinibus vel Fratribus ipſis licet habere, proprietatem, & dominium (quod & fœlicis recordationis Innocentius Papa IV. prædeceſſor noſter feciſſe dignoſcitur) in nos & Romanam Eccleſiam Apoſtolica auctoritate recipimus, & ad nos & ipſam Eccleſiam plene & libere pertinere hac præſenti conſtitutione in perpetuam valitura ſancimus.

Martinus IV.

LX. Martinus IV. in bulla: *Exultantes in Domino*, ait: *ad Romanam Eccleſiam rerum omnium mobilium & immobilium, quibus Fratres uti poſſunt, jus, proprietatem & dominium, nullo medio, ſpectare.* Et propterea concedit eis facultatem conſtituendi Syndicos, qui nomine & auctoritate Eccleſiæ, oblata Fratribus recipiant, & in eorum uſus expendant. Bonifacius VIII. præterquam quod conſtitutionem Nicolai III. lib. 6. decretalium a ſe compilato inſeruerit, peculiari diplomate: *Inter ceteros Ordines*, eamdem aliorumque Pontificum de hac re conſtituta confirmavit, ſubjungens: *Præterea Eccleſias, oratoria, domos, loca, libros, utenſilia, & alia quælibet mobilia & immobilia, quorum uſum licite habere noſcimini, cum ceteris omnibus quocumque modo, vel quavis cauſa pertinentibus, ad prædicta & ad aliquod prædictorum, in jus & proprietatem beati Petri Apoſtoli, auctoritate Apoſtolica ſuſcipimus in perpetuum valitura: illis ex eis dumtaxat exceptis, in quibus evidenter & expreſſe donatores ſeu translatores ſibi proprietatem & dominium conſtiterit reſervaſſe, &c.*

Bonifacius VIII.

Clemens V.

Clemens V. in Extrav. *Exivi de paradiſo*, mature digeſta in Concilio Viennenſi, quam ipſe Joannes inſeruit corpori Juris Pontificii, ita habet: *Proinde cum Vir ſanctus paupertatis præmiſſæ in regula modum exprimens dixerit in eadem, Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem: ſed tamquam peregrini, & advenæ in hoc ſeculo, in paupertate & humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemoſyna confidenter: ſicque declaratum extitit per nonnullos prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, hanc expropriationem intelligi debere tam in ſpeciali, quam etiam in communi, propter quod & rerum omnium conceſſarum, oblatarum & donatarum Fratribus (quas & quarum uſum facti ſcilicet, Ordini vel ipſius Fratribus licet habere) proprietatem & dominium in ſe & Romanam Eccleſiam receperunt, dimiſſo ipſis Fratribus in eis tantummodo uſu facti ſimplicis.*

Tit. de verbor. ſign. §. Proinde.

LXI. Declarationes has omnes, præſertim Nicolai & Clementis ipſe Joannes in decretali: *Quorumdam exigit*, maxime in initio ſui Pontificatus edita, commendat, dicens *eas ſalutariter editas, ſolidas quidem, claras & lucidas, multaque maturitate digeſtas*. Eo ergo magis mirandum apparuit, cur ex abrupto contra tot Pontificum ſententias, & graviſſimas conſtitutiones voluerit verum jus & dominium cum ſimplici uſu facti confundere, vel unire, & quod in ſe aſſumpſit toties Sedes Apoſtolica, jus & proprietatem ab eadem abdicare. Unde non immerito gravis illius temporis hiſtoricus, Joannes Villanus, cujus frater in ipſa Pontificis curia reſidebat & inſerviebat, de hac re & conſtitutione loquens, ait: *la quale coſa fu tenuta grande novitade nella chieſa di Dio*, rem ſcilicet hanc valde novam apparuiſſe in Eccleſia Dei. Quid

Mirum contra tot Pontificum decreta feciſſe.

Villan. lib. 9. c. 156.

Digitized by Google

enim magis novum aut inſolitum, quid etiam periculoſius quam prædeceſſorum conſtitutiones convellere, ſententias & ſtatuta abſque urgentiſſima cauſa revocare, unanimi eorumdem ſenſui contraire, & propter Occhamum alioſve, quibus erat infenſus (eſto ſit iſta cauſa quam communiter aſſignant) univerſam ſpoliare religionem beneficio ſuo ſtatui neceſſario, a tot Pontificibus conceſſo & ſtabilito?

Joannis conſtitutionem revocant Pontifices ſubſequentes.

LXII. Viderunt alii ſubſequentes Pontifices immerito irrogatam hanc injuriam univerſo Sodalitio, eamque reſarcire paterno affectu & pietate Apoſtolica voluerunt. Revocarunt itaque, expreſſa facta mentione ipſius hujus decretalis: *Ad conditorem*, quæ in ea ſtatuit Joannes. Etenim Martinus V. in bulla: *Amabilis fructus*, Martini IV. litteras ſtabiles, has irritas voluit, & aſſumpto in ſe & in Sedem Apoſtolicam dominio omnium rerum, quarum uſu gaudent Minores, Syndicos dedit juxta conceſſionem Martini IV. Confirmavit etiam conſtitutiones Comitiorum generalium Aſſiſiatum, Martinianas nuncupatas, utpote ejus auctoritate editas, in quibus renovatur decretalis Nicolai III. *Exiit, qui ſeminat*, & ſtatuitur, *ut quilibet Conventus habeat ſuum Procuratorem, ſecundum declarationem & privilegium Domini Nicolai III. Martini IV. & ſanctiſſimi Patris Domini Martini V., &c.* Eugenius IV. in decretali: *Proviſionis noſtræ*, confirmavit prædictas litteras Martini V. & revocavit extravagantem Joannis: *Ad conditorem*, verbis expreſſis, & editis aliis variis conſtitutionibus, ſtatum familiæ de Obſervantia approbavit, & multis conceſſis favoribus auxit, quæ tamen paupertatem prædictam, & omnis dominii abdicationem profitetur, ſolo rerum uſu contenta. Similiter fecerunt Calixtus III. Nicolaus V. Pius II. Paulus II. & Sixtus IV. qui in bulla: *Dum uberes fructus*, approbavit conſtitutionem ſupradictam Martini V. & determinavit jus omne, proprietatem & dominium rerum oblatarum Minoribus ſpectare ad Sedem Apoſtolicam.

LXIII. Alexander VI. in bulla: *Uberes fructus*, confirmat decretales prædictas utriuſque Martini IV. & V. Eugenii & Sixti IV. Calixti III. & Pauli II. per quas rerum uſu dumtaxat Fratribus permiſſo (quem inquit, cum puritate regulæ percipere & habere poſſunt) dominium & proprietatem apud Eccleſiam Romanam remanere decrevit. Julius II. ſimili conſtitutione hoc idem declaravit: demum Leo X. in bulla: *Meretur veſtræ devotionis*, declarans amplas domos & pretioſa ornamenta non derogare puritati & perfectioni regularis obſervantiæ Fratrum, ait: *Nos igitur attendentes, quod domorum & aliarum rerum tam pro divino cultu, quam pro communi uſu veſtro vobis conceſſarum, ſolum ad uſum non poſſeſſionem cedunt, nec ea ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ mandato alienare poſſitis, ac ad eamdem illa omnia, quæ de novo acquiritis (quod & noſtri prædeceſſores fecerunt) in proprietatem dictæ Sedis recipimus, pertinent, &c.*

Brov. in Apol. pan. reſp. 4. c. 2. Sotus citat.

Urgetur rationibus Minorũ ſententia.

LXIV. Urgeamus amplius, & corroboremus ſententiam hanc apertiſſimis rationibus a ſancto Bonaventura prius excogitatis, & a Dominico Soto his ipſis verbis conceptis, & ab aliis ſæpius repetitis: *Ad verum dominium non ſufficit ut liceat rem conſumere, ſed amplius requiritur, ut poſſit eamdem alienare, vendicare in judicio, legare, negligere, &c. Minoritæ autem non poſſunt neque Conventu juncti talibus modis rebus ſuis uti. Quin vero, qui pecunias illis largiuntur, poſſunt pro libito amovere, quoties libuerit tamquam veri Domini. Aliarum vero utenſilium atque alimentorum Papa ſe Dominum pronunciat. Itaque quemadmodum, dum quis ami-*

amicos convivio excipit, non facit eos Dominos eſculentorum, & pocalentorum, quibus menſa extruitur, quia neque illis facit facultatem illa ſurripiendi, ut in proprias domos importent: ſed tantam ut ſedentes veſcantur illis: eodem pene modo Papa invitat quotidie Fratres, quibus tantam facit facultatem edendi ac bibendi, veſtiendi, &c. Quare etſi eis illa de medio tolleret, nullam eis faceret injuriam: neque eſſet habendus tamquam fur & latro, ſed tamquam Dominus, qui ſua repetit. Facit in favorem hujus concluſionis illud Act. 2. ubi habetur, omnes credentes omnia habuiſſe communia, *quod de illis intelligendum eſt, qui Hieroſolymis agebant: omnia ergo uſque ad alimenta erant illis communia, & gerebant ſe veluti convivæ ad menſam convivatoris. Præterea egomet mihi hac ratione idem adſtruxerim. Fatentur namque impugnatores hujuſmodi paupertatis, poſſe Monachos habere proprium in communi, licet nemo illud habeat in particulari. Utamur ergo confeſſione tua: poſſum ego particularis monachus veſci communibus, quamvis non ſim particularis eorum Dominus: poteſt ergo pari modo totus Conventus, & totus Ordo, eiſdem uti, tametſi omni careat dominio.*

LXV. *Eamdem concluſionem corroborat lex Deuteronomii, qua ingredientibus vineam proximi permittebatur uvarum uſus abſque dominio.* Deuter. 23. 24. *Ait enim*; ingreſſus vineam proximi tui, comede uvas quantum tibi placuerit: foras ne efferas tecum. *Non ergo faciebat uvarum Dominum ut poſſet vendere aut pro alia re cambire: ſed tantum ut tamquam conviva paſceretur. Item* inſtit. de uſu & habitu, *ei qui fundi nudum habet uſum, nihil ulterius conceditur, quam ut oleribus, pomis, floribus, &c. ad uſum quotidianum utatur. Videtur ergo uſum illic diſtingui a dominio. Ad idem pertinet, quod qui extrema laborat neceſſitate, poteſt alieno pane ſibi ſuccurrere, non tamen ut illum vendat; quare profecto non videtur illic transferri dominium, ſed alieno legitime uti: tametſi ubi quiſpiam laboraret inopia panis, poſſet rem alienam capere quam cum pane permutaret. Et ſumitur conjectura, quod non transferatur dominium in extrema neceſſitate, ex eo quod alius ille, qui ſub illum articulum miſero non ſuccurreret, maneret reſtitutioni obnoxius: nam ſi tenebatur transferre dominium in alterum, perinde ſe habuit ac ſi retineret rem alienam.* Hucuſque Sotus, ubi etiam declarat quid ſit uſus facti, & uſus Juris, reſpondetque doctiſſime ad omnes objectiones contrarias.

LXVI. Nihil ergo mirum ſi hujuſmodi Joannis conſtitutio tot Pontificiis decretis, & experientiæ contraria, quam plures præſertim ex Minoritis in curia turbarit. Conturbantur Minoritæ. Conqueſti ſunt proinde Joannem eamdem edidiſſe in ſui ſtatus diſpendium, dum nihil ad principalem quæſtionem de paupertate Chriſti ſpectabat, & probe jam tum proſpiciebant, unde & quonam pendebat ictus, nihilque aliud hiſce machinationibus quorumdam ſuggeſtione agitari, quam vindicias deciſionis Peruſinæ, quæ nihil etiam in verbis a Nicolai III. aut aliorum Pontificum declarationibus diſcrepabat. Cedi potuerunt Franciſcani, cedere tamen veritatis defenſioni non potuerunt, non voluerunt; prævaluit nempe in eis tot Pontificum & Eccleſiæ auctoritas unius privatæ opinioni, quam tum primum irritatus, aliorumque ſuggeſtione incenſus, verius captavit, quam ex propria concepit ſententia. Sed imprudentius & audacius quam oportuerit, aliqui huic ſe oppoſuerunt conſtituto, maxime frater Bonagratia Bergomenſis, quem ſuperius dixi deſtinatum Ordinis Procuratorem ad Hoc ann. n. 55. defendendam in curia conceptam in univerſo Sodalitio de paupertate Chriſti doctrinam, ut ſequenti anno opportunius referemus. Ann. 1323. n. 1.

LXVII. In-

Indigne traducuntur tertii Ordinis ſectatores.

LXVII. Innovavit hoc anno Joannes Conſtitutionem: *Sancta Romana*, contra Fratricellos, Begardos, & Beguinas, & executores inſtituit Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Inquiſitores Ordinis Prædicatorum, & Minorum: *Datum fide digna relatione*. Kal. Auguſti. Accuſabantur etiam ſub hoc tempore aliqui Ordinis continentium, ſeu tertii Inſtituti ſancti Franciſci, quod male ſenſerint circa quoſdam articulos fidei; ſcripſit itaque Pontifex ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos per Narbonenſem, Tholoſanam, Auxitanam, Burdegallenſem, Tarraconenſem, Arelatenſem, Aquenſem, Viennenſem, & Ebredunenſem Provincias conſtitutos, ut examinarent eos, qui in ſuis diœceſibus commorabantur: *Si ea quæ pro ſalute*. IV. Kal. Maii. Fecerunt illi; ſed injuſte traductos compererunt, uti antiqua chronica teſtantur. Illud autem obſervandum, quod dum Pontifex de his profeſſoribus tertii Ordinis agit, nullo eos compellat nomine ex iis, quibus uſus eſt ad indicandos Fratricellos, Begardos, & Beguinos, ſed ſimpliciter vocat eos, *Fratres tertii Ordinis ſancti Franciſci*, inſinuatque illos valde ab iſtis diſcrepare. Additque de duobus prioribus Ordinibus a ſancto Franciſco inſtitutis, videlicet Minoritarum & Clariſſarum, *Suaves & emeritos laudibus ſe ſenſiſſe odores*. Nihil itaque cum iſtis, aut cum illis commune habebant infames illæ ſectæ, quas alias & hoc ipſo anno Joannes condemnavit & reprobavit. Controverſiam vero exortam inter Minores, & Epiſcopum ac Clerum Spirenſem, propter quoddam privilegium, quo contendebant, Fratres ſe poſſe ac debere publice ferre profeſſoribus tertii Ordinis ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, dum ægrotarent, amice ſopivit: *Dudum felicis recordationis*. Kal. Martii.

Nihil illis commune cum Fraticellis.

LXVIII. Conſuluerunt Inquiſitores hæreticæ pravitatis per Regnum Franciæ conſtituti, Ordinis Minorum & Prædicatorum, an prætextu immunitatis Eccleſiaſticæ, hæretici aut a fide apoſtatantes, ſuorum criminum pœnas liceret ſubterfugere aut retardare? aut an ad Eccleſias confugientes in ipſis Templis poterant Inquiſitores comprehendere? Quibus reſpondet Pontifex, nullam hæreticis ſuffragari immunitatem, ac propterea contra eos debere Inquiſitores ita procedere, ac ſi ad hujuſmodi aſyla minime confugiſſent. Diploma exſcribo, inſervietque variis difficultatibus enodandis, cujus exemplar apud nullum invenio auctorem, neque conſtitutionis Martini IV. quod Joannes hic commemorat.

Non ſuffragari hæreticis immunitatem Eccleſiaſticam.

Dilectis filiis Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis per Regnum Franciæ conſtitutis.

Reg. Vat. ep. 853.

LXIX. E*X parte veſtra fuit nuper propoſitum coram nobis, quod nonnulli de hæretica pravitate culpabiles vel ſuſpecti, aut accuſati, ſeu converſi de Judaica cæcitate ad fidem Catholicam, poſtmodum apoſtatantes ab ipſa ad Eccleſias confugiunt, non ad ſalutis remedium, ſed ut veſtras manus effugiant, & ſuorum ſcelerum vitent judicium ultionis, ſuper quo Apoſtolicæ Sedis providentiam humiliter imploraſtis. Nos igitur ad extirpandos Orthodoxæ fidei inimicos, & herbam tam noxiam, tamque peſtiferam de horto Dominico radicitus evellendam, ſollicitis ſtudiis intendentes, diſcretioni veſtræ ad inſtar felicis recordationis Martini IV. prædeceſſoris noſtri, qui per Apoſtolicas litteras Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis per Regnum Franciæ conſtitutis, idem mandavit, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus contra illos, quos de hujuſmodi hæretica pravitate fore culpabi-*

pabiles, vel de illa notabiliter ſuſpectos eſſe vobis conſtiterit, accuſatos etiam de labe prædicta, converſos quoque Judæos, & poſtmodum patenter, vel veriſimiliter indiciis apoſtatantes a fide, juxta qualitatem delicti exequamini libere officii veſtri debitum, ac ſi ad Eccleſias, & loca prædicta minime confugiſſent, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſthabita compeſcendo, & ut nullum in hac parte poſſit obſtaculum vobis poni, venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis, & Epiſcopis per Regnum Franciæ conſtitutis per alias noſtras litteras injungimus, ut vos non impediant quominus hujuſmodi mandatum noſtrum implere libere valeatis, ſed potius ad requiſitionem veſtram in iis vobis aſſiſtant ſicut extiterit opportunum. Datum Avenione v. *Nonas Julii anno* vi.

LXX. Plura dedit hoc anno diplomata Pontifex ad fratrem Aychardum Archiepiſcopum Mediolanen. ex Minoribus aſſumptum, & ad Inquiſitorem in ſuperiori Provincia Lombardiæ, ut contra Vicecomites Mediolanen. de multiplici hæreſi ſuſpectos agerent, uti viriliter fecerunt, latis in eoſdem graviſſimis ſententiis. Atqui unum ex facinoribus a Matthæo Vicecomite, qui Vicarium agebat Imperii, perpetratis, & ab Aychardo in ſententia objectis, illud fuit, quod fratrem Franciſcum Ferracanum Minoritam primo e ſuggeſto deturbare conatus ſit, deinde ex civitate exegerit, quod in concione contra detrahentes Pontificis auctoritati inveheretur. Inquiſitori Marchiæ Anconitanæ Ordinis Minorum ſcripſit, ut contra fautores & receptores hæreticorum Auximanæ & Recineten. urbis procederent, necnon Inquiſitori Provinciæ ſancti Franciſci ejuſdem Ordinis, ut contra Spoletanos, Fridericum olim Comitem de Monte-feretro Eccleſiæ rebellem, & hæreticum receptantes, & in ducem ſibi conſtituentes, ageret ſevere. Erant autem Inquiſitores Venetiis, in Foro-Julii, & adminiſtratione Marchiæ Tarviſinæ fratres Bonajuncta de Vincentia, & Jacobus Saurus Minoritæ, quorum operam juvit egregio conatu frater Paulinus de Venetiis Pœnitentiarius, & Sacellanus Pontificius, vir gravis & doctus, in rebus gravioribus peragendis apprime verſatus, cui proinde ponderoſiſſima & plurima negotia Pontifex commiſit. Hic ille eſt Paulinus, cui aliqui adſcripſerunt librum, *ſecretorum fidelium crucis*, qui circumfertur in fine magni voluminis inſcripti, *Geſta Dei per Francos*, & ad quem jam factum Epiſcopum Puteolanum Marinus Sanutus Torſellus, prædicti operis auctor aliquas ſcripſit epiſtolas.

Reg. Vat. an. 6. fol. 155.

Variæ commiſſiones ad Minoritas Inquiſitores.

Ibid. fol. 107.

Ibid. fol. 123.

Bonajuncta Vincentin. & Jacob. Saurus Inquiſitores.

Ibid. an. 7. ep. 299.

Fr. Paulinus de Venetiis.

Vide præfat. dicti operis, & ep. 17. & 21.

LXXI. Principi Abuſcano filio Coſogani Regis, in partibus Tartariæ per fratrem Hieronymum Epiſcopum Caphenſem, & ſocios Minoritas ad fidem converſo graviſſimas hoc anno ſcripſit litteras Pontifex, atque ut animos adderet, res fidei ejuſque operarios ardentius proſequendi magnas conceſſit Indulgentias. Fratrem Stephanum Epiſcopum Saraicenſem in Armenia per ſchiſmaticum Epiſcopum Armenorum, populum tumultuantem, & infidam plebem Sarracenorum ab Epiſcopatu ejectum, boniſque omnibus ſpoliatum, conſolatoriis litteris ad patientiam exhortatus eſt, & Archiepiſcopo, populoque Armenorum ſcripſit, ut de illatis injuriis ſatisfacerent. Miniſtro item Provinciali in Regno Armeniæ, ut Joannæ Armenorum Reginæ erga Minores ſummo pietatis affectu propenſæ, aliquot Fratres concederet, qui eidem cohabitarent, & aſſiſterent. Prædicto Hieronymo Epiſcopo Caphen. tres Fratres ſocios conceſſit ex quacumque Provincia aſſumendos, ut in meſſe multa Tartariæ

Reg. Vat. an. 6. ep. 497.

Multa diſponit circa res Armenorum.

Ibid. to. 2. fol. 86. & ſeqq.

Ibid. fol. 87.

Ibidem.

Aqui-

Aquilonaris collaborarent. Imperatorem Tartarorum Boyſſet Han hortatur ad fœdus & amicitiam ineundam cum Romanis Pontificibus, & Regibus Gallorum, atque ad ſubſidium ferendum Regi Armenorum adverſus hoſtes ſuum Regnum invadentes. Priori Prædicatorum, & Guardiano Minorum Toloſanis, ut pacis fœdera confirmarent inter nobilem mulierem Alionordam Regis, uti habent diplomata Pontificia, filiam, & nobiles viros Petrum Raymundi, & Guidonem de Convenis ejuſdem heroinæ nepotes, inter ſe graviter diſſidentes.

Ibidem anno 7. 17. Kal. Sept. fol. 204.

Joannes Epiſc. Lodovenſis.

LXXII. Varii ex Minoribus hoc anno ad Epiſcopatus aſſumpti, Joannes ad Lodovenſem in Gallia ſub Archiepiſcopo Narbonenſi vacantem per translationem Jacobi ad Archiepiſcopatum Aquenſem; ad quem tamen diximus anno ſuperiori aſſumptum Petrum Aureolum, quem vel obiiſſe, vel dignitati ceſſiſſe, aut ad ſuperiorem tranſiiſſe oportet ſuſpicari. Verum eſt, Claudium Robertum poſt Petrum, Jacobum hunc recenſere, ſed in catalogo Lodovenſium hujus Joannis non meminit, neque Jacobi prædeceſſoris: *Sedula nos*. vii. Idus Julii. Joannes alter Rigaud ad Trecoren. ſub Archiepiſcopo Turonenſi ante hoc tempus aſſumptus, cui hoc anno Pontifex facultatem conceſſit teſtamentum condendi, Ordiniſque commemorat eſſe Minorum: *Quia præſentis vitæ*. Idibus Maii. Bernardus ad Coriſopitenſem ſub eodem Archiepiſcopo, per obitum Thomæ de Anaſt. vacantem: *Sedula nos*. xiv. Kal. Auguſti. Translatum hunc Bernardum poſtea ad Epiſcopatum Noviomenſem notat Claudius Roberti, neque tamen in catalogo illius Eccleſiæ recenſet. Aymericus ad Paphen. ſub Archiepiſcopo Nicoſiæ in inſula Cypri vacantem, ob mortem Jacobi. Electus fuit a capitularibus & confirmatus a Pontifice, qui plurima ei conceſſit privilegia anno ſequenti, & graviſſima commiſit negotia: *Apoſtolicæ Sedis benignitas*. xv. Kal. Auguſti. Stephanus Epiſcopus primo Portugallenſis, deinde Ulyſſiponenſis in Luſitania, ad pinguem Eccleſiam Conchenſem in Caſtella, ſub Archiepiſcopo Toletano, per mortem Paſchaſii: *Romani Pontificis*. xii. Kal. Septembris. Laurentius ad Raguſinum Archiepiſcopatum, per obitum Petri: *Romana Eccleſia*. iv. Idus Februarii. „ Ex monumentis Eccleſiæ Spoletanæ comperio hoc etiam anno evectum ad Sedem Spoletanam fratrem Bartholum Bardium nobilem Florentinum. Obiit anno mcccxlvi.

Joannes Rigaud Trecoren.

Aymericus ad Paphen.

Stephanus Conchen.

Laurentius Archiep. Raguſin.

ADDITIO Patris Lucæ Waddingi.

Fr. Bartholus Epiſc. Spolet.

Conv. Valentini oppidi.

Rodul. fol. 274.

LXXIII. Sub hoc tempus extructus Conventus Valentiæ, oppidi non ignobilis in Lombardia Ciſpadana, & Provincia Montis-Ferrati, quod Plinio Valentium, & Forum-Fulvii dicitur. Etenim in ſepulcrali lapide habentur inciſa hæc verba: *Hic jacet Dominus Joannes de Aribaldis, de cujus bonis facta eſt hæc Eccleſia & locus, qui obiit anno* mcccxxxiv. *die* xvi. *Februarii*. Locum hunc plurimum exornavit beatus Gerardus Valentinus, de quo inferius agemus, & Magiſter Antonius Epiſcopus Caetanus. Dedit hoc anno Pontifex licentiam Generali Miniſtro, ut recipere poſſet locum in Caſtro novo diœceſis Parmenſis, ædificandum expenſis Giberti de Corrigia, quas ultimo legavit teſtamento. Neſcio an tamdem ædificatum ſit, non enim invenio recenſitum Cœnobium hoc inter alia Cuſtodiæ Parmenſis apud Piſanum, neque apud Rodulphum, neque demum apud Franciſcum Gonzagam in ſerie Conventuum Provinciæ Bononienſis: *Oblata nobis*. viii. Kal. Februarii. Alteram conceſſit licentiam Fratribus Conventus Ambiganenſis, ſeu Albinganenſis, ut domicilium ſuum per fideles Eccleſiæ, a quibus tunc illa civitas regebatur, pro ipſius urbis tutela, & ne per obſidionem hoſtium eidem periculum

Anno 1343.

Conv. Caſtri novi.

Conv. Albinganen.

riculum immineret, ad fundamenta uſque deſtructum, reædificaretur intra urbem, & prope Cœnobium Dominicanorum, quantumvis non intercederet tot cannarum ſpatium, quot Clementis IV. Conſtitutio exigebat: *Inter ceteros Ordines*. Kal. Septembris. Primam hujus loci fundationem non potuimus comperire. Data etiam facultas Fratribus Conventus Peruſii, ut reciperent alium ædificandum ab Hermanno Raynerii, & Ugolino, & Raynerio ejuſdem nepotibus, in villa Curdilliana juxta Tyberim, Peruſinæ diœceſis: *Pro parte dilectorum*. XVIII. Kal. Septembris. Conv. Curdillianæ.

LXXIV. Viſitationem & correctionem Monaſterii ſancti Silveſtri de Capite in Urbe, a Jacobo Cardinale de Columna, olim illius Protectore, commiſſam fratri Deodato Præneſtino, propter ejus integritatem & prudentiam, voluit penes eumdem ſemper remanere: *Petitionem dilectarum*. XI. Kal. Februarii. Monaſterium etiam Sororum ſancti Antonii de Paliciano prope Ferrariam Ordinis ſanctæ Claræ, de quo non invenio mentionem apud noſtros auctores, ſubjectum voluit correctioni & viſitationi Miniſtri Generalis: *Exquiſita tuæ*. X. Kal. Februarii. Sororibus Monaſterii ſanctæ Claræ Meſſanenſis omnia privilegia & gratias a Cœleſtino V. conceſſa, etſi per Bonifacium VIII. revocata confirmavit, refertque a Conſtantia Regina ædificatum, eamque ibidem habitum Clariſſarum ſuſcepiſſe: *Dum prudenter attendimus*. III. Non. Julii. Variæ gratiæ conceſſæ Clariſſis.

SUPPLEMENTUM P. ANTONII MELISSANI DE MACRO.

„ I. Fideliter ac ſtrenue in Eccleſia Dei agentes Minoritæ, hoc anno „ quorumdam ſuggeſtione quæſtionem de paupertate Chriſti, „ anno ſuperiore ſuavi temperamento ſopitam, iterum excitatam andire „ coguntur: rem omnem diligenter collectam enarrat Waddingus, ad „ quem remittimus lectorem. Interea nihilominus plurima & graviſſima „ negotia, in Oriente præſertim peragenda, Summus Pontifex nonnullis „ noſtrorum eodem tempore commiſit: & quidem rumor erat inter Henricum Regem Cypri, & Helionum Ordinis Hoſpitalis ſancti Joannis „ Hieroſolymitani Magnum Magiſtrum, reliqnoſque ejuſdem ſacræ Militiæ Fratres, ſicut etiam inter eumdem Regem, & Leonem Armeniæ „ Regem, item inter Cyprium præfatum, & Januenſes ſimul cum Petro „ Patriarcha Hieroſolymitano, exorta fuerant diſſidia, ex quibus Reipublicæ Chriſtianæ graviſſima detrimenta imminebant. Summus Pontifex ea compeſcere, & animos ad pacem & concordiam inducere cupiens, cum Petrum de Vienna Alobrogum, & Joannem Pariſienſem „ Minoritas a Cyprio Nuncios de his accepiſſet. Fratrem Aymericum, „ itidem Minoritam a Capitulo Eccleſiæ Paphenſis electum, & ab Archiepiſcopo Nicoſienſi in Epiſcopum ſuffraganeum ejuſdem Eccleſiæ „ Paphenſis conſecratum, approbavit, & confirmatum Avenione XV. „ Kal. Auguſti, ad ſuam Sedem remiſit, conceſſis eidem pluribus gratiis, ut de inſtituendis Tabellionibus: *Cum ſicut &c.* de abſolutione „ in articulo mortis: *Ferventis devotionis &c.* necnon licentia condendi „ teſtamentum: *Quia præſentis &c.* cum executoriali pro quodam matrimonio: *Perſonam tuam &c.* datis litteris Apoſtolicis VII. Kal. Februarii: ſubinde ad tollenda prætacta diſſidia Regi Cyprio exhortatoriam ad pacem, Patriarchæ Hieroſolymitano, & præfato Aymerico „ Epiſcopo pro eadem pace componenda, litteras: *Ad noſtri Apoſtolatus*

Wad. ad ann. 1319. — Fr. Aymericus fit Epiſcopus Paphenſis an. 1319. — *Indic. ex Vatic.* Litteræ Pontificiæ in favorem. — Aliæ pro pace componenda.

„ *tus &c.* v. Idus Aprilis : & paulo poſt , ſcilicet x. Kal. Maii , Cyprio,
„ Armenio Regibus , hujuſque tutoribus , necnon communi Januæ pro
„ eodem pacis negotio reſcripſit . Conceſſa etiam quadam exactione in
„ Diœceſi Paphenſi , ut docet breve : *Exponente nobis &c.* IV. Nonas
„ Maii expeditum .

Wadd. ad ann. 1321. n. 39.

„ II. Sacrilege nimis Poteſtas & Commune Aſſiſii theſaurum in Ec-
„ cleſia ſancti Franciſci reconditum expilaverant , ut Annaliſta notavit ;
„ ac ob id Apoſtolica mandata jam plura exierant , & etiam hoc anno
„ duo Brevia de eadem re expedita fuere . Primum ſcripturas concernit,
„ quæ ſimul cum theſauro ibidem ſervabantur : *Cum ſicut nobis &c.* Ka-
„ lendis Auguſti : alterum vero ipſum theſaurum : *Cum apud domum &c.*
„ VIII. Kalendas Octobris . De Aycardo Archiepiſcopo pluries dictum

Matthæi Vicecomit. Mediolan. ſævitia in Eccl. Dei.

„ eſt , & Waddingus ad hunc annum refert , eum excommunicationis
„ ſententiam tuliſſe in Matthæum Vicecomitem Mediolani Dominum ,
„ & nos pariter ex Ughello hæc pauca damus . Erat Aycardus Archie-
„ piſcopus Mediolanenſis , & in ſuperiori Provincia Lombardiæ Inqui-
„ ſitor , a ſua Sede a ſævitia Matthæi Gibellinarum partium , non tam
„ fautoris , quam Eccleſiæ hoſtis , & multiplici hæreſi ſuſpecti , exulare
„ coactus : plura commiſerat flagitia , inter quæ , quod fratrem Franci-
„ ſcum Minoritam cognomento Ferracanum, Pontificiæ auctoritatis de-
„ fenſorem, e Pulpito concionantem deturbare conatus fuiſſet, ac dein-
„ de ex Civitate exegiſſet : plures etiam Cruceſignatos ultra numerum
„ tercentorum,congregatos Mediolani in ſubſidium Terræ ſanctæ,dum in
„ loco Fratrum Minorum eadem in urbe prædicationem Crucis audirent,
„ per ſuos ſatellites fugaſſet , gravaſſet, eorumque nonnullos violenter

Ughel. tom. 4. a fol. 286.

„ detinuiſſet,audiebatur: formato igitur proceſſu,Aycardus cum Inqui-
„ ſitoribus & aliis Epiſcopis , necnon Abbatibus & aliis , ſimul congre-
„ gatis in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Valentia Papienſis diœceſis,hoc anno
„ Indictione v. die XIV. menſis Martii , Pontificatus Joannis XXII. an-
„ no VII. excommunicationis ſententiam in eum ut hæreticum , ſuoſque
„ filios tulit : quam quidem ſententiam Ughellus de verbo ad verbum

Ad an. 1316.

„ in ſua Italia Sacra refert , & ſubjungit . Percuſſus hujus edicti ſeveri-
„ tate Matthæus Vicecomes, quamvis in Aycardum, & ceteros Præſules
„ irarum habenas omnes profunderet , nocere tamen non potuit . Ray-

Cum hæretici nota moritur.

„ mundus enim de Cardona, quem Robertus Siciliæ Rex, Clementis V.
„ primum , ac deinde Joannis XXII. auctoritate & beneficentia creatus
„ Prorex Cæſareus in Inſubria & Etruria , copiarum ſuarum ducem ad
„ controverſa jura repetenda præfecerat , una cum Bertrando Legato ,
„ valido exercitu præſidiario Brogoglium communiverat : retruditque
„ omnes conatus Vicecomitis , qui infami hæreſeos nota inuſtus , cum
„ extremum diem obiiſſet curis anniſque affectus , ſepulturæ Eccleſia-
„ ſticæ non eſt traditus , quamvis filiorum potentia Regiam pene adæ-
„ quaret .

Gratiæ erga Fratres & Monaſt. Ex arch. S. Claræ.

„ III. Plures etiam gratias conceſſit hoc anno Summus Pontifex, ut
„ Arnaldo Epiſcopo Salernitano Minoritæ , quem anno proxime elapſo
„ ad Inſulas Epiſcopales promoverat,teſtamentum condere poſſet: *Quia*
„ *præſentis &c.* Kal. Februarii . Ne Monaſterium quodpiam Aſſiſii pro-
„ pe Moniales ſanctæ Claræ conſtrui poſſet XII. Kal. Maii . Joannem
„ Piccardum ad dignitatem habilitaret : *Religionis zelus &c.* IV. Kalend.
„ Maii: ut etiam fratrem Berengarium: . . . . *Teſtimonium tibi &c.* II. Idus
„ Octobris : fratribus autem Petro , Jambonio, & Joanni de Linconibus
transi-

„ tranſitum ad Benedictinos indulgere voluit , aliaque nonnulla , quæ
„ Petrus de Alva , & Aſtorga indicat .
„ IV. Non præteribo vero Monaſterii Virodunenſis Clariſſarum, de
„ quo alibi diximus , quæ longe lateque virtutum odoramenta per ea
„ tempora diffundebat . Sacræ ſiquidem illæ Chriſti ſponſæ ſatagentes
„ chariſmata meliora adaugere, in ſui admirationem omnes attrahebant:
„ hinc illuſtris Matrona Henrici de Aſpromonte Virodunenſis Epiſcopi
„ genitrix piiſſima , permagna eas religioſas devotione proſequebatur ,
„ ſicut & earumdem paupertatem voluntariam mirabunda ſtupebat . Sui
„ vero cordis arcanum patefecit ſemper vivens largis eleemoſynis , &
„ ſub mortem , legatis quatuor magnis menſuris Virodunenſibus fru-
„ menti , quas *Reſas* vocant , ex territorio Waquevavillenſi , ſingulis in
„ poſterum annis præſato Monaſterio ſolvendis , ceteris quibuſque pu-
„ blicum & perenne pietatis & devotionis exemplum reliquit .

Illuſtriſ. Matronæ devotio & liberalitas.

Annal. MSS. Prov. S. Dionyſii.

REGESTUM
PONTIFICIUM.

Digitized by Google

REGESTUM PONTIFICIUM.

BONIFACIUS VIII.

ANNO CHRISTI 1301. PONTIFICATUS ANNO 7.

BULLA I.

Fit Epiſcopus Caſſanen. Reg. Vatic. epiſt. 20.

Guillelmo de Cuna Electo Caſſanen.

§. I. AD univerſalis Eccleſiæ regimen divina diſpoſitione vocati, circa ſtatum cujuslibet aciem ſollicitæ conſiderationis extendimus, paſtoralis partes officii vigilantius adhibentes, ut Eccleſiæ ſingulæ paſtoribus gubernentur idoneis, & rectoribus providis diſponantur, quatenus illorum circumſpectione provida, & providentia circumſpecta, operante illo, qui Paſtorum Paſtor & Rector agnoſcitur, ſpiritualium & temporalium proficiant incrementis. Præfatio.

§. II. Sane venerabili fratri noſtro Richardo Epiſcopo Tricaricen. de Eccleſia Caſſanen., cui tunc præerat, & a cujus vinculo eum abſolvimus, ad Eccleſiam Tricaricen. Apoſtolica auctoritate translato, Nos ad proviſionem ipſius Eccleſiæ Caſſanen. ſalutarem debitis vigiliis conſurgentes, & cupientes de tali providere Paſtore, qui eam gubernet utiliter, præſervet a noxiis, eamque votiva lætitia conſoletur; in te Ordinis Minorum profeſſorem, virum utique litterarum ſcientia præditum, morum etiam gravitate decorum, Religionis zelatorem, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, direximus oculos noſtræ mentis; quibus omnibus diligenti conſideratione penſatis, de perſona tua eidem Eccleſiæ Caſſanen. providemus, præficientes te eidem Caſſanen. Eccleſiæ de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Epiſcopum & Paſtorem, tibi curam & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus & temporalibus committendo in illo, qui dat gratias & largitur prœmia, confidentes, quod Eccleſia ipſa Caſſanen. ſub tuo felici regimine proſpere dirigetur, ac ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa. Richar. Ep. ad Eccl. Tricaricen. transfertur. In cujus locum frater Guillelmus ſufficitur.

§. III. Reverenter itaque ſuſcipe jugum Domini, & ſuavi ejus oneri humiliter colla ſubmitte, ipſius Eccleſiæ Caſſanen. ſollicitam curam gerendo, gregem Dominicum in ea tibi commiſſum doctrina verbi & operis informando, ita quod apud Paſtorem cœleſtem felicitatis æternæ prœmium, & apud nos, qui perſonam tuam affectione paterna proſequimur, exinde favorem & gratiam uberius conſequi merearis.

Datum Laterani II. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno VII.

Digitized by Google

II.

Concedit ut poſſint admittere Cœnobium in Luceria Sarracenorum a Carolo Rege oblatum. Reg. Vatic. ep. 85.

Miniſtro & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ ſancti Angeli.

Ordinem laudat.

§. I. INter ceteros Ordines in agro plantatos Eccleſiæ, ſacrum veſtrum Ordinem, claris ſuis exigentibus meritis, gerentes in viſceribus caritatis, ad ea vigilanter intendimus, ac opem operamque ſollicitam impertimur, per quæ ſtatus ejuſdem Ordinis ad Divini nominis gloriam, exaltationem catholicæ fidei, & honorem nominis ſupradicti proſperis ſemper ſucceſſibus affluat, tranquillis foveatur eventibus, & votivis proficiat incrementis.

Petitionis Miniſtrorum tenor.

§. II. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Carolus Siciliæ Rex Illuſtris, zelo fidei & devotionis accenſus, & ad divina obſequia jugiter exequenda diſpoſitus, dudum de civitate Lucerin. Sarracenorum expulſa perfidia, & obſcenis eorum operibus fine dato, Civitatem ipſam habitationi fidelium ſalubriter deputavit, & jam ad illam non modica eorum confluxiſſe multitudo dignoſcitur, quodque præfati Regis copioſa benignitas, vobis dicto Ordini quaſdam domos infra ejuſdem Civitatis limites conſiſtentes, ut in eis ejuſdem Ordinis profeſſores moram continuam contrahant, devotum & ſedulum ſacrificium laudis Altiſſimo impenſuri, de regia liberalitate donavit; ſed vos domos ipſas recipere, conſtitutione noſtra ſuper hoc obicem ingerente, abſque Apoſtolicæ Sedis licentia nequiviſtis, ſuper quo veſtra humilis flagitabat inſtantia, vobis & eidem Ordini per Sedis ipſius clementiam provideri.

Licentiam conſtruendi Cœnobium concedit.

§. III. Nos itaque magno deſiderio cupientes, ut Civitatem ipſam quam anteactis temporibus fœda ſuorum converſatio incolarum tetra nefandorum actuum caligine obducebat, Catholicæ fidei ſplendor ſalutaris illuſtret, ac in ea divini cultus obſervantia vigeat, ſummique Regis præconium invaleſcat, vobis, veſtro dictique Ordinis nomine prædictas domos ab eodem Rege recipiendi, morandi in illis, ordinandi, & diſponendi de ipſis prout utilius eidem Ordini videritis expedire, noſtra & qualibet alia conſtitutione contraria non obſtante, plenam auctoritate præſentium, licentiam duximus concedendam. Nulli ergo noſtræ conceſſionis &c.

Datum Laterani II. Kal. Martii anno VII.

III.

Præficitur Eccleſiæ Feſulanæ. Reg. Vatic. epiſt. 133.

Bartholomæo Electo Feſulan.

Angelus Ep. libere Epiſcopatū renunciat.

§. I. EX incumbenti nobis cura paſtoralis officii de ſtatu Eccleſiarum omnium ſalubriter diſponendo inſtantia quotidiani noſtri laboris invigilat, ſed ſollicitudo noſtra plena vigiliis ad id ſpecialiter elaborat, ut illis, quas novimus interdum viduitatis incommoda deplorare, ſtudeamus præficere viros idoneos in Paſtores.

§. II. Sane vacante dudum Eccleſia Feſulan. per liberam reſignationem

nem Venerabilis fratris noſtri Angeli Epiſcopi olim Feſulan. per eum ſponte, abſolute, ac libere in noſtris manibus factam, & per nos admiſſam, Nos proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ea vice Apoſtolicæ Sedi duximus reſervandam, & decrevimus irritum & inane, ſi ſuper hoc ſecus a quoquam ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Et poſtmodum de ipſius Eccleſiæ ordinatione celeri & felici attentius cogitantes, poſt vigilem diligentiam quam ad præficiendum ipſi Eccleſiæ approbatam, idoneamque perſonam adhibere curavimus, in te Miniſtrum Provincialem Ordinis Fratrum Minorum in provincia Tuſciæ, quem odor famæ nobis reddidit acceptum, & cum habearis vir vitæ laudabilis, & converſationis honeſtæ, litterarum ſcientia præditus, diſcretionis maturitate conſpicuus, & alias in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectus, convertimus mentem noſtram, ſperantes, quod per virtutes a Domino tibi traditas, eamdem Eccleſiam, divina tibi aſſiſtente clementia, ſalubri regimine gubernabis, ipſaque utilis præſidio munita paſtoris, optatis affluet incrementis. Proinde igitur tam gregi Dominico, quam Eccleſiæ Feſulan. in Epiſcopum te præficimus & Paſtorem. In cujus locum præficitur frater Bartholomæus.

§. III. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino devote ſuſcipiens, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ ſic diligenter gerere ſtudeas, & ſalubriter ac utiliter proſequaris, quod ipſa Eccleſia ſub tua vigilantia votis amplietur commodis, & felicibus proficiat incrementis, tuque noſtram, & ejuſdem Sedis gratiam tamquam benedictionis & obedientiæ filius, exinde uberius conſequi merearis.

Datum Laterani XII. Kal. Aprilis anno VII.

IV.

Ut vendant domum Saccitarum Virdunen. Reg. Vat.ep. 145.

Priori Prædicatorum, & Guardiano Minorum Fratrum Ordinum Virdunen.

CUm felicis recordationis Gregorius Papa X. prædeceſſor noſter in generali Concilio Lugdunen. noviſſime celebrato, duxerit inter cetera ſtatuendum, ut Ordinum profeſſores, quibus victum queſtus publicus miniſtrabat, quibuſdam tamen exceptis, domos ſive loca, quæ ii, quos hujuſmodi ſtatutum includit, habere noſcuntur, alienare non poſſent abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, ſed domos, & loca prædicta præfatus prædeceſſor diſpoſitioni Sedis reſervavit ejuſdem, in Terræ ſanctæ ſubſidium, vel pauperum, ſeu alios pios uſus per locorum Ordinarios, vel alios, quibus Sedes ipſa id committeret convertenda; & Fratres Ordinis Saccorum, qui unus de prædictis Ordinibus non exceptis exiſtit, domum & Eccleſiam in Civitate Virdunen. obtineat, in quibus ut accepimus, nullus ex ipſis Fratribus commoratur, & jam domus & Eccleſia prædictæ incipiant ſubjacere ruinæ; Nos, qui ſuper hoc ſalubriter cupimus providere, de veſtra circumſpectione gerentes in Domino fiduciam ſpecialem, vendendi domum & Eccleſiam præfatas, earumque pertinentias Venerabili fratri noſtro Joanni Virdunen. Epiſcopo pro pretio competenti, liberam vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem. Ceterum volumus &c. *uſque laudibus commendemus.*

Datum Later. XVII. Kal. Maii anno VII.

V.

Aſſumitur ad Epiſcopatum Emporienſem. Ibid. ep. 170.

Fratri Bartholomæo de Piſis Ordinis Fratrum Minorum.

Eccleſia Emporienſis vacat.

§. I. Vacante dudum Eccleſia Emporienſi per obitum bonæ memoriæ G. Emporienſis Epiſcopi, Nos cupientes ipſi Eccleſiæ per diſpoſitionem Apoſtolicæ Sedis ſalubriter provideri, ordinationem & poſſeſſionem ejuſdem Eccleſiæ ea vice diſpoſitioni noſtræ, & Sedis ejuſdem duximus auctoritate Apoſtolica reſervandam, diſtrictius inhibentes, ne Capitulum Eccleſiæ prælibatæ ad aliquam electionem, poſtulationem, ſeu diſpoſitionem de præficiendo ſibi Epiſcopo, vel Paſtore quoquo modo procederent, ac decernentes ex tunc irritum & inane quidquid ſuper his vel eorum aliquo contra hujuſmodi reſervationem & inhibitionem noſtras per eos, vel quemlibet alium ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

Archiepiſcopo Tunitano demandatur electio.

§. II. Et poſtmodum venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi Tunitan. Metropolitani loci volentes honorare perſonam, & per bonorem ſibi exhibitum ſalubriter ipſi Emporienſi Eccleſiæ providere, ipſi Archiepiſcopo dedimus noſtris litteris in mandatis, ut eidem Emporienſi Eccleſiæ vice ipſa de perſona idonea, de qua ſibi videretur abſque dilationis & difficultatis obſtaculo, auctoritate noſtra providere curaret, præficiens eam ipſi Emporienſi Eccleſiæ in Epiſcopum, & Paſtorem, promovendo ipſam ad omnes Ordines, ad quos promovenda foret, ſibique per eum munere conſecrationis impenſo, faceret ei a Capitulo ejuſdem Eccleſiæ, & a Clero Civitatis & diœceſis Emporienſis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. Prædictus autem Archiepiſcopus, ſicut aſſeris, ad hujuſmodi mandati noſtri executionem intendens, te, quem ad id idoneum & utilem reputavit, elegit in ejuſdem Emporienſis Eccleſiæ Epiſcopum & Paſtorem, ac de te duxit eidem Emporienſi Eccleſiæ providendum.

§. III. Demum vero tibi electione & proviſione hujuſmodi præſentata, cum tibi non liceret eidem electioni & proviſioni abſque tui Superioris licentia conſentire, aſſenſum tuum electioni & proviſioni hujuſmodi diſtuliſti præbere. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum adhuc infra conſentiendi tempus exiſtas, providere tibi ſuper hoc de benignitate Sedis Apoſtolicæ dignaremur.

§. IV. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut etiam prædicti Superioris tui non petita licentia, vel obtenta, eidem electioni & proviſioni tuum libere præſtare poſſis aſſenſum, qualibet tui Ordinis vel alia conſtitutione contraria non obſtante, plenam & liberam tibi concedimus auctoritate præſentium facultatem. Nulli ergo &c. Noſtræ conceſſionis &c.

Datum Anagniæ vii. Idus Maii anno vii.

VI. Ju-

VI.

Jubet ut promoveat opus laudabile nobilium mulierum Januenſium in ſubſidium Terræ ſanctæ. Ibidem in append. anni VII. epiſt. 57.

Dilecto filio fratri Porchetto Spinolæ Adminiſtratori Eccleſiæ Januen. * *Vide an.* 1315. n. 7.

§. I. EN quod expectabamus, invenimus, vidimus, mulieres ſcilicet fortes ſe per pietatis & virtutum opera exercentes, ſuorum pœnitentiæ & laborum panem portantes de longe, de exilio, ſcilicet præſentis peregrinationis ad patriam, & ſurgentes de nocte mundialium tenebrarum, ut domeſticis fidei crucis adverſarios dent in prædam, & quaſi non habentes hic manentem civitatem, futuram inquirant; accinxerunt fortitudine lumbos ſuos, brachium ſuum viribus operibus roborarunt, quorum lucernæ non extinguentur in nocte, manus ſuas miſerunt ad fortia, & palmas ſuas aperierunt inopibus, impendendo ſubventionis auxilium exulibus, Terræ ſanctæ pauperibus, a frigoribus nivis ſuis domibus non timebunt, cum ſint veſtitæ duplicibus, dabitur eis de fructu operum ſuorum, & in portis earum opera laudabuntur, quæ ſunt hæ, & laudabimus eas? in vita ſua mirabilia facientes. (Hæroinæ quædā ſacris commendantur eloquiis. *Prov.* 31.)

§. II. Iſtæ ſunt nonnullæ nobiles Januenſes, & ipſarum ſociæ ac ſequaces, quæ divinitus inſpiratæ, in ſexu fragili viriles animos induerunt, exurgentes in dictæ Terræ ſuccurſum, ut ſtent cum Chriſto conſtanter in acie adverſus malignantes, & adverſus operantes iniquitatem, qui proh dolor! terram inhabitant memoratam. O miracula, o prodigia! fœminæ præveniunt viros in ſæpe dictæ Terræ ſuccurſum. Hæ amictæ ſole temporalia ſub pedibus ſuis ſternunt ſignificata per lunam. Reges & Principes mundi ſuccurrere, etiam invitati, effugiunt, fœminæ imbecilles ultro ſe offerunt. Unde hoc? de ſurſum utique a Patre luminum, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum deſcendit. An non in mulieribus iſtis innovata ſunt ſigna, & mirabilia immutata? (*Jacobi* 1.) Accepimus namque, quod prædictæ mulieres, & ipſarum ſociæ, & ſequaces decreverunt ſuorum largitione bonorum per viam marini ſtolii præfatæ Terræ ſtatui flebili ſubvenire ſub ductu dilectorum filiorum nobilium virorum Benedicti Zachariæ, Jacobi Lomellini, Lanfranci Tartari, & Joannis Blanci Civium Jannenſium, & nonnullæ ipſarum fœmineos animos ſupergreſſæ, ad perfectiora feruntur, diſponentes perſonaliter in particulari quaſi paſſagio transfretare, ad exhibendum obſequia bellatoribus Crucifixi, per quos Chriſtianitatis hoſtes, auxiliante Deo, poterunt impugnari, & in ipſa terra morari, ad calcandas hujus mundi paſſiones, potius eligentes affligi cum populo Dei, quam temporalis vitæ jucunditatem habere, aſpicientes in remunerationem, quam oculus non vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non aſcendit. (Bellatoribus crucis exhibere obſequia ſtatuunt.)

§. III. Cum igitur tam luminoſa opera non ſint ponenda ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut ea, quæ ſunt in domo Dei, videant, & provocentur ad imitationem ipſorum, diſcretioni tuæ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus congregatis Clero & Populo Januen. ad eorum deducas notitiam ſupradicta, & ad imitandum tam ſalubria opera, ſecundum a Deo tibi conceſſam prudentiam, inducas eoſdem, & tam in civitate Januen. quam in ejus Provincia, Riparia, & diſtrictu, per te, vel alium, ſeu alios ea denunties & denuntiari facias, prout videris expedire. (*Matth.* 5.)

§. IV. Ceterum nolumus te latere quod in adjutorium tam fructuoſi negotii porrectæ ſunt nobis nonnullæ petitiones, pro parte virorum & nobilium mulierum prædictarum, quas prout expedire ipſi negotio vidimus, duximus liberaliter admittendas, prout in noſtris aliis litteris continetur, & volumus, quod hoc etiam, per te vel alium, ſeu alios deducas in publicam notitiam diligenter, in præmiſſis te taliter habiturus, quod exinde retributionis æternæ præmium conſequaris a Deo, & nos tuam prudentiam merito commendare poſſimus. Qualiter autem proceſſeris in præmiſſis, & utilitatem & fructus quos proventuros ex his, Deo auctore, confides, nobis ſerioſius reſcribas.

Datum Anagniæ v. Idus Auguſti anno VII.

VII.

Varias concedit Indulgentias transfretaturis. Ibid. epiſt. 58.

EIDEM.

Paſſagium contra Sarracenos impeditur. §. I. IN Concilio generali Lugdunen. & poſtea ſæpius extitit laboratum, ut generale paſſagium fieret in Terræ ſanctæ ſuccurſum, contra perfidos Sarracenos, quod hucuſque diverſis occaſionibus, ſive cauſis extitit impeditum, & adhuc ad ipſum generale paſſagium via prompta, ut noſter deſiderat animus, non apparet. Verum altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, cujus incomprehenſibilia ſunt judicia, & inveſtigabiles ejus viæ, nec humanis limitibus clauditur, nec arctatur. *Roman. 11. 33. 1. Corint. 1.* Unde non multos ſapientes ſecundum carnem, non multos potentes, non nobiles multos, ſed quæ ſtulta ſunt mundi Deus elegit, ut confunderet ſapientes, & infirma mundi elegit, ut confunderet fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia Deus elegit, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt, deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ipſius, & hoc præſentis temporis videtur eſſe parabola, ut. O, revolvatur ad A, dum potentibus, atque nobilibus, & ſapientibus deficientibus in Terræ ſanctæ præfatæ ſuccurſum, in ſexu debili, ſtulto quodammodo, ac infirmo & contemptibili Terræ memoratæ ſuccurritur, Omnipotente Deo in manu fœminea faciente ſalutem, nobilibus mulieribus Januen. aliis ſociabus, & ſequacibus earumdem inſpiratis divinitus, ut per marinum ſtolium Terræ ſuccurrerent memoratæ ſuorum largitione bonorum, ſub ducatu dilecti filii Benedicti Zaccariæ, Lanfranci Tartari, Jacobi Lomellini, & Joannis Blanci nobilium Civium Januen. nonnullis ex mulieribus ipſis diſponentibus transfretare, bellatoribus Crucifixi obſequia impenſuris, quarum devotionis fervorem, & caritatis incendium, ſanctumque propoſitum commendantes, dictorum nobilium, & mulierum precibus inclinati, infraſcripta ut excitentur ad animi imitandum ſanctum propoſitum, duximus concedenda.

Heroinæ Terræ ſanctam ſuccurrunt.

§. II. De omnipotentis igitur Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum meritis, & auctoritate, ac illa, quam nobis, licet immeritis, ligandi atque ſolvendi tribuit, poteſtate confiſi, omnibus de civitate, diœceſi, Provincia, Riparia, & diſtrictu Januen. & de civitatibus & Terris ipſis ad duas legales dietas vicinis, vere pœnitentibus & confeſſis, qui ſigno vivificæ Crucis aſſumpto, a te vel ab aliis, quos ad hoc duxeris deputandos, in propriis perſonis & expenſis, aut in expenſis alienis in perſonis propriis, illis etiam, qui ſecundum facultatem ſuarum vires, ſine fraude in expenſis ſuis mittendo alium, vel alios bellato-

Indulgentiæ conceduntur.

tores ad expugnationem proceſſerint prædictorum, & in hujuſmodi expugnatione perſeveraverint congruo tempore: illis inſuper, qui occaſione proſecutionis hujuſmodi mortem incurrerent, illam ſuorum omnium remiſſionem concedimus peccatorum, quæ dudum in Generali Concilio transfretantibus in dictæ Terræ ſanctæ ſubſidium per Sedem Apoſtolicam eſt conceſſa.

§. III. Inſuper concedimus, ut illi vel illæ, quæ de prædictis civitate, diœceſi, Riparia, ſeu diſtrictu civitatibus & terris, ut præmittitur ipſis vicinis, quæ in memoratæ terræ ſubſidium aſſumpſerunt hactenus ſignum Crucis, illuc perſonaliter profecturi, poſſint hujuſmodi ſignum reſumere, & cum dicto ſtolio ſeu paſſagio transfretare, & Domino reddere vota ſua, illam indulgentiam habituri, quam haberent ſi in paſſagio generali tranſirent. Si qui vero fuerint, qui licet perſonaliter ad hujuſmodi expugnationem ire non velint, ſeu ire non poſſint, alias tamen aliquid de bonis a Deo ſibi collatis obtulerint, vel offerent in ſubſidium negotii ſupradicti, vel naves, vel galeas faciendo, aut alio quovis modo in ipſo negotio præſtabunt auxilium, conſilium, vel favorem, eos hujuſmodi remiſſionis gratia volumus eſſe participes ſecundum quantitatem ſubſidii, & devotionis affectum. Et alia privilegia.

Datum ut ſupra.

VIII.

Ut ſolerter intendant ſubſidio Terræ ſanctæ. Ibid. epiſt. 59.

Nobilibus Viris Benedicto Zachariæ, Lanfranco Tartaro, Jacobo Lomellino, & Joanni Blanco, Civibus Januen.

§. I. Receptis litteris veſtris, per dilectum filium fratrem Philippum Saonen. Lectorem Ordinis Fratrum Minorum, ipſarumque conſiderato tenore, ac diligenter auditis, quæ dictus Frater nobis expoſuit oraculo vivæ vocis, exultavit cor noſtrum in Domino, magna nobis ex iis lætitiæ materia præbita admirationis & laudis.

§. II. Sane attendentes devotionis fervorem, caritatis incendium, ſanctumque propoſitum nobilium mulierum A, de Carmendino, I. de Ghiſulphis, M. de Grimaldis, C. Francæ, A. de Auria, S. Spinulæ, S. & P. de Cibo, P. de Carie, & multarum aliarum mulierum, ſociarum, & ſequacium Januen. quæ divinitus inſpiratæ ordinaverunt per ſuccurſum marini ſtolii ſub veſtro ducatu Terræ ſanctæ ſtatui miſerabili ſubvenire per particulare paſſagium celeriter, auctore Domino, faciendum, petitionibus quibuſdam per eumdem Fratrem pro veſtra & ipſarum nobilium mulierum parte porrectis, ſicut decuit, & expedire vidimus tanto negotio, duximus annuendum, prout hoc expreſſius in aliis noſtris litteris continetur.

§. III. Nobilitatem itaque veſtram monemus, rogamus, & hortamur attente, obſecrantes in filio Dei Patris, quatenus cum dictarum mulierum ſubſidio aperiatis viſcera pietatis ad dictæ Terræ ſuccurſum ſicut athletæ ſtrenui Crucifixi, ut in præſenti divinam conſequamini gratiam, & in futuro gloriam ſempiternam, & ſic divina vobis & mulieribus ipſis aſſiſtente virtute, in inſtanti autumno poſſit hujuſmodi particulare paſſagium fieri, quod multum nobis eſſet acceptum, tu Benedicte Zacharia, qui fuiſti nobis familiarior ab antiquo, cum uno ex prædictis nobilibus tuis conſociis in hoc facto ad præſentiam noſtram accedas, præcedens dictum

Digitized by Google

ctum ſtolium aliquibus diebus, ut tu & ſocius, per nos poſſitis ſuper agendis plenius informari, & circa Romanam, vel Terræ laboris plagiam jungi ſtolio memorato.

Datum ut ſupra.

IX.

Alia circa idem ſubſidium præſcribit. Ibid. epiſt. 60.

Eisdem.

MArino ſtolio quaſi particulari paſſagio, ſub veſtro ducatu duce Deo, in ſubſidium Terræ ſanctæ contra Soldanum Babilonicum, hoſtes fidei, ac perfidos Sarracenos, fautores, & adjutores eorum, maxime contra illos impios Chriſtianos, qui ad terras dicto Soldano ſubjectas contra prohibitionem Apoſtolicæ Sedis accedunt & redeunt ab eiſdem, profecturo cum ſubſidio nobilium mulierum Januen. quæ divinitas inflammatæ, cum ſuis ſociabus, atque ſequacibus de bonis propriis negotio tam pio ſubveniunt, quorum nonnullæ diſponunt in hujuſmodi paſſagio perſonaliter proficiſci, ad exhibendum humanitatis obſequia bellatoribus Crucifixi, Nobilitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attente, obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei noſtri Patris, ut hujuſmodi negotium proſequamini, propter Deum & animarum veſtrarum ſalutem, & prædictæ Terræ ſuccurſum, fideliter & ferventer; & ad hoc ipſum eos, qui in paſſagio prædicto tranſibunt, & alios inducatis, ſecundum gratiam, quam Filius Dei Dominus Jeſus Chriſtus cœlitus vobis dabit, quærentes quæ ejus ſunt, non quæ veſtra. Ad hæc nobilibus viris & aliis, qui vobiſcum in dicto ſtolio, ſeu paſſagio transfretabunt, ac illis etiam qui vobis in iſto negotio, Deo auctore, ſe jungent, per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ad reædificationem & reparationem alicujus caſtri, civitatis, vel loci muniti ſitorum in dicta Terra ſancta, vel quavis parte Syriæ, præſertim maritimorum occupatorum, & deſtructorum, per hoſtes fidei a tempore ultimi Concilii Lugdunen. celebrati, ſub fel. record. Gregorio Papa X. prædeceſſore noſtro, ſub quovis titulo, vel quæſito colore ad utilitatem veſtram, vel quarumcumque ſingularium ſecularium perſonarum, aut cujuſvis univerſitatis, vel communis, maxime Tripolitanæ civitatis, nullatenus procedatis abſque Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, per ejus patentes litteras apparente. Nos enim de talibus, auxiliante vobis divina potentia, opportuno tempore diſponemus, ac etiam cathedralibus Eccleſiis dictarum Terræ ſanctæ, & Syriæ de paſtoribus idoneis providere curabimus, prout videbimus expedire.

Datum ut ſupra.

X.

Laudat viriles & egregios harum fœminarum conatus. Ibid. epiſt. 61.

Dilectis in Chriſto filiabus Nobilibus Mulieribus A. de Carmedino, I. de Ghiſulphis, M. de Grimaldis, C. Francta, A. de Auria, S. Spinola, S. & P. de Cibo, P. de Caris, & aliis earum ſociabus, & ſequacibus Januenſibus.

§. I. EX veſtrarum, & dilectorum filiorum nobilium virorum Benedicti Zachariæ, Jacobi Lomellini, Lanfranci Tartari, & Joannis

nis Blanci Civium Januenſium litterarum tenoribus, & relatione dilecti filii fratris Philippi Saonen. Lectoris Ordinis Minorum, percepimus, quod vos & aliæ quamplurimæ mulieres civitatis Januen. divino ſpiritu inflammatæ provide attendentes, quod Caſanus Magnus Tartarorum Imperator, cum multitudine ſui exercitus, licet paganus, regnum Hieroſolymitanum intraverat ad expellendos de Terra ſancta Soldanum Babilonicum, ejuſque ſequaces incredulos, ut ea Chriſtiano cultui reſtituta, cantica Domini decantarentur in ipſa exultationis & laudis, quodque Reges & Principes, & alii Chriſtiani potentes, & ad arma doctiſſimi ad ſubveniendum dictæ Terræ pietatis quodammodo viſcera clauſiſſe videntur, obturantes aures ſuas clamoribus exulum, qui Terram ipſam hactenus habitarunt, quorum raucæ factæ ſunt fauces in expetendo lacrymabiliter Terræ ſæpedictæ ſuccurri, induitis mente viros, in corpore fragili, decernentes ſibi veſtrorum largitione bonorum, per viam marini ſtolii ſubvenire, ſub ducatu Nobilium prædictorum, & nonnullæ veſtrum fœmineos animos ſupergreſſæ ad perfectiora feruntur diſponentes in ſingulari quaſi paſſagio transfretare &c. ut in Bulla VI. Ut reformato corpore humilitatis earum conformentur Chriſti corpori claritatis ſecundum operationem, qua poteſt etiam ſubjicere ſibi omnia, qui in cœlis ſedens ad dexteram Dei Patris interpellat pro nobis, & exauditur pro ſua reverentia: non enim Pater æternus denegare quidquam poteſt Filio coæterno. *Philip. 3. 21.* *Heb. 5. 7.*

§. II. Devotionem igitur veſtram, & caritatis incendium, ſanctumque propoſitum dignis in Domino laudibus commendantes, deſideriis veſtris libenter occurrimus, & nonnullas petitiones ad robur & juvamen negotii, pro parte veſtra petitas a vobis, ad exauditionis gratiam, prout decet & expediens vidimus, liberaliter duximus admittendas, prout in aliis noſtris litteris ſuper hoc confectis plenius continetur, ſperantes in Domino, quod multiplicabit vobis ſocias, & alia tribuet incrementa, per quæ recuperabitur dicta Terra, & reſtituetur cultui Chriſtiano, quam Dominus proprio ſanguine conſecravit, & ipſo largiente, qui poteſt, vobis multiplicabitur gratia in præſenti & eo duce, qui novit, pervenietis ad æternam gloriam in futuro.

Datum ut ſupra.

XI.

Ut transfretaturis in ſubſidium Terræ ſanctæ Religioſos viros adjungat. Ibid. epiſt. 62.

Miniſtro Provinciali Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Januen.

§. I. Qui fecit ſalutem in manu fœminæ, & per eam capite Holophernis abſciſſo, civitatem ſanctam Hieruſalem de manu hoſtium liberavit, creditur nonnullis nobilibus mulieribus Januen. earumque ſociabus, ſeu ſequacibus inſpiraſſe, ut de Terræ ſanctæ ſuccurſu, cui Reges & Principes, & alii Chriſtiani Potentes, & ad arma doctiſſimi obturatis cordibus non ſuccurrunt, efficaciter cogitarent, quæ per marinum ſtolium, & quaſi particulare paſſagium ad partes illas, duce Deo, perventurum in brevi, eidem Terræ ſuccurrere decreverunt, ad hoc bona propria expendendo, & earum aliquæ diſponunt perſonaliter transfretare ad impendendum humanitatis obſequia bellatoribus Crucifixi. Talium itaque devotis fervoribus, & caritativis affectibus libenter oc-

occurrimus, & earum pium propoſitum dignis favoribus confovemus.

§. II. Ideoque diſcretioni tuæ in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus auctoritate noſtra, de conſilio diſcretorum Fratrum tui Ordinis aſſumas aliquos Fratres ejuſdem Ordinis de Januen. & aliarum civitatum vicinarum Conventibus, in numero congruo, viros utique litteratos, bonæ converſationis, & vitæ, & in dicto ſtolio ſeu paſſagio, tranſmittas eoſdem, auctoritate prædicta concedens eiſdem, ut perſonis in dicto Stolio ſeu paſſagio transfretantibus, & aliis, quæ jungentur eiſdem, Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrent, ipſoſque inſtruant, & informent verbo pariter & exemplo, percepturi exinde a Deo gratiam in præſenti, & æternam gloriam in futuro. In his te taliter habiturus, quod a Deo præmium conſequaris, noſque devotionem tuam merito commendare poſſimus reſcribas autem nobis quidquid ſuper his feceris, & quomodo confidis hujuſmodi negotium, divina favente clementia, proſpere proceſſurum.

Datum Anagniæ IV. Idus Auguſti anno VII.

XII.

Ut verbum Crucis prædicari faciat, & transfretare volentes in ſubſidium Terræ ſanctæ Cruce conſignet. Ibid. epiſt. 63.

Fratri Porchetto Spinolæ Ordinis Minorum Adminiſtratori Eccleſiæ Januen.

SPerantes in Domino, quod per marinum ſtolium, ſeu quaſi particulare paſſagium Terræ ſanctæ miſerabili ſtatui ſuccurretur in brevi, procurantibus & operantibus hoc nonnullis nobilibus mulieribus, earumdem ſequacibus, & ſociabus Januen. & ad hoc exponentibus bona ſua, quarum nonnullæ diſponunt, duce Domino, in dicto ſtolio, ſeu paſſagio perſonaliter transfretare; tibi de cujus bonitate, ſcientia, fidelitate, ac circumſpectione confidimus, prædicandi verbum Crucis per te, vel per alium, ſeu alios in civitate, diœceſi, provincia, Riparia, & diſtrictu Januen. ejuſque infra duas legales dietas vicinis civitatibus, caſtris, terris, ac locis, & dandi Crucis ſignaculum volentibus illud devote recipere, plenam auctoritate præſentium, concedimus facultatem. Tu vero in præmiſſis ſtudeas ſic prudenter, & ſic ſollicite te habere, ac ſpecialiter ſuper acceleratione ſtolii, ſeu particularis paſſagii ſupradicti, quam ferventer appetimus, quod a Deo exinde retributionis æternæ præmium conſequaris, noſque ex hoc tuam prudentiam merito commendare poſſimus, reſcripturus nobis, quod ſuper his feceris, & quomodo tam pium negotium proſpere, Deo auctore, procedet.

Datum ut ſupra.

XIII.

Reſtituitur ad Archiepiſcopatum Januenſem. Reg. Vat. epiſt. 188.

Venerabili fratri Porchetto Ordinis Fratrum Minorum, olim Archiepiſcopo Januen.

§. I. COnſiderantes attentius grandia tuæ merita probitatis, necnon labores plurimos, ac grata & accepta ſervitia, quæ tu & illi

de

de domo tua conſtanter & intrepide impendiſtis, ut Januenſis civitas, ejuſque Cives, qui diebus iſtis præteritis a gremio matris Eccleſiæ quodammodo in devium declinaverant, ad ſolitam ipſius devotionem Eccleſiæ cum humilitate redirent, cum cariſſimo in Chriſto filio noſtro Carolo Siciliæ Rege Illuſtri ſe mutuis jungerent affectibus caritatis, dignum duximus, & debitum arbitramur, ut te favoribus & gratiis honoremus.

§. II. Dudum ſiquidem in noſtra præſentia conſtitutus ex certis conſiderationibus, quæ te ad id tunc temporis induxerunt, Archiepiſcopatui Januen. cujus tunc regimini præſidebas, omnique Pontificali oneri & honori abſolute ac libere in noſtris cedere manibus curaviſti; noſque ceſſionem ipſam duximus admittendam, proviſione ipſius Eccleſiæ Januen. nobis ea vice ae Sedi Apoſtolicæ reſervata. Nunc autem volentes perſonam tuam illa munificentia proſequi, per quam tu & ipſi tui in hujuſmodi devotione, & meritis concreſcatis, te ad omnem honorem, ordinem, & plenitudinem Pontificalis officii, ac uſum pallii reſtituimus, ex nunc de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis; ita quod de cetero in Pontificali ordine, ac officio miniſtrare, & Pontificalia licite exercere, ac uti pallio libere poſſis, ceſſione tua & admiſſione noſtra non obſtantibus. Nulli ergo noſtræ reſtitutionis &c.

Datum Anagniæ xvi. Kal. Septembris anno vii.

XIV.

Declaratur ejus reſtitutio ad dignitatem Archiepiſcopalem. Ibid. epiſt. 189.

Venerabili fratri Porchetto Archiepiſcopo Januenſi.

§. I. Inter cetera, quæ injuncti nobis Apoſtolatus officii cura requirit, ad id potiſſime vigilanter intendimus, ut Eccleſiarum vacantium ſtatui proviſionis opportunæ remedium ſic ſollicite, ſic viriliter impendamus, quod Eccleſiæ ipſæ Paſtoribus commiſſæ idoneis, & Rectoribus providis deputatæ, ſpiritualiter & temporaliter vigeant, ac fœlicibus, Deo duce, ſucceſſibus gratulentur. Dudum ſiquidem in noſtra præſentia conſtitutus &c. ut in Bulla præcedente uſque ad *Reſervata*. Et poſtmodum ejuſdem adminiſtrationem Eccleſiæ quibuſdam aliis duximus committendam. Ac deinde commiſſione hujuſmodi revocata, benignius attendentes tuæ circumſpectionis induſtriam, & devotionis affectum, quem tu & illi de domo tua ad nos & Romanam geſſeratis Eccleſiam, tibi quoque ſuper conditionibus tui ſtatus benigno compatientes affectu, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ ſic vacantis tibi duximus in ſpiritualibus & temporalibus committendam, donec per dictam Sedem de ipſa contingeret aliter ordinari, cujus auctoritate commiſſionis geſſiſti & geris hujuſmodi adminiſtrationem, & curam Eccleſiæ prælibatæ.

§. II. Nuper autem conſiderantes attentius grandia tuæ merita probitatis, necnon labores plurimos &c. ut in præcedenti uſque ad *Non obſtantibus*. Nolentes igitur ut tu Pontificali præditus dignitate Pontificalis commodi fruſtreris effectu, ac providere volentes, ne prædicta Eccleſia, cui nondum eſt poſtmodum de Paſtore proviſum, proprii ſponſi connubio amplius remaneat deſtituta, te Ordinis Fratrum Minorum, virum utique litterarum ſcientia eruditum, morum honeſtate conſpicuum, conſilio providum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, acceptumque nobis meritis probitatis, ſæpefatæ Januen. Ec-

cleſiæ Archiepiſcopum præficimus, & Paſtorem de Fratrum noſtrorum conſilio, & ejuſdem plenitudine poteſtatis, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod dirigente Domino actus tuos, præfata Januenſis Eccleſia, cujus conditionem & ſtatum diutius experimento palpaſti, per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam in ſpiritualibus, & temporalibus proſpere dirigetur, & ſalubribus proficiet incrementis. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino devote ſuſcipiens, & cetera uſque ad *Conſequi merearis*.

Datum Anagniæ xv. Kal. Septembris anno vii.

Anno Christi 1302. Bonifacii VIII. anno 8.

XV.

Citatur in Urbem propter illata gravamina Clariſſis Tergeſtinis. Regeſt. Vatic. epiſt. 46.

Venerabili fratri Epiſcopo Tergeſtin.

Urban. IV. Regulam Clariſſis conceſſit.

§. I. Felicis recordationis Urbanus Papa IV. prædeceſſor noſter, certam & firmam regulam univerſis Abbatiſſis, & Sororibus Ordinis ſanctæ Claræ Apoſtolica olim auctoritate conceſſit, quam vocari voluit regulam Ordinis dictæ Sanctæ, in qua inter cetera continetur, quomodo, & qui, ac de cujus licentia ingredi poſſint clauſuram intrinſecam Monaſteriorum Ordinis memorati. Idem quoque Prædeceſſor, ne ipſas Abbatiſſas, ac Sorores pro defectu certi regiminis recedere ab obſervatione regulæ prædictæ contingeret, aut ſub diverſorum magiſterio vivendi modos incurrere differentes, curam & regimen omnium Monaſteriorum dicti Ordinis, necnon & perſonarum degentium in eiſdem, ſcilicet Capellanorum, converſorum, familiarium, plene commiſit Cardinali ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui pro tempore foret gubernator, & corrector Fratrum Ordinis Minorum, a Sede Apoſtolica deputatus, ſtatuens, quod ſub ejus obedientia, cura & regimine permanerent, ac tenerentur ei firmiter obedire.

Cardinalis Matthæus Clariſſar. Protector.

§. II. Demum autem dilectus filius noſter Matthæus ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, Gubernator, Protector, & Corrector prædicti Ordinis Fratrum Minorum ſecundum regulam, quam glorioſus Confeſſor beatus Franciſcus inſtituit, a Sede ipſa extitit deputatus. Qui Monaſteriorum, Abbatiſſarum, Sororum & converſorum & perſonarum prædicti Ordinis ſanctæ Claræ Gubernator, Protector, & Corrector exiſtit, ſine cujus licentia tibi, vel aliis præter illos, quibus eſt ex regula prædicta permiſſum, vel a Sede prædicta conceſſum, non licuit neque licet prædicti Ordinis ſanctæ Claræ Monaſteria introire. Nos inſuper

Ord. Min. ſubjectus ſoli Apoſtol. Sedi.

Fratres prædicti Ordinis Minorum, & ipſum Ordinem ab omnium & ſingulorum Prælatorum, & perſonarum Eccleſiaſticarum omnimoda poteſtate, & juriſdictione prorſus eximimus, & decrevimus eos immediate ipſi Sedi, & ſoli dumtaxat Romano Pontifici ſubjacere, ac Eccleſias, domos & loca, quæ per Fratres ipſos tenebantur, & habitabantur tempore exemptionis hujuſmodi, ac tenerentur & habitarentur in poſterum exempta prorſus exiſtere, nulloque medio Sedi ſubeſſe prædictæ. Univerſis etiam Abbatiſſis, Conventibus, & Sororibus prælibati Ordinis ſanctæ Claræ Apoſtolica auctoritate conceſſimus, ut tam Abbatiſſæ, Conventus, & Sorores iidem, quam omnia & ſingula Monaſteria ejuſdem Ordinis tam exemptionis privilegio, quam omnibus immunitatibus, liber-

libertatibus & indulgentiis, ac aliis privilegiis quibuſcumque uterentur, & gauderent, ac uti & gaudere poſſent, quæ præfato Fratrum Minorum Ordini, ac ejus Fratribus & perſonis erant ab eadem Sede conceſſa, vel concederentur in poſterum, quatenus eis competerent, vel competere poſſent, & quatenus forent, vel eſſe poſſent capacia eorumdem.

§. III. Nuper autem non ſine turbatione percepimus, quod tu, qui non debebas, nec crederis eſſe præmiſſorum ignarus, aſſerens Monaſterium ſanctæ Mariæ de Colle Tergeſtin. prædicti Ordinis ſanctæ Claræ, & Abbatiſſam, & Sorores in eo degentes profeſſas regulam prædictam, editam a Prædeceſſore præfato, tibi ſubeſſe debere, quamvis eſſent in poſseſsione exemptionis, libertatis, privilegiorum, & juris conceſsionis hujuſmodi, nec tibi parerent, cum ad id minime tenerentur, & cum nonnullis clericis, & laicis ad Monaſterium ipſum accedens, illud per violentiam introiſti, fracto etiam muro capellæ ipſius Monaſterii, eamdem intraviſti capellam, & feciſti celebrari Miſsam in ea, evulſa inſuper quadam ſera, quæ erat interius in oſtio inferiori ipſius Monaſterii, per quod in ipſum Monaſterium intrabatur, illam ex parte exteriori ipſius oſtii poni feciſti, & expulſis Fratribus prædicti Ordinis Minorum, qui ad obſequium ipſarum Abbatiſsæ, & Sororum, prout licite poterant, ad ipſius Monaſterii clauſuram exteriorem acceſſerant, ſeculares clericos ad ipſius Monaſterii cuſtodiam poſuiſti; ſicque prædicti Fratres Ordinis Minorum non ſunt ex tunc ad idem Monaſterium ire permiſsi, neque in eo divina officia celebrare, dictique clerici ſeculares interiorem Monaſterii prædicti clauſuram intrare poſsunt pro eorum libito voluntatis. Quare fuit nobis humiliter ſupplicatum ut providere ſuper his de opportuno remedio dignaremur. *Epiſc. Tergeſt. Monialibus moleſtus.*

IV. Nos igitur prædictis Abbatiſſæ, & Sororibus Monaſterii prædicti, quibus maxime propter fragilitatem fœminei ſexus compatimur, ſuper præmiſsis providere volentes, ac præcavere ne litigiorum anfractibus involvantur, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ, ac ſub ſuſpenſionis & depoſitionis, aliiſque ſpiritualibus & temporalibus pœnis juxta noſtrum arbitrium inferendis diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus eaſdem Abbatiſsam, & Sorores Monaſterii prælibati, dictumque Monaſterium contra hujuſmodi conceſsionis noſtræ tenorem de cetero non impetas nec perturbes per te vel alium; neve contra ipſum facias aliquam noxiam novitatem, quin potius præmiſsa, injurias & gravamina, & quidquid per te, vel de mandato tuo adverſus, & contra conceſsionem prædictam, quam te in dubium revocare nolumus, facta vel attentata noſcuntur, abſque moræ diſpendio provide revoces cum effectu. Ceterum ne tua in præmiſsis temeritas remaneat impunita, volumus, & tibi ſub pœnis prædictis injungimus, ut infra duorum menſium ſpatium a præſentatione præſentium computandum, quod tibi pro peremptorio termino aſsignamus, per te, vel procuratorem idoneum ad hoc ſpecialiter conſtitutum cum ſufficienti mandato compareas coram nobis, tuam ſuper præmiſsis & contingentibus innocentiam, ſi poteris, oſtenſurus, noſtriſque pariturus beneplacitis & mandatis. Si qua vero tibi & Eccleſiæ Tergeſtinæ jura competere propoſueris in Monaſterio memorato, illa ſi tua & ipſius Eccleſiæ intereſſe putaveris, proſequi poteris coram nobis; parati enim ſumus tibi, & ei exhibere ſuper hoc juſtitiæ complementum. *Pontificium mandatum eidem Epiſc. factum.*

Datum Lateran. 11. Kal. Februarii anno VIII.

XVI.

Ut incorporet Ordini ſanctæ Claræ Monaſterium ſanctæ Mariæ Beneventanum Ordinis ſancti Benedicti. Ibid. epiſt. 192.

Fratri Jacobo de Gordiano Ordinis Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro.

Monaſterii Abbatiſſa electa a Pont. non approbatur.

§. I. **I**Nter ceteras ſollicitudinis Apoſtolicæ curas, hæc debet eſſe non minima, ut in locis cultui ſacræ Religionis adſcriptis cenſuram niorum reformare curemus, quam illi plerumque, peccatis exigentibus, inhoneſtant, qui cum ſpiritu facta cœperunt, carne ſecundum Apoſtolum conſummantur. Sane fuit nuper propoſitum coram nobis, quod vacante dudum Monaſterio ſanctæ Mariæ Beneventanæ, Ordinis ſancti Benedicti, ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, per mortem quondam Honorandæ ipſius Monaſterii Abbatiſſæ, quæ per quemdam iniquitatis filium fuiſſe dicitur interfecta. Lætitia ipſius Monaſterii Monialis electa fuit in ejuſdem Monaſterii Abbatiſſam, cujus electionem ex certis cauſis non duximus admittendam.

Vult malo remedium adhiberi.

§. II. Verum, quia ſicut alias ex fide dignorum relatione percepimus, prædictum Monaſterium ob defectum, & malitiam Abbatiſſarum ejus, quæ fuerunt pro tempore, ac aliarum perſonarum degentium in eodem, eſt plurimum in ſpiritualibus & temporalibus deformatum, nec creditur, quod unquam poſſit in ſuo Ordine reformari; Nos intendentes ſuper hoc, prout ex debito tenemur Paſtoralis officii, de opportuno remedio providere, ac ad beatam Claram, & ejus Ordinem ſpecialem devotionem habentes, & volentes ipſius ſanctæ Ordinis, in quo rutilat per Dei gratiam obſervantia regularis, ampliare funiculum, providimus Monaſterium ipſum de perſonis ejuſdem ſancti Ordinis reformare.

Reformatio demandatur Epiſcopo.

§. III. Ideoque de tuæ circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ad civitatem Beneventanam, & præfatum Monaſterium te perſonaliter conferens, ſi penſatis ipſius Monaſterii, & perſonarum in eo degentium ſtatu & conditionibus, ejus Monaſterii ſitu, & facultatibus diligenter, expedire videris, ſuper quo tuam intendimus conſcientiam onerare, auctoritate noſtra præfatum Monaſterium perpetuo incorpores ipſi Ordini ſanctæ Claræ, illudque de perſonis Ordinis ejuſdem Sanctæ reformes, & ſpecialiter de Sororibus Monaſterii ſancti Laurentii Beneventani, prædicti Ordinis ſanctæ Claræ, quæ ſicut aſſeritur, multæ ſunt numero, & eleemoſinas quærere, & quodammodo mendicare coguntur, ſtatuens, ut tam ſanctæ Mariæ, quam ſancti Laurentii Monaſteria ſupradicta Abbatiſſas proprias habeant, & Conventus, & quod de cetero per competentem perſonarum Ordinis ejuſdem Sanctæ numerum, quem taxare ſtudeas, ſub ipſius Ordinis ſanctæ Claræ obſervantia ſerviatur in eis, præficiendo hac vice ipſi Monaſterio ſanctæ Mariæ in Abbatiſſam aliquam Monialem idoneam, profeſſam dictum Ordinem ſanctæ Claræ, de qua videris expedire. Ordinans etiam in ipſo Monaſterio ſanctæ Mariæ ædificia & officinas, prout requirit Regula dictæ Sanctæ, prædictam Lætitiam & alias Sorores, quæ nunc in ipſo Monaſterio ſanctæ Mariæ degunt, in aliis vicinis Monaſteriis ſui vel alterius Ordinis, de quibus tibi videbitur, collocando, & faciendo eas in ipſis recipi, & admitti.

Moniales ad reformandum Monaſt. deſtinatæ.

§. IV. Si

§. IV. Si tamen ex eis aliqua, vel aliquæ profeſſæ in dicto Monaſterio ſanctæ Mariæ maluerint vivere ſub dicta Regula ſanctæ Claræ, procures & facias quod ſive in dicto Monaſterio incorporato Ordini dictæ Sanctæ, ſive in prædicto Monaſterio ſancti Laurentii, aut in aliis Monaſteriis Ordinis Sanctæ præfatæ collocentur & admittantur in Monachas & Sorores, non obſtantibus quibuslibet dictorum Monaſteriorum & Ordinum, vel alicujus eorum contrariis conſuetudinibus vel ſtatutis, juramento, confirmatione Apoſtolica &c. uſque ad *Appellatione poſtpoſita compeſcendo*.

Datum Anagniæ vi. Idus Junii anno viii.

XVII.

Fit Epiſcopus Imolenſis. Ibid. epiſt. 217.

Venerabili fratri Matthæo Epiſcopo Imolenſi.

§. I. APoſtolatus officium, quamquam autem noſtris inſufficientibus meritis, nobis commiſſum, quo Eccleſiarum omnium regimini præſidemus, utiliter exequi, adjuvante Domino, cupientes, reddimur corde ſolliciti, ut cum de ipſarum Eccleſiarum regiminibus agitur committendis, quantum ab eo permittitur, cujus in terris vices gerimus, eis in Paſtores tales præficere ſtudeamus, de quibus conſideratis virtutibus deſuper ſibi traditis, præſumimus veriſimiliter & tenemus, quod creditas ſibi animas verbo inſtruere poſſint & exemplo, & ex eorum ſtudio loca, quæ ſuæ curæ fuerint commiſſa ſpiritualium & temporalium grata ſuſcipere debeant incrementa.

§. II. Sane Imolen. Eccleſia per translationem per nos factam de Venerabili Fratri noſtro I. Reatin. quondam Imolen. Epiſcopo ad Eccleſiam Reatin. Paſtoris ſolatio deſtituta, Nos de ipſius Imolen. Eccleſiæ ordinatione celeri, ne prolixioris vacationis expoſita remaneret incommodis, attentius cogitantes, poſt vigilem, quam ad ponendum ibidem approbaram, idoneamque perſonam appoſuimus diligentiam, in te Ordinem Fratrum Minorum profeſſo, & in Sacerdotio conſtituto, quem litterali ſcientia præditum, virum quoque vitæ laudabilis, converſationis placidæ, ac morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuum novimus, noſter animus requievit. Ideoque tam gregi Dominico, quam dictæ Imolenſi Eccleſiæ intendentes ſalubriter providere, te de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ipſi Imolenſi Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, & ſubſequenter tibi fecimus per Venerabilem fratrem noſtrum M. Epiſcopum Portuenſem munus conſecrationis impendi, In illo, qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod præfata Imolenſis Eccleſia per tuæ induſtriam providentiæ a noxiis præſervabitur & adverſis, optatæ quoque proſperitatis ſpiritualiter & temporaliter proficiet incrementis. Quocirca Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus &c. uſque ad *Plenius conſequaris*.

Datum Anagniæ Nonis Auguſti anno viii.

XVIII.

XVIII.

Creatur Epiſcopus Veglen. Ibid. epiſt. 220.

Thomæ Electo Veglen.

§. I. REgimini univerſalis Eccleſiæ, quamvis immeriti, diſponente Domino, præſidentes, de univerſis orbis Eccleſiis, juxta paſtoralis officii debitum nos oportet ſollicite cogitare, ſed ad eas nimirum, quas conſpicimus Paſtorum fore ſolatio deſtitutas, eo attentioris conſiderationis intuitum retorquemus, quo ipſe majoribus, quæ frequenter ex vacationibus earum proveniunt incommodis, exponuntur, & ideo cura reddimur indefeſſa ſolliciti, ut eis de celeris & ſalubris proviſionis remedio ſuccurramus, ne, quod abſit, earum proviſione dilata, ambulantis in circuitu lupi rapacis aſtutia Dominicum gregem paſtore carentem invadat, oveſque rapiat, ac diſpergat.

§. II. Nuper ſiquidem Veglen. Eccleſia per obitum bonæ memoriæ Matthæi Veglen. Epiſcopi, qui apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, vacante: Nos ad proviſionem ipſius, ne prolixæ vacationis damna ſubiret, ſollicite intendentes, poſt vigilem, quam ſuper hoc appoſuimus diligentiam, conſideratis gratiarum virtutibus a Domino tibi datis, ad te Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, cui litterarum ſcientia, morum gravitas, vitæ munditia, providentia ſpiritualium, & circumſpectio temporalium, prout fide dignorum didicimus teſtimonio, ſuffragantur, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus & aliis, quæ circa præmiſſa conſideranda novimus, debita meditatione penſatis, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, de perſona tua ipſi Veglen. Eccleſiæ providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, tibi curam & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, in illo qui dat gratias & largitur præmia, confidentes, quod eadem Veglen. Eccleſia ſub tuo felici regimine, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, grata ſuſcipiet incrementa.

§. III. Jugum itaque Domini leve collis humilibus prompta devotione ſuſcipias, & ſuavi ejus oneri reverenter colla ſubmitras, prædictæ Veglen. Eccleſiæ regimen tibi commiſſum exercens, fideliter & prudenter, ut per tuæ vigilantiæ ſtudium eadem Veglen. Eccleſia jugiter præſervetur a noxiis, & ad ſalubria, dante Domino, dirigatur, tuque proinde divinam, Apoſtolicæ Sedis, & noſtram gratiam uberius conſequi merearis.

Datum Anagniæ Idibus Auguſti anno VIII.

XIX.

Creatur Epiſcopus Terralben. Ibid. epiſt. 266.

Roberto electo Terralben.

§. I. IN excelſo Sedis Apoſtolicæ ſolio ſupernæ diſpoſitionis arbirrio conſtituti, magno utique deſiderio ducimur, & opem operamque ſollicitam adhibemus, ut viduatis Eccleſiis, ne prolixæ vacatinnis experiantur incommoda, diſpendiis prægraventur, paſtores præficiantur idonei, Rectores providi deputentur, per quorum ſolertem induſtriam

ſtriam & ſollicitudinem vigilantem eædem Eccleſiæ, ſubductis obſtaculis, & impedimentis quibuslibet eminus profugatis, in pacis pulchritudine ſedeant, proſperis ſemper fulciantur eventibus, & votivis ſucceſſibus gratulentur.

§. II. Dudum ſiquidem venerabili fratre noſtro Odone Polen. Epiſcopo de Terralbenſi Eccleſia, cujus regimini præſidebat, per nos ad Polen. Eccleſiam Apoſtolica auctoritate translato, nos proviſionem ipſius Terralben. Eccleſiæ ea vice ordinationi, & diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis, & noſtræ, auctoritate prædicta duximus reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi quid de præfata Terralben. Eccleſia contra hujuſmodi reſervationis noſtræ tenorem ſcienter vel ignoranter a quoquam contingeret attentari.

§. III. Et demum levantes in circuitu oculos noſtræ mentis, et ad perſonam tuam litterarum ſcientia præditam, morum gravitate decoram, conſilio providam, ac in ſpiritualibus ac temporalibus circumſpectam conſiderationis aciem extendentes, ac intendentes patris more ſolliciti, Terralben. Eccleſiæ prælibatæ profectibus utiliter providere, de te, Ordinis Fratrum Minorum profeſſore, eidem Terralben. Eccleſiæ de Fratrum noſtrorum conſilio, et Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum et Paſtorem, curam et adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus et temporalibus committendo, in illo qui dat gratias et largitur præmia confidentes, quod præfata Terralben. Eccleſia &c. uſque ad *Exinde plenius conſequaris*.

Datum Anagniæ Kal. Septembris anno VIII.

XX.

Creatur Epiſcopus Nepeſinus. Ibid. ep. 227.

Fratri Paulo electo Nepeſin.

§. I. SUſcepti cura regiminis cor noſtrum continua pulſat inſtantia, ut ſollicitudinis debitum, ad quod univerſis Eccleſiis nos Apoſtolicæ ſervitutis neceſſitas obligat, earum ſingulis, prout nobis ex alto conceditur, exſolvamus, in eo potiſſime ut illarum regimini, quæ viduitatis damna deplorant, perſonas tales committamus, per quarum ſolertiam circumſpectam, & circumſpectionem ſollicitam in ſpiritualibus & temporalibus ſuſcipere valeant incrementa.

§. II. Dudum ſiquidem Nepeſina Eccleſia per translationem per nos factam de bonæ memoriæ fratre Angelo quondam Nepeſino Epiſcopo ad Reatinam Eccleſiam tunc paſtore carentem, ſolatio deſtituta Paſtoris, nos proviſionem faciendam ea vice Nepeſinæ Eccleſiæ de Prælato, diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his contingeret attentari; et poſtmodum de dilecto filio Alamanno Canonico Eccleſiæ ſancti Flaviani de Monte Falcone Viterbien. diœceſis, eidem Nepeſinæ Eccleſiæ duximus providendum, præficiendo ipſum dictæ Nepeſinæ Eccleſiæ in Epiſcopum et Paſtorem, qui proviſioni hujuſmodi ſua ſponte renuit conſentire.

§. III. Nos igitur de ipſius Eccleſiæ Nepeſinæ ordinatione celeri ſollicite cogitantes, ne diu vacationis diſpendia ſuſtineret, ac attendentes tuæ probitatis merita, religionis zelum, litterarum ſcientia, honeſtatem morum, converſationis et vitæ munditiam, aliarumque virtutum dona multiplicia, quibus noſceris inſignitus, et propterea firma ducti fidu-

fiducia quod prælibata Eccleſia Nepeſina per te in ſpiritualibus & temporalibus laudabilia ſuſcipiet incrementa, te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, de Fratrum noſtrorum conſilio, et Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eidem Nepeſinæ Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus et Paſtorem, curam et adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo.

§. IV. Reverenter itaque ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus ipſius Eccleſiæ Nepeſin. ſollicitam curam geras, gregem Dominicum in illa, vigilantiæ tuæ commiſſum doctrina verbi et operis informando, ita quod dicta Nepeſina Eccleſia tuæ diligentiæ ſtudio multiplicibus gaudere commodis, et cooperante clementia ſummi Regis, optatis conſurgere valeat incrementis.

Datum Anagniæ II. Kal. Septembris anno VIII.

XXI.

Creatur Epiſcopus Vvigornienſis. Ibidem epiſt. 278.

Venerabili fratri Guillelmo Epiſcopo Vvigornien.

Sollicitudo Pontificia de providendo Eccleſiæ viduatæ Antiſtite.

§. I. AD regimen univerſalis Eccleſiæ divina diſponente Clementia, evocati, de univerſis orbis Eccleſiis juxta paſtoralis officii debitum cogitamus; ſed earum nos angit ſollicitudo propenſior, quæ propriis deſtitutæ paſtoribus, viduitatis ſubjacent detrimentis, ut eis per noſtræ ſollicitudinis ſtudium de ſalubris proviſionis remedio ſuccurratur, ne quod abſit, earum vacatione dilata, lupus rapax gregem dominicum paſtore carentem invadat, oveſque rapiat ac diſpergat.

Capit. eligit Epiſc. per Compromiſſum.

§. II. Sane dudum Wigornien. Eccleſia, per obitum bonæ memoriæ Godefridi Wigornien. Epiſcopi paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Priores,&Capitulum ipſius Eccleſiæ Ordinis ſancti Benedicti,certa die ad eligendum præfixa, vocatis omnibus et præſentibus omnibus, qui voluerunt, debuerunt et potuerunt commode intereſſe, pro futuri ſubſtitutione Paſtoris convenientes in unum, et deliberantes in electionis negotio per viam procedere compromiſſi, dilectis filiis Stephano de Wicton. Sub priori, Willelmo de Gurimeleye Precentori, Gilberto de Magdeleye Sacriſtæ, Henrico de Hannochia Infirmario, Nicolao de Nortona, Joanni de ſancto Germano, et Richardo de Bronvico Monachis ipſius Eccleſiæ, providendi ea vice ipſi Eccleſiæ de Paſtore, de ſeipſis aut alio ex ejuſdem Eccleſiæ gremio poteſtatem ſub certa forma unanimiter conceſſerunt, ſicque dicti compromiſſionarii hujuſmodi compromiſſo recepto, feceſſerint in partem, et demum hujuſmodi compromiſſi forma ſervata, Joannes prædictus a reliquis compromiſſionariis collegis ſuis fuit in Epiſcopum Wigornienſem electus, idemque Joannes poſtmodum ad inſtantiam ſupradicti Capituli hujuſmodi electioni de ſe factæ infra legitimum tempus conſenſit.

Electio Archiepiſcopo præſentata.

§. III. Cumque per eumdem Joannem ac Procuratorem dictorum Capituli hujuſmodi electio venerabili Fratri noſtro Archiepiſcopo Cantuarien. loci Metropolitano præſentata, et ab ipſo hujuſmodi electionis confirmatio inſtanter petita fuiſſet, dicto Archiepiſcopo ex certis cauſis confirmare electionem hujuſmodi recuſante, ſeque velle conſulere ſuper his Sedem Apoſtolicam aſſerente, pro parte Joannis prædicti, ad Sedem extitit appellatum eamdem. Hujuſmodi autem electionis negotio per appellationem hujuſmodi ad dictam Sedem legitime devoluto, ac eodem

Joan-

Joanne ad dictam Sedem perſonaliter accedente, pro hujuſmodi ſuæ electionis negotio proſequendo; demum ipſe Joannes in noſtra præſentia conſtitutus, omne jus, ſi quod ſibi ex electione hujuſmodi competebat, libere in noſtris manibus reſignavit. Joannes electus jus ſuum in manibus Papæ reſignat.

§. IV. Nos autem hujuſmodi reſignatione recepta, proviſionem ipſius Eccleſiæ ea vice diſpoſitioni noſtræ, ac Sedi Apoſtolicæ reſervantes, decrevimus irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Et poſtmodum de proviſione ipſius Eccleſiæ, ne diutinæ vacationis incommodis ſubjaceret, ſollicite cogitantes, ac talem illi cupientes præeſſe Pontificem, de quo certa nobis eſſet notitia, quod ipſum clara meritorum ſuorum inſignia redimirent, nec ejus caritas erga plebem ſuo regimini commendatam, dubia redderetur, & in cujus fida fide recumberet ſecuritas ſubditorum, in te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, cui eminentem litterarum ſcientiam, honeſtatem vitæ, morum maturitatem, ſpiritualium & temporalium providentiam, aliaque virtutum merita grandia per familiarem experientiam novimus ſuffragari, direximus oculos noſtræ mentis. Frat. Guillelmus eligitur.

§. V. Quapropter volentes eidem Wigornien. Eccleſiæ paternæ ſollicitudinis ſtudio providere, te de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, eidem Wigornienſi Eccleſiæ in Epiſcopum præfecimus & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus committentes, & tibi ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Leonardum Epiſcopum Albanenſem fecimus munus conſecrationis impendi, firma concepta fiducia, quod dirigente Domino actus tuos, eadem Wigornien. Eccleſia per tuam circumſpectionem providam, & providentiam circumſpectam ſalubri gubernatione lætabitur, ac proſpero providoque regimine dirigetur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino reverenter ſupportans, ſic curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ Wigornienſis prudenter & utiliter proſequaris, quod ipſa ſub tuo ſtudioſo regimine, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, votivis continuo amplietur commodis, & ſalutaribus proficiat incrementis; tuque velut Paſtor ſollicitudine pervigil Eccleſiam ipſam gubernare fructuoſe regimine comproberis, ac exinde noſtram ac Apoſtolicæ Sedis gratiam uberius conſequi merearis. Et conſecratur.

Datum Lateran. IV. Kalendas Novembris anno VIII.

Anno Christi 1303. Bonifacii VIII. anno 9.

XXII.

Jubetur ut agat contra oppreſſorem Rectoris Comitatus Venayſini. Ibid. epiſt. 127.

Dilecto filio fratri Guillelmo de ſancto Marcello Ordinis Minorum, Inquiſitori Hæreticæ Pravitatis in Provincia Provinciæ, per Sedem Apoſtolicam deputato.

§. I. Grave gerimus, & moleſtum quamplurimum redditur votis noſtris, cum Eccleſiæ Romanæ fideles & ſubditi, quorum nobis protectio ſpecialis incumbit, quibuſve afficiuntur injuriis, agitantur moleſtiis, & graviminibus opprimuntur.

§. II. Sane cum pridem dilectus filius Magiſter Matthias de Theate, clericus Theatinus, tunc Rector Comitatus Venayſini ad Romanam Eccleſiam pleno jure ſpectantis, gravis occaſione diſcordiæ inter ipſum & no-

Raymundi violentiæ referuntur.

nobilem virum Raymundum de Medullione ex certis cauſis exortæ, gentem non modicam de civitate Carpentoraten. & Terris aliis, tam Comitatus prædicti, quam aliunde pro defenſione bonorum ejus et jurium congregaſſet, præfatus nobilis erectus in ſuperbiæ verticem, et extendens ad illicita manus ſuas, noſtra et ejuſdem Eccleſiæ reverentia omnino poſtpoſita, quam plures Carpentoraten. et alios de ipſius gentis numero exiſtentes, temeritate nefaria capi fecit, & carceri mancipari, ipſoſque bonis eorum, quæ ſecum habebant, ablatis, adhuc carceralibus vinculis detinere dicitur mancipatos, non ſine multo noſtro et Eccleſiæ prædictæ contemptu, et gravi ſcandalo circumpoſitæ regionis.

§. III. Cum itaque hujuſmodi negotium ſpecialiter inſideat cordi noſtro, et de tuæ circumſpectionis induſtria fiduciam geramus in Domino ſpecialem, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Nobilem per te, vel alium, ſeu alios monere ac inducere ſtudeas diligenter, ut ſublato cujuslibet dilationis obſtaculo, prædictos omnes taliter captos et detentos reddere ſtudeat priſtinæ libertati, hujuſmodi bonis omnibus per ipſum ſeu de mandato ejus ablatis eiſdem, eis integre reſtitutis, dictum nobilem ad hoc ſi opus fuerit, per excommunicationis in perſonam, et interdicti in terram ipſius ſententias, poſtpoſito appellationis obſtaculo, compellendo, ſic te in præmiſſis efficaciter habiturus, quod nos proinde tuæ diligentiæ ſtudium dignis in Domino laudibus commendemus. Quidquid autem ſuper his feceris, nobis per tuas litteras harum ſeriem continentes, reſcribere non poſtponas.

Jubetur ut detentos liberet.

Datum Anagniæ XII. Kalen. Julii anno IX.

BENEDICTUS XI.

Electus eſt XI. *Kalen. Novembris anno* MCCCIII.

I.

Eas ſubmittit regimini Fratrum Minorum. Reg. Vat. epiſt. 143.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ravellen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

§. I. Religionis, in qua relictis ſeculi vanitatibus, Domino deſervitis, favor expoſcit, et devotionis veſtræ merita nos inducunt, ut in iis, quæ ſecundum Deum poſſumus, vobis favorem Apoſtolicum impendamus. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod vos olim ad Dei laudem & animarum profectum Monaſterium ſanctæ Claræ Ravellen. in quo nunc ſub communi vita degitis, in honorem ipſius Sanctæ, de conſenſu Diœceſani Epiſcopi, devotione pia & provida conſtruxiſtis, dictuſque Diœceſanus vos in eodem Monaſterio collocavit. Quare pro parte veſtra nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut hujuſmodi piam actionem Apoſtolici favoris præſidio benigne proſequi ac vos quæ incluſæ corpore in clauſtris clauſtralibus, mente tamen libera devote Domino famulantes .... Generali & .... Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Terræ laboris Miniſtris committi pro ſalute veſtra cupitis, eiſdem Miniſtris committere dignaremur.

Moniales petunt Fratrum ſubeſſe regimini.

§. II. Nos itaque hujuſmodi veſtris piis ſupplicationibus favorabiliter

Pontifex annuit.

ter annuere intendentes, ac pium veſtrum propoſitum in hac parte in Domino commendantes, quod ſuper præmiſſis provide factum eſt, gratum & ratum habentes, id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ac vos & dictum Monaſterium veſtrum auctoritate præſentium Generali & Provinciali Miniſtris committimus ſupradictis, eadem auctoritate nihilominus ſtatuentes, ut ſub magiſterio & doctrina eorumdem Miniſtrorum Generalis & Provincialis Terræ laboris dicti Ordinis, tam qui ſunt, quam qui pro tempore fuerint de cetero, maneatis, illis gaudentes privilegiis, quæ Ordini prædicto Fratrum ipſorum ab Apoſtolica Sede conceſſa ſunt, vel in poſterum concedentur, ipſique Generalis vel Provincialis Miniſtri animarum veſtrarum ſollicitudinem gerentes, & curam eidem Monaſterio per ſe vel per alios Fratres ſui Ordinis, quos ad hoc viderint idoneos, quoties expedierit, officium viſitationis impendant, corrigendo & reformando ibidem tam in capite quam in membris quæ correctionis ſeu reformationis officio noverint indigere, & nihilominus inſtituant & deſtituant, mutent, & ordinent, prout ſecundum Deum viderint expedire. Electio tamen Abbatiſſæ libere pertineat ad Conventum. Confeſſiones quoque veſtras audiant, & miniſtrent vobis Eccleſiaſtica ſacramenta. Et ne pro eo, quod in Monaſterio veſtro ipſius Ordinis Fratres reſidere continue non tenentur, propter defectum Sacerdotis poſſit periculum imminere, prædicti Generalis & Provincialis Miniſtri ad confeſſiones in neceſſitatis articulo audiendas, miniſtranda ſacramenta prædicta, & divina officia celebranda vobis deputent aliquos diſcretos & providos Cappellanos. Ad hæc liceat vobis redditus & poſſeſſiones recipere, ac eas libere retinere, non obſtantibus contrariis conſuetudinibus vel ſtatutis veſtri Ordinis, confirmatione Sedis Apoſtolicæ aut quacumque alia firmitate roboratis. Nulli ergo omnino hominum, &c. *Se noverit incurſurum*. *Electio Abbatiſſæ ad Conventum pertineat.*

Datum Laterani IV. Nonas Novembris anno I.

I. I.

Ut conſtruatur Clariſſis Monaſterium Laudæ. Ibid. epiſt. 11.

Venerabili fratri Epiſcopo Papienſi.

§. I. Pia deſideria devotorum benigno libenter animo proſequimur, & eorum juſtis poſtulationibus aſſenſum benevolum impertimur. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Antonius de Fuxiraga, ſicut ex parte ipſius fuit expoſitum coram nobis, de ſalute propria cogitans, ac ad Ordinem celebrem ſanctæ Claræ ſpecialem gerens devotionis affectum, quaſdam domos in proprio fundo in Civitate Lauden. ea intentione conſtrui fecerit, ut ſit in eis ad laudem divini nominis Monaſterium dicti Ordinis, cui paratus eſt pro ſuſtentatione Abbatiſſæ & Monialium, quas ibi cupit inſtitui, competentes redditus aſſignare.

§. II. Nos ipſius nobilis pium in hac parte propoſitum proſequi favorabiliter intendentes, ejus ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eodem nobili faciente quod offert, auctoritate noſtra domos prædictas nomine Ordinis memorati recipiens, ſtatuas ibi perpetuis temporibus fore Monaſterium, in quo per Moniales Ordinis ſupradicti Domino ſerviatur, ipſumque Monaſterium Ordini prædicto incorporans, provideas illi hac prima vice de aliqua perſona idonea, Ordinem eumdem profeſſa, quæ ſciat & poſſit ſa-

lubriter gubernare, præficiendo eam in Abbatiſſam Monaſterii prælibati, eique munus benedictionis impendas, ac ibidem perſonas aliquas cupientes ſub eodem Ordine Domino famulari, de quibus expedire videris, recipi facias in Monachas & Sorores. Contradictores, &c. *Poſtpoſita compeſcendo*, Jure diœceſani Epiſcopi in dicto Monaſterio ſemper relicto.
Datum Laterani Nonis Novembris anno 1.

III.

Revocat ad ſe controverſiam inter regulares & clerum Meten. exortam. Ibid. epiſt. 21.

Dilectis filiis Abbati Monaſterii ſancti Manſueti extra muros Tullen. & Archidiacono majoris, ac decano ſancti Bengulphi Tullen. Eccleſiarum.

Conſtitutionis meminit Bonifacii VIII. §. I. DUdum felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter cupiens diſcordiam, quæ inter Prælatos & Rectores ſeu Sacerdotes & Clericos Parochialium Eccleſiarum ex una parte, & Prædicatorum & Minorum Ordinum Fratres ex altera, ſuper prædicationibus fidelium populis faciendis, audiendis eorum confeſſionibus, pœnitentiis injungendis eiſdem, & tumulandis defunctorum corporibus, qui eligunt apud Fratrum ipſorum loca vel Eccleſias ſepulturam, prorſus evellere, quamdam ſuper his conſtitutionem edidit, in qua ubi, quando, & quomodo liceat eiſdem Fratribus prædicare, hujuſmodi confeſſiones audire, pœnitentias injungere, qualiter etiam ipſi Fratres liberam habeant ſepulturam, & de quarta obventionum per eos eiſdem Parochialibus Sacerdotibus & Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Curatis integraliter exhibenda plenius continetur.

§. II. Nuper vero ex parte dilectorum filiorum Prioris & Fratrum Prædicatorum, ac Guardiani Fratrum Minorum Meten. fuit expoſitum coram nobis, quod cum idem prædeceſſor ſub obſervatione dictæ conſtitutionis, ad inſtantiam Rectorum ſeu Curatorum presbyterorum, & Clericorum Parochialium Eccleſiarum Meten. civitatis, & diœceſis ſuas vobis certi tenoris litteras direxiſſet, vos eiſdem Priori & Guardiano & Fratribus Meten. plura gravamina contra juſtitiam intuliſtis, propter quæ ex parte ipſorum ad Sedem fuit Apoſtolicam appellatum. (Monachi Fratribus graves.)

§. III. Verum vos appellationi non deferentes hujuſmodi, vices veſtras in hac parte dilectis filiis Joſrido Cancellario, Joanni Cercatori, & Magiſtro Petro de Vinea Canonico Eccleſiæ commiſiſtis, qui talis commiſſionis prætextu Priorem, Guardianum, & Fratres Meten. prædictos multipliciter contra juſtitiam aggravantes, appellatione prædicta contempta, diverſas in eos excommunicationum & interdicti ſententias pro eorum voluntatis libito promulgarunt.

§. IV. Cum autem ſuper his omnibus ex parte dictorum Prioris, Guardiani, & Fratrum Meten. ad nos habitus ſit recurſus, nos quieti partium providere ac obviare ſcandalis, quæ præmiſſorum occaſione dicuntur in illis partibus exoriri, ſalubriter intendentes, ac propterea poteſtatem vobis in eiſdem litteris traditam, totumque negotium ad examen Apoſtolicum revocantes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſuper his ulterius, per vos, vel alium ſeu alios procedere nullatenus præſumatis, quin potius eiſdem ſubdelegatis veſtris inhibere curetis, ne ſe de his quomodolibet intromittant. Nos (Jubentur ut a gravaminibus deſiſtant.)

enim

enim nihilominus ex nunc irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam contigerit attentari. Omnes vero ſententias latas, & proceſſus habitos ſuper his, per vos vel ſubdelegatos eoſdem, omnemque ipſorum ſententiarum & proceſſuum effectum ſuſpendimus, uſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum voluntatis.

Datum Lateran. VIII. Idus Novembris anno 1.

IV.

Revocat quædam per Bonifacium VIII. in Monaſterio ſancti Silveſtri de Urbe conſtituta. Ibid. epiſt. 238.

Dilectis in Chriſto Filiabus Joannæ Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſancti Silveſtri de Capite de Urbe, Ordinis Minorum Sororum incluſarum.

§. I. Dudum felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter auctoritate Apoſtolica ſtatuit, * ut in Monaſterio veſtro, in quo Ordo Sororum Minorum incluſarum ſervatur, & tunc etiam ſalubriter ſervabatur, ex tunc Ordo ſeu regula ſanctæ Claræ a piæ memoriæ Urbano Papa IV. prædeceſſore noſtro edita, ſervaretur, & quod Abbatiſſa, Sorores, & Converſi, quos, & quas poſt ſtatutum hujuſmodi in ipſo Monaſterio profiteri contingeret, Regulam ſupradictam, ac ſecundum eam perpetuo vivere tenerentur, quodque prælibatum Monaſterium eſſet, & diceretur dicti Ordinis ſanctæ Claræ. Præcipiens nihilominus, quod perſonæ illæ tunc in Monaſterio ipſo degentes, quæ in eo erant, dictum Ordinem Sororum Minorum incluſarum profeſſæ, & profiteri nollent regulam prælibatam, deberent in aliis Monaſteriis ipſius Ordinis, quem profeſſæ fuerant, collocari. Decrevit quoque idem Prædeceſſor, ut dilectus filius noſter Matthæus ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, qui eſt, & tunc erat gubernator, ac ceteri Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui eſſent pro tempore Gubernatores, Protectores, & Correctores aliorum Monaſteriorum ejuſdem Ordinis ſanctæ Claræ, ac Ordinis Fratrum Minorum, eſſent de cetero Gubernatores, Protectores, & Correctores prælibati Monaſterii veſtri, perſonarum, atque bonorum ipſius, & in præfato Monaſterio, perſonis, & bonis ejus poteſtatem haberent, ſicut in aliis Monaſteriis præfati Ordinis ſanctæ Claræ.

* *Vide Bullam 35. Bonif. VIII. in regeſt. tom. 2.*

Ea quæ ab Urbano IV. ſtatuta ſunt recenſentur

§. II. Demum autem hujuſmodi ſtatuti prætextu, tam per Cardinalem præfatum, quam etiam per dilectum filium Petrum Garlengi Canonicum Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ex commiſſione ab eodem Cardinali ſuper hoc ſibi facta, vobis requiſitis, & monitis, quod infra certum terminum per illos præfixum, vel profiteremini regulam prædictæ Sanctæ, aut illam profiteri nolentes, clauſuram præfati Monaſterii exirent, ut juxta tenorem dicti ſtatuti poſſent in aliis Monaſteriis veſtri Ordinis collocari: quia requiſitionibus & monitionibus hujuſmodi minime paruiſtis, fuerunt per eoſdem Cardinalem & Canonicum in perſonas veſtras excommunicationis, ac in dictum veſtrum Monaſterium interdicti ſententiæ promulgatæ. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum ex ſtatuto prædicto, quod ſine aliqua cauſa rationabili editum fuiſſe aſſeritis, & proceſſibus, ac ſententiis prælibatis inde ſecutis, gravium turbationum & dolorum ſitis aculeo ſauciatæ, ac circa regularem obſervantiam, quæ in Monaſterio ipſo vigere ſolebat, nimium in derogationem

Excommunicatio, & Interdictum contra Monaſterium promulgantur.

nem cultus divini nominis impeditæ, ac nonnulla bona dicti Monaſterii occaſione præfati ſtatuti occupata exiſtant, & damna plurima vobis, & eidem Monaſterio irrogata, & alias vos & Monaſterium ipſum ſuſtinueritis in ſpiritualibus & temporalibus non modica detrimenta, providere in hac parte vobis & dicto Monaſterio de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. III. Nos igitur præmiſſis & aliis, quæ circa ea conſideranda erant, diligenter penſatis, intendentes vobis de illius providentiæ remedio ſubvenire, per quod vos & Monaſterium ipſum a prædictis gravaminibus & diſpendiis relevari, ad ſalubrem & tranquillum ſtatum reduci, et in eo utiliter conſervari poſſitis, vobis primitus per dilectum filium noſtrum Gentilem tituli ſancti Martini in montibus presbyterum Cardinalem, de mandato noſtro beneficio abſolutionis a vinculo excommunicationis, juxta Eccleſiæ formam impenſo, ac interdicti hujuſmodi ſententia relaxata, prædictum ſtatutum, ac omnes proceſſus, & ſententias, et quæcumque alia contra vos, vel prædictum Monaſterium ſecuta ſunt, ex ipſo ſtatuto, vel ob id, auctoritate Apoſtolica revocamus, caſſamus, et irritamus, et omnino carere viribus nunciantes &c. uſque ad *Obſervationem ipſorum aliquatenus non teneri*.

A quibus abſolvitur.

§. IV. Volumus quoque, ut bonorum temporalium Monaſterii veſtri, quæ occaſione dicti ſtatuti, vel alias de mandato ejuſdem prædeceſſoris Bonifacii, adempta fuerant, nec non fructuum et redditauum medio tempore perceptorum, ex eis vobis reſtitutio plena fiat: Nulli ergo omnino hominum liceat &c. uſque ad *ſe noverit incurſurum*.

Datum Laterani III. Non. Januarii anno 1.

V.

Dirimit controverſias exortas inter Prædicatores & Minores circa diſtantiam ſuorum ædificiorum. Ibid. in append. epiſt. 62.

Dilectis filiis Prioribus Provincialibus, ceteriſque Fratribus Prædicatorum, ac Generali & Provincialibus Miniſtris, ceteriſque Fratribus Minorum Ordinum.

§. I. Licet ea, quæ de mandato Sedis Apoſtolicæ fiunt, plenam obtineant firmitatem, Nos tamen illis aliquando Apoſtolicæ confirmationis robur adjicimus, ut magis illibata perſiſtant, cum noſtro fuerint præſidio communita. Petitio ſiquidem veſtra nobis exhibita continebat, quod olim inter vos Prædicatorum ex una parte, voſque Minorum Ordinum Fratres ex altera, ſuper nonnullis locis veſtris, & cannarum diſtantiis, quæſtionibus, litibus, et diſcordiis pluribus in diverſis mundi partibus, non abſque gravi fidelium ſcandalo inſurgentibus, quarum aliquæ coram nonnullis Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aliiſque judicibus conſervatoribus, eorumque ſubdelegatis pendebant, et in eorum aliquibus nonnulli habiti erant proceſſus, latæque ſententiæ, et appellationes hinc inde etiam interjectæ; felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter, bonæ memoriæ M. Epiſcopo Portuenſi, nobiſque tunc tituli ſanctæ Sabinæ presbytero Cardinali, omnes lites et cauſas hujuſmodi tunc exortas, et quæ poſſent inter vos occaſione hujuſmodi exoriri, judicio, vel compoſitione amicabili decidendas commiſit oraculo vivæ vocis. Noſque ac idem Epiſcopus in his, auctoritate commiſſionis hujuſmodi, procedentes, per viam amicabilis compoſitionis ſtatuen-

Diſcordiarū cauſa recenſentur.

tuendum duximus, & etiam ordinandum, ut in his cauſis et negotiis, quæ inter vos nondum deciſa, vel definita eſſent per amicabilem compoſitionem, vel judicialem ſententiam, quæ in rem tranſiſſet judicatam, quibuſcumque privilegiis de cannis a Sede memorata vobis conceſſis, et quibuſvis aliis ſententiis latis, proceſſibus ſuper hoc habitis, aut appellationibus interjectis, nequaquam obſtantibus, utraque pars Eccleſias, et loca veſtra, ſicut ea primo tenebatis et inhabitabatis, ſic teneatis in antea et habitetis libere in eiſdem. Pontificia proviſio.

§. II. Verum quia hujuſmodi ſtatutum, et ordinatio, propter varias occupationes, ac propter abſentiam dicti Epiſcopi, ſe de mandato prædeceſſoris ipſius ad partes aliaa transferentis, non fuerunt effectum ſortita, idem prædeceſſor poſtmodum nobis tunc Epiſcopo Oſtienſi, ac dilecto filio noſtro G. tituli ſancti Martini in montibus Presbytero Cardinali, omnes lites, cauſas et negotia hujuſmodi commiſit modo ſimili decernenda. Noſque ac idem Cardinalis ſtatutum ſeu ordinationem prædicta mandavimus perpetuis futuris temporibus obſervari, ac nihilominus de voluntate procuratorum utriuſque partis ordinavimus, atque ſtatuimus, quod ſi aliqui ex vobis Eccleſias, vel Oratoria ſua ex tunc ampliare, vel conſtruere vellent, hoc eis quoad omnem plagam liceat, illa dumtaxat excepta, quæ reſpicit locum Ordinis alterius, verſus quam conſtructio, vel ampliatio nulla fiat, niſi forſan ultra duodecim cannarum ſpatium ab eorum Eccleſiis menſurandarum per aera, etiam ubi alias ſecundum locorum diſpoſitionem, et ædificiorum regularium legem conſtrui, vel ædificari non poſſet, ſed ſicut ſtabatis antea, privilegiis, & de cannarum ſpatiis, vel quibuſvis proceſſibus nequaquam obſtantibus, ita ubilibet perſiſteretis. Per hoc autem noluimus impedire, quin vobis invicem de cannarum ſpatiis, ſi velletis, gratiam poſſetis facere ampliorem, prout in patentibus litteris inde confectis, noſtro, quo tunc utebamur, dictique Cardinalis ſigillis munitis, hæc omnia ſerioſius continentur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati ſtatuta & ordinationes hujuſmodi provide ac rite facta, rata & grata habentes, ea auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; tenorem dictarum litterarum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt.

§. III. *Miſeratione divina frater Nicolaus Oſtien. & Velletren Epiſcopus, & frater Gentilis tituli ſancti Martini in montibus Presbyter Cardinalis, univerſis Judicibus, Conſervatoribus, delegatis & ſubdelegatis ab eis a Sede Apoſtolica deputatis, ſeu in antea deputandis ſalutem in Domino ſempiternam. Cæleſtis agricolæ mira benignitas ſacros Prædicatorum & Minorum Fratrum Ordines pro ſalute fidelium in horto plantavit Eccleſiæ, qui velut agri virtutum fructiferi ſuperni roris benedictione perfuſi, dono Domini cultores habent induſtrios, viros beatæ vitæ producunt, ac eis in Eccleſia univerſali ad divini nominis laudem & gloriam, fideliumque ſalutem fructus ſuccreſcunt uberes & ſalubres; propterea nos ad eorum, quantum cum Deo poſſumus intendentes augmentum, efficax ſtudium libenter impendimus, & diligentem ſollicitudinem adhibemus, ut iidem Ordines, ſopitis diſcordiis, in ſinceræ dilectionis fervore perſiſtant, & in gratia perſeverent ſolidæ caritatis. Sane quia ex eo, quod inter hujuſmodi Fratres Prædicatorum & Minorum Ordinum, quos omnimodam decet ſanctitatem, & pacem, in diverſis mundi provinciis ſuper ipſorum ordinum locis, & cannarum diſtantiis coram nonnullis Eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, & aliis etiam diverſis Judicibus, Conſervatoribus, delegatis & ſubdelegatis ab iis, non abſque fidelium gravi ſcandalo plurimorum, quæſtiones inſurgebant variæ, & nonnulli* Litteræ Cardinalium deputatorum.

nulli ſuper illis habiti proceſſus, lataque ſententiæ, ac etiam hinc inde appellationes erant ad Sedem Apoſtolicam interjectæ, ipſorum Fratrum famæ laudabili derogari quam plurimum videbatur, ſanctiſſimus Pater & Dominus noſter, Dominus Bonifacius Papa VIII. velut pius pater, & pacis amator, cupiens ut inter Fratres ipſorum Ordinum ad invicem pax & concordia jugiter vigeat, regnet amor, caritas ferveat, & animorum identitas perſeveret, Venerabili Patri fratri Matthæo Portuen. & ſanctæ Ruffinæ Epiſcopo, ac nobis fratri Nicolao prædicto, tunc temporis tituli ſanctæ Sabinæ Presbytero Cardinali, omnes cauſas, lites, controverſias, & quæſtiones hujuſmodi, quæ ad invicem inter Fratres ipſorum Ordinum vertebantur, ſeu verti uſque nunc poterant, & oriri, anno Pontificatus ſui v. Kalendas Auguſti decidendas judicio, ſeu amicabili compoſitione terminandas commiſit oraculo vivæ vocis, & hujuſmodi commiſſione reverenter recepta, ſuper his cauſis, & negotiis, quæ nondum deciſa, ſeu definita judiciali ſententia dignoſcebantur, a qua appellatum non fuerat, & ubi alias negotium non dignoſcebatur amicabili fuiſſe compoſitione ſopitum, auctoritate commiſſionis hujuſmodi diligenti collatione præhabita, proceſſimus & ſtatuimus, per viam compoſitionis amicabilis, & ordinavimus, quod dicti Fratres Prædicatorum & Minorum Ordinum abique videlicet, ſicut præmittitur, negotium fuiſſe deciſum non dignoſcebatur, ita quod jam in rem tranſiviſſe judicatam dignoſceretur, ſicuti tenebant, & inhabitabant Eccleſias, Monaſteria, & loca quælibet ante tempus quæſtionum ac proceſſuum, appellationum, commiſſionum hujuſmodi, ſic & in antea in perpetuum libere teneant, ſtent, inhabitent, celebrentque divina, quibuſcumque privilegiis de centum quadraginta cannis Fratribus Ordinum prædictorum, ſive de trecentis cannis certis locis Ordinum eorumdem, a Sede memorata conceſſis, & quibuſvis proceſſibus citra definitivas ſententias nulla appellatione ſuſpenſas, & quæ jam in rem tranſiviſſe judicatam dignoſcebantur, ac appellationibus, & hinc inde propoſitis & probatis, & aliis præmiſſorum occaſione ſecutis nequaquam obſtantibus, ac ſi ea lata, habita, interpoſita, & propoſita, approbata a principio non fuiſſent. Verum quia id, quod ſicut præmittitur, ſuper præmiſſis & ſingulis ſtatutum & ordinatum fuerat auctoritate prædicta, propter varias occupationes, nec non & abſentiam prædicti Patris Portuen. & ſanctæ Ruffinæ Epiſcopi, quem idem Dominus noſter Papa Bonifacius Papa VIII. extra Romanam Curiam ex certis cauſis legatum Sedis Apoſtolicæ duxit poſtmodum deſtinandum, remanſerat incompletum, tamdem præfatus Dominus noſter Papa Bonifacius quieti & paci Fratrum ipſorum Ordinum volens paterna ſollicitudine providere, nobis fratri Nicolao Oſtienſi & Velletren. Epiſcopo, & fratri Gentili tituli ſancti Martini in Montibus Presbytero Cardinali prædictis, ipſo Portuen. Epiſcopo in legatione hujuſmodi abſente, mox omnes cauſas, lites, quæſtiones, controverſias, & negotia hujuſmodi eadem auctoritate oraculo vivæ vocis commiſit modo ſimili terminanda. Qui hujuſmodi commiſſione reverenter recepta, ſuper præmiſſis, cauſis, & negotiis omnibus, auctoritate commiſſionis præfatæ, proceſſimus, eaque modo, quo ſupra narratur prius ordinatum fuiſſe, amicabili compoſitione terminavimus, & terminamus, & ſupradictam ordinationem ſive compoſitionem, & terminationem, & compoſitionis ejuſdem ſive ordinationis, & terminationis modum, & formam ratam habentes & approbantes, eam innovavimus, & etiam innovamus, & adhærentes eidem, a Fratribus ipſorum Ordinum, propter bonum pacis, quod exinde utrique Ordini provenire conſpeximus, per omnia teneri & obſervari perpetuo, eadem auctoritate ſtatuimus & ordinavimus, atque decrevimus omni impedimento ceſſante. Statuimus in-

inſuper & ordinavimus, auctoritate qua ſupra, & de voluntate procuratorum Ordinum prædictorum, quod ſi forte aliqui ex Fratribus antedictis Eccleſias, vel ipſorum Oratoria ex tunc ampliare vel conſtruere voluerint, quod hoc eis quoad omnem plagam liceat excepta illa parte, quæ directe reſpicit locum alterius Ordinis eorumdem Fratrum, verſus quam partem conſtructio, vel ampliatio Oratorii, vel Eccleſiæ nulla fiat, niſi forſan per duodecim cannarum ſpatium, ubi alias ſecundum locorum diſpoſitionem, & ædificiorum regularium legem conſtrui, vel ædificari non poſſet, ſed ſicut ſtabant ante tempus proceſſuum & appellationum, ac commiſſionum hujuſmodi, privilegiis de cannarum ſpatiis & quibuſvis proceſſibus nequaquam obſtantibus, ita ſtabunt ubilibet Fratres Ordinum prædictorum. Per hoc tamen non intendimus impedire, quin Fratres ipſi ſibi adinvicem de cannarum ſpatiis, ſi voluerint, gratiam facere valeant ampliorem. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fecimus ſigillorum noſtrorum appenſione muniri. Datum Anagniæ anno Domini MCCC. *die* XXVIII. *menſis Julii, Pontificatus dicti Domini Bonifacii Papæ VIII. anno* VI.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis &c. *ſe noverit incurſurum*. Datum Laterani Nonis Januarii anno I.

VI.

Unit Monaſterio Clariſſarum de Gordiano Eccleſiam ruralem ſancti Donati.
Reg. Vat. epiſt. 130.

Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii de Gordiano Ordinis ſanctæ Claræ Valuen. diœceſis.

§. I. Sacræ Religionis honeſtas, ſub qua virtutum Domino ſervitis, expoſcit ut Apoſtolica Sedes vos, & Monaſterium veſtrum, illa gratia favorabiliter proſequatur, quæ veſtris fore conſpicitur neceſſitatibus opportuna. Nequeunt Moniales ex Monaſterii redditibus ſuſtentari.

§. II. Cum itaque, ſicut dilectus filius noſter Jacobus de Gordiano Pœnitentiarius noſter, fundator dicti Monaſterii nobis expoſuit, facultates veſtræ ſint adeo tenues & exiles, quod non poteſtis ex eis congrue ſuſtentari; Nos volentes vobis de alicujus ſubventionis remedio providere, dicti Pœnitentiarii ſupplicationibus inclinati, ruralem Eccleſiam ſancti Donati prope Monaſterium prædictum Valuen. diœc. cui cura non imminet animarum, ſubjectam Prioratui ſancti Liberatoris de Majella Theatin. diœceſis, ad Monaſterium Caſſinen. ſpectan. in qua vos & nullus alius, jus patronatus habetis, & in qua Rectoris inſtitutio ad Præpoſitum, vel Priorem dicti Prioratus, qui eſt pro tempore, pertinet, & qua etiam Prior vel Præpoſitus antedictus, ac Conventus dicti Prioratus certum cenſum valoris duorum Florenorum auri, vel circa conſueverunt percipere annuatim, cum juribus & pertinentiis ſuis vobis, & per vos dicto Monaſterio in uſus proprios, auctoritate Apoſtolica deputamus, nihil juris in ea Venerabili fratri noſtro Epiſcopo Valuen. Priori, vel Præpoſito, Conventui, Monaſterio & Prioratui ſupradictis quomodolibet reſervando, quin potius Eccleſiam ipſam a juriſdictione & poteſtate, ac dominio Epiſcopi, Præpoſiti, vel Prioris, & Conventus prædictorum, ac Abbatis & Conventus dicti Monaſterii Caſſinen. prorſus eximimus, et ab omni jure, quod ipſi Epiſcopus, Monaſterium, vel Prioratus, Prior, vel Præpoſitus, Abbas et Conventus haberent

Eccleſia S. Donati cum ſuis juribus Monialibus conceſſa.

Quæ ab omnibus eximitur Epiſcopalibus Juribus.

in ea penitus liberamus, vobis auctoritate prædicta nihilominus concedentes, ut cedente, vel diſcedente dilecto filio Nicolao Rectore dictæ Eccleſiæ, libere poſſitis ejuſdem Eccleſiæ poſſeſſionem apprehendere, eamque in uſus retinere prædictos, cujuſquam aſſenſu minime requiſito, ac decernentes ex nunc irritum et inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam contigerit attentari. Proviſo quod in eadem Eccleſia faciatis per aliquem presbyterum in divinis officiis deſerviri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ deputationis &c. *Se noverit incurſurum.*

Datum Laterani II. Idus Januarii anno I.

VII.

Ut conſecret Eccleſiam Clariſſarum de Clarendale. Ibid. epiſt. 379.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Mogunt.

Petitio cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Reginæ illuſtris, relictæ claræ memoriæ A. Regis Romanorum nobis exhibita continebat, quod licet olim iidem Rex & Regina de ſalute propria cogitantes, Monaſterium Monialium de Clarendale Ordinis ſanctæ Claræ tuæ diœceſis, tua ſuper hoc obtenta licentia, conſtruxerint, et dotaverint congruenter, tu tamen Eccleſiam ipſius Monaſterii dedicare ſine cauſa rationabili denegaſti, et conſecrationi hujuſmodi per alium faciendæ aſſenſum præſtare denegas minus juſte, ſuper hoc ab eadem Regina humiliter requiſitus. Nos igitur volentes, ut tam pium ipſius Reginæ propoſitum debitum ſortiatur effectum, fraternitati tuæ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi præmiſſa veritati nitantur, dictam Eccleſiam prout ad tuum ſpectat officium, ad requiſitionem ipſius Reginæ ſine difficultate qualibet conſecrare procures. Alioqui Venerabili fratri noſtro Archiepiſcopo Treveren. noſtris damus litteris in mandatis, ut ipſe ex tunc auctoritate noſtra prædictam Eccleſiam ſtudeat dedicare.

Datum Laterani XVI. Kalend. Februarii anno I.

VIII.

Unit Monaſterio Clariſſarum Taurinen. Eccleſiam ruralem ſancti Benedicti. Ibidem in appendic. epiſt. 107.

Venerabili fratri Epiſcopo Aſten. & dilectis filiis Præpoſito de Cherio Taurinen. Diœc. & Primicerio Taurinen.

§. I. Injunctæ nobis debitum ſervitutis expoſcit, ut de perſonis Eccleſiaſticis, religioſis præcipue ſollicite cogitantes providere curemus neceſſitatibus eorum, ut eo devotius, quo liberius valeant ſuum Domino reddere famulatum.

Tenues Monaſterii facultates. §. II. Cum itaque Abbatiſſa et Conventus Monaſterii ſancti Franciſci Taurinen. Ordinis ſanctæ Claræ, ſicut ex parte ipſarum Venerabilis frater noſter P..... Epiſcopus Parmenſis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarius expoſuit coram nobis, adeo tenues habeant facultates, quod ex eis nequeant commode ſuſtentari; Nos eiſdem Abbatiſſæ et Conventui paterno in hac parte compatientes affectu, ac volentes eis propter hoc, et obtentu dicti Epiſcopi, qui pro ipſis noſtram gratiam ſuppliciter imploravit, de alicujus ſubventionis remedio providere, di-

Digitized by Google

diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum, per vos vel alium, ſeu alios Eccleſiam ruralem ſancti Benedicti ſitam prope Taurinum Monaſterio prædicto vicinam, dummodo ad id dilectorum filiorum Præpoſiti et Capituli Eccleſiæ S. Bernardi de Monte Jovis Ordinis S. Auguſtini, Auguſten. diœceſis, qui eam ad ſe aſſerunt pertinere, accedat aſſenſus, cum juribus et pertinentiis ſuis in uſus proprios concedere et aſſignare curetis, ita quod cedente vel decedente Rectore, qui nunc eſt ipſius Eccleſiæ ruralis, vel alio quovis modo ea vacante, poſſint eadem Abbatiſſa et Conventus ruralis Eccleſiæ jurium et pertinentiarum prædictarum poſſeſſionem apprehendere, et in uſus retinere prædictos pro earum neceſſitatibus relevandis, cujuſquam aſſenſu minime requiſito, nihil juris in ea Venerabili fratri noſtro Epiſcopo et Epiſcopatui Taurinen. ſeu dictis Præpoſito et Capitulo, vel cuiquam alii reſervato, facientes eas pacifica illorum poſſeſſione gaudere. Non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari &c. *Specialem fieri mentionem*. Contradictores &c. *Poſtpoſita compeſcendo*.

Monialibus Eccleſia ſancti Benedicti conceſſa.

Datum Laterani x. Kal. Martii anno 1.

IX.

Inſtituuntur conſervatores Prædicatorum & Minorum, & executores privilegii circa ſepulturas &c. Ibid. ep. 122.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Ravennaten. & Bononien. & Paduan. & Firman. Epiſcopis.

§. I. SUper egenum nuper intendentes & pauperem, & dantes operam animarum ſaluti, quondam inter Prælatos, Rectores Parochialium Eccleſiarum, & Clerum ſecularem ex parte una, & Fratres Prædicatorum & Minorum Ordinum ex altera, tam ſuper Prædicationibus libere ab eiſdem Fratribus faciendis & audiendis confeſſionibus eis peccata ſua confiteri volentium, quam ſuper canonica portione, & Epiſcopali quarta de relictis ipſis Fratribus, ſive in communi, ſive eorum ſingulis minime detrahenda, ſpecialem conſtitutionem edidimus, prout in eadem conſtitutione, quæ incipit. * *Inter cuncta*. Hæc & alia plenius & ſerioſius continentur.

§. II. Sed quia parum eſſet jura condere, niſi qui ea tueatur, exiſteret; Nos volentes conſtitutionem prædictam irrefragabiliter obſervari, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios Fratribus dicti Ordinis Prædicatorum Provinciæ Lombardiæ inferioris, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, ac facientes conſtitutionem eamdem quoad omnia ejus capitula, prout jacet, firmiter obſervari, non permittatis contra tenorem ipſius, memoratos Fratres moleſtari a prædictis Prælatis, Rectoribus, & Clero, ſive aliis, vel eis gravamina, aut injurias irrogari, facturi ipſis Fratribus de illatis eis injuriis, moleſtationibus & gravaminibus, ac de extorta ab eis canonica portione, & quarta Epiſcopali prædictis contra tenorem eumdem, in illis videlicet, quæ judicialem requirant indaginem, per viam judicii; in aliis vero prout qualitas eorum exegerit, juſtitiæ complementum, ita quod officium, poteſtas, & juriſdictio veſtra ex nunc perpetua cenſeantur. Moleſtatores & injuratores hujuſmodi, nec non contradictores, & rebelles quandocumque, & quotie-

* *Habetur in corpor. juris inter Extrav. commu. tit.* de privilegiis. Præcipitur Epiſcopis, ut Fratribus aſſiſtant.

 tie-

tieſcumque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus tam de duabus dietis in Concilio Generali, quam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quarum prima cavetur, ne quis certis exceptis caſibus, extra ſuam Civitatem & Diœceſim, ſecunda vero ne reus alterius Diœceſis ultra unam dietam a finibus ejuſdem Diœceſis ad judicium evocetur, & aliis quibuſcumque conſtitutionibus a prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de Judicibus delegatis, quam Conſervatoribus, aut aliis editis, quæ veſtræ poſſent in hac parte juriſdictioni, aut poteſtati, ejuſque libero exercitio quomodolibet obviare, ſeu ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod excommunicari, ſuſpendi, aut interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, & quibuſvis aliis indulgentiis, & privilegiis, & litteris Apoſtolicis quibuſcumque, & in quacumque forma verborum conceſſis, per quæ præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta dictæ juriſdictionis ſive poteſtatis explicatio poſſit quomodolibet impediri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, de verbo ad verbum oporteat in noſtris litteris fieri mentionem. Eamdem inſuper vobis eiſdem modo & forma per omnia juriſdictionem & poteſtatem concedimus circa conſervationem aliorum privilegiorum, quæ iidem Fratres a nobis habent, vel a Romanis Pontificibus hactenus habuerunt.

Datum Laterani vi. Idus Martii anno 1.

X.

Ut curent Minoritas in civitate Aquen. pacifice poſſe habitare. Reg. Vatic. epiſt. 554.

Venerabilibus Fratribus Laſcuren. Ruthenen. ac Aſſiſinaten. Epiſcopis.

§. I. Oblata nobis dilectorum filiorum Guardiani & Conventus Ordinis Fratrum Minorum Aquen. petitio continebat, quod dudum inter magnificos Principes Francorum, & Angliæ Reges illuſtres, guerrarum diſcriminibus, peccatis exigentibus, in partibus Vaſconiæ ſuſcitatis, duces exercitus, & officiales præfati Regis Franciæ in prædicta Provincia aſſerentes, quod per locum dictorum Guardiani & Conventus conſtitutum extra muros civitatis Aquen. Provinciæ ſupradictæ gravia poterant eidem Civitati pericula provenire, locum ipſum deſtrui fecerunt pro eorum libito voluntatis, in eorumdem Guardiani & Conventus grave diſpendium & jacturam. Demum vero, quia memorati Duces, & officiales reparare vel reædificare dictos Guardianum & Conventum præfatum locum nullatenus ſuſtinebant, iidem Guardianus & Conventus adhuc conſtitutionis felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ prohibet, ne aliqui de Ordine memorato in Civitate, Caſtro, Villa, ſeu loco quocumque locum ſeu domos de novo recipere, ſeu hactenus recepta mutare præſumant abſque Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali, certam notitiam non habentes, quadam neceſſitate compulſi, infra muros Civitatis ejuſdem emerunt domos & plateas, in quibus habitationem eis neceſſariam & oratorium conſtruxerunt.

§. II. Cumque poſtmodum præfata conſtitutio ad Venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Aquen. notitiam perveniſſet, ipſe præfatum Oratorium Ec-

Eccleſiaſtico interdicto ſubjecit, et in omnes officia audientes divina, vel ſepulturam eligentes ibidem, excommunicationis ſententiam promulgavit. Quare pro parte prædictorum Guardiani & Conventus fuit nobis humiliter ſupplicatum; ut eis, quod in prædictis habitatione & Oratorio, ut prædicitur, infra muros Civitatis præfatæ libere remanere valerent, concedere dignaremur.

§. III. Nos igitur eorumdem Guardiani & Conventus ſupplicationibus inclinati, ipſis quod in ſæpedictis habitatione & Oratorio, conſtitutione præfata aliquatenus non obſtante, licite remanere poſſint, auctoritate litterarum noſtrarum duximus indulgendum. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios eumdem Epiſcopum ad revocandum prædictas excommunicationis & interdicti ſententias, auctoritate noſtra, prout juſtum fuerit, compellentes, prædictos Guardianum & Fratres, quin in prædicto loco libere & in pace remaneant, ab aliquibus impediri vel moleſtari nullatenus permittatis. Contradictores &c. *Poſtpoſita compeſcendo*.

Datum Laterani VI. Idus Martii anno 1.

XI.

Ut poſſit duo Monaſteria Clariſſarum in ſuo dominio ædificare. Ibidem epiſt. 791.

Dilecto filio nobili viro Henrico, Duci Sileſiæ, & Domino Glogovii.

§. I. Devotorum vota, quæ ſalutis operibus obſecundantur, libenter Apoſtolico favore proſequimur, & eis aſſenſum gratioſum, & benevolum impertimur. Sane petitio tua nobis nuper exhibita continebat, quod tu de propria ſalute cogitans, & cupiens terrena pro cœleſtibus, & tranſitoria pro æternis ſalubri commercio commutare, duo Monaſteria Ordinis ſanctæ Claræ in terra tua ædificare proponis de bonis propriis pariter & dotare, pro tuæ ac parentum tuorum animarum remedio ſalutari. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut ſuper hoc licentiam tibi concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque in hac parte votis tuis, quæ ſicut credimus, de fonte puritatis emanant, favorabiliter annuentes, tuis ſupplicationibus inclinati, conſtruendi tuis ſumptibus & expenſis in terra tuæ Juriſdictioni ſubjecta, in locis propriis ad hoc aptis prædicta duo Monaſteria, aſſignatis tamen prius bonis ſtabilibus, quæ ſufficiant pro ipſorum Monaſteriorum dotatione decenti, & locorum diœceſani in hujuſmodi Monaſteriis conſtruendis, poſtquam conſtructa fuerint, juribus ſemper ſalvis, liberam tibi concedimus auctoritate præſentium facultatem. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Laterani XV. Kal. Aprilis anno 1.

XII.

Eximit Minoritas ab omni Ordinariorum juriſdictione. Ibid. epiſt. 19. & ſupplem. Ord. Minor. tract. 2. fol. 31.

Dilectis filiis Generali & Provincialibus, ac univerſis Ordinis Fratrum Minorum.

Inter ceteros Ordines, quos cœleſtis agricolæ ſumma benignitas in horto plantavit Eccleſiæ &c. ut in bulla ſexta Bonifacii VIII. in regeſto

ſto Tomi v. uſque ad *Plenitudine poteſtatis*, ita quod nec etiam ratione delicti commiſſi, vel initi contractus, aut rei ſitæ, poſitæ vel exiſtentis contra loca veſtra exempta, poſſitis coram eis, non obſtante conſtitutione felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri in contrarium edita, impeti, moleſtari, ſeu quomodolibet contravenire; decernentes vos & Ordinem ipſum immediate eidem Sedi, ac ſoli tantummodo Romano Pontifici ſubjacere. Eccleſias inſuper, Oratoria, domos ac loca quæ tenetis & inhabitatis ad præſens, ac tenebitis & inhabitabitis in futurum, dum & quoties vos illa tenere, & inhabitare contigerit, exempta prorſus exiſtere, nulloque medio Sedi ſubeſſe decernimus prælibatæ. Nulli ergo omnino hominum &c. *Se noverit incurſurum*.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum IV. Nonas Aprilis Pontificatus noſtri anno 1.

XIII.

Fit Epiſcopus Foropopulien. Reg. Vatic. epiſt. 789.

Venerabili fratri Epiſcopo Foropopulien.

§. I. IN ſupremæ dignitatis ſpecula, licet immeriti, diſponente Domino, conſtituti, curis continuis angimur, & pulſamur inſultibus ſucceſſivis, ut de perſonis talibus provideatur Eccleſiis Paſtoribus viduatis, quarum induſtria & virtute eædem Eccleſiæ in ſuis juribus, & libertatibus conſerventur, reddatur tranquillior Cleri ſtatus, & commodis ſalutis & gaudii plebs lætetur.

§. II. Dudum ſiquidem Foropopulien. Eccleſia per obitum bonæ memoriæ I. Foropopulien. Epiſcopi Paſtoris ſolatio deſtituta, licet Pepo de Ordelaſſis Archipresbyter Eccleſiæ de ſancto Martinio Foropopulien. diœceſis fuiſſet a Præpoſito, & Capitulo ipſius Eccleſiæ in Epiſcopum Foropopulien. electus; tamen felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter, electionem ipſam certis ex cauſis caſſans & irritans, ſeu caſſam & irritam nuncians, proviſionem ipſius Eccleſiæ ea vice diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervavit, decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Sed eodem Prædeceſſore ſublato de medio, nos ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, indemnitati ipſius Eccleſiæ occurrere cupientes, venerabili fratri noſtro R. tunc Epiſcopo Vicentin. in Archiepiſcopum Ravennaten. electo, in illis partibus commoranti, providendi ea vice auctoritate noſtra dictæ Foropopulien. Eccleſiæ de perſona idonea, eamque præficiendi ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem, plenam & liberam conceſſimus per noſtras ſub certa forma litteras, facultatem.

§. III. Sane dicto Archiepiſcopo nulla per eum proviſione facta Eccleſiæ ſupradictæ, ad Romanam Curiam veniente, nos de ipſius Eccleſiæ ordinatione utili, ne prolixioris vacationis ſuſtineret incommoda, mente vigili cogitantes, & talem illi præeſſe Pontificem cupientes, per quem poſſit dicta Eccleſia ſalubriter gubernari, conſiderantes quoque laudabilia tuæ converſationis & vitæ merita, honeſtatem morum, donum ſcientiæ, aliaſque virtutes, quibus te bonorum dator Altiſſimus decoravit, in te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem direximus oculos mentis noſtræ, teque de conſilio Fratrum noſtrorum eidem Eccleſiæ præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem dictæ Foropopulien. Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, & ſub-

& ſubſequenter munus conſecrationis tibi de noſtris manibus duximus impendendum, firma ſpe fiduciaque tenentes, quod dicta Foropopulien. Eccleſia, Deo auctore, per tuæ induſtriæ ac circumſpectionis fructuoſæ ſtudium, præſervabitur a noxiis, & ſpiritualibus ac temporalibus proficiet incrementis. Quocirca fraternitati tuæ mandamus, quatenus regimen ipſius Eccleſiæ reverenter ſupportans, & proſequens diligenter, ſic in animarum tibi commiſſarum cura ſollicitum, ſic in ejuſdem Eccleſiæ utilitatibus ſpiritualiter & temporaliter procurandis te reddas attentum, quod in die diſcuſſionis extremæ rationem de talento tibi credito redditurus, illud duplicatum afferas committenti, ſicque tua fama erga remotos & proximos clareat per effectum, quod in delectationem nobis veniat te opportuno tempore proſequi gratioſe, ac tuis deſideriis favorem benevolum impertiri.

Datum Peruſiæ 11. Kal. Junii anno 1.

XIV.

Ut admittat pro Clariſſis Monaſterium Coloniæ inchoatum, & Sorores introducat. Ibidem epiſt. 776.

Miniſtro Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Colonienſis.

§. I. Petitio tua nobis exhibita continebat, quod quondam Richardis Comitiſſa Juliacen. cupiens pro animæ ſuæ ſalute unum Monaſterium in civitate Colonienſi ad honorem ſanctæ Claræ, in quo Sorores Ordinis ejuſdem Sanctæ collocarentur, fundari, quamdam aream ad hoc aptam ſitam in civitate prædicta, & certam quantitatem pecuniæ deputavit pro hujuſmodi Monaſterio conſtruendo. Quidam quoque civis Colonien. pro ædificatione ipſius Monaſterii quamdam pecuniæ ſummam in ſua ultima voluntate legavit, & jam eſt dictum Monaſterium in eadem area inchoatum, ad hæc poſtmodum conſenſu bonæ memoriæ Vieboldi quondam Colonien. Archiepiſcopi accedente.

§. II. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut tibi, quod præfato Monaſterio cum officinis neceſſariis conſummato, Sorores ibidem ponere, ac ipſas & Monaſterium antedictum Ordini incorporare præfato; quodque ad informationem Sororum ipſarum in regularibus diſciplinis tres vel quatuor de Monialibus de Nuſſia ejuſdem Ordinis, Colonienſis diœc. de Conventu ejuſdem Monaſterii, ac prædictarum aſſumendarum Sororum aſſenſu recipere, & ad ipſum Monaſterium transferre poſſis, concedere dignaremur.

§. III, Nos igitur tuis ſupplicationibus inclinati, devotioni tuæ ponendi præfatas Sorores in Monaſterio ſupradicto, ipſaſque, Monaſterium & Sorores memorato incorporandi Ordini, & tres vel quatuor Moniales prædicti Monaſterii de Nuſſia, quæ præfatas Sorores inſtruant & informent regularibus diſciplinis, de Conventu prædicti Monaſterii, & prædictarum Sororum aſſumendarum aſſenſu, recipere & transferre ad ipſum Monaſterium ſanctæ Claræ, ſæpedicto Monaſterio, ut prædicitur, conſummato, libere valeas, plenam concedimus auctoritate præſentium facultatem. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Peruſii 11. Nonas Junii anno 1.

XV. *Exi-*

XV.

Eximuntur a ſolutione decimarum. Ibidem epiſt. 794.

Dilectis in Chriſto filiabus univerſis Abbatiſſis, & Sororibus Monaſteriorum Ordinis ſanctæ Claræ, ſecundum regulam ipſius Ordinis, ab Urbano Papa IV. prædeceſſore noſtro inſtitutam, viventibus tam præſentibus, quam futuris.

§. I. Sacra veſtra Religio, ſub qua devotum Creatori noſtro famulatum impenditis, promeretur, ut Apoſtolica Sedes favorabilem ſe vobis exhibeat, & in veſtris opportunitatibus gratioſam. Hinc eſt, quod nos pium & congruum reputantes, ut vos illa proſequamur gratia, quæ veſtris neceſſitatibus fore conſpicitur opportuna, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ad præſtationem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & juſtis modis, præſtante Domino, acquiſiveritis in futurum, vel ad exhibendum annuum redditum, ſeu cenſum veſtris Diœceſanis Epiſcopis, ſeu pedagia, telonia, & alias exactiones quibuſvis Regibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus, vel etiam ad dandum procurationes aliquas legatis vel nuntiis Apoſtolicæ Sedis, ſive ad decimam, vel aliam portionem, aut ſubventionem aliquam de veſtris proventibus cuiquam exhibendam, vel ad contribuendum in actionibus, vel collectis, ſeu ſubſidiis aliquibus minime teneamini, nec ad id per litteras Sedis ejuſdem vel Legatorum ejus, aut quorumcumque aliorum, etiamſi in eiſdem dictæ Sedis litteris contineatur expreſſe, quod ad quævis exempta, vel non exempta loca, & Monaſteria ſe extendant, & aliqua eis cujuſcumque tenoris exiſtat, ipſius Sedis indulgentia non obſiſtat, niſi forſan dictæ litteræ Sedis ejuſdem de indulto hujuſmodi, & Monaſteriis veſtris ipſis plenam & expreſſam fecerint mentionem, ac nihilominus a juriſdictione & poteſtate Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum diœceſanorum veſtrorum, & quorumcumque aliorum eximimus vos, & loca, & Monaſteria veſtra de gratia ſpeciali.

§. II. Nos enim ex tunc irritas decernimus & inanes interdicti, ſuſpenſionis, & excommunicationis ſententias, ſi quas in vos vel aliquos veſtrum, aut loca, & Monaſteria veſtra, ſeu quoſcumque alios occaſione veſtri, præmiſſorum prætextu, contra hujuſmodi conceſſionis & exemptionis noſtrarum tenorem per quemcumque de cetero contigerit promulgari. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, exemptionis & conſtitutionis &c.

Datum Peruſii VI. Idus Junii anno 1.

Mortuo Benedicto XI. anno MCCCIV. Nonis Julii. Poſt undecim ferme menſium Interpontificium.

CLE-

CLEMENS V.

Eligitur anno MCCCV. *Nonis Junii*.

Anno Christi 1305. Clemens V. anno 1.

I.

Ut non obſtante juramento contrario, poſſint ſepeliri in ſuo cœmeterio. Regeſt. Vatic. epiſt. 106.

Dilectis in Chriſto filiabus Aremburgi Abbatiſſæ, & Marcheſiæ, ceteriſque Sororibus Monaſterii Minoriſſarum ſanctæ Claræ Petragoricen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

§. I. Petitio veſtra nuper nobis exhibita continebat, quod a te, Aremburgi, olim ante tuum religionis ingreſſum, & in ipſo ingreſſu, Cuſtos & Fratres Ordinis Minorum Petragoricen. juramentum corporaliter exegerunt, quod in cœmeterio ipſorum Fratrum, te faceres obitus tui tempore ſepeliri; vos quoque Marcheſia, & ceteræ ſingulæ Sorores præſtitis eiſdem Cuſtodi & Fratribus profeſſionum veſtrarum tempore corporaliter juramentum, quod ad id nullum impedimentum vel obſtaculum præſtaretis.

§. II. Cum autem tu, Aremburgis, deſideres, & reliquæ cupiant in cœmeterio Monaſterii tui Petragoricen. in quo tuum Ordinem es profeſſa, cum te mori contigerit, inhumari, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere vobis in hac parte de opportuno remedio dignaremur.

§. III. Nos itaque veſtris ſuper hoc ſupplicationibus inclinati, vos & veſtrum quamlibet ab hujuſmodi præſtito juramento liberamus & abſolvimus, de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ita quod ad ipſius obſervationem nullatenus teneamini, tibi Aremburgi nihilominus indulgentes, ut juramento non obſtante prædicto, poſſitis in præfato ipſius Monaſterii tui cœmeterio, juxta tui Ordinis inſtituta, libere ſepeliri. Nulli ergo noſtræ liberationis, abſolutionis & conceſſionis &c.

Datum Burdegal. XI. Kal. Septembris anno I.

II.

Ut poſſit diſpenſare cum Sororibus ſui Monaſterii in variis caſibus. Ibidem epiſt. 107.

Dilectæ in Chriſto filiæ Aremburgi Abbatiſſæ Monaſterii ſanctæ Claræ Petragoricen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

Quanto ſtudioſius tu, & Sorores tui Monaſterii divinæ contemplationi vacatis Domino famulando, tanto tuæ & illarum quieti libentius providemus in iis maxime, quæ veſtrarum ſalutem reſpiciunt animarum. De tuæ igitur honeſtatis induſtria, & circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, ut cum Miniſtri Provincialis Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Aquitaniæ, cum eum in civitate Petragoricen. adeſſe contigerit, eo vero abſente a civitate prædicta, cum Cuſtodis Petragoricen. ejuſdem Ordinis conſilio & aſſenſu, poſſis cum Sororibus tui Monaſterii, & earum qualibet diſpenſare in omnibus

& ſingulis caſibus, in quibus Generalis Miniſter ejuſdem Ordinis, cum eiſdem Sororibus diſpenſare poſſet, qualibet Apoſtolica vel prædictorum Ordinum conſtitutione contraria non obſtante, auctoritate tibi præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum ut ſupra.

III.

Confirmatur donatio earum Monaſterio facta. Ibidem epiſt. 115.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Minoriſſarum ſanctæ Claræ Petragoricen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

SAcri Ordinis veſtri religio, ſub qua virtutum Domino laudabiliter militatis, ac devotionis veſtræ ſinceritas promeretur, ut veſtris profectis intendentes, petitiones, quæ nobis pro vobis pro tempore porriguntur, favorabiliter ad exauditionis gratiam admittamus. Sane dilectus filius nobilis vir Elias Comes Petragoricen. nobis humiliter ſupplicavit, ut cum ipſe vobis, et Monaſterio veſtro dederit perpetuo et conceſſerit decimas in parochia Eccleſiæ ſancti Laurentii de Pradolf Petragoricen. dioec. ad eum, ut aſſerit, pertinentes, quas ipſe et progenitores ſui diu poſſediſſe, ac habuiſſe noſcuntur, necnon decimas de novalibus ejuſdem Parochiæ, in quantum ad eum ipſæ decimæ de novalibus pertinebant, ſeu poterant pertinere, confirmare vobis, et eidem Monaſterio omnes hujuſmodi decimas de ſpeciali gratia ex certa ſcientia dignaremur. Nos itaque ipſius Comitis ſupplicationibus inclinati, dationem et conceſſionem hujuſmodi ratam et gratam habentes, ipſam auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, et præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c.

Datum ut ſupra.

IV.

Liberantur a ſolvendis decimis. Ibidem epiſt. 105.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Minoriſſarum ſanctæ Claræ Petragoriten. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

PIetatis opera, cujus obſervantiæ vos pro Chriſti gloria deputaſtis, adeo vobis Apoſtolicæ Sedis gratiam promerentur, quod dignum reputamus et debitum, ut ea, quæ cum Deo et honeſte poſſumus, favore vobis benevolo concedamus. Ea propter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris ſupplicationibus inclinati, ut de terris, et poſſeſſionibus, aliiſque bonis immobilibus, quæ ex contractibus, vel quaſi contractibus gratuitis, vel etiam oneroſis acquiſiviſtis hactenus, vel in futurum, annuente Domino, licite acquirere vos contigerit, uſque ad eam videlicet quantitatem, quod decima fructuum, redditum, et proventuum bonorum eorumdem centum libras Turonen. parvorum, ſecundum ipſius æſtimationem decimæ, annuum valorem non excedant, etiamſi novalia fuerint dicta bona, nulli decimam ipſam ſolvere ullo umquam tempore teneamini, nec aliquis ad id vos arctare valeat, niſi vos ad alium Ordinem transferretis, auctoritate vobis præſentium indulgemus, excommunicationis autem, vel interdicti aut ſuſpenſionis ſententias, quas in vos generaliter vel ſpecialiter, aut Monaſterium veſtrum propterea ferri

con-

contigerit, ex nunc irritas decernimus et inanes, et nullius exiſtere firmitatis.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. et conſtitutionis infringere &c. Datum ut ſupra.

In eumdem modum Abbatiſſæ, et Conventui Monaſterii Minoriſſarum de Rupella Ordinis ſanctæ Claræ Xantonen. Diœceſis.

Anno Chriſti 1306. Clementis V. anno 1. & 2.

V.

Fit Epiſcopus Groſſetanus. Ibid. epiſt. 145.

Fratri Neuſtauro electo Groſſetan.

§. I. Militanti Eccleſiæ, diſponente Domino, licet immeriti, præſidentes circa curam ipſius,ſollertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta Paſtoralis officii debitum, commiſſi nobis Dominici gregis cuſtodiam utiliter gerere, divina cooperante clementia, ſtudeamus, & quamquam aſſidue circa ſingularum Eccleſiarum commoda vigilemus, tamen circa illas, quæ deplorant viduitatis incommoda, propenſiori ſollicitudine, ac majori excitamur inſtantia, ut eis præficiamus viros providos in paſtores.

§. II. Olim ſiquidem Groſſetana Eccleſia ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, per obitum bonæ memoriæ Joannis Epiſcopi Groſſetani paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum præfixa, ut eſt moris, pro futuri electione Pontificis convenientes in unum, & Spiritus Sancti gratia invocata, poſt diverſos tractatus inter ſe ſuper hoc habitos, deliberantes in hujuſmodi electionis negotio per viam procedere compromiſſi, uni ex ſeipſis videlicet Tancredo Præpoſito ipſius Eccleſiæ providendi canonice ipſi Eccleſiæ de Prælato conceſſerunt unanimiter poteſtatem, promittentes illum in eorum & dictæ Eccleſiæ Epiſcopum & paſtorem recipere, & habere, quem idem Præpoſitus vice ſua, & totius Capituli duceret eligendum. Ipſe vero Præpoſitus hujuſmodi poteſtate recepta, ſecedens in partem, poſt diligentem ſuper hoc deliberationis excurſum, ejuſdem compromiſſi forma ſervata, & habens in hoc præ oculis ſolum Deum, in te Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, tunc Guardianum Maſſæ, direxit oculos ſuæ mentis, ac in te ſua & totius ejuſdem Capituli, & de ipſorum aſſenſu, ex prædicta poteſtate, ſibi, ut præmittitur, tradita, te in Epiſcopum Groſſetanum, elegit, moxque in communi electionem hujuſmodi, & demum Clero, & populo publicavit; iidem quoque Capitulum electionem ipſam voluntarie, & concorditer acceptarunt. Tuque poſtmodum tui ſuperioris petita licentia & obtenta, ad ipſius Præpoſiti & Capituli inſtantiam electioni prædictæ infra tempus canonicum conſentiens, propter hoc ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſti, & deinde tam per te ipſum, quam iidem Capitulum per eorum certos Procuratores, & nuntios ad Sedem eamdem propter hoc ſpecialiter deſtinatos, præſentato nobis dictæ electionis decreto, a nobis infra tempus debitum, ſuppliciter poſtulaſti, ut confirmare electionem hujuſmodi dignaremur.

§. III. Nos igitur tam electionis ejuſdem, quam tuæ examinationem perſonæ, venerabili fratri Nicolao Epiſcopo Oſtien. & dilectis filiis noſtris Stephano tituli ſancti Cyriaci in Thermis Presbytero, ac Neapoleoni ſancti Adriani Diacono Cardinalibus duximus committendam. Facta ita-

itaque nobis ſuper examinatione ipſa a præfatis Epiſcopo & Cardinalibus relatione fideli, quia eamdem electionem invenimus de te, litterarum ſcientia prædito, morum honeſtate decoro, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuo, & in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpecto canonice celebratam, ipſam de prædictorum & aliorum Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, duximus confirmandam; teque præfatæ Groſſetanæ Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, firma ſpe, fiduciaque concepta, quod eadem Eccleſia Groſſetana per tuæ circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa.

§. IV. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino ſuſcipiens reverenter, curam & adminiſtrationem ejuſdem Groſſetanæ Eccleſiæ ſic diligenter geras, & ſollicite proſequaris, quod Eccleſia ipſa Gubernatori circumſpecto, ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ac bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus plenius diffundatur, & præter benedictionis æternæ præmium, benevolentiæ noſtræ gratiam exinde plenius conſequaris.

Datum apud ſanctum Ciricum prope Lugdunum XIV. Kalendas Martii anno I.

VI.

Creatur Epiſcopus Cajetanus. Ibid. epiſt. 123.

Franciſco electo Caetan.

§ I. Summi providentia Principis, cujus ineffabilis potentiæ magnitudo cœleſtia pariter & terrena diſponit, ordinat, & gubernat ſublimis Apoſtolici culminis ſolio, licet immeriti, præſidentes ad univerſas orbis Eccleſias, præſertim cathedralibus titulis inſignitas, aciem conſiderationis extendimus, & de ipſorum ſtatu propenſioribus ſtudiis cogitamus, opem & operam impendendo ſollicitam, & Apoſtolici favoris auxilium adhibendo, ut, cum illas contingit paſtoris gubernatione deſtitui, eis, ne prolixæ vacationis experiantur incommoda, diſpendiis prægraventur, per noſtram curioſam ſolertiam pulſis procul obſtaculis, ac impedimentis quibuslibet eminus relegatis, celeris proviſionis & utilis votiva celebritas illuceſcat.

§. II. Olim ſiquidem Cajetana Eccleſia ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, per obitum bonæ memoriæ Matthæi Epiſcopi Cajetani paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii capitulum ejuſdem Eccleſiæ, qui de antiqua, & approbata hactenus pacifice obſervata conſuetudine, ad electionem futuri Paſtoris, cum eamdem Eccleſiam vacare contingit, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ procedere nequeunt, a cœtu Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, pro eo quod tunc in palatio civitatis Peruſinæ ſubclauſum manebant, dum Sedes ipſa per obitum bonæ memoriæ Benedicti Papæ XI. prædeceſſoris noſtri vacaret, hujuſmodi licentiam petere nequiverunt, licet ad petendum hujuſmodi licentiam eorum certos Procuratores, & nuntios ad ipſorum Cardinalium collegium, ut dicitur, deſtinaſſent. Poſtmodum autem nos, ſuperna diſpoſitione ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti, ſuper hujuſmodi impendenda licentia ab eiſdem Capitulo minime requiſiti, de ipſius Eccleſiæ, utpote fidelis, & devotæ Sedis Apoſtolicæ filiæ, ordinatione celeri, ne prolixioris va-

ca-

cationis expoſita remaneret incommodis, ſollicite cogitantes, poſt vigilem, quam ad præficiendum eidem Eccleſiæ idoneam & approbatam perſonam adhibuimus diligentiam, ad te Ordinem Fratrum Minorum Profeſſum, virum utique litterarum ſcientia præditum, morum etiam gravitate decorum, religionis zelatorem, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, ac ſuper aliis multiplicibus virtutum donis per dilectum filium nobilem virum Robertum Ducem Calabriæ, primogenitum cariſſimi in Chriſto filii noſtri Caroli Siciliæ Regis illuſtris, cujus Ducis confeſſor exiſtis, multipliciter commendatum, direximus oculos noſtræ mentis.

§. III. Quapropter volentes tam gregi dominico, quam dictæ Eccleſiæ ſalubriter providere, te de Fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica eidem Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo.

§. IV. Tolle igitur jugum Domini tam leve collis humilibus, quam ſuave, & in dilectione Domini, paſcendum ſuſcipe gregem ejus, ſuper quem noctis vigilias diligens, ſollicituſque cuſtodi, ut liber non pateat aditus invaſori, & Dominus inſuſpicabili hora venturus, ſi te invenerit ſic agentem, curſu conſummato, qui tuo proponitur labori, ſuper multa te conſtituat, & in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula introducat.

Datum apud ſanctum Ciriacum prope Lugd. XII. Kalendas Martii anno I.

Anno Christi 1307. Clementis V. anno 2. & 3.

VII.

Ut poſſint exire mendicatum. Ibid. epiſt. 123.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Sororibus Monaſterii ſanctæ Claræ Burdegallen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

Odor famæ veſtræ laudabilis, obſervantia regularis, & alia laudabilia merita, quibus virtutum Domino deſervitis, digne nos excitant & inducunt, ut opportunitatibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus, benignis & gratioſis favoribus occurramus. Cum itaque, ſicut aſſeritis, adeo premamini onere paupertatis, quod vos oporteat a Chriſti fidelibus caritative quærere victum veſtrum: nos veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut propter hoc, & pro veſtris aliis negotiis honeſte ac utiliter procurandis, cum licentia tamen Miniſtri Provincialis Fratrum Ordinis Minorum, vobis & veſtro Monaſterio præſidentis, veſtrum exire locum, meſſium videlicet per unum menſem, & tantumdem vindemiarum temporibus, anno quolibet libere valeatis, quacumque conſtitutione Apoſtolicæ Sedis, ſeu quibuslibet ſtatutis, vel conſuetudinibus veſtri Ordinis contrariis, juramento, confirmatione Sedis ejuſdem, vel quacumque alia firmitate vallatis, non obſtantibus. Ita tamen, quod Soror juvenis ſine Sorore ſene aliquatenus non incedat. Præſentibus poſt triginta annos minime valituris. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum apud Laureum Montem Burdegall. Diœc. ſeptimo Idus Novembr. anno III.

VIII. *Con-*

VIII.

Confirmantur quædam donationes eis factæ. Ibid. epiſt. 182.

Dilectis in Christo filiabus Arremburgi, Sorori dilecti filii nobilis viri Eliæ comitis Petrogoricen. Abbatiſſæ, & Marqueſiæ filiæ dicti Comitis, aliiſque Sororibus, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Petragoricen. Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ.

CUm ſicut oblata nobis ex parte dilecti filii nobilis viri Eliæ Comitis Petragoricen. petitio continebat, idem Comes quamdam dimidietatem decimæ, quam habebat, ſuique prædeceſſores habebant ab antiquo in Parochia Eccleſiæ ſancti Laurentii de Prador Petragoricen. Diœc. quæ in terra ſuæ jurisdictionis exiſtit, necnon medietatem Quarterii reliquæ decimæ ejuſdem Parochiæ, quam acquiſivit a Raymundo Calculo ſeniore, & Raymundo Calculo juniore filio ejus, laicis dictæ Diœc. ad quos eadem medietas dicti Quarterii pertinebat, vobiſcum cum quibuſdam redditibus in ricompenſam dictarum decimarum receptis a vobis, duxerit permutandas. Nos ipſius Comitis ſupplicationibus inclinati, permutationem hujuſmodi ratam & gratam habentes, hujuſmodi decimas taliter permutatas, vobis & per vos Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis, &c. infringere, &c.

Datum Pictavis x. Kalendas Decembris anno III.

IX.

Confirmatur eis locus conceſſus Rupellæ. Ibid. epiſt. 117.

EISDEM.

AD cœleſtes delitias, mundanis relegatis illecebris, aſpirantes, triennio jam elapſo, religionis habitum aſſumpſiſtis, ſub quo ſponſo cœleſti devotum impenditis famulatum. Noſque propterea pium veſtrum propoſitum favore Apoſtolico proſequentes, petitionibus veſtris libenter annuimus, eaſque quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter exaudimus. Cum itaque, ſicut oblata nobis ex parte veſtra petitio continebat, cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Franciæ Illuſtris locum, quem habetis in Villa Rupellæ Xantonen. Diœceſis, tunc ad eum ſpectantem, vobis regali liberalitate contulerit intuitu pietatis; nos veſtris ſupplicationibus inclinati, locum eumdem, non obſtante quod ex parte univerſitatis dictæ Villæ a conceſſione hujuſmodi facta vobis de loco prædicto fuerit appellatum, vobis auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut in eo regula ſanctæ Claræ, ſub qua cœpiſtis Domino famulari, juxta modum aliarum Sororum Monaſteriorum Ducatus Aquitaniæ regulam profitentium antedictam, perpetuis temporibus obſervetur.

Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis, &c. ſi quis autem, &c. Datum ut ſupra.

X. *Ju-*

X.

Jubetur ut curam agat Clariſſarum Rupellen. Ibid. epiſt. 118.

Dilectis filiis Generali & Provinciali Provinciæ Turonen. Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

CUm dilectæ in Chriſto filiæ Airemburgis ſoror, & Marqueſia filia dilecti filii nobilis viri Eliæ Comitis Petragoricen. & aliæ Sorores Monaſterii ſanctæ Claræ Petragoricen. Ordinis ejuſdem Sanctæ, quemdam locum in Villa de Rupella Xantonen. Diœceſis acquiſiverint, in quo nonnullæ Sorores ſub dicta earum regula Domino famulantur; noſque locum eumdem eis duxerimus confirmandum, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus aliquos veſtri Ordinis Fratres, quos ad hoc idoneos eſſe videritis, deputetis ad viſitandum eaſdem Sorores dicti loci de Rupella, & ad miniſtrandum eis Eccleſiaſtica Sacramenta, prout animarum ſuarum ſaluti videritis expedire.

Datum ut ſupra.

XI.

Confirmatur permutatio redditųum. Ibid. epiſt. 37.

Dilecto filio Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum de Vindecino Carnoten. Diœceſis.

VEſtræ ſacræ religionis inducimur meritis, ut petitionibus veſtris favorabiliter annuamus. Cum itaque ſicut oblata nobis ex parte veſtra petitio continebat, permutationem feceritis cum dilectis filiis Abbate & Conventu majoris Monaſterii Turonen. Ordinis ſancti Benedicti, de decem ſolidis Turonen. parvorum annui redditus, vobis pro loci veſtri ampliatione legatis, pro duobus ſolidis ejuſdem monetæ annui redditus, qui dictis Abbati & Conventui debebantur ſuper quædam prædia dicto loco veſtro contigua. prout in patentibus litteris inde confectis plenius dicitur contineri; nos veſtris ſupplicationibus inclinati permutationem hujuſmodi ratam, & gratam habentes, eam auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus.

Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis, &c. Datum Pictavis III. Idus Decembris anno III.

ANNO CHRISTI 1308. CLEMENTIS V. ANNO 3. & 4.

XII.

Confirmatur quædam controverſiæ concordia. Ibid. epiſt. 314.

Dilectis filiis Guardiano, & Conventui Fratrum Ordinis Minorum de Manſo, Agennen. Diœceſis.

§. I. EX tenore veſtræ petitionis accepimus, quod dudum inter vos ex parte una, ac Bernardum Poleti utriuſque juris profeſſorem, Dominum loci de Manſo, necnon & Priorem, ac Raymundum Poleti Fratrem ejus, Canonicum Eccleſiæ, & nonnullos laicos ejuſdem loci de Manſo Agennen. Diœceſis ſuper quibuſdam injuriis, & exceſſibus con- Controverſiæ ſtatus.

contra vos & locum veſtrum commiſſis per eos ex altera, materia gravis diſſenſionis exorta; tandem vos ad noſtram præſentiam accedentes, ac ſuper injuriis & exceſſibus hujuſmodi contra Priorem, Canonicum, & laicos memoratos petentes, vobis per nos fieri juſtitiæ complementum, eoſque corrigi, & ſuper his indemnitati, & ſecuritati veſtræ de opportuno remedio provideri.

Ad quam diſſinienda Viri gravi prælati.

§. II. Nos dilecto filio Joanni Stephanelli Cantori ſancti Hilarii Pictaven. & Hugoni Geraldi Canonico Lemovicen. Eccleſiarum Cappellanis noſtris, commiſimus cauſam hujuſmodi alte & baſſe, omni juris ſolemnitate ſublata, de plano ſine ſtrepitu, & figura judicii, partium ipſarum ad id accedente conſenſu, judicio, vel concordia terminandam.

Mulcta Priori impoſita.

§. III. Dicti vero Cantor & Canonicus in præmiſſis procedere amicabiliter eligentes, inquiſita ſuper eiſdem exceſſibus diligentius veritate, habitoque ſuper ipſis plurium conſilio peritorum, pronunciaverunt & ordinaverunt inter alia, quod dictus Prior pro expenſis, damnis & intereſſe, quas & quæ vos in proſecutione cauſæ hujuſmodi ſubjiſtis, tercentas libras Monetæ Arnalden. tunc in dicto loco de Manſo currentium, hoc modo, videlicet centum infra Nativitatem Domini tunc proxime venturam, ac centum infra aliam ejuſdem Nativitatem immediate ſequentem, & reliquas centum libras dictæ monetæ infra tertiam prædictæ Nativitatis feſtivitatem ſecuturam, immediate vobis apud dictum locum Manſi ſolvere procuraret, quodque memoratus Prior vobis decem libras prædictæ monetæ in dicto loco de Manſo perpetuo ſingulis annis ſolvere teneretur, donec vobis tantumdem in redditibus duceret aſſignandum, pronunciantes dictum Priorem, ejuſque bona eſſe vobis propter hoc ſpecialiter obligata, de quibus decem libris idem Prior in feſto beati Franciſci quatuor libras, ac in translatione ipſius ſexaginta, & in ſancti Antonii de Ordine ipſo feſtivitatibus reliquos ſexaginta ſolidos ejuſdem monetæ perſolvat, ac ſolutionem eamdem vobis faciendam in feſto translationis ejuſdem proxime tunc ſequenti incipere teneretur.

§. IV. Quam quidem pronunciationem & ordinationem vos & dictus Prior expreſſe ratificaſtis, & etiam approbaſtis, promittentes illam ordinationem obſervare inviolabiliter, prout in inſtrumento publico inde confecto eorumdem Cantoris, & Canonici ſigillis munito plenius dicitur contineri.

§. V. Verum cum, ſicut aſſeritis, memoratus Prior in Turonen. duplicibus computato, quolibet Turonen. pro duobus & uno obolo Arnalden. dictas trecentas libras vobis ſolvere, & exhibere proponat, vos conſiderantes quod eſſetis per ſolutionem hujuſmodi in magna parte prædictæ pecuniæ defraudati, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut indemnitatibus veſtris providere ſuper hoc de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. V. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod dictæ trecentæ libræ de moneta, quæ tempore dictæ condemnationis in dicto loco de Manſo currebat, ac decem libræ præfatæ vobis ex nunc debere per dictum priorem, de moneta, quæ pro eodem tempore condemnationis ipſius, nunc autem de moneta, quæ currit ad præſens pro tempore præſenti ſolvantur, & in futurum de pecunia, quæ currere contigerit, perſolvetur, auctoritate Apoſtolica declaramus. Nulli ergo &c. noſtræ declarationis &c.

Datum Pictavis Nonis Februarii anno III.

Pro executione data eſt commiſſio Archiepiſcopo Burdegallen. & Agennen. & Caturcen. Epiſcopis.

XIII.

XIII.

Ut informent de gravaminibus illatis Minoritis Aurien. Ibid. epiſt. 257.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Compoſtellano, & dilectis filiis Archidiacono de Coronato, & Gundiſalvo Petri Canonico Eccleſiæ Compoſtellanæ.

§. I. GRave gerimus & moleſtum, cum ſiniſtra nobis de quibuſcumque perſonis, præſertim Eccleſiaſticis referuntur, ſed in Prælatorum exceſſibus eo gravius provocamur, quo damnabilius eorum culpæ remanent incorrectæ, cum facile trahatur a ſubditis, quod ab eis agitur in exemplum. Intimantibus ſiquidem nobis dilectis filiis Guardiano & Fratribus Conventus Fratrum Ordinis Minorum Civitatis Aurien. nuper accepimus, quod licet ipſi olim ſuper lite & quæſtione, quæ inter ipſos ex una parte, & venerabilem fratrem noſtrum P. Epiſcopum Aurien. ex altera, ſuper ſepulturis decedentium, prædicationibus faciendis, confeſſionibus audiendis, ſuper quibus dictus Epiſcopus ipſos Guardianum & Fratres indebite impediebat, & etiam perturbabat, dudum mota extitit apud Sedem Apoſtolicam, auctoritate Sedis ejuſdem obtinere pro eis definitivam ſententiam meruiſſent, ac poſtmodum venerabilis frater noſter Archiepiſcopus Bracharen. auctoritate litterarum dictæ Sedis, eamdem ſententiam exequens, in dictum Epiſcopum, quia canonice monitus prædictæ ſententiæ contumaciter parere contempſit, eadem auctoritate excommunicationis ſententiam, exigente juſtitia, promulgaſſet, idem tamen Epiſcopus debitam reverentiam ad Sedem prædictam non gerens, præfatos Guardianum & Fratres ſuper ſepulturis, prædicationibus, & confeſſionibus gravius ſolito impedire ac perturbare præſumit, ac nihilominus prædictam excommunicationis ſenten-tentiam per ſex annos & amplius animo indurato ſuſtinuit, & adhuc ſuſtinere tamquam famæ ſuæ prodigus non veretur.

Prælatorum culpæ graviores ceteris.

Diſſidium inter Fratres, & Epiſcopum Aurien. exortum.

Epiſcopus idem cenſuras ſpernit, quibus eſt innodatus.

§. II. Demum autem ex his contra prædictos Guardianum & Fratres rancore concepto, & abjecto Dei timore, pariter & amore de conſcientia & conſenſu Decani, & Archidiaconorum, necnon & quorumdam Canonicorum Eccleſiæ Aurien. contra prædictos Guardianum & Fratres per Caſtellanum, & alios Officiales, & familiares ipſius, alioſque adhærentes eiſdem, in loco ipſorum Guardiani & Fratrum dictæ Civitatis inſultum fieri faciens, ac fractis oſtiis Eccleſiæ, & domorum dicti loci, non ſine morte multorum, & verberatione ac vulneratione plurium Fratrum loci prædicti, ipſos Guardianum & Fratres ab eodem loco violenter ejici procuravit, Eccleſia, domibus, officinis, & aliis ipſius loci totaliter diſſipatis, nec his contentus, nonnulla bona depoſita in loco prædicto, libros, & veſtimenta, & ornamenta Eccleſiaſtica divino cultui deputata, refectorii, et coquinæ utenſilia, et quædam alia bona dictorum Guardiani et Fratrum inibi deputata, ibidem inventa exinde nequiter aſportari præcepit, partem ex bonis ipſis ad domum ejuſdem Epiſcopi, et partem ad dictam Eccleſiam Aurien. auſu neſario deferri facere attentando, ac alias dictis Guardiano et Fratribus per ſe et alios actualiter, et verbaliter damna gravia et injurias irrogando.

Fratres expedit, earumque bona ſurripit.

§. III. Nos autem nolentes, prout etiam nec debemus, prædicta, ſi veritate nitantur, ſub diſſimulatione tranſire, ſed ipſis Guardiano et Fratribus ſuper his intendentes de opportuno remedio providere, diſcre-

Commiſſa a Pontifice ſceleris inquiſitio.

ſcretioni veſtræ, de quorum circumſpectione fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus Deum habentes præ oculis, vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios inquiratis ſuper his, et ea contingentibus, tam contra dictum Epiſcopum, quam contra complices et ſequaces ipſius ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu et figura judicii, ac indagine non ſolemni, diligentius veritatem; et ea quæ ſuper his inveneritis fideliter inſcriptis redacta, ſub veſtris incluſa ſigillis, ad noſtram præſentiam quantocius tranſmiſſuri, ut informari poſſimus exinde, quod per nos in hujuſmodi negotio ſit agendum.

Datum Pictavis Idibus Martii anno III.

XIV.

Ut poſſint in cauſis neceſſariis exire ſepta Monaſterii. Ibid. epiſt. 287.

Dilectis in Chriſto filiabus Airemburgi Germanæ dilecti filii noſtri nobilis Viri Heliæ Talayrandi Comitis Petragoricen. Abbatiſſæ, & Marqueſiæ filiæ dicti Comitis, Sorori Monaſterii ſanctæ Claræ Petragoricen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

CUm ſicut ex parte veſtra fuit expoſitum coram nobis, vobis non liceat in regularibus inſtitutis veſtri Ordinis, veſtri Monaſterii ſepta egredi, abſque Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum licentia ſpeciali, vobiſque interdum expediat ratione infirmitatis dilecti filii nobilis viri Eliæ Talayrandi Comitis Petragoricen. fratris tui filia Airemburgis, tuique patris, filia Marqueſia, ac aliorum propinquorum & amicorum veſtrorum, necnon pro negotiis veſtri Ordinis promovendis, ſepta exire prædicta; Nos ſuper hoc vobis obtentu dicti Comitis nobis in hac parte ſupplicantis, providere volentes, ejuſdem Comitis ſupplicationibus inclinati, quod eadem ſepta cum ſocietate decenti aliarum Monialium honeſtarum veſtri Ordinis prædicti; quas ad hoc duxeritis eligendas, de licentia Provincialis Miniſtri, vel Cuſtodis dicti Ordinis Fratrum Minorum, exire pro hujuſmodi cauſis libere valeatis, contrariis inſtitutis dicti veſtri Ordinis nequaquam obſtantibus, auctoritate vobis præſentium indulgemus.

Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Datum Pictavis x. Kal. Aprilis anno III.

XV.

Ut poſſint recipere domicilium in caſtro Nicoteræ. Ibid. ep. 441.

Dilecto filio Miniſtro Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Calabriæ.

§. I. AD Ordinem Fratrum Ordinis Minorum, & profeſſores ipſius, per quos in horreum Domini ſalutis fructus uberes inferuntur, ſinceræ caritatis dirigentes affectum, ipſos in locis, in quibus per eorum miniſterium virtuoſum fidelium animæ delitiarum ſpiritualium refici valeant ubertate, libentius collocamus. Sane præſentata nobis ex parte tua petitio continebat, quod cum nonnulli laici de Caſtro Nicoteræ Militen. dioec. ad Ordinem, & profeſſores eoſdem ſpecialis devotionis habentes affectum, ac ſperantes per ipſorum ſalubrium actionum exempla efficacius dirigi ad ſalutem, apud te, & nonnullos alios ex profeſſoribus ipſis

ipſis quod in Caſtro ipſo aliquem locum Fratribus eiſdem accommodum recipere curaretis, frequentius inſtiterunt. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum in præfato Caſtro, quod pro majori parte inhabitatur a Græcis, Latini Sacerdotes aliqui non exiſtant, ad quos ipſi & alii, qui navigantes per mare, juxta quod præfatum Caſtrum ſitum fore dignoſcitur, frequenter declinant, recurrere valeant, pro iis quæ ad ſalutem pertinent animarum, recipiendi in eodem Caſtro locum hujuſmodi vobis concedere licentiam dignaremur.

§. II. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis recipiendi locum ipſum ſine juris præjudicio alieni, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & qualibet alia conſtitutione ſuper hoc in contrarium edita, non obſtante, plenam vobis licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Pictavis VI. Kal. Junii anno III.

XVI.

Aſſumitur ad Epiſcopatum Pacen. Ibid. fol. 766.

Venerabili fratri Simoni Epiſcopo Pacen.

§. I. Regimini univerſalis Eccleſiæ, diſponente Domino, licet immeriti, præſidentes circa curam ipſius ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta paſtoralis officii debitum, commiſſi nobis Dominici gregis cuſtodiam utiliter gerere, divina operante clementia, ſtudeamus; & quamquam aſſidue circa ſingularum Eccleſiarum commoda vigilemus, tamen erga illas, quæ deplorant viduitatis incommoda, propenſiori ſollicitudine, ac majori excitamur inſtantia, ut eis præficiamus viros idoneos in paſtores. Eccleſia Pacen. Paſtore viduata.

§. II. Olim ſiquidem Eccleſia Pacen. per obitum bonæ memoriæ Bernardi Epiſcopi Pacen. Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ primo quondam Petrum Decanum ejuſdem Eccleſiæ, & demum eodem Decano, antequam ſua fuiſſet electio confirmata, viam univerſæ carnis ingreſſo, Garſiam Cantorem ejuſdem Eccleſiæ in Pacen. Epiſcopum elegerunt, quamquam Alphonſus Cantor Eccleſiæ Hiſpalen. ab uno ejuſdem Eccleſiæ Pacen. Canonico fuiſſet in Pacen. Epiſcopum, ut aſſeritur, nominatus. Hujuſmodi autem electionis & nominationis negotio, per appellationes partium ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluto, ac eodem Garſia & Alphonſo propterea ad Sedem accedentibus ſupradictam, tamdem idem Alphonſus in noſtris, dictuſque Garſias in dilecti filii noſtri Lucæ ſanctæ Mariæ in Vialata Diaconi Cardinalis manibus reſignationem hujuſmodi, de mandato noſtro recipientis omnia vota, quæ dicto Garſiæ ex electione, præfato vero Alphonſo ex nominatione præfatis, quomodolibet competebant, ſponte ac libere reſignarunt. Nova electio ad ad Sedem Apoſtolicam devoluta.

§. III. Nos itaque reſignationes hujuſmodi ratas habentes, ac de ipſius Eccleſiæ Pacen. ordinatione ſollicite cogitantes, ne prolixioris vacationis expoſita incommodis remaneret, poſt diligentem, quam ad præficiendum eidem Pacen. Eccleſiæ idoneam, ac approbatam perſonam adhibuimus vigilantiam, in te Ordinem Fratrum Minorum profeſſo, & in Sacerdoto conſtituto, quem litterarum ſcientia præditum, virum quoque vitæ laudabilis, converſationis placidæ, ac morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuum, ac in ſpiritua- Eligitur Fr. Simon.

li-

libus, & temporalibus circumſpectum novimus, noſter animus requievit.

§. IV. Proinde igitur tam gregi Dominico, quam dictæ Pacen. Eccleſiæ intendentes ſalubriter providere, te de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ipſi Pacen. Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus, & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Pacen. Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo. Et ſubſequenter tibi fecimus, per Venerabilem fratrem noſtrum Leonardum Epiſcopum Albanen. munus conſecrationis impendi: in illo, qui dat gratias, & largitur proemia confidentes, quod præfata Pacen. Eccleſia, per tuæ induſtriam providentiæ a noxiis præſervabitur & adverſis, optatæ quoque proſperitatis ſpiritualiter & temporaliter proficiet incrementis.

Cui regimen cōmendatur.

§. IV. Quocirca fraternitati tuæ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino ſupportans humiliter, curam & adminiſtrationem prædictas ſic diligenter geras, et ſollicite proſequaris, quod ipſa gubernatori circumſpecto, ac fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, & bonæ famæ tuæ odor ex laudabilibus tuis actibus latius diffundatur, ac præter benedictionis æternæ proemium, benevolentiæ noſtræ gratiam exinde plenius merearis.

Datum Avenione Idibus Julii anno IV.

XVII.

Conceditur ut conſtruat Clariſſis Monaſterium in villa ſua Arlaten. Ibid. fol. 672.

Dilecto filio Nobili Viro Joanni de Cabilone, Domino de Arlato.

§. I. Sincera devotio, quam erga nos, et Sedem Apoſtolicam habere dignoſceris, promeretur, ut nos et illam in iis, quæ juſte poſtulas, tibi ſentias ad gratiam liberales. Oblata ſiquidem nobis ex parte tua petitio continebat, quod tu cupiens terrena pro cœleſtibus, et tranſitoria pro æternis felici commercio commutare, quemdam locum cum Oratorio, domibus et officinis ad opus Sororum Ordinis ſanctæ Claræ in Villa tua de Arlato Biſuntin. dioec. in loco congruo et honeſto, pro tuorum et parentum tuorum remedio peccatorum ædificare de novo deſideras propriis ſumptibus, et expenſis, et Sororibus, quas contigerit in eo Domino famulari, de neceſſariis providere.

§. II. Nos igitur tuis ſupplicationibus inclinati, ut præfatum locum cum Oratorio, domibus et officinis eiſdem, juxta hujuſmodi tuum deſiderium ad opus Sororum prædictarum libere et licite conſtruere valeas, ſine juris præjudicio alieni, plenam tibi auctoritate præſentium licentiam elargimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XVIII. Kal. Julii anno IV.

XVIII.

Ut ſuſcipiat regimen & curam Monaſterii Clariſſarum Arlaten. Ibid. fol. 673.

Dilecto filio Miniſtro Fratrum Ordinis Minorum in Provincia Burgundiæ.

Comes de Arlato locum Clariſſis conſignat.

§. I. Apoſtolicæ Sedis conſueta benignitas cunctorum juſtas petitiones admittere conſuevit, ſed illorum præcipue, qui nobilita-

tis

tis titulo inſigniti, ſe illius gratos affectibus per ſinceræ devotionis ſtudia repræſentant.

§. II. Cum itaque dilectus filius vir Joannes de Cabilone Dominus de Arlato quemdam locum cum Oratorio, domibus, & officinis ad opus Sororum Ordinis ſanctæ Claræ in eadem Villa ſua de Arlato Biſuntinæ diœceſ. ædificare propriis ſumptibus & expenſis, & eiſdem Sororibus, quas videlicet contigerit in eodem Domino famulari, pro ſuorum & parentum ſuorum remedio peccatorum de neceſſariis providere proponat; nos ut illa ædificare, & conſtruere valeat ſine juris præjudicio alieni, ſibi per alias noſtras litteras plenam duximus licentiam concedendam.

§. III. Quocirca mandamus, quatenus Sorores antiquas, bonas, & utiles, per quas novitiæ & juvenes Sorores, quæ in loco recipientur eodem, informari valeant regularibus diſciplinis, & locus ipſe ſalubrius gubernari, quas nobilis prædictus de provincia Burgundiæ duxerit eligendas, nec non & dictis Sororibus, quæ ſub cura Fratrum tui Ordinis vivere dignoſcuntur, & quas in eodem Monaſterio locari contigerit, Fratres ipſius Ordinis Minorum ad hoc idoneos, qui eas gubernent, ipſiſque miniſtrent Eccleſiaſtica Sacramenta, quos idem nobilis elegerit de provincia memorata, ſine difficultate concedas, cum ab ipſo fueris requiſitus. Moniales debent ſuper regul-erudiri.

§. IV. Nos enim dictis Sororibus ſic electis, quod Monaſteria in quibus morantur, ad præſens exire, & ad dictum Monaſterium ſe transferre valeant, conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua ſancitur, univerſas & ſingulas Moniales cujuſcumque Ordinis, vel religionis exiſtant, in quibuſcumque mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in ſuis Monaſteriis debere permanere clauſura; ita quod nulli earum religionem tacite vel expreſſe profeſſæ, ſit vel eſſe valeat, quacumque ratione vel cauſa, niſi in certis caſibus ibidem expreſſis, Monaſteria ipſa egrediendi facultas, nequaquam obſtante, plenam & liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem.

Datum ut ſupra.

XIX.

Ut ferant ſubſidia ſtructuræ Eccleſiæ Clariſſarum Leodonen. Ibidem fol. 933.

Univerſis Chriſti Fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

QUoniam, ut ait Apoſtolus, omnes ſtabimus ante Tribunal. &c. uſque *vitam æternam*. Cum itaque dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa & Sorores Monaſterii de Leodone Saſievo, Ordinis ſanctæ Claræ Biſuntinæ diœceſis quamdam Eccleſiam ædificare inceperint opere quam plurimum ſumptuoſo, nec ad ipſius conſummationem propriæ ſibi ſuppetant facultates. Univerſitatem veſtram rogamus, monemus & hortamur in Domino, in remiſſionem peccaminum injungentes, quatenus de bonis vobis a Deo collatis pias ad hoc eleemoſynas, & grata caritatis ſubſidia erogetis, ut per ſubventionem veſtram hujuſmodi opus valeat conſummari, & vos per hæc, & alia bona quæ, Domino inſpirante, feceritis, ad æternæ poſſitis fœlicitatis gaudia pervenire &c. Habes integram formulam. Tom. 1. fol. 425.

Datum Avenione x. Kalend. Septembris anno IV.

XX.

Confirmatur Regula tertii Ordinis Pœnitentium. Ibidem epiſt. 391.

Univerſis præſentes litteras inſpecturis.

TEnorem cujuſdam privilegii fœlicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, dilectis filiis Fratribus, et dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum Minorum de Pœnitentia conceſſi per nos viſi, et diligenter inſpecti de dicto originali ſumptum, ut de ipſo in poſterum certitudo plenior habeatur, præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pœnitentia tam præſentibus, quam futuris in perpetuum. Supra montem Catholicæ fidei, quam populus gentium, qui ambulabat in tenebris, diſcipulorum Chriſti ſincera devotio igne caritatis exæſtuans, verbo ſollicitæ prædicationis edocuit, quamque Romana tenet, & ſervat Eccleſia, ſolidum religionis Chriſtianæ poſitum noſcitur fundamentum, nullis unquam concutiendum turbinibus, nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Hæc eſt enim tota veraque fides, abſque cujus conſortio nemo in conſpectu Altiſſimi acceptus redditur, nemo gratioſus occurrit, hæc eſt, quæ ſalutis ſemitam præparat, & fælicitatis æternæ præmia grandia pollicetur. Ideoque glorioſus Chriſti Confeſſor, beatus Franciſcus, hujuſmodi Ordinis inſtitutor, viam accedendi ad Dominum verbo pariter & exemplo demonſtrans, in ipſius ſinceritate fidei ſuos filios erudivit, eoſque illam profiteri conſtanter, tenere firmiter, & opere voluit adimplere, ut per ejus ſemitam ſalubriter incedentes, mererentur poſt vitæ præſentis ergaſtulum æternæ benedictionis effici poſſeſſores. Nos igitur Ordinem ipſum opportunis favoribus proſequi, & ad ejus augmentum benignius intendentes, ſtatuimus, ut omnes, quos ad ſervandam hujuſmodi vitæ formam aſſumi contigerit, ante aſſumptionem ſeu receptionem ipſorum &c. ut ſupra in tomo II. *anno* MCCXXI. *num.* XVI. *uſque ad* poſtmodum publicandus. *Ceterum in præmiſſis omnibus, ad quæ Fratres & Sorores veſtri Ordinis, non ex divinis præceptis, vel ſtatutis tenentur Eccleſiæ, nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari, ſed impoſitam ſibi pœnitentiam pro tranſgreſſionis exceſſu prompta humilitate recipiat, & efficaciter ſtudeat adimplere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri ſtatuti & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Reate* XV. *Kal. Septembris, Pontificatus noſtri anno* II.

Datum Avenione III. Kal. Septembris anno IV.

XXI.

Ut poſſit ædificare Monaſterium Clariſſarum in urbe Mimaten. Ibidem epiſt. 905.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Rambaudæ, Dominæ de Tornello Mimaten. Diœceſis.

§. I. CUm ſicut ex parte tua fuit expoſitum coram nobis, tu quoddam Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ in civitate Mimaten. in

in fundo proprio ædificare intendas, ut in eo dilecta in Chriſto filia ſoror Rambauda ejuſdem Ordinis filia tua cum decenti collegio Monialium dicti Ordinis Domino famuletur, ac eidem Monaſterio pro ſuſtentatione ipſarum parata es competentes redditus aſſignare.

§. II. Nos hujuſmodi tuum pium in hac parte propoſitum in Domino commendantes, tuis ſupplicationibus inclinati, conſtruendi dictum Monaſterium, ſi de venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Mimaten. proceſſerit voluntate, liberam tibi concedimus, tenore præſentium, facultatem, ſine juris præjudicio alieni.

Datum in Prioratu de Grauvello.... prope Malauſan. Vaſionen. Diœc. v. Idus Novembris anno IV.

XXII.

Ut admittant Cœnobium in Villa Laberhanum. Ibidem epiſt. *651*.

Dilectis filiis Miniſtro Generali, & Fratribus Ordinis Minorum.

Religionis veſtræ merita, necnon dilecti filii nobilis viri Bernardi Comitis Aſtariaci devota ſupplicatio nos inducunt, ut ad veſtri propagationem Ordinis promptis intendamus affectibus, ac ejuſdem Comitis piis deſideriis favorabiliter annuamus. Cum itaque idem Comes, ſicut in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, pie deſideret, ut in Comitatu ſuo Aſtariacenſi, in Villa videlicet vocata Laberhanum, locus Fratrum ejuſdem Ordinis ad laudem divini nominis habeatur. Nos prædictorum intuitu meritorum, ac ejuſdem Comitis piæ ſupplicationis obtentu, volentes vos, & Ordinem ipſum favore proſequi gratioſo, recipiendi in dicta Villa locum, dicto Ordini congruum, ſi alias vobis legitime concedatur, ac juxta morem dicti Ordinis conſtruendi in eodem loco Eccleſiam & neceſſarias officinas, ac habendi hortum, & cœmeterium juxta illum, in quo Conventus eorumdem Fratrum perpetuo Domino famuletur, ſine juris præjudicio alieni, conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua prohibet ne Fratres ipſi ad alia loca ſe transferant, ſeu illa de novo recipiant, ſine Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, & qualibet alia ſuper hoc in contrarium edita non obſtante, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c.

Datum Avenione VII. Kal. Junii anno IV.

XXIII.

Conceditur eis domus Saccitarum. Ibidem epiſt. 408.

Dilectis filiis Guardiano & Fratribus Ordinis Minorum de Oxone Lincolnien. Diœceſis.

Exhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod propter arctitudinem loci veſtri de Oxone, vos & Fratres alii inibi ad generale ſtudium de diverſis mundi partibus in magna multitudine confluentes, defectus multiplices et incommoditates varias ſuſtinetis. Cum itaque locus Fratrum de Pœnitentia Jeſu Chriſti ejuſdem loci de Oxone eidem loco veſtro contiguus, a dictis Fratribus ſit in brevi, ut creditur, relin-

relinquendus, in diſpoſitione Sedis Apoſtolicæ juxta tenorem conſtitutionis a Gregorio Papa X. prædeceſſore noſtro in Generali Concilio Lugdunen. editæ remanſurus, ex parte veſtra nobis humiliter extitit ſupplicatum, ut locum ipſum pro ampliatione dicti loci veſtri vobis concedere dignaremur. Nos igitur veſtris, et dilecti filii nobilis viri Joannis de Britannia, Comitis Kichiemundæ, nobis ſuper hoc cum inſtantia ſupplicantis, precibus inclinati, locum prædictum cedentibus vel decedentibus Fratribus ſupradictis, aut illum quomodolibet dimittentibus, vobis de ſpeciali gratia concedimus, et donamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis &c. uſque ad *ſe noverit incurſurum*.

Datum Avenione vi. Kal. Junii, Pontificatus noſtri anno iv.

XXIV.

Ut poſſint admittere Monaſterium Chingeſvelden. Ibidem epiſt. 670.

Dilectis filiis Miniſtro Generali & Fratribus Ordinis Minorum.

§. I. Religionis veſtræ merita, necnon dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Eliſabethæ relictæ claræ memoriæ Alberti Regis Romanorum viduæ, devotionis ſinceritas nos inducunt, ut ad veſtri propagationem Ordinis promptis intendamus affectibus, et ejuſdem nobilis piis deſideriis favorabiliter annuamus.

§. II. Cum itaque prædicta nobilis, ſicut ex parte ſua nuper accepimus, cupiens terrena in cœleſtia, et tranſitoria in æterna fœlici commercio tranſmutare, quoddam Monaſterium, et alia ædificia optima pro habitatione Fratrum Ordinis veſtri idonea in Diœc. Conſtantien. in loco videlicet de Chingeſvelde, ubi dictus Rex manibus impiorum occubuit, ad laudem divini nominis, ac pro ejuſdem animæ remedio conſtrui faciat propriis ſumptibus et expenſis, quæ vobis pio ducta propoſito concedere deſiderat, ut ibidem perpetuis futuris temporibus Domino ſerviatis; Nos volentes vos & Ordinem ipſum favore proſequi gratioſo, dictamque nobilem in hujuſmodi laudabili propoſito confovere, ejus ſupplicationibus inclinati, vobis accipiendi pro habitatione hujuſmodi Monaſterium, et ædificia prælibata ſine juris præjudicio alieni, conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. non obſtante, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c.

Datum Avenione xiv. Kal. Julii anno v.

Anno Christi 1310. Clementis V. anno 5. & 6.

XXV.

Præficitur Eccleſiæ Portugallen. Ibidem epiſt. 139.

Dilecto filio Stephano electo Portugallen.

§. I. Regimini univerſalis Eccleſiæ, quamquam noſtris inſufficientibus meritis, diſponente Domino, præſidentes, de univerſis orbis Eccleſiis pro earum ſtatu ſalubriter dirigendo, quantum nobis ex alto permittitur, ſollicite cogitamus: ſed earum propenſior ſollicitudo nos urget, quas propriis carentes Paſtoribus, vacationis incommodis con-

conſpicimus ſubjacere, ut illis per operationis noſtræ ſtudium viri præficiantur idonei in paſtores, qui ſciant & poſſint ipſis Eccleſiis præeſſe utiliter & prodeſſe.

§. II. Cum itaque Portugallen. Eccleſia per obitum bonæ memoriæ Fredoli Epiſcopi Portugallen. qui apud Sedem Apoſtolicam viam extitit univerſæ carnis ingreſſus, apud Sedem ipſam vacaviſſe noſcatur, nulluſque præter nos de ipſius Eccleſiæ ordinatione ſeu proviſione ſe intromittere potuerit, pro eo quod nos olim ante vacationem hujuſmodi circa primordia aſſumptionis noſtræ ad apicem ſummi Apoſtolatus,proviſiones omnium Eccleſiarum tam Cathedralium, quam aliarum tunc apud dictam Sedem vacantium, & quas apud Sedem ipſam impoſterum vacare contingeret, proviſioni & diſpoſitioni noſtræ, ac ejuſdem Sedis duximus ſpecialiter reſervandas, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

§. III. Nos cupientes eidem Eccleſiæ Portugallen. per noſtræ ſollicitudinis ſtudium perſonam idoneam præſidere, ac attendentes ad laudabilia teſtimonia, quæ tibi de religionis zelo, vitæ munditia, litterarum ſcientia, honeſtate morum, & vitæ prudentia, ſpiritualium & temporalium providentia cariſſimus in Chriſto filius noſter Dionyſius Rex Portugalliæ Illuſtris, cujus confeſſor exiſtis, nobis perhibuit per ſuos nuncios & litteras ſpeciales,pro tui promotione ad eamdem Portugallen. Eccleſiam nobis humiliter ſupplicando, ad te Ordinem Fratrum Minorum profeſſum in ſacerdotio conſtitutum, direximus oculos noſtræ mentis, ac præmiſſorum conſideratione ducti, de perſona tua eidem Portugallen. Eccleſiæ duximus providendum, præficiendo te eidem Portugallen. Eccleſiæ, de Fratrum noſtrorum conſilio, in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Portugallen. Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, firmam ſpem fiduciamque tenentes, quod eadem Portugallen. Eccleſia per tuæ induſtriæ ac circumſpectionis fructuoſum ſtudium præſervabitur a noxiis & adverſis, ac ſpiritualibus & temporalibus, dante Domino, proficiet incrementis.

§. IV. Reverenter itaque ſuſcipe jugum Domini, & tua ejus oneri humiliter colla ſubmitte, manumque viriliter mittens ad fortia, curam & adminiſtrationem prædictas ſic prudenter exequi ſtudeas, & gregis tibi commiſſi cuſtodiam proſequi diligenter, oppoſiturus te murum pro domo Domini aſcendentibus ex adverſo, ut laudabili de grege ipſa reddita in die diſtricti examinis ratione, regnum Patris æterni, ab origine mundi paratum electis, accipias lætabundus in dilecta Domini tabernacula intraturus.

Datum Avenione III. Idus Februarii anno v.

XXVI.

Ut ſuſcipiat curam Monaſterii Clariſſarum Meſſanen. Ibidem epiſt. 612.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum in inſula Siciliæ.

§. I. EXhibita nobis cariſſimi in Chriſto filii noſtri Friderici, Regis Trinacriæ Illuſtris, petitionis ſeries continebat, quod olim claræ memoriæ Conſtantia Regina Aragonum, mater ejus, in inſula Siciliæ moram trahens, de licentia quondam fratris Petri de Murrone, (Conſtantia Aragon. Monaſter. Meſſanen. fundatrix.)

tunc Cœleſtini Papæ V. anteceſſoris noſtri, quoddam Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ, cujus habitum ipſa Regina ſuſcepit, dum viveret, in civitate Meſſanen. pia devotione fundavit.

Petit Rex ut Fratrum committatur regimini.

§. II. Quare pro parte dicti Regis fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut cum Monaſterium ipſum ad laudem & gloriam ejus, cujus eſt obſequiis dedicatum hucuſque laudabiliter profecerit, ac Domino cooperante, proficiat tam in ſtructura ipſius Monaſterii, quam in numero & meritis perſonarum Deo ſervientium in eodem, cupiat dictus Rex, ut Sorores dicti Monaſterii pro ſalute ipſarum Fratribus tui Ordinis Minorum ſpecialiter committantur. Nos pium ejuſdem Regis in hac parte propoſitum dignis in Domino laudibus commendantes, ac de tuæ circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, devotis ipſius Regis ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ præſentium auctoritate committimus, & mandamus, quatenus prædictas Sorores, ſi ſunt exemptæ, & de conſenſu earum procedat, prædicto Ordini Minorum, auctoritate noſtra unire & incorporare procures, prout aliæ Sorores dicti Ordinis ſanctæ Claræ unitæ & incorporatæ, ac ſub ſpeciali regimine & doctrina Fratrum dicti Ordinis Minorum perſiſtere dignoſcuntur, tuque nihilominus de Monaſterio ipſo, & perſonis ejus ſollicitam curam geras, prout geritur de aliis Monaſteriis præfati Ordinis ſanctæ Claræ, ſic dictas Sorores in ſemitas mandatorum Domini dirigens, ut una tecum comprehendant illius gloriæ bravium, quod divina pietas paravit meritis electorum.

Annuit Pontif.

Datum Avenione Kal. Junii anno v.

XXVII.

Ut inquirat de qualitatibus fratris Danielis in Tharſen. Archiepiſcopum electi. Ibid. epiſt. 771.

Venerabili Fratri Petro Epiſcopo Ruthenen. Apoſtolicæ Sedis Legato.

Quænam Pontificis ſollicitudo præcipua inter alias.

§. I. Inter ſollicitudines alias, in quibus noſter animus pro multiplici negotiorum varietate diſtrahitur, illa præcipue nobis incumbit, ut ad proviſionem Eccleſiarum vacantium, ne diuturnæ vacationis exponantur incommodis, quantum nobis ex alto permittitur, ſollicitis ſtudiis intendamus.

Eccleſia Tharſenſis viduata Paſtore.

§. II. Dudum ſiquidem Tharſen. Eccleſia per obitum bonæ memoriæ Joannis Tharſen. Archiepiſc. Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, cum quatuor tantum Canonici tunc eſſent in Eccleſia ipſa præſentes, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad hoc præfixa, ut moris eſt, convenientes in unum pro futuri ſubſtitutione paſtoris, ſpiritus ſancti gratia invocata, repente omnes quaſi per inſpirationem divinam dilectum filium fratrem Danielem de Zerdona Ordinis Fratrum Minorum de religionis zelo, vitæ honeſtate, & aliarum multiplicium probitatum meritis commendatum, in Tharſen. Archiepiſcopum poſtularunt. Hujuſmodi itaque poſtulatione, per dilectum filium Goffredum Cantorem ejuſdem Eccleſiæ, primam in dicto capitulo vocem habentem, Clero & populo ſolemniter publicata, & per dilectum filium Petrum ejuſdem Eccleſiæ Theſaurarium procuratorem ad hoc ab eodem capitulo ſpecialiter conſtitutum, dicto Danieli prædictæ ſuæ poſtulationis præſentato decreto, idem Daniel hujuſmodi poſtulationi de ſe factæ nec conſenſit, nec diſſenſit,

Capitulum fratrem Danielem eligit Archiepiſcopum.

ſit, aſſerens conſenſum ipſum non in ſua, ſed in dilecti filii fratris Bonaventuræ Provincialis Miniſtri ejuſdem Ordinis in partibus illis poteſtate & arbitrio reſidere.

§. III. Cumque per memoratum procuratorem fuiſſet eidem Miniſtro repetitis pluries vicibus humiliter ſupplicatum, ut dicto Danieli conſentiendi hujuſmodi poſtulationi ſuæ concedere licentiam dignaretur, idem Miniſter licentiam ipſam in ejuſdem Eccleſiæ grave præjudicium & non modicum detrimentum concedere non curavit. *Miniſter licentiā Electo negat, ut ad Epiſcop. promoveatur.*

§. IV. Nos itaque indemnitati ejuſdem Eccleſiæ, ne prolixioris vacationis deploret incommoda, præcavere volentes, ac obtentu cariſſimi in Chriſto filii noſtri Oſini Regis Armeniæ illuſtris, nobis ſuper hoc cum inſtantia ſupplicantis, gerentes quoque de circumſpectione tua fiduciam in Domino ſpecialem, fraternitati tuæ mandamus, quatenus de ſtatu, conditione, & qualitate, ac meritis ejuſdem Danielis diligenter & exacte inquiras, & ſi eum ad Archiepiſcopalem dignitatem habilem & idoneum, ejuſque poſtulationem canonicam eſſe repereris, ſuper quo tuam intendimus conſcientiam onerare, ſibi non obſtantibus quibuslibet dicti Ordinis conſuetudinibus, vel ſtatutis contrariis, ſeu quibuſcumque privilegiis, ſeu litteris eidem Ordini ſuper hoc ab Apoſtolica Sede conceſſis, de quibus quorumque totis tenoribus oporteat in præſentibus de verbo ad verbum fieri mentionem, licentiam conſentiendi hujuſmodi poſtulationi ſuæ, auctoritate noſtra, concedas, ipſamque poſtulationem eadem auctoritate admittas, præficiendo eum eidem Eccleſiæ in Archiepiſcopum & paſtorem, ſibique poſtmodum convocato ad hoc congruo aliorum Epiſcoporum numero, munus conſecrationis impendas, faciens ſibi ab ejus ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi; contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo, recepturus poſtmodum ab eodem noſtro, & Eccleſiæ Romanæ nomine fidelitatis ſolitæ juramentum, juxta formam quam tibi ſub bulla noſtra mittimus introcluſam. Alioqui eadem poſtulatione rite caſſata, facias prædictæ Eccleſiæ, per electionem Canonicam de perſona idonea provideri. Formam autem juramenti, quod ipſe frater Daniel præſtabit, nobis de verbo ad verbum per ipſius patentes litteras ejus ſigillo ſignatas, per proprium nuncium quantocius deſtinare procures. *Ejuſdem Electi merita examinari jubentur.* *Si idoneus conſecrandus.*

Datum in Prioratu de Grauſello prope Malauſanam Vaſconen. diœceſ. x. Kal. Julii anno vi.

XXVIII.

Creatur Epiſcopus in Dominio Tartarorum. Ibid. in append. epiſt. 16.

Venerabili fratri Petro de Florentia in Dominio Tartarorum, per nos aſſumpto ſalutem &c.

§. I. Rex Regum, & Dominus dominantium, Salvator noſter Jeſus Chriſtus inter alia caritatis opera, quæ hominibus laborantibus, in hac valle miſeriæ magis neceſſaria, & in conſpectu divinæ majeſtatis plus accepta fore noſcuntur, Evangelicæ prædicationis officium, in quo Fratres Ordinis Minorum, quem profeſſus exiſtis, habent incumbere aſſidue & ſollicite, paſtoribus Eccleſiæ adjutores, majoris privilegii voluit prærogativa præferri. Propterea, ut ſermo Domini dignis progreſſibus promoveatur, oportet viros ſpirituales vitæ munditiam & intelligentiæ gratiam, cum Joanne ſortitos, qui populis, gentibus, lin- *Verbi Dei prædicatio inter alia carit. opera excelſior.*

guis, Regibuſque multis ipſum Chriſtum Dominum prædicent, præſertim in partibus illis, ubi negotium Catholicæ fidei patrocinium ſalutaris propagationis implorat, in partem hujuſmodi paſtoralis ſollicitudinis deputari.

Fr. Joannes de Monte Corvino commendatur.

§. II. Sane nuper conſiderantes attentius præclara ſanctæ operationis ſtudia, quæ Venerabilis frater Joannes de Monte-Corvino, per nos in Archiepiſcopum Cambalien. aſſumptus in partibus Tartarorum, ſecum faciente Domino virtutem, operatus eſt hactenus, ac in partibus ipſis exiſtens aſſidue operatur, ipſum fratrem Joannem, Ordinem prædictum profeſſum, & in dictis partibus exiſtentem, de Fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, in civitate Cambalien. magna utique & honorabili, Regni magnifici Principis, magni Regis Tartarorum, in Archiepiſcopum aſſumpſimus, & præfecimus in paſtorem, curam & ſollicitudinem animarum omnium exiſtentium in toto dominio Tartarorum ſibi plenariam committentes, ibique exercendi omnia, quæ ad jura Archiepiſcopalia ſpectare noſcuntur, prout permittunt canonicæ ſanctiones, eadem auctoritate concedentes plenam & liberam poteſtatem.

§. III. Ut autem in eiſdem partibus incrementum ſalutis animarum perfectius provenire valeat, & fides Catholica ſemper de bono in melius per Evangelicæ prædicationis doctrinam, auctore Domino, proſperetur; Nos ſummi Regis Magiſterio eruditi, qui inclinata cœlorum altitudine, ut hominem redimeret, factus homo, diſcipulos, quos elegit, in univerſum mundum miſit Evangelium prædicare, cupientes viros providos & diſcretos, ſcientes ad ſalutem incredulos populos erudire operibus & ſermone, in partibus præmiſſæ ſollicitudinis evocare, qui rectas faciant

Electi dotes.

ſemitas Dei noſtri, populumque acceptabilem ei reddant, te dictum Ordinem profeſſum, ut præmittitur, ac ſufficienter in lege Domini eruditum, vita & religione conſpicuum, morum honeſtate decorum, ac multarum virtutum titulis commendatum, de prædictorum Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, in adjutorium commiſſæ dicto fratri Joanni ſollicitudinis, pro majori animarum ſalute deputamus, ac in dicto dominio Tartarorum in Epiſcopum aſſumpſimus,

Qui ſuffragan. conſtituitur ejuſdem Joann.

& præfecimus in paſtorem, tibique conſequenter fecimus munus conſecrationis impendi, conſtituentes te ſuffraganeum Archiepiſcopi ſupradicti, tibi nihilominus, & ſucceſſoribus tuis Epiſcopis in eodem dominio concedentes, ut omnibus & ſingulis gratiis, & conceſſionibus, quas nuper per litteras noſtras Fratribus dicti Ordinis in Terra Sarracenorum, Paganorum, & aliorum infidelium proficiſcentibus, auctoritate Apoſtolica duximus indulgendas, auctoritate noſtra libere uti poſſis.

§. IV. Volumus itaque, & tibi in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus hujuſmodi tibi commiſſum paſtorale officium in Dei, & Sedis Apoſtolicæ honorem, noſtro nomine devote ſuſcipiens, cum divinæ benedictionis gratia ad partes eaſdem te perſonaliter conferas, propoſiturus inibi verbum divinum, prout Spiritus ſancti gratia dabit tibi, ac de noſtro & dictæ Sedis favore plenius confiſus, dictum officium ſic ſolerter & ſollicite juxta datam tibi a Deo prudentiam, exequi ſtudeas, ut fructum optatum afferas, & hujuſmodi fructus tuus manens in prolem filiorum adoptionis excreſcat, ac dilecta ſponſa Chriſti Eccleſia de ſua fœcunditate in Chriſto ſponſo ſuo congaudens, fidelem & utilem miniſtrum te deſtinaſſe lætetur, & dictarum partium populi ſalutis & quietis An-

Angelum ſuſcepiſſe in Domino glorientur, tuque proinde nihilominus ipſius Eccleſiæ gratiam, & divinæ retributionis gloriam uberius merearis.

Datum Avenione XIII. Kal. Januarii anno VI.

XXIX.

Ut impertiat facultatem Prædicatoribus & Minoribus ædificandi domicilia in ſingulis Civitatibus ſuæ provinciæ. Reg. Vatic. epiſt. 208.

Venerabili fratri Friderico Archiepiſcopo Rigen.

CUm ſicut in noſtra propoſuiſti præſentia conſtitutus, converſatio Fratrum Minorum & Prædicatorum Ordinum in tua provincia ſit admodum ſaluti fidelium utilis, & etiam opportuna, ut eorum ſalutaribus monitis, & exemplis iidem fideles magis proficiant ad ſalutem, & infideles celerius ad unitatem fidei convertantur; Nos tuam in hac parte ſollicitudinem commendantes in Domino, quod tu & ſucceſſores tui Archiepiſcopi Rigen. qui pro tempore fuerint, poſſitis auctoritate noſtra dare licentiam Fratribus utriuſque Ordinum prædictorum, unum dumtaxat locum incipiendi in ſingulis civitatibus ejuſdem provinciæ, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & quacumque alia conſtitutione in contrarium edita non obſtante, plenam tibi & ſucceſſoribus ipſis concedimus tenore præſentium facultatem. Quam utilis FF. Prædicator. & Minor. converſatio.

Datum Avenione XIII. Kal. Martii anno VI.

XXX.

Creatur Epiſcopus in Dominio Tartarorum. Ibid. in append. epiſt. 16.

Venerabili fratri Hieronymo Epiſcopo in dominio Tartarorum per nos aſſumpto.

REx Regum & Dominus dominantium Salvator noſter Jeſus Chriſtus inter alia caritatis opera, quæ hominibus laborantibus in hac valle &c. ut in epiſtola XXVI.

Datum XI. Kal. Martii.

XXXI.

Creatur Epiſcopus in dominio Tartarorum. Ibid.

Venerabili fratri Thomæ Epiſcopo in dominio Tartarorum per nos aſſumpto.

REx Regum & Dominus dominantium, Salvator noſter Jeſus Chriſtus inter alia caritatis opera, quæ hominibus laborantibus in hac valle miſeriæ &c. ut in epiſtola XXVI.

Datum ut ſupra.

XXXII.

XXXII.

Ut poſſint ingredi Monaſterium Clariſſarum Bechenſe a ſe conſtructum: Ibid. epiſt. 329.

Dilecto filio nobili viro Hugoni de Vece, & dilectæ in Christo filiæ Dionyſiæ, uxori ejus, Elyen. diœceſ.

DEvotionis veſtræ ſinceritas promeretur, ut votis veſtris quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos veſtris ſupplicationibus inclinati, ut Monaſterium Monialium de Beche Ordinis ſanctæ Claræ Elyen. diœc. quod per vos fundatum eſſe dignoſcitur, bis in anno inſimul & ſeparatim, cum decenti comitiva virorum & matronarum, cauſa caritativæ conſolationis ingredi, & cum ipſis Monialibus habere colloquium valeatis, quibuſcumque dictorum Monaſterii & Ordinis conſtitutionibus ſeu conſuetudinibus contrariis, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ, ſeu quacumque firmitate alia roboratis, nequaquam obſtantibus, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Ita tamen quod vos, dictique viri, ac matronæ in eodem Monaſterio non edatis, nec etiam pernoctetis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XVIII. Kal. Maii anno VI.

XXXIII.

Ut poſſint renunciare quibuſdam bonis ſibi legatis. Ibid. epiſt. 660.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali Aragoniæ, ac ipſius Aragoniæ, & Cathaloniæ, ac Valentiæ Provinciarum Cuſtodibus, & Guardianis, ac lectori & Conventui Xatinæ Ordinis Minorum, Valentinæ Diœceſis.

§. I. EXpoſuit nobis dilectus filius, nobilis vir, Vitalis de Villanova, quod quondam Gabriel Dionyſii miles Valentinæ Diœceſis, volens cœleſtia pro terrenis, & tranſitoria pro æternis felici commercio commutare, domos, quas in Villa de Canalx ejuſdem Diœceſis habebat dum viveret, cum omnibus juribus & pertinentiis ſuis pro Eccleſia ad honorem ſanctæ Crucis, & loco ad opus Fratrum Ordinis veſtri de propriis bonis conſtruendis, ibidem in ultima ſua voluntate dimiſit: volens quod treſdecim Fratres ejuſdem Ordinis in Sacerdotio conſtituti, qui miſſas & aliud divinum officium pro ſua & quondam Dionyſii & Margaritæ parentum ſuorum & aliorum animabus defunctorum fidelium celebrarent, reſidentiam in loco facerent memorato, quodque vigeret logicalis & naturalis ſcientiarum ſtudium in eodem.

Donatio Fratribus facta.

Onera relicta.

§. II. Et nihilominus volens idem Gabriel eiſdem Fratribus de neceſſariis providere, eis duo millia & quinquaginta ſolidorum regalium Valentin. de decima & aliis proventibus ſuis ejuſdem Villæ annis recipiend. ſingulis, memoratis Fratribus donavit, ſpecialiter & conceſſit.

§. III. Verum ejuſdem Ordinis veſtri Fratres ipſarum partium conſiderantes attentius, quod non modicum indecens, & inhoneſtum, & periculoſum memoratis Fratribus exiſtebat cum infidelibus Sarracenis, qui villam inhabitabant eamdem, ſicut adhuc inhabitant, converſari, quo-

Converſatio cū Infidelibus periculoſa.

quodque dicta ſumma pecuniæ eiſdem treſdecimFratribus pro neceſſariis nequaquam ſufficere poterat, nec etiam eos, qui redditus certos, eorum regula prohibente, recipere vel habere non poterant, decebat ſe taliter ad celebrandas miſſas pro defunctis adſtringere, & propter hoc Valentin. & Cæſarauguſtan. Cuſtodes & Guardianus Xatinæ ejuſdem Ordinis prædictæ Diœc. convenientes in unum unanimi voluntate... quod per procuratorem Conventus ejuſdem loci Xatinæ, auctoritate privilegii fœlicis recordationis Martini Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, ſuper legatis quibuslibet petendis, Ordini memorato conceſſi, de dicta pecunia ceſſio fieret Nobili memorato, nobis dictus Nobilis humiliter ſupplicavit, ut eidem procuratori faciendi ſibi pro certa pecuniæ ſumma ceſſionem hujuſmodi concederemus plenariam facultatem. Nota non poſſe Minores redditus certos habere.

§. IV. Nos igitur dicti Nobilis ſupplicationibus inclinati, ac de veſtræ circumſpectionis induſtria plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus præmiſſis diligenti conſideratione diſcuſſis, ſuper prædictis, ſuper quibus noſtram conſcientiam exoneramus totaliter, veſtraſque ſpecialiter oneramus, conceſſione & ceſſione quacumque & cujuſcumque generis eidem Vitali facta de pecunia ſupradicta, & prædicto ejuſdem prædeceſſoris, & quibuslibet aliis privilegiis Apoſtolicis ac ſtatutis ejuſdem Ordinis contrariis non obſtantibus, auctoritate noſtra cum dicto Vitali, prout vobis videbitur, ordinetis, & etiam diſponatis. Conceditur pecuniæ ceſſio juxta Martinianam.

§. V. Volumus autem, quod ſi vos Conventus ordinationi & diſpoſitioni prædictis intereſſe perſonaliter non poſſetis, duos diſcretos viros plene ſuper præmiſſis inſtructos, ad locum ubi ordinationem & diſpoſitionem hujuſmodi fieri contigerit, qui ordinationi & diſpoſitioni interſint eiſdem, deſtinare curetis, quodque ille ex vobis, qui primo litteras præſentes receperit, ad certos diem & locum pro ordinatione & diſpoſitione hujuſmodi facienda, vos alios omnes valeat convocare.

Datum in Prioratu de Grauſello prope Malauſanam. Idibus Junii anno VI.

XXXIV.

Ut poſſit habere in ſuo conſortio duas Clariſſas. Ibid. epiſt. 392.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Sanciæ Reginæ Siciliæ illuſtri.

PErſonam tuam, eximia devotione præclaram gerentes ſincerius in viſceribus caritatis, petitiones libenter tuas, quantum cum Deo poſſumus, exaudimus. Cum itaque ſicut oblata nobis tua petitio continebat, tu ad Ordinem ſanctæ Claræ, & Sorores ipſius ſpeciali ferveas caritate, & propter hoc aliquas de Sororibus ipſis continue tecum habere deſideres: nos tuis ſupplicationibus inclinati, tibi quod duas de Sororibus ipſis, quas Miniſter Generalis Ordinis Fratrum Minorum, ſub quorum cura Sorores ipſius Ordinis conſiſtere dignoſcuntur, ad hoc duxerit eligendas, continue tecum in hoſpitio tuo libere valeas retinere, quibuſcumque ipſius Ordinis ſanctæ Claræ ſtatutis, & conſuetudinibus contrariis, juramento, confirmatione Sedis Apoſtolicæ ſeu quacumque firmitate alia roboratis, nequaquam obſtantibus, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c. Sanciæ erga Clariſſas effectus.

Datum in Prioratu de Grauſello prope Malauſanam Vaſconen. Diœceſis XII. Kalendas Julii anno VII.

XXXV.

Ut liceat ei conſtruere Monaſterium Clariſſi. Ibid. epiſt. 395.

EIDEM.

§. I. EXimiæ devotionis clara ſinceritas, quæ te noſtris aſpectibus benedictionis filiam repræſentat, digne noſtros cogitatus .... ut perſonam tuam, quam in viſceribus caritatis habemus, Apoſtolicis proſequamur favoribus, & petitiones tuas, per quas fructus ſalutis ubéres colligas, & glorioſum nomen Domini laudibus attollatur, ad exauditionis gratiam admittamus.

§. II. Oblata ſiquidem nobis tua petitio continebat, quod tu ad Sorores Ordinis ſanctæ Claræ ſpecialis gerens devotionis affectum, ad opus Sororum ipſarum, Monaſterium ſeu locum, ubi continue centum Sorores ipſius Ordinis reſidentes, debitum Altiſſimo reddere valeant famulatum, cum Eccleſia & Officinis etiam opportunis conſtruere proponebas propriis ſumptibus, & expenſis, ac poſſeſſiones accommodas, ſeu alios redditus, ex quibus poſſent commode ſuſtentari, de propriis bonis tuis acquiſitis jam vel in poſterum acquirendis eiſdem Monaſterio, ſeu loco & Sororibus concedere & eam aſſignare .....

§. III. Nos igitur hujuſmodi tuum pium & laudabile propoſitum multipliciter in Domino commendantes, ac volentes illud Apoſtolici favoris ſuffragio confovere, conſtruendi Monaſterium, ſeu locum prædictum cum Eccleſia & officinis eiſdem in loco, quem infra Regnum Siciliæ ad hoc duxeris eligendum, & pro Monaſterio ſeu loco & Sororibus ipſis proviſiones & redditus eis ad uſum ipſarum Sororum continuum concedendi, & etiam aſſignandi, plenam tibi licentiam elargimur, ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum ut ſupra.

XXXVI.

Creatur Epiſcopus Nubien. Ibid. epiſt. 832.

Dilecto filio Percevallo electo Nubien.

Vid. conſtit. 25. hujus Pont. Joannes Epiſcopatum renunciat.

§. I. REgimini univerſalis Eccleſiæ, &c. ut ſupra in bulla 23. uſque ad *præeſſe utiliter & prodeſſe*. Nuper ſiquidem Eccleſia Nubien. pro eo quod venerabilis frater noſter Joannes Epiſcopus olim Nubien. regimini ejuſdem Eccleſiæ, cui præerat, retento ſibi honore Pontificalis officii, per venerabilem fratrem noſtrum Porchettum Archiepiſcopum Januen. procuratorem ſuum ad hoc ab eo ſufficiens & ſpeciale mandatum habentem, ex cauſis legitimis ſponte ceſſit in manibus dilecti filii noſtri Petri de Columna ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, de mandato noſtro vivæ vocis oraculo ſibi facto, ceſſionem hujuſmodi apud Sedem Apoſtolicam admittentis, Paſtoris regimine deſtituta.

Clemens V. ſibi Epiſcop. electiones reſervavit.

§. II. Nos attendentes, quod nullus præter nos de proviſione ipſius Eccleſiæ Nubien. ſe intromittere poterat, pro eo quod nos olim ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum tam Cathedralium, quam aliarum, quas apud Sedem eamdem vacare contingeret, diſpoſitioni noſtræ ac dictæ Sedis duximus reſervandas, decernendo ex tun-

tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Ad proviſionem ipſius Eccleſiæ, ne prolixæ vacationis exponatur incommodis, cœpimus intendere diligenter, & poſt deliberationem, quam ad deputandum eidem Eccleſiæ approbatam idoneamque perſonam cum Fratribus noſtris habuimus, demum ad te Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, cui litterarum ſcientia laudabilis, diſcretionis induſtria, vitæ munditia, honeſtas morum & religionis zelus ſuffragari noſcuntur, direximus aciem noſtræ mentis.

§. III. Quibus omnibus diligenti meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus tuorum exigentia meritorum accepta, dictæ Nubien. Eccleſiæ providemus, præficientes te ipſi Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus tibi plenarie committendo, firma ſpe fiduciaque conceptis, quod prædicta Eccleſia ſub tuo fœlici regimine, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, ſalubriter ac proſpere dirigetur, & grata ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino ſuſcipiens, &c. uſque ad conſequi uberius merearis.

Datum in Prioratu, &c. VIII. Kalendas Julii anno VII.

XXXVII.

Confirmatur erectio Monaſterii Clariſſarum ab ea conſtructi. Ibid. ep. 763.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili Mulieri Fernandi, dictæ Coronel. Compoſtellanæ diœceſis.

IIs quæ bene aguntur divinæ retributionis obtentu, & ſalutem reſpiciunt animarum, libenter adjicimus Apoſtolici muniminis firmitatem, ut quatenus acta ſunt provide, illibata conſiſtant, cùm noſtro fuerint præſidio communita. Cum igitur ſicut ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, tu inflammata piæ devotionis affectu, Monaſterium quoddam, in quo Sorores Ordinis ſanctæ Claræ locaſti apud Gualdaſajora dioec. Toletan. de Sedis Apoſtolicæ licentia fundaveris, illudque dotaveris competenter de propriis bonis tuis: Nos ob tuæ laudabilis devotionis intuitum, & conſideratione præcipue cariſſimæ in Chriſto filiæ Mariæ Reginæ Caſtellæ Illuſtris, pro te nutrice ſua, noſtram ſuper hoc humiliter gratiam implorantis, ejus & tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, annuentes, quæ circa præmiſſa pie ſunt acta, prout alias rite & provide, & abſque juris alieni præjudicio proceſſerunt, rata gerentes & grata, ea Apoſtolica auctoritate confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis &c.

Datum in Prioratu de Gauſello Vaſconen. diœc. Nonis Julii anno VII.

XXXVIII.

Conceduntur privilegia Monaſterio Moncelli ab eo fabricati. Ibid. ep. 201.

Cariſſimo in Chriſto filio Philippo Regi Franciæ Illuſtri.

GRandis devotionis affectus, quo erga nos & Sedem Apoſtolicam pollere dignoſceris, promeretur, ut piis votis tuis, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuamus. Cum itaque ſicut te nuper nobis exponente didicimus, tu de ſalute propria cogitans, & cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, quoddam Monaſterium apud Moncellum, prope pontem ſanctæ Maxentiæ Belluacen. diœceſis, ad opus Sororum Ordinis ſanctæ Claræ, quæ ibidem perpetuo Deo famulentur, de bonis propriis de novo conſtruxeris, & dotaveris, quamvis adhuc vel aliquæ Sorores dicti Ordinis ibi poſitæ non exiſtant: Nos tuis ſupplicationibus inclinati, præſentium tibi auctoritate concedimus, ut Abbatiſſa & Sorores ejuſdem Monaſterii, quæ pro tempore fuerint, omnibus privilegiis & indulgentiis Ordini memorato ab eadem Sede conceſſis, & in poſterum concedendis, uti libere valeant & gaudere. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Viennæ VI. Idus Aprilis anno VII.

XXXIX.

Ut permittat ædificari Manvaſcæ Monaſterium Clariſſarum. Ibid. ep. 538.

Venerabili fratri Epiſcopo Siſtaricen.

DIlecti filii, univeſitas hominum loci de Manvaſca tuæ diœc. nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum ipſi ad laudem Dei & honorem ſancti Franciſci, & beatæ Claræ quoddam Monaſterium Monialium Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ in dicto loco de Manvaſca, vel extra ipſum in dicta diœceſi, in fundo proprio ædificare proponant, & eidem Monaſterio pro ſuſtentatione Monialium inibi Domino famulantium, pia erogare ſubſidia caritatis, eis ædificandi hujuſmodi Monaſterium & oratorium in eodem, in quo habeatur campana, & divina celebrentur officia, ac in ipſo Monaſterio accipiantur & inſtituantur Moniales per Abbatiſſam, quæ pro tempore fuerit in dicti Monaſterii gubernatione, prout in aliis ejuſdem Ordinis Monaſteriis obſervatur, licentiam concedere dignaremur. Volentes itaque tibi, qui loci Diœceſanus exiſtis, in hac parte deferre, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi prædicta univerſitati expedire videris, poſtulata concedas ſine juris præjudicio alieni.

Datum in Prioratu &c. Kal. Julii anno VIII.

XL.

Ut recipiant duo Cænobia. Ibid. ep. 389.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Ordinis Minorum Provinciæ Montis ſancti Angeli.

§. I. SAcræ Religionis veſtræ merita nos inducunt, ut ad veſtri propagationem Ordinis promptis affectibus intendamus. Cum ita-

itaque, ſicut exhibita nobis ſuper hoc ex parte cariſſimi in Chriſto filii noſtri Roberti, Regis Siciliæ Illuſtris, petitio continebat, tam vos, quam idem Rex, necnon & Incolæ Civitatis Alarin. & Caſtri Lamoſan. Beneventan. diœc. in regno Siciliæ, & Provincia veſtra Montis ſancti Angeli conſiſtentium, iidem videlicet incolæ pro animarum ſuarum ſalute, cum in eiſdem Civitate & Caſtro aliqui Religioſi, per quos hujuſmodi eorum ſaluti, ut cupiunt, provideri valeat, non exiſtant, plurimum affectetis, ut in Civitate, & Caſtro prædictis loca Fratrum ejuſdem Ordinis ad laudem divini nominis habeantur.

§. II. Nos prædictorum intuitu meritorum, ac Ipſius Regis piæ ſupplicationis obtentu, volentes vos, & dictum Ordinem favore proſequi gratioſo, recipiendi in Civitate unum, & in Caſtro prædictis alium, loca apta, & eidem Religioni veſtræ convenientia, ſi alias vobis legitime concedantur, idque dilecto filio Generali Ordinis prædicti Miniſtro videatur expediens, conſtitutione fel. recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. non obſtante, liberam vobis licentiam auctoritate præſentium elargimur.

Datum in Prioratu &c. Non. Julii anno VIII.

XLI.

Ut poſſit condere teſtamentum. Ibid. ep. 390.

Venerabili fratri Franciſco Epiſcopo Cajetan.

Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea, quæ viſibilem habent eſſentiam, tendunt inviſibiliter ad non eſſe; tu hoc ſalubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſideras prævenire. Nos itaque tuis ſupplicationibus inclinati, ut de bonis mobilibus Eccleſiaſticis, tuæ diſpoſitioni ſeu adminiſtrationi commiſſis, & quæ non fuerint altaris, ſeu altarium, Eccleſiarum tibi commiſſarum, Monaſterio ſeu alicui ſpeciali earumdem Eccleſiarum divino cultui vel uſui deputata, & quæ Ordinis Fratrum Minorum, quem fuiſti profeſſus, non fuerint, necnon & quibuſcumque bónis mobilibus, a te per Eccleſiam, ſeu Eccleſias licite acquiſitis, pro decentibus & honeſtis expenſis tui funeris, & pro remuneratione illorum, qui tibi viventi ſerviverint, ſive ſint conſanguinei, ſive alii, juxta ſervitii meritum, moderate tamen, diſponere ac erogare, & alias prius de ipſis earumdem Eccleſiarum ære alieno deducto, ut ipſæ Eccleſiæ non remaneant debitis obligatæ, de Ipſis in pios uſus convertere licite valeas, Fraternitati tuæ plenam & liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Volumus autem quod in eorumdem diſpoſitione bonorum, juxta quantitatem reſidui erga Eccleſias, a quibus eadem percepiſti, te liberalem exhibeas, prout conſcientia tibi dictaverit, & ſaluti animæ tuæ videris expedire.

Datum in Prioratu &c. II. Idus Julii anno VIII.

Digitized by Google

XLII.

Ut poſſint Cœnobium transferre. Ibid. epiſt. 481.

Dilectis filiis Guardiano, & aliis Fratribus Ordinis Minorum Vigintimilien.

Laudabilis veſtra Religio promeretur, ut illa nos favoris gratia proſequamur, per quam ſub tranquillitatis commodis liberius divinis obſequiis inſiſtatis. Cum itaque ſicut dilectus filius Alexander Ordinis veſtri Generalis Miniſter in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, quod locus veſter Vigintimilien. adeo ruinoſum fundum habere noſcatur, quod vos tute non poteſtis in eo aliquatenus habitare: Nos ejuſdem Miniſtri ſupplicationibus inclinati, vobis transferendi vos de dicto loco ad alium ſitum congruum infra Civitatem Vigintimilienſem, & ibidem locum vobis conſtruendi ſine juris præjudicio alieni, conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & qualibet alia ſuper hoc in contrarium edita non obſtante, plenam auctoritate præſentium licentiam elargimur.

Datum in Prioratu &c. x. Kal. Auguſti anno VIII.

XLIII.

Transfertur ad Eccleſiam Ulyſſipponen. Ibid. ep. 665.

Venerabili fratri Stephano Epiſcopo Ulixbonen.

Eccleſiarum cura probis viris committenda.

§. I. Eccleſiarum utilitati tunc recte proſpicitur, & indemnitati præcavetur ſalubriter earumdem, cum diſcretis & providis viris earum cura committitur, & viduatarum regimini paſtores idonei præponuntur. Unde Romanus Pontifex, cui ex Apoſtolatus officio imminet de univerſis Eccleſiis ſollicite cogitare, maxime circa ipſas attendit, & ad id propenſius curioſius invigilat, ut per bonos & dignos gubernentur Rectores, per Duces conſpicuos in ſuis gregibus dirigantur, per ſacros & eruditos miniſtros in ſpiritualibus fulgeant, & per diſpenſatores prudentes temporalium proficiant incrementis, quia navis quæ perito remige ducitur, liquida recte percurrit ſpatia, & vinea quam diligens cultor curat, in botros exuberat opulentos.

Ep. Ulyſſip. ad Eccleſ. Bracearen. transfertur.

§. II. Nuper ſiquidem Ulixbonen. Eccleſia (per translationem Venerabilis fratris noſtri Joannis olim Ulixbonen. Epiſcopi, in Archiepiſcopum Bracharen. electi, per nos factam de ipſo Joanne ad Bracharen. Eccleſiam, tunc paſtore carentem) ſolatio deſtituta paſtoris, nos attendentes, quod de ipſius Ulixbonen. Eccleſiæ ordinatione nullus præter nos ſe intromittere poterat, pro eo quod nos dudum ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc apud Apoſtolicam Sedem vacantium, & vacaturarum inpoſterum diſpoſitioni noſtræ & ejuſdem Sedis reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper iis a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, ac de proviſione ipſius Ulixbonen. Eccleſiæ, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, ſollicite cogitantes, tamdem poſt deliberationem, quam ad deputandum eidem Ulixbonen. Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cum noſtris Fratribus habuimus diligentem, ad te tunc Portugallen. Epiſcopum, virum utique lit-

Novi Epiſcopi electio.

litterarum ſcientia præditum, morum honeſtate conſpicuum, conſilio providum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, noſtræ conſiderationis intuitum duximus dirigendum.

§. III. Quapropter, de prædictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, te a vinculo, quo tenebaris Portugallen. Eccleſiæ abſolventes, te ad Ulixbonen. Eccleſiam ſupradictam transferimus, teque ipſi Ulixbonen. Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus & paſtorem, liberam tibi concedendo licentiam ad eamdem Ulixbonen. Eccleſiam transferendi, tibique curam & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, firma concepta fiducia ſpeque nobis indubia ſuggerente, quod eadem Ulixbonen. Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, tuumque miniſterium ſtudioſum, divina favente clementia, votivæ proſperitatis incrementa recipiet, & honoris cumulum multiplicis & favoris. Quocirca fraternitati tuæ mandamus, quatenus humiliter acceptans translationem hujuſmodi de te factam, & reverenter ſuſcipiens impoſitum a Domino tibi onus &c. conſurgat augmentis.

Datum in Prioratu &c. VIII. Idus Octobr. anno. VIII.

XLIV.

Ut poſſint ad eam accedere intra ſepta Monaſterii perſonæ ſeculares. Ibidem epiſt. 238.

Dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Blancæ, filiæ ſanctæ memoriæ beati Ludovici Confeſſoris Regis Franciæ.

§. I. Eximiæ devotionis affectus, quo velut filia benedictionis & gratiæ, erga nos, & Romanam viges Eccleſiam, promeretur, ut votis tuis quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Oblata ſiquidem nobis ex parte tua petitio continebat, quod nos olim tibi, ut infra ſepta ſanctæ Claræ, juxta Pariſius, & humilitatis beatæ Mariæ Pariſienſis dioec. Monaſteriorum Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ, extra tamen eorum clauſtra, liceret tibi cum decenti comitiva honeſtarum mulierum, quotiens, & quando velles, habitare, ibique habere oſtium & clauſuram, unde tu dictæque mulieres ingredi & egredi, ac extraneis loqui perſonis libere valeretis, poſſetque inde neceſſaria intromitti, ac intrare ad te Confeſſor tuus de Ordine Fratrum Minorum, cum uno Fratre dicti Ordinis cum vellet, & ſimiliter Phyſici & Chirurgi tam ſeculares, quam religioſi etiam dicti Ordinis Minorum, necnon miniſtores, quando ſibi viſum exiſteret opportunum, per noſtras certi tenoris litteras duximus indulgendum.

§. II. Verum quia tu, ſicut aſſeris, variis infirmitatibus amplius ſolito prægravata, loca extra clauſtra, & intra ſepta prædicta, quæ te, ut præmittitur, inhabitare contigerit, abſque perſonæ tuæ gravamine magno exire non poſſes, perſonis tunc ad te venientibus locutura; Nos volentes te favore proſequi gratiæ amplioris, tuis ſupplicationibus inclinati; ut viri & mulieres honeſti ad te intra dicta loca, quæ taliter inhabitaveris, quando & quoties tibi videbitur expedire pro tuis negotiis, aliiſque cauſis congruis & honeſtis, intrare libere valeant præfata, prima indulgentia noſtra tibi nihilominus in omnibus ſemper ſalva, devotioni tuæ auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione IV. Kalendas Januarii anno VIII.

XLV.

XLV.

Conceduntur indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam Monaſterii Trebienſis: Ibid. epiſt. 125.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis.

Habes formulam in Regeſt. Tomi 4. fol. 423.

Vitæ perennis gloria &c. uſque *collaudetur*. Cupientes igitur, ut Eccleſia Monaſterii Sororum ſancti Franciſci de Trebis Ordinis ſanctæ Claræ Terracinen. diœceſis congruis honoribus frequentetur, & Chriſti fideles eo concurrant devotius ad eamdem, quo magis in ea ſpiritualibus gratiis ſe proſpexerint confoveri, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad Eccleſiam ipſam in ſingulis Nativitatis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac in quatuor principalibus beatæ Mariæ Virginis, ac ſancti Bartholomæi, ſancti Franciſci & ſanctæ Luciæ feſtivitatibus *unum annum* & quadraginta dies, per octo vero dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, cauſa devotionis acceſſerint, annuatim centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione XIV. Kal. Maii anno VIII.

Anno Christi 1314. Clementis V. anno 9.

XLVI.

Ut liceat Cœnobium Minoritis ædificare in civitate Tricaricen. Ibidem epiſt. 72.

Dilecto filio nobili Viro Thomæ de ſancto Severino Comiti Marſici, & dilectæ in Chriſto filiæ nobili mulieri Suaviæ ejus uxori.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem erga nos, & Apoſtolicam Sedem geritis, promeretur, ut votis veſtris in iis potiſſime liberaliter annuamus, per quæ reddamini conſpectui divinæ majeſtatis accepti, vobiſque præter humanæ laudis præconium, ſalutis proveniat incrementum. Habet ſiquidem expoſitæ nobis veſtræ petitionis aſſertio, quod in civitate veſtra Tricaricenſ. non ſunt aliqui de Ordinibus Mendicantium, a quibus, juxta deſideria veſtra, orationum ſuffragia, & ſalubria documenta ſuſcipere valeatis, quodque in deſideriis veſtris geritur, ut ibidem locum ſeu domos aliquas conſtruatis, in quibus aliqui ex Fratribus Ordinis Minorum moram continuam contrahant, devotum & ſedulum ſacrificium laudis Altiſſimo impenſuri. Sed quia dicti Fratres locum ſeu domos ipſas recipere nequeunt, conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, ſuper hoc obicem ingerente, abſque Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali, veſtra humilis flagitavit inſtantia, vobis ſuper hujuſmodi pio propoſito, & eidem Ordini Minorum per ipſius Sedis clementiam provideri.

§. II. Nos itaque hujuſmodi veſtrum laudabile deſiderium, ſalubreque propoſitum dignis in Domino laudibus attollentes, & volentes patris more benevoli, ut illud de Apoſtolicæ Sedis beneplacito efficaciter impleatur; gerentes quoque circa præfatum Ordinem Minorum ſpecialis

cialis dilectionis affectum, devotioni veſtræ conſtruendi hujuſmodi locum, ſeu domos in Civitate præfata, dictoque Ordini Minorum recipiendi libere locum & domos ipſas, eaſque licite perpetuis futuris temporibus retinendi, & morandi in illis, ac inibi Oratorium, ſeu Eccleſiam ædificandi, ſine juris præjudicio alieni, prædicta & qualibet alia conſtitutione contraria non obſtante, plenam & ſpecialem auctoritate Apoſtolica licentiam impartimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Montiliia Carpentoraten. diœceſis IV. Idus Januarii anno IX.

Anno Chriſti 1315. Sedes vacat.

JOANNES XXII. ALIAS XXI.

Electus eſt anno MCCCXVI. VII. *Idus Auguſti.*

ANNO CHRISTI 1317. JOANNIS XXII. ANNO I.

I.

Aſſumitur ad Archiepiſcopatum Colocen. & Bachien. Reg. Vat. 4. par. anni I. epiſt. 3481.

Venerabili fratri Ladiſlao Archiepiſcopo Colocen. & Bachien.

§. I. INter cetera ſollicitudinis noſtræ ſtudia, quæ plena curis, & multimodis onuſta laboribus executio paſtoralis officii noſtri inducit humeris perferenda, illud nos ſpecialiter excitat, & angit potiſſime, pulſatque propenſius mentem noſtram, ut viduatis Eccleſiis, ne prolixæ vacationis exponantur incommodis, diſpendia patiantur, ac earum bona & jura protectoris deſtituta præſidio, pravorum præſumptuoſa temeritas occupet, avidaque manus diripiat malignorum, paſtores præficiamus idoneos, & rectores providos proponamus, ut ſalubri ductæ regimine, munimine circumſultæ, ac laudabili gubernatione directæ ſpiritualibus proficiant incrementis. *Viduatis Eccleſiis de Paſtoribus providendū.*

§. II. Dudum ſiquidem Colocen. & Bachien. Eccleſiis, quæ canonice ſunt unitæ, per obitum bonæ memoriæ Vincentii Archiepiſcopi Colocen. & Bachien. paſtoris ſolatio deſtitutis, dilecti filii Capitula Eccleſiarum ipſarum, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, dilectum filium Demetrium Præpoſitum Colocen. Eccleſiæ antedictæ in Colocen. & Bachien. Archiepiſcopum, per formam ſcrutinii elegerunt, idemque Præpoſitus ad inſtantiam ipſorum Capitulorum hujuſmodi electioni de ſe factæ conſenſit. *Demetrius in Epiſcopum eligitur.*

§. III. Poſtmodum autem dictus Præpoſitus per certos ſuos procuratores, ac nuncios propter hoc ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter deſtinatos, a felicis recordationis Clemente Papa V. prædeceſſore noſtro hujuſmodi electionem ipſius ſibi præſentato decreto, petiit auctoritate Apoſtolica confirmari. Hujuſmodi autem electionis negotio non diſcuſſo, dictus prædeceſſor viam extitit univerſæ carnis ingreſſus. Noſque poſtea ad apicem ſummi Apoſtolatus aſſumpti negotio ipſo per procuratores eoſdem expoſito coram nobis, idem negotium bonæ memoriæ Raymundo tituli ſanctæ Potentianæ Presbytero, & dilectis filiis noſtris *Qui poſtulat electionem a Papa confirmari.*

Nea-

Neapoleoni ſancti Adriani, & Jacobo de Columna ſanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconis Cardinalibus, examinandum commiſimus, & nobis poſtmodum referendum, dictique Cardinales ipſius electionis diſcuſſo negotio, nobis negotium ipſum fideliter retulerunt; Noſque poſtmodum electionem ipſam non vitio perſonæ ipſius Præpoſiti, ſed certis aliis de cauſis, juſtitia exigente, caſſavimus, & etiam decrevimus irritam & inanem.

Sed inanis declaratur, & irrita.

§. IV. Et deinde proviſionem ipſarum Eccleſiarum, cum nullus præter nos hac vice de ordinatione ipſarum ſe intromittere potuerit, pro eo quod nos diu ante caſſationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum tam Cathedralium, quam aliarum, tunc apud dictam Sedem quocumque modo vacantium, & in antea vacaturarum, diſpoſitioni noſtræ, & ejuſdem Sedis ſpecialiter reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, ne dictæ Colocen. & Bachien. Eccleſiæ prolixæ vacationis exponerentur incommodis, cœpimus intendere diligenter, & poſt deliberationem, quam ad deputandum eiſdem Eccleſiis perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis in ſuis valeret viribus adaugeri, ac etiam defenſari, ad te Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, in ſacerdotio conſtitutum, litterarum ſcientia præditum, morum honeſtate decorum, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuum, & aliis virtutum donis multipliciter inſignitum, quem etiam cariſſimus in Chriſto filius noſter Rex Carolus Hungariæ illuſtris, per ſuas litteras de præmiſſis, & aliis multiplicibus probitatis meritis commendavit, direximus aciem mentis noſtræ. Quibus omnibus diligenti meditatione penſatis, de perſona tua, utpote nobis, & Fratribus noſtris ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, præfatis Eccleſiis auctoritate Apoſtolica, de ipſorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine providemus, teque illis in Archiepiſcopum præficimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem earum tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, & poſtmodum per venerabilem fratrem noſtrum Nicolaum Epiſcopum Oſtien. munus tibi fecimus conſecrationis impendi, & ſubſequenter pallium, plenitudinem videlicet paſtoralis officii, a te cum ea qua decuit reverentia, poſtulatum, a Nobis de corpore beati Petri ſumptum, per dilectos filios noſtros Guillelmum ſancti Nicolai in carcere Tulliano, Jacobum ſancti Georgii ad velum aureum, Arnaldum ſanctæ Mariæ in Porticu, ac Joannem ſancti Theodori Diaconos Cardinales, tibi fecimus aſſignari, firma ſpe fiduciaque concepta, quod eædem Eccleſiæ Colocen. & Bachien. ſub tuo felici regimine, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, ſalubriter & proſpere dirigentur, & grata ſuſcipient incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus &c. *uberius conſequi merearis*.

A ſe Electum commendat Pontifex.

Datum Avenione XVIII. Kal. Septembris anno 1.

II.

II.

Præficitur Eccleſiæ Patracen. Reg. Vatic. in 2. par. anni 1. epiſt. 1612.

Venerabili fratri Guillelmo Archiepiſcopo Patracen.

§. I. Coeleſtis diſpoſitione conſilii, per quod in regno mundi ordinationem ſuſcipiunt univerſa, ſupremæ dignitatis faſtigio licet immeriti præſidentes, ſuper gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ creditum, vigilis ſpeculatoris officium exercemus, circa illa potiſſime intentum animum dirigendo, curamque impendendo ſollicitam, per quæ divini cultus augmentum, exaltatio Catholicæ fidei, ac commoda ſalutis proveniant animabus, quæ prout firma ſpes ſuggerit, ex eo facilius & efficacius ſubſequi poterunt, ſi Eccleſiis paſtorum gubernatione carentibus, perſonas præficiamus idoneas, eaſque viris providis committamus, qui commiſſos ſibi populos, per ſuam circumſpectionem providam, & providentiam circumſpectam ſalubriter dirigant, & informent, ac bona Eccleſiarum ipſarum non ſolum gubernent utiliter, ſed etiam multimodis efferant incrementis. Proemium.

§. II. Dudum ſiquidem Patracen. Eccleſia, per obitum bonæ memoriæ Raynerii Archiepiſcopi Patracen. ſolatio deſtituta paſtoris, dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ, ut moris eſt, convenientes in unum pro futuri electione Archiepiſcopi celebranda, dilectum filium Franciſcum dictum Scovaloca, Decanum ejuſdem Eccleſiæ in Archiepiſcopum Patracenſ. per formam compromiſſi conformiter elegerunt. Cumque idem Franciſcus dictæ electioni de ſe factæ conſentiens, perſonaliter, dictique Capitulum per procuratores idoneos ad Sedem Apoſtolicam acceſſiſſent, & præſentato nobis dictæ electionis decreto, nobis humiliter ſupplicaſſent ut electionem ipſam confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Raynerius Archiep. obit. Capitulum ſucceſſorem eligit.

§. III. Nos tam electionem ipſam, quam ejuſdem electi perſonam, per Venerabilem fratrem Arnaldum Epiſcopum Sabinen. & dilectos filios noſtros Nicolaum tituli ſancti Euſebii Presbyterum, & Neapoleonem ſancti Adriani Diaconum Cardinales examinari fecimus diligenter. Et quia facta nobis ſuper hoc ab eiſdem Epiſcopo & Cardinalibus relatione fideli, invenimus eumdem Franciſcum evidentem, & intolerabilem in Archiepiſcopo ſcientiæ pati defectum, electionem de ipſo factam non alio perſonæ ſuæ vitio, ſed propter hujuſmodi tantum ſcientiæ defectum, juſtitia caſſavimus exigente. Qui a Pontifice non admittitur.

§. IV. Et poſt hæc ſæpe dictam Eccleſiam, utpote fidelem, & devotam Sedis prædictæ filiam, paternis affectibus proſequentes, ac ipſam præſervare volentes a diſpendiis, quæ ſibi a vacatione diutina poſſent veriſimiliter imminere, de præficiendo ei approbatam, idoneamque perſonam cœpimus cogitare ſolliciti, & tamdem poſt deliberationem ſuper hoc habitam cum præfatis Epiſcopo & Cardinalibus, ac aliis noſtris Fratribus diligenter, ad te Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, virum utique religionis zelo fervidum, dono ſcientiæ præditum, morum & generis nobilitate præclarum, & virtuoſis actibus commendandum, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, convertimus aciem noſtræ mentis, & præmiſſis omnibus in conſiderationem adductis, de perſona tua nobis, dictiſque Fratribus noſtris, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, prædictæ Patracen. Eccleſiæ providemus, te- Sed Fr. Guillelmus eligitur.

que illi, de ipſorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Archiepiſcopum præficimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, & ſubſequenter tibi per præfatum Sabinen. Epiſcopum munus conſecrationis impendi, ac demum pallium, inſigne videlicet Pontificalis officii de corpore beati Petri ſumptum a te, cum qua decuit inſtantia poſtulatum, tibi ad uſum prædictæ Eccleſiæ per dilectos filios noſtros prædictum Neapoleonem ſancti Adriani, Jacobum ſancti Georgii ad Velum Aureum, Lucam ſanctæ Mariæ in via lata, Franciſcum ſanctæ Mariæ in Coſmedin, Arnaldum ſanctæ Mariæ in Porticu, & Bernardum ſanctæ Agathæ Diaconos Cardinales, fecimus aſſignari, juxta formam, quam Romana Eccleſia conſuevit in talibus obſervare, firma concepta fiducia, ſpeque nobis indubia ſuggerente, quod illius tibi favente clementia, & ſtudiorum tuorum ſolertiam dirigente, a quo univerſorum chariſmatum dona manant, prælibata Eccleſia, ſub tui cura regiminis gubernata ſalubriter, ſpiritualibus & temporalibus proficiet incrementis.

Cardinales, qui pallium conſignarunt.

§. V. Suſcipe igitur jugum Domini reverenter, *ac ſuavi ejus oneri* humiliter colla ſubmittere non omittas, manumque mittas ad fortia, ipſius adminiſtrationem Eccleſiæ prudenter exequi ſtudeas, & commiſſi Dominici gregis cuſtodiam proſequi diligenter, ut laudabili de ipſo reddita in die diſtricti examinis ratione, regnum Patris Altiſſimi ab origine mundi paratum electis accipias, ac dilecta Domini tabernacula lætabundus introeas, & eumdem gregem tuæ diſcretioni commiſſum ad uberioris meriti fructum, & retributionis majoris cumulum introducas.

Pontificis exhortatio.

Datum Avenione III. Nonas Januarii anno I.

III.

Concedit ut augeri poſſit numerus Clariſſarum in Monaſterio a ſe Neapoli conſtructo. Ibid. ex 2. par. anni 1. epiſt. 1887.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Sanciæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

§. I. OB tuorum excellentiam meritorum, quibus regalis ſublimitas dignoſcitur inſignita, non indigne petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus, libenti animo exaudimus, illas præcipue, quæ augmentum cultus divini reſpiciunt, & tuæ ſalutis incrementa concernunt.

§. II. Oblata ſiquidem nobis tua inſinuatio continebat, quod ob magnæ devotionis affectum, quem interne geris ad ampliationem Ordinis ſanctæ Claræ, de licentia Sedis Apoſtolicæ feciſti jam in Civitate Neapolitana Monaſterium conſtrui, in quo centum Sorores ejuſdem Ordinis reſidere continue debeant, & virtutum Domino famulari, de acquiſitis a te poſſeſſionibus, & redditibus ſuſtentandæ.

§. III. Verum quoniam plures Sorores in Monaſterio iſto collocare deſideras, & pro ſuſtentatione illarum diſponis acquirere poſſeſſiones, & redditus ampliores, ſupplicaſti nobis humiliter, ut & tibi augendi numerum Sororum hujuſmodi, ac eiſdem Sororibus in eodem Monaſterio habitandi perpetuo, & recipiendi poſſeſſiones & redditus, quos pro ipſis duxeris acceptandos, licentiam concedere dignaremur.

§. IV. Nos igitur tuo in hac parte laudando propoſito ſic favere volentes, ut tamen augmentum hujuſmodi numeri, ſub decenti moderatione reſtringamus, tuis ſupplicationibus inclinati, tibi ultra præfatum cente-

tenarium numerum Sororum, alias dumtaxat viginti Sorores in ipſo Monaſterio collocandi, poſtquam ſufficientes poſſeſſiones & redditus pro ipſarum victu Monaſterio aſſignaveris antedicto, ac eiſdem Sororibus inibi morandi perpetuo & recipiendi poſſeſſiones & redditus ante factos, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & quibuſvis aliis conſtitutionibus contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate præſentium plenam concedimus facultatem, Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione IV. Idus Julii anno 1.

IV.

Ut Monaſterii ab ea conſtructi incolæ & advenæ gaudeant omnibus indulgentiis Fratribus Minoribus conceſſis. Ibid. epiſt. 1888.

Eidem Reginæ.

Claris tuæ celſitudinis meritis ſic tibi favorem & gratiam Sedis Apoſtolicæ vendicaſti, ut ſibi redundet ad gaudium, ea quæ tibi concedit, quæ congruere perpenderit deſideriis mentis tuæ. Cum itaque, ſicut ex parte tua ſuit expoſitum coram nobis, de licentia Sedis Apoſtolicæ Monaſterium quoddam in civitate Neapolitana pia intentione conſtrui feceris ad ampliationem Ordinis ſanctæ Claræ, ut ibi Sororum ejuſdem Ordinis copioſus numerus ad obſequendum Altiſſimo collocetur, quæ de acquiſitis, & aſſignatis ſibi per te poſſeſſionibus & redditibus ſuſtententur. Nos devotis tuis ſupplicationibus benignius annuentes, ut idem Monaſterium, ac prædictæ Sorores, poſtquam inibi fuerint collocatæ, nec non omnes & ſinguli ad dictum Monaſterium, cum veneratione debita confluentes, omnibus indulgentiis Ordinibus Fratrum Minorum, & Sororum ſanctæ Claræ ſuis vicibus & diebus, quavis auctoritate conceſſis, potiantur & gaudeant, auctoritate tibi præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis infringere &c. ſi quis autem &c.

Datum ut ſupra.

V.

Ut prope prædictum Clariſſarum Monaſterium liceat aliud Minoribus extruere. Ibid. epiſt. 1889.

Eidem Reginæ.

§. I. Grandis & ſincera devotio, qua erga Deum & Romanam Eccleſiam matrem tuam, pollere dignoſceris, promeretur, ut perſonam tuam claris exigentibus meritis, favoribus proſequentes uberibus, votis tuis, in iis potiſſime liberaliter annuamus, per quæ divinæ majeſtati reddaris acceptior, & gratioſior habearis, tibique præter humanæ laudis præconium, ſalutis proveniat incrementum.

§. II. Habebat ſiquidem tua inſinuatio facta nobis, quod pro tuorum remedio peccatorum, & divini cultus augmento, Ordini Fratrum Minorum domum & Eccleſiam, cum officinis in civitate Neapolitana, juxta Monaſterium, quod de licentia Sedis Apoſtolicæ ad ampliationem Ordinis ſanctæ Claræ jam inibi conſtrui pia devotione feciſti, ædificare deſideras, ut in illo Fratrum Minorum magnus numerus ad ſerviendum Altiſſimo collocetur, propter quod nobis humiliter ſupplicaſti, ut & id tibi faciendi de ipſius Ordinis Fratribus, domum & Eccleſiam, cum offici-

ficinis hujuſmodi recipiendi,& inhabitandi perpetuo licentiam concedere dignaremur.

§. III. Nos itaque tuum pium, laudandumque propoſitum in Domino commendantes, tuis ſupplicationibus inclinati, tibi domum & Eccleſiam, cum officinis in loco ipſo conſtrui faciendi, in quo viginti dumtaxat Fratres Ordinis prædicti reſideant, divinis obſequiis vacaturi, ac eiſdem Fratribus domum & Eccleſiam, cum officinis eiſdem recipiendi, & inhabitandi perpetuo jure Ordinariorum, & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvo, conſtitutionibus quibuſcumque in contrarium editis, & ea præcipue, qua cavetur de religioſis locis ædificandis in certa diſtantia, nequaquam obſtantibus, plenam & liberam licentiam tenore præſentium impartimur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. ſi quis &c.

Datum IV. Idus Januarii anno 1.

VI.

Deputatur judex conſervator prædicti Monaſterii Clariſſarum. Ibidem epiſt. 1890.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Neapolitano.

Pontifex tenetur potiſſimum Regularibus aſſiſtere.

§. I. Etſi quibuslibet Chriſtifidelibus, ne afficiantur injuriis, aut moleſtiis agitentur, de injunctæ nobis debito ſervitutis opportunæ defenſionis præſidio teneamur aſſiſtere, illis tamen, quæ mundi relictis illecebris, ſe redemptoris obſequio dedicarunt, efficacius tenemur adeſſe, ut repreſſis in malitia gloriantium juſtitiæ refragantis fræno conatibus, vacantes divino cultui liberius valeant in obſervantia mandatorum Domini delectari.

§. II. Cum itaque cariſſima in Chriſto filia noſtra Sancia Regina Siciliæ illuſtris, ſicut ex ipſius inſinuatione nobis facta, percepimus, de ſalute propria cogitans, Monaſterium quoddam in civitate Neapolitana de licentia Sedis Apoſtolicæ jam conſtrui fecerit, ut copioſus Sororum Ordinis ſanctæ Claræ numerus ibi Domino famuletur, poſſeſſionibus & redditibus ex quibus eædem Sorores congrue ſuſtententur,per Reginam acquiſitis eamdem.... Nos volentes Sorores ipſas a forinſecis eſſe perturbationibus liberas, & ab irrogatione moleſtiarum, & injuriarum immunes, ne quomodolibet a divinis ſervitiis avocentur, & proinde adverſus moleſtatores, occupatores, injuriatores quoslibet de illo ſibi remedio providere cupientes, per quod talium compeſcatur audacia; & malignantibus aditus præcludatur, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus per te vel per alium, ſeu alios eiſdem Sororibus, aut procuratoribus, vel ſyndicis dicti Monaſterii opportuni favoris præſidio efficaciter & ſolerter aſſiſtens, ipſas ſuper poſſeſſionibus, rebus & juribus ſuis, & dicti Monaſterii præſentibus & futuris, aut earum fructibus, redditibus, & proventibus, vel eorum prætextu non permittas ab aliquibus religioſis, vel ſecularibus exemptis, & non exemptis, clericis vel laicis indebite moleſtari, exhibituris eiſdem Sororibus, procuratoribus ſeu ſyndicis Monaſterii antedicti, cum ab ipſis vel eorum aliquo fueris requiſitus, de perſonis quibuslibet ſuper prædictis aut aliquo prædictorum eiſdem Sororibus, injurias, moleſtias, vel gravamina nunc, vel in poſterum irrogantibus, exemptis, &. non exemptis, cujuſcumque dignitatis, Ordinis, conditionis aut ſtatus exiſtant,

Sorores debent eſſe a ſecularibus ſollicitudinibus ſemotæ.

Conſervatoris munus.

ſtant, ſuper iis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, ſummarie, & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii, ſuper aliis vero prout qualitas negotiorum exegerit, juſtitiæ complementum, moleſtatores, turbatores, occupatores, & injuriatores hujuſmodi ac contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis; non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, per quam tam judices quam conſervatores extra civitates, & Diœceſes, in quibus fuerint deputati, & alibi quam in civitatibus, vel locis inſignibus procedere, vel vices ſuas alii ſubmittere, aut aliquem ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis trahere, ac de aliis, quam de manifeſtis Injuriis & moleſtiis ſe intromittere prohibentur, & tam de duabus dietis in Concilio Lugdunenſi, dummodo ultra quartam dietam aliquis extra ſuam Civitatem, & diœceſim non trahatur, quam aliis quibuſcumque conſtitutionibus, &c. *mentio ſpecialis*. Conſtitutiones aliæ declaratur ne obſtent.

§. III. Ceterum volumus & auctoritate Apoſtolica decernimus, quod prædicta ejuſdem prædeceſſoris, in qua etiam dicitur, quod officium quorumcumque Conſervatorum ipſo jure, quoad non cœpta negotia per obitum concedentis expiret, & quibuslibet aliis, tam ipſius, quam aliorum prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus in contrarium editis omnino ceſſantibus, a data præſentium ſit tibi in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis, plena & perpetua poteſtas, ac juriſdictio attributa, ut in eo vigore illaque firmitate poſſis auctoritate noſtra in prædictis omnibus, & pro prædictis procedere, ac ſi tua juriſdictio in præmiſſis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet. Et facta poteſtas a datis præſentibus.

Datum ut ſupra.

VII.

Ne dent licentiam alloquendi Sorores prædicti Monaſterii. Ibid. epiſt. 1891.

Dilecto filio Generali Ordinis Fratrum Minorum, ac Provinciali ejuſdem Ordinis in Terra laboris, Miniſtris.

Cum cariſſima in Chriſto filia noſtra Sancia Regina Siciliæ Illuſtria, de licentia Sedis Apoſtolicæ pro ſuorum remiſſione peccaminum, ad dilatandum Ordinem ſanctæ Claræ, Monaſterium in civitate Neapolitana, ſicut ex ipſius percepimus aſſertione, fundaverit, ut in illo centum Sorores ejuſdem Ordinis virtutum Domino famulentur, de redditibus per Reginam acquiſitis eamdem inibi ſuſtentandæ, ſitque ipſa Regina pia intentione ſollicita, ut ad Sorores eaſdem, poſtquam incluſæ in hujuſmodi Monaſterio fuerint, rarus habeatur acceſſus, ut ſic ab humanis conſpectibus ſeparatæ, ſervire Chriſto liberius valeant, & laſceſſendi opportunitate ſublata, eidem corda & corpora ſua in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire; nos ſuis in hac parte votis laudabilibus occurrentes, ac ejus ſupplicationibus inclinati, vobis concedendi quibuſvia perſonis ad Sorores eaſdem ingrediendi licentiam, niſi aliud neceſſitas, aut utilitas ſuaderet, ſuper quo veſtras conſcientias intendimus onerare, privilegiis, conſuetudinibus vel ſtatutis quibuſcumque contrariis nequaquam obſtantibus, adimimus, & interdicimus facultatem.

Datum ut ſupra.

VIII. *Ut*

VIII.

Ut ædificare poſſit Minoribus Monaſterium in Clavaſſio. Ibidem epiſt. 1669.

Dilecto filio nobili viro Theodoro, Marchioni Montiſferrati.

DEvotionis tuæ ſinceritas promeretur, ut votis tuis, in iis potiſſime liberaliter annuamus, per quæ tibi, præter laudis humanæ præconium, ſalutis proveniat incrementum. Oblata nobis ſiquidem petitio continebat, quod tu cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fœlici commercio commutare, Ordini Fratrum Minorum in Clavaſſio Yporegien. diœceſis Caſtro tuo, utique, ſicut aſſeris, populoſo, domum ſeu locum ædificare deſideras pro tuorum remedio peccatorum. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut & tibi id faciendi, & ipſius Ordinis Fratribus domum ſeu locum hujuſmodi recipiendi, & inhabitandi perpetuo, conſtitutionibus fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & quacumque alia in contrarium editis, nequaquam obſtantibus, licentiam concedere dignaremur. Nos itaque tuum hoc pium, & laudabile propoſitum in Domino commendantes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi & eiſdem Fratribus licentiam benigne concedimus poſtulatam, jure Ordinariorum & cujuslibet alterius in omnibus ſemper ſalvis. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c. Si quis autem, &c.

Datum Avenione IV. Idus Jan. anno I.

IX.

Ut ſervetur clauſura in Monaſterio Neapolitano ab ea conſtructo. Ibid. ex 3. par. ann. I. epiſt. 3061.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Sanciæ Reginæ Siciliæ Illuſtri.

TUæ devotionis exigentibus meritis, petitiones tuas gratanter admittimus, circa ea præſertim, quæ divini cultus augmento, aut regularis obſervantiæ honeſtati convenire videmus. Cum itaque ſicut pro parte tua fuit nobis expoſitum, Monaſterium quoddam in civitate Neapolitana, de licentia Sedis Apoſtolicæ, ad dilatationem Ordinis ſanctæ Claræ pia intentione conſtrui feceris, ut inibi Sorores ejuſdem Ordinis virtutum Domino famulentur. Nos tuis ſupplicationibus inclinati, quod eædem Sorores in Monaſterio collocandæ prædicto ex nunc in voto & profeſſione ſuis, quibus ſe promittunt ſine proprio, in obedientia & caſtitate victuras, quartum teneantur exprimere, ſcilicet quod ſub eadem clauſura convivant, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione. Kalendis Februarii anno I.

X. Con-

X.

Confirmat quaſdam donationes factas Monaſterio Montis-Martiani. Ibid. in tomo 3. epiſt. 1559.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii de Monte-Martiano, Ordinis ſanctæ Claræ, Aduren. Diœceſis.

§. I. MOvet animum noſtrum divinæ pietatis intuitus, ut circa vos, quæ mundi contemptis illecebris, & vanitatibus ſeculi, libello dato repudii, ſuperni Regis obſequiis adhæſiſtis, Apoſtolicæ miſericordiæ januam reſerantes, petitionibus veſtris, in quantum cum Deo poſſumus, benignius annuamus. Præfatio.

§. II. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod quondam Gaſto Vicecomes Bearnii, & quondam Martha uxor ejus, cupientes terrena pro cœleſtibus, & caduca pro æternis fœlici commercio commutare, locum de Berreis cum ædificiis, & omnibus juribus, & pertinentiis ſuis, molendinum etiam de Juſſeo & Cirmanagia, quæ præfati Vicecomes, & ejus uxor habebant in locis de Monte-Martiani, de Villa-Nova, de Roceafort, & de Benecades, & quædam Deveria in locis eiſdem, ac Affaria Deufroxo Deſtigarde, Deyres, & de Caroles, de Faſcas, de Caſaac, de Labordit, de Camini, & Deveria, ſancti Martini de Noct, decimas etiam de Monte Eſquino, ſanctæ Mariæ de Marypoi, ſancti Fœlicis, ſancti Martini Daurenac & ſancti Leodigarii de Brulheſio Condomien. tunc Agennen. & Aduren. Diœceſis; necnon quædam Caſalia terras, cenſus & Deveria, & quaſdam alias libertates, & Franquiſias in tota terra eorum, prout ſpectabant ad eos pro ſuarum & parentum ſuorum animarum remedio, vobis & Monaſterio veſtro pia & provida deliberatione donarunt, prout in inſtrumentis publicis, & patentibus litteris inde confectis, eorumdem Vicecomitis, & uxoris ſigillis munitis plenius dicitur contineri. Petit. tenor.

§. III. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eiſdem Vicecomite, & uxore pie & provide factum eſt, ratum, & gratum habentes id auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo, &c. noſtræ confirmationis, &c. Confirmatio donationis.

Datum Avenione 11. Non. Februar. anno 1.

XI.

Dantur Conſervatores prædicto Monaſterio. Ibid. epiſt. 1560.

Venerabilibus Fratribus Vaſaten. Aquen. Condomien. Epiſcopis ſalutem.

MOvet animum noſtrum divinæ pietatis intuitus, ut circa dilectas in Chriſto filias, Abbatiſſam & Conventum Monaſterii de Monte-Martiano, Ordinis ſanctæ Claræ Aduren. Diœceſis, &c. ut in epiſtola præcedenti uſque ad dnximus confirmandum. Quocirca Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios eiſdem Abbatiſſæ & Conventui efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eas contra hujuſmodi confirmationis noſtræ tenorem ab aliquibus indebite mole-

leſtari; moleſtatores hujuſmodi per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtante ſi aliquibus communiter, vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum ut ſupra.

XII.

Creatur Epiſcopus Piſaurien. Ibid. ex 3. par. an. 1. epiſt. 2071.

Venerabili fratri Petro Epiſcopo Piſaurien.

Proemium.

§. I. INter cetera ſollicitudinis noſtræ ſtudia, quæ plena curis, & multimodis onuſta laboribus, executio paſtoralis officii noſtris inducit humeris præferenda, illud nos ſpecialiter excitat, angit potiſſime, pulſatque propenſius mentem noſtram, ut viduatis Eccleſiis, ne prolixæ vacationis exponantur incommodis, diſpendia patiantur, ac eorum bona ac jura protectoris deſtituta præſidio, pravorum præſumptuoſa temeritas occupet, avidaque manus diripiat malignorum, Paſtores præficiamus idoneos, & rectores providos præponamus, quorum ſalubri ductæ regimine & munimine circumſultæ, ac laudabili gubernatione directæ, ſpiritualibus ac temporalibus proficiant incrementis.

Vacante Sede, Electus a Capitulo moritur.

§. II. Dudum ſiquidem Eccleſia Piſaurien. ad Romanam Eccleſiam nullo medio pertinente, per obitum bonæ memoriæ Petri Epiſcopi Piſaurien. ſolatio deſtituta Paſtoris, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, quaſi per inſpirationem divinam quondam Juntam Canonicum Piſaurien. in Penſaurien. Epiſcopum unanimiter elegerunt, qui antequam hujuſmodi electioni conſentiret, viam extitit univerſæ carnis ingreſſus: dicti namque Capitulum vocatis poſtea omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum præfixa convenientes in unum, & Spiritus Sancti gratia invocata, deliberantes per viam procedere compromiſſi, providere dictæ Eccleſiæ de Prælato, duobus ex eis videlicet Brante Præpoſito, & Bomicontito Canonico ejuſdem Eccleſiæ, eligendi concorditer Piſaurien. Epiſcopum conceſſerunt unanimiter poteſtatem, promittentes illum in eorum Epiſcopum, & Paſtorem recipere, quem iidem compromiſſarii concorditer ducerent eligendum.

Compromiſſarii electi ad novum eligendũ Paſtorem.

§. III. Iidem namque Compromiſſarii hujuſmodi poteſtate recepta, ſecedentes in partem, poſt diverſos tractatus ſuper hoc invicem habitos, deliberatione inter ſe præhabita diligenti, in te Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, direxerunt unanimiter vota ſua, & deinde dictus Præpoſitus ex poteſtate ſibi, & dicto collegæ ſuæ tradita, de mandato ipſius collegæ vice ſua, & ejuſdem collegæ ac Capituli prædictorum in Piſaurien. Epiſcopum te elegit, ac electione hujuſmodi a dictis Capitulo concorditer acceptata, Clero, & populo Piſaurien. ſolemniter publicavit. Tuque poſtmodum ad inſtantiam ipſorum Capituli electioni prædictæ prius a Generali Miniſtro Ordinis ſupradicti ſuper hoc petita, & obtenta licentia, infra tempus a jure ſtatutum conſentiens, propter hoc ad Sedem Apoſtolicam perſonaliter acceſſiſti.

Præficiunt F. Petrum. Qui ad Apoſt. Sedem accedit.

§. IV. Demum tam tu per te ipſum, quam iidem Capitulum per eorum certos procuratores, & nuncios propter hoc ad nos ſpecialiter de-

ſtinatos, præſentato nobis dictæ electionis decreto, a nobis infra tempus debitum ſuppliciter poſtulaſti, ut confirmare electionem hujuſmodi dignaremur.

§. V. Nos igitur electionem eamdem, tuamque perſonam per venerabilem fratrem Nicolaum Epiſcopum Oſtien. & dilectos filios noſtros Arnaldum tituli ſanctæ Priſcæ presbyterum, & Arnaldum ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconum Cardinales examinari fecimus diligenter, & facta nobis per eoſdem Epiſcopum & Cardinales ſuper hoc relatione fideli, quia eamdem electionem invenimus de te, cui de litterarum ſcientia, religionis zelo, vitæ munditia, honeſtate morum & vitæ, ac aliis virtutum meritis laudabilia teſtimonia perhibentur, canonice celebratam, illam de præfatorum Epiſcopi, Cardinalium, & aliorum Fratrum noſtrorum conſilio auctoritate Apoſtolica confirmamus, teque dictæ Eccleſiæ Penſaurien. in Epiſcopum præfecimus & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, & ſubſequenter tibi munus conſecrationis propriis manibus duximus impendendum, firma ſpe fiduciaque concepta, quod, dirigente Domino actus tuos, eadem Penſaurien. Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, &c. *benevolum impertiri*. Cõfirmatur electio.

Datum Aven. Idib. Februarii anno primo.

XIII.

Præficitur Eccleſiæ Trecoren. Ibid. epiſt. 2170.

Dilecto filio Joanni electo Trecoren.

§. I. Romanus Pontifex, quem Paſtor ille cœleſtis & Epiſcopus animarum poteſtatis ſibi plenitudine traditæ, Eccleſiis prætulit univerſis, plena vigiliis ſollicitudo requirit, ut circa ipſarum & Miniſtrorum Dei ſtatum ſic vigilanter excogitet, ſic proſpiciat diligenter, quod ſuperni favoris auxilio ſuffragante, iidem Eccleſiæ & Miniſtri, prout perſonarum, locorum & temporum exigit qualitas, fœlicibus jucundentur eventibus & votivæ proſperitatis ſucceſſibus gratulentur.

§. II. Dudum ſiquidem Trecoren. Eccleſia, per obitum bonæ memoriæ Gaufridi Epiſcopi Trecoren. Paſtoris ſolatio deſtituta: Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, cupientes regimini ejuſdem Eccleſiæ perſonam utilem per noſtræ ſollicitudinis ſtudium præſidere, proviſionem ipſius Eccleſiæ ea vice diſpoſitioni noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Vacat Sedes Trecoren. Pôtifex ſibi electionem reſervat.

§. III. Poſtmodum autem ad proviſionem ipſius Eccleſiæ, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, cepimus intendere diligenter, & poſt diligentiam, quam una cum fratribus noſtris ad præficiendam eidem Eccleſiæ perſonam aptam & idoneam, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis in ſuis valeat juribus adaugeri, ac etiam defenſari, habuimus diligenter, ad perſonam tuam, quam nobis & eiſdem Fratribus familiaris experientia gratam reddit plurimum, & acceptam, cum ſis virtute laudabilis, ac converſationis honeſtæ, litterarum ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, diſcretionis fœcunditate conſpicuus, Cõditiones quibus debet potiri Epiſc.

Fr. Joanni demādatur Epiſcopalis cura.

clarus meritis, & alias in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectus, direximus aciem mentis noſtræ. Quibus omnibus diligenti meditatione diſcuſsis, de te Ordinis Fratrum Minorum Pœnitentiario noſtro in Sacerdotio conſtituto, Ordinem ipſum expreſſe profeſſo, de dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, ipſi Eccleſiæ providemus, teque illi in Epiſcopum præficimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, firma concepta fiducia, quod virtutibus divinitus tibi traditis inſignitus, eamdem Eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis, ipſaque utilis præſidio munita paſtoris, optatis affluet incrementis.

§.IV. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino devote ſuſcipiens, ſic curam & adminiſtrationem prædictas diligenter gerere ſtudeas, ac ſalubriter & utiliter proſequaris, quod eadem Eccleſia tua vigilantia votivis amplietur commodis, & in omnibus, divina cooperante clementia, proſpere dirigatur, tuque noſtram, & dictæ Sedis gratiam, tamquam benedictionis & obedientiæ filius, uberius conſequi merearis.

Datum Avenione IX. Kal. Martii anno I.

XIV.

Conceditur ut condere poſſit teſtamentum. Ibid. epiſt. 3062.

Venerabili fratri Guillelmo Epiſcopo Ponteolan.

Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, & ea quæ viſibilem habent eſſentiam &c. ut in bulla XL. Clementis V. uſque ad viderit expedire.

Datum Avenione Kal. Martii anno I.

XV.

Præficitur Eccleſiæ Nepeſinæ. Ibid. epiſt. 2171.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Nepeſino.

§.I. Militanti Eccleſiæ, diſponente Domino, licet immeriti præſidentes, curam omnium Eccleſiarum ſolertia indefeſſa ſolliciti, ut juxta paſtoralis officii debitum commiſſi nobis Dominici gregis, curam utiliter gerere, divina cooperante gratia, ſtudeamus, & quamquam aſſidue circa ſingularum Eccleſiarum commoda vigilemus, tamen erga illas, quæ deplorant viduitatis incommoda, propenſiori cura & majori pulſamur inſtantia, ut eis præficiamus viros idoneos in paſtores.

§.II. Sane cum olim Nepeſina Eccleſia ad Romanam dumtaxat Eccleſiam pertinens, per obitum bonæ memoriæ Pauli Epiſcopi Nepeſini Paſtoris foret ſolatio deſtituta, tantoque tempore vacaviſſet, quod ad Sedem Apoſtolicam erat ipſius proviſio, ſecundum Generalis ſtatuta Concilii legitime devoluta: Nos de ipſius Eccleſiæ Nepeſinæ proviſione paternis ſtudiis cogitantes, ne prolixioris vacationis incommodis expoſita remaneret, ac volentes ei de paſtore idoneo ſalubriter providere, ad te tunc Pœnitentiarium noſtrum, Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, virum utique vitæ laudabilis, & converſationis placidæ, morumque hone-

neſtate decorum, diſcretionis dono & conſilii maturitate conſpicuum, in ſpiritualibus providum, & temporalibus circumſpectum, ac nobis & Fratribus noſtris familiari experientia cognitum, qui in commiſſo tibi Pœnitentiariæ officio, quod geſſiſti diutius, te prudenter & fideliter habuiſti, convertimus aciem noſtræ mentis, & præmiſſis omnibus in conſiderationem adductis, te prædictæ Nepeſinæ Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, in Epiſcopum præfecimus & paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, & ſubſequenter tibi per Venerabilem fratrem noſtrum Arnaldum Epiſcopum Albanen. munus fecimus conſecrationis impendi, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, dicta Eccleſia Nepeſina, per tuæ circumſpectionis induſtriam præſervabitur a noxiis, & ſpiritualibus, & temporalibus proficiet incrementis.

§. III. Supporta igitur reverenter impoſitum a Domino tibi onus, ſollicitamque ipſius Nepeſinæ Eccleſiæ curam geras, gregem Dominicum in illa tuæ curæ commiſſum doctrina verbi & exemplis operum informando, ita quod Eccleſia ipſa, per tuæ vigilantiæ ſtudium votivis proficiat commodis, & felicibus gaudeat incrementis, tuque ex hoc retributionis æternæ gloriam conſequi merearis.

Datum Avenione 11. Kal. Martii anno 1.

XVI.

Deputantur Judices conſervatores Clariſſarum. Ibid. epiſt. 2600.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Auxitano, & Tholoſano, & Lemovicen. Epiſcopis.

§. I. Inter opera pietatis, ad quæ nos Apoſtolatus officii cura ſollicitat, illud eſſe credimus in oculis divinæ majeſtatis acceptum, ſi perſonas ſub obſervantia regulari degentes, & præſertim in fragilitate ſexus fœminei conſtitutas, quibus favor eſt plenior adhibendus, & quæ non habent alium præter Romanum Pontificem defenſorem, Apoſtolicæ defenſionis præſidio muniamus.

§. II. Cum itaque dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ, & Conventus Monaſteriorum Monialium incluſarum, ſive Sorores Ordinis ſanctæ Claræ, & ſancti Damiani, ſeu Minoriſſæ dicantur, ſicut ipſæ nobis inſinuare curarunt, a Prælatis, Rectoribus, & Clero, aliiſque perſonis ſuper bonis, juribus, et libertatibus earumdem contra indulta privilegiorum Apoſtolicæ Sedis eis, & earum Ordinum a dicta Sede hactenus conceſſorum, multipliciter moleſtentur, & multiplicia eis gravamina inferantur: Nos volentes eis ſuper hoc, ut liberius valeant Domino famulari, de opportuno remedio providere, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos, vel per alium, ſeu alios eiſdem Abbatiſſis, & Monialibus, Sororibus, & Minoriſſis præſentibus & futuris efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis ipſas contra dictorum privilegiorum tenorem a prædictis vel quibuſcumque aliis moleſtari, nec aliqua gravamina, vel injurias irrogari, facientes ipſis de illatis ſibi injuriis, moleſtationibus, & gravaminibus contra tenorem eumdem, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem, per viam judicii: in aliis vero prout qualitas ipſorum exegerit juſtitiæ complementum, ita ut officium, poteſtas & juriſ-

dictio veſtra perpetuata ex nunc in antea cenſeantur, moleſtatores, ac injuriatores hujuſmodi, nec non contradictores et rebelles, quandocumque et quotieſcumque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus conſtitutionibus de duabus dietis in Concilio Generali, et felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri &c. uſque ad *in noſtris litteris fieri mentionem*.

Datum Avenione Idibus Aprilis anno 1.

XVII.

Similiter deputantur Conſervatores. Ibid. epiſt. 2803.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Remen. & Pariſien. ac Meten. Epiſcopis.

INter opera pietatis, ad quæ nos Apoſtolatus officii cura ſollicitat &c. ut in præcedenti epiſtola uſque ad *præſidio muniamus*. *Cum itaque* dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ et Conventus Monaſteriorum Monialium incluſarum, ſive Sorores Ordinis ſanctæ Claræ, et ſancti Damiani, ſeu Minoriſſæ dicantur &c. ibidem uſque ad finem.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Nicien. et Senecen. ac Dien. Epiſcopis.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Gereznen. et Poznanien. et Plocen. Epiſcopis.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Viennen. et Bizuntinen. Archiepiſcopis, et Epiſcopo Cabilonen.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Ravennaten. et Bononien. et Parmen. Epiſcopis.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Treveren. et Colonien. Archiepiſcopis, ac Trajecten. Epiſcopo.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Arelaten. et Biteren. ac Nemauzen. Epiſcopis.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Tarraconen. et Cæſarauguſtan. et Pampilonen. Epiſcopis.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Bracaren. ac Elboren. ac Viſen. Epiſcopis.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Arelaten. ac Avenionen. et Cavalicen. Epiſcopis.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Claromonten. Anicien. et Lemovicen. Epiſcopis.

XVIII.

Præficitur Eccleſiæ Nicien. Ibid. epiſt. 2872.

Venerabili fratri Guillelmo Epiſcopo Nicien.

Papalis ſollicitudo in Eccleſiarum regimine.

§. I. CUra paſtoralis officii nobis, quamquam immeritis, ſuperna diſpoſitione commiſſi, jugiter pulſat et excitat mentem noſtram, ut de univerſis orbis Eccleſiis pro ſtatu earum regendo ſalubriter et feliciter dirigendo, quantum nobis ex alto conceditur, ſollicite cogitemus: ſed earum ſollicitudo fortius animum noſtrum urget, quæ propriis deſtitutæ paſtoribus, vacationis incommodis exponuntur, ut per no-

noſtræ providentiæ ſtudium curioſum ipſis in paſtores viri præficiantur idonei, qui ſciant et poſſint eiſdem Eccleſiis præeſſe utiliter et prodeſſe.

§. II. Pridem ſiquidem Eccleſia Nicien. Ordinis ſancti Auguſtini, per obitum bonæ memoriæ Raymundi Epiſcopi Nicien. qui viam in illis partibus extitit univerſæ carnis ingreſſus, paſtoris ſolatio deſtituta; Nos vacatione hujuſmodi fide dignis relatibus intellecta, cupientes ipſius Eccleſiæ regimini perſonam, ſecundum cor noſtrum idoneam præſidere, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ diſpoſitioni noſtræ, auctoritate Apoſtolica ea vice duximus reſervandam, decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. *Sibi Pontifex electionem reſervat.*

§. III. Deinde vero de proviſione Eccleſiæ præfatæ, ne ipſa ulterioris vacationis ſubjaceret incommodis, cepimus ſollicite cogitare, & poſt deliberationem quam ad deputandum ipſi Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria & experientia nobis notis dicta Eccleſia poſſet ad ſalutaria dirigi, & proſpere gubernari, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem. *Et diligenter de ipſa habenda cogitat.*

§. IV. Demum ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, tunc Pœnitentiarium noſtrum, cujus litterarum ſcientia, vitæ virtus, altitudo conſilii, diſcretionis maturitas, morum honeſtas, aliaque multiplicium dona virtutum tibi deſuper conceſſarum, nobis & eiſdem Fratribus ſunt per familiarem experientiam non ignota, direximus aciem noſtræ mentis, ac de te ipſi Eccleſiæ præmiſſis omnibus debita meditatione penſatis, de Fratrum eorumdem conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, ac ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Nicolaum Epiſcopum Oſtien. tibi munus fecimus conſecrationis impendi, firma concepta fiducia ex tuis laudabilibus actibus jam prætactis, quod gratia tibi ſuffragante divina, prædicta Eccleſia ſub tuo felici regimine augmenta in utriſque ſuſcipiet commodi & honoris. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum in hac parte tibi onus a Domino &c. percipere cum electis. *Fratr. Guillelmi laudes.* *Qui Antiſt. eligitur.*

Datum Aven. VIII. Kal. Maii.

XIX.

Præficitur Eccleſiæ Oſſorien.. Ibid. epiſt. 2756.

Venerabili fratri Richardo Epiſcopo Oſſorienſi.

§. I. Romani Pontificis, quem paſtor ille cœleſtis & Epiſcopus animarum, qui recte univerſa diſponit poteſtatis ſibi plenitudine tradita, Eccleſiis prætulit univerſis, plena vigiliis ſollicitudo requirit, ut circa cujuslibet ſtatum Eccleſiæ ſic vigilanter excogitet, ſic proſpiciat diligenter, ut per ejus providentiam circumſpectam, nunc per ſimplicis proviſionis officium, nunc per miniſterium translationis accomodæ, prout locorum & temporum qualitas exigit, Eccleſiis ſingulis paſtor accedat idoneus, & rector providus deputetur, ſicque Eccleſiæ ipſæ, ſuperni favoris auxilio ſuffragante, votivæ proſperitatis ſucceſſibus gratulentur.

§. II. Sane nuper Oſſorien. Eccleſia Paſtoris regimine deſtituta, pro

eo

eo quod nos venerabilem fratrem noſtrum Villelmum olim Epiſcopum Oſſorien. a vinculo quo tenebatur Oſſorien. Eccleſiæ abſolutum, ad Caſſellen. Eccleſiam tunc vacantem duximus transferendum. Nos de ipſius Eccleſiæ Oſſorien. proviſione celeri, ne diu viduitatis ſubjaceret incommodis, ſollicite cogitantes, & cupientes illum per noſtræ providentiæ ſtudium eidem Pontificem præſidere, de quo certam haberemus notitiam, quod ipſum clara meritorum ſuorum inſignia redimerent; ne dubia eſſet ipſius caritas erga plebem ſuo regimini commendatam, in cujus fide fida recumberet ſecuritas ſubditorum, ad perſonam tuam litterarum ſcientia, munditia vitæ, ac honeſtate morum, & aliis virtutibus decoratam, direximus aciem noſtræ mentis, teque Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, memoratæ Oſſorien. Eccleſiæ præfecimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo, tibique ſubſequenter per venerabilem fratrem noſtrum Nicolaum Oſtienſem Epiſcopum facientes munus conſecrationis impendi, firma concepta fiducia, quod eidem *Oſſorien.* Eccleſiæ per tuæ providentiæ ſtudium, proſperitatis & honoris, Deo propitio, grata provenient incrementa.

§. III. Reverenter itaque ſupportes jugum Domini, & tua ejus oneri humiliter colla ſubmitte, manumque viriliter mittens ad fortia, curam & adminiſtrationem ejuſdem Oſſorien. Eccleſiæ prudenter exequi ſtudeas, & gregis tibi commiſſi cuſtodiam proſequi diligenter, ſolerter, & conſtanter oppoſiturus te murum pro domo Domini aſcendentibus ex adverſo, ut laudabili de grege ipſo reddita ratione in diſtricto examine, regnum patris æterni ab origine mundi paratum electis accipias lætabundus, in dilectis Domini tabernaculis moraturus.

Datum Avenione VIII. Kal. Maii anno I.

XX.

Ut decem admittat Cænobia Minoritis ædificanda. Ibid. ex 4. par. an. 1. epiſt. 3969.

Dilecto filio Michaeli Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Ordo Minorum quantum Eccleſiæ proficuus.

§. I. IN Eccleſiæ firmamento tuus Ordo ſydereo nitore coruſcans, univerſam gregis dominici aulam illuminat, & currentibus in ſtadio rectum iter inſinuat, quo ad ſalutis bravium facilius pervenitur, hic in valle paupertatis terrenæ militans in cœleſtium triumphat eminentia facultatum.

Cœnobia ædificanda recenſentur.

§. II. Cupientes igitur, ut hic Ordo conſpicuus per orbem eo amplius propagetur, & novæ prolis fœtu jugiter amplietur, quo ipſius ſacra Religio virtutum fœcunditate referta, & tota per bonorum operum ſtudia Domino ex ſuæ inſtitutionis exordio dedicata, ad robur & munimentum fidei orthodoxæ per inſignium gratiam meritorum, & exemplaris vitæ doctrinam uberes hactenus in univerſali Eccleſia honeſtatis fructus protulit & ſalutis, tuis ſupplicationibus inclinati, decem recipiendi loca in partibus & provinciis infraſcriptis, videlicet in Ejuſgonia, in loco, qui dicitur Walburgeharcha, inter Emetha & Fallerne, ac in loco vocato Leucha, in Comitatu etiam, Aſtariacen. in villa, quæ Miranda vocatur, & in Burgo Sirricini & Liquate, ac Tocti Caſtris monaſterien. Strigonien. Auxitan. Cremon. Agrigentin. & Theatin. diœc. necnon in Roma-

maniæ partibus duo, in Hungariæ quoque confinio verſus Tartaros unum, in Ruſciæ unum Provinciis Fratrum dicti Ordinis loca, juxta ſuæ diſcretionis arbitrium, ponendique ibidem Fratres dicti Ordinis, prout tibi videbitur expedire, tibi ac ipſis Fratribus in eiſdem locis taliter poſitis ibidem ædificandi oratoria, domos & neceſſarias officinas, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur &c. Et qualibet alia conſtitutione contraria nequaquam obſtantibus, plenam & liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c. Conſtitutionibus in contrariū non obſtan.

Datum Avenione xiv. Kal. Junii anno 1.

XXI.

Deputantur Conſervatores Monaſterii Clariſſarum de Peyrat. Ibid. ex 3. par. an. 1. epiſt. 2912.

Venerabilibus Fratribus Agennen. & Petragoricen. ac Lemovicen. Epiſcopis.

§. I. SUb religionis habitu vacantibus piæ vitæ ſtudio, ita debemus eſſe propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non poſſint obſtaculis impediri. Cum igitur dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa, & Conventus Monaſterii del Peyrat de Maron, extra muros Caſtri de Gordonio Ordinis ſanctæ Claræ, Caturcen. diœc. ſicut ex parte ipſarum fuit propoſitum coram nobis, a nonnullis, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, ſuper poſſeſſionibus, & aliis bonis ſuis graves patiantur injurias & jacturas; Nos earumdem Abbatiſſæ & Conventus providere quieti, & malignantium malitiis obviare volentes, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Abbatiſſæ & Conventui pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reverentia, opportuni favoris præſidio aſſiſtentes, ipſas contra indulta privilegiorum eis a Sede conceſſorum eadem, non permittatis ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujuſmodi, quicumque & cujuſcumque religionis, conditionis, aut ſtatus exiſtant, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtantibus tam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri de aliquo extra ſuam diœceſim ad judicium non revocando, quam de duabus dietis edita in Concilio generali, & quibuſcumque aliis conſtitutionibus in contrarium editis, dummodo aliquis ultra tertiam vel quartam dietam extra ſuam diœceſim auctoritate præſentium non trahatur, attentius proviſuri, ne de his, ſuper quibus lis eſt forte jam mota, ſeu quæ cauſæ cognitionem exigunt, & quæ indulta hujuſmodi non contingunt, vos aliquatenus intromittatis.

§. II. Nos enim ſi ſecus præſumpſeritis, tam præſentes litteras, quam etiam proceſſum, quem per vos illarum auctoritate haberi contigerit, carere viribus, & nullius fore decernimus firmitatis. Hujuſmodi ergo mandatum noſtrum ſic prudenter & fideliter exequi ſtudeatis, quod ejus fines nullatenus excedatis.

Datum Avenion. v. Kal. Junii anno 1.

XXII.

XXII.

Communicantur eis omnia privilegia & facultates conceſſa Monaſterio ſanctæ Claræ Avenionen. Ibid. epiſt. 2896.

Dilectis in Christo filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii del Peyrat de Maron, extra muros Caſtri de Gordouio, Ordinis ſanctæ Claræ, Caturcen. diœceſis.

§. I. JUſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facile præbere conſenſum, & vota quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere.

Fundatrix Monaſterii. Quod Pont. ſub ſua ſuſcipit protect. Privilegia conceſſa.

§. II. Eapropter, dilectæ in Christo filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, perſonas veſtras & locum, in quo eſtis divinis obſequiis dedicatæ, quem dilecta in Christo filia ſoror Fayx de Gordonio Monialis Monaſterii Del peyrat de Maron, extra muros Caſtri ejus ejuſdem loci de Gordonio Ordinis ſanctæ Claræ Caturcen. diœceſis, ad honorem ejuſdem Sanctæ, pro ſuæ ſalutis augumento, de bonis propriis de novo fundaſſe dignoſcitur, & dotaſſe, cum omnibus bonis ſuis, ac juribus, & pertinentiis univerſis, quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidetis, & in futuro juſtis modis, præſtante Domino, poteritis adipiſci, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; vobis nihilominus concedentes, quod immunitatibus, libertatibus, privilegiis, indulgentiis, & gratiis gaudeatis, quæ ſunt eidem Ordini ſanctæ Claræ, ac Monaſterio Avenionen. ejuſdem Ordinis ab Apoſtolica Sede conceſſa. Tenores autem privilegiorum, & indultorum prædicto Monaſterio Avenionen. conceſſorum præſentibus inſeri fecimus: qui tales ſunt.

Urbanus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei: Dilectis in Christo filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Avenionen. Ordinis ſancti Damiani ſalutem &c. Devotionis veſtræ precibus inclinati ſepulturam Eccleſiæ veſtræ ſine alieni juris præjudicio liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, quæ ſe illic ſepeliri deliberaverint, dummodo excommunicati, vel interdicti, aut publice uſurarii non fuerint, nullus obſiſtat, ſalvis tamen canonica juſtitia, & parochiali jure illarum Eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Nulli ergo omnino hominum &c. ſe noverit incurſurum. *Datum apud Urbem veterem* x. *Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno* III.

Litteræ Urbani IV.

Item Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei: Dilectis in Christo filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Avenionen. Ordinis ſancti Damiani. Paupertati veſtræ &c. vide in regeſto tom. 3. *Bulla* 10. *Alexandri IV. Datum Anagniæ* II. *Non. Septembris Pontificatus noſtri anno* II.

Alex. IV.

Item Alexander &c. Dilectis in Christo filiabus Abbatiſſæ &c. Avenion. Neceſſitatibus veſtris paterno compatientes affectu, quod de uſuris, rapinis, & aliis male acquiſitis, ſi quibus horum reſtitutio fieri debeat, invenire non poſſunt, nec non de redemptionibus votorum, auctoritate Diœceſanorum prius factis, Hieroſolymitano dumtaxat excepto, uſque ad ſummam centum librarum Turonen. monetæ recipere valeatis, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ſi alias pro ſimilium receptione non eſtis a nobis hujuſmodi gratiam conſecutæ; Ita quod voventes ad executionem votorum hujuſmodi minime teneantur, ſed alii ad reſtituendum reſiduum acquiſitorum taliter, ſi quod fuerit, remaneant obligati. Nulli ergo &c. noverit incur-

ſu-

ſurum. *Datum Anagniæ* III. *Idus Septembris Pontificatus noſtri anno* II.

Item Alexander. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Avenionen. Ordinis ſancti Damiani. Devotionis veſtræ precibus inclinati, auctoritate vobis præſentium indulgemus, ut poſſeſſiones, & alia bona mobilia & immobilia, quæ liberas perſonas Sororum veſtrarum mundi relicta vanitate, ad Monaſterium veſtrum convolantium, & profeſſionem facientium in eodem, jure ſucceſſionis, vel alio juſto titulo, ſi remanſiſſent in ſeculo, contigiſſent, & libere potuiſſent aliis erogare, exceptis rebus feudalibus, exigere, petere, & retinere libere valeatis. Nulli ergo &c. noverit incurſurum. *Datum Anagniæ* II. *Idus Septembris Pontificatus noſtri anno* II. Ejuſdem.

Item Alexander Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Avenionen. ejuſque Sororibus tam præſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis &c. Religioſam *vitam eligentibus &c. uſque enervet. Ea propter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium ſanctæ Claræ Avenionen. in quo eſtis divino obſequio mancipatæ, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut Ordo monaſticus, qui ſecundum Deum, &* beati Benedicti *Regulam, atque inſtitutionem Monialium incluſarum ſancti Damiani Aſſiſinaten. & formulam vitæ veſtræ a felicis recordationis Gregorio Papa prædeceſſore noſtro, Ordini veſtro traditam, cum adhuc eſſet in minori officio conſtitutus, in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Præterea quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Monaſterium in præſentiarum juſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium &c. uſque* illibata permaneant. *In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitum eſt, cum omnibus pertinentiis ſuis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, vivariis & paſcuis, in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus & immunitatibus ſuis. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas a ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli Sororum veſtrarum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, ſit fas de eodem loco diſcedere, diſcedentem vero nullus audeat retinere. Pro conſecrationibus vero altarium, vel Eccleſiæ veſtræ, ſive pro oleo ſancto, vel quolibet Eccleſiaſtico ſacramento, nullus a vobis ſub obtentu conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere, ſed hæc omnia gratis Epiſcopus diœceſanus vobis impendat, alioquin liceat vobis hæc omnia auctoritate noſtra recipere a quocumque malueritis, Catholico Antiſtite, gratiam & communionem Apoſtolicæ Sedis habente. Quod ſi ſedes diœceſani Epiſcopi forte vacaverit, interim omnia Eccleſiaſtica ſacramenta a vicinis Epiſcopis recipere, & abſque contradictione poſſitis, ſic tamen ut ex hoc inpoſterum proprio Epiſcopo nullum præjudicium generetur. Quia vero interdum diœceſani Epiſcopi copiam non habetis, ſi quem Epiſcopum Romanæ Sedis, ut diximus, gratiam & communionem habentem, de quo plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones Monialium, vaſorum, & veſtium, & conſecrationes altarium auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis januis, excluſis excommunicatis, & interdictis, non pulſatis campanis, divina officia celebrare, dummodo cauſam non dederitis interdicto; obeunte te tunc ejuſdem loci Abbatiſſa, vel* ca- Ejuſdem.

Habes integram formam in Reg. Tom. 3. fol. 336.

earum aliqua &c. uſque eligendum. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas religioſas inibi Domino famulantes, ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Apoſtolicæ Sedis indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ propria impoſterum ſollicitudine providere cupientes, Apoſtolica auctoritate prohibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem necare, ſeu capere, aut violentiam audeat exercere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur earum, pro quarum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate; ſi quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceant ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Odo Tuſculanus Epiſcopus. Ego frater Joannes tituli ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego frater Ugo tituli ſanctæ Sabynæ Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego Richardus ſancti Angeli Diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Ego Joannes ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Ego Octobonus ſancti Adriani Diaconus Cardinalis ſuſcripſi. Datum Anagniæ per manum Magiſtri Rolandi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii v. Kal. Novembris indictione xv. Incarnationis Dominicæ anno MCCLVI. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. anno II.

Ejuſdem. Item Alexander Epiſcopus, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Ea propter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quis de legatis, oblationibus, ſeu aliis quibuſcumque eleemoſynis, vobis pia fidelium devotione oblatis, aliquid a vobis exigere vel extorquere præſumat. Nulli ergo omnino hominum &c. noverit incurſurum. Datum Laterani VII. Idus Februarii anno III.

Ejuſdem. Item Alexander Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Licet is, de cujus munere venit &c. divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſtivitatibus beatæ Claræ Virginis, ſancti Franciſci, & ſancti Antonii Confeſſorum, qui in Eccleſia ipſa ſunt præcipui & ſolemnes, venerabiliter viſitaverint, annuatim de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer rela-

laxamus. *Datum Anagniæ* VII. *Idus Septembris Pontificatus noſtri anno* II.

Item Alexander Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Devotionis veſtræ precibus inclinati, ut privilegiis & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum ab Apoſtolica Sede conceſſis, competentibus vobis, uti poſſitis, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noverit incurſurum. *Datum Viterbii* XVI. *Kal. Julii. Pontificatus noſtri anno* III. Ejuſdem.

Item Nicolaus Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Licet is de cujus munere venit &c. divinæ gratiæ aptiores. *Cupientes igitur ut Eccleſia Monaſterii veſtri, in qua ſicut aſſeritur, multæ Sanctorum reliquiæ reconditæ fore dicuntur, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictum Eccleſiam, in Purificationis, Annuntiationis, Nativitatis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & ſancti Franciſci, & ſanctæ Claræ feſtivitatibus, & per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, devote acceſſerint, annuatim, de omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem* XV. *Kalend. Junii Pontificatus noſtri anno* III. Nicol. IV.

Item Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus &c. ut in Bullario tomi 5. ep. 18. Bonifacii VIII. Bonif. VIII.

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, communionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Avenione IV. Kal. Junii anno I.

XXIII.

Conſtituitur Protector Monaſterii ſancti Silveſtri in capite de Urbe. Reg. Vatic. 1781.

Dilecto filio Petro ſancti Angeli Diacono Cardinali.

§. I. Inter opera pietatis, ad quæ nos Apoſtolatus officii cura ſollicitat, illud credimus eſſe pium, ſi perſonis ſub obſervantia regulari degentibus, præſertim in fragilitate ſexus fœminei conſtitutis, quibus favor plenior eſt exhibendus, perſonam illam ad ipſarum protectionis, conſervationis, & defenſionis officium, & jurium earumdem per noſtræ providentiæ ſtudium deputemus, ſub cujus regimine in quietæ mentis tabernaculis habitantes, nullum ſentiant æternæ pacis excidium, & religioſi ſtatus non perferant detrimentum. Optat ut Moniales quiete fruantur.

§. II. Cum itaque, ſicut nuper ad Apoſtolatus noſtri pervenit auditum, Monaſterium ſancti Silveſtri in Capite de Urbe, hactenus ſancti Benedicti, nunc vero Sororum incluſarum, obtentu bonæ memoriæ Jacobi de Columna Diaconi Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & quondam Joannis de Columna militis patris tui, pro filiabus dicti Joannis, ac neptibus ipſorum Cardinalis & Joannis, aliiſque mulieribus de ipſorum genere, fuerit Apoſtolica auctoritate conceſſum, de quibus quidem filiabus, & neptibus, ac aliis ex eodem genere, & conſanguinitate deſcendentibus, adhuc ultra duodecim Sorores in eodem Monaſterio Domino famulantur, & eadem Monaſterium, ac Sorores, propter dicti Cardinalis obi-

Digitized by Google

earum aliqua &c. uſque eligendum. Porro ſi Epiſcopi, vel alii Eccleſiarum rectores in Monaſterium veſtrum, vel perſonas religioſas inibi Domino famulantes, ſuſpenſionis, excommunicationis, & interdicti ſententiam promulgaverint, ipſam tamquam contra Apoſtolicæ Sedis indulta prolatam decernimus non tenere. Paci quoque & tranquillitati veſtræ propria impoſterum ſollicitudine providere cupientes, Apoſtolica auctoritate probibemus, ut infra clauſuras locorum veſtrorum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem necare, ſeu capere, aut violentiam audeat exertere. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integre conſerventur earum, pro quarum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva Sedis Apoſtolicæ auctoritate; ſi quæ igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque ſui careat dignitate, reumque ſe divino juditio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat; & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, utque in extremo examine diſtrictæ ſubjaceant ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. Ego Alexander Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Ego Odo Tuſculanus Epiſcopus. Ego frater Joannes tituli ſancti Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego frater Ugo tituli ſanctæ Sabynæ Presbyter Cardinalis ſubſcripſi. Ego Richardus ſancti Angeli Diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Ego Octavianus ſanctæ Mariæ in via lata Diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Ego Joannes ſancti Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis ſubſcripſi. Ego Octobonus ſancti Adriani Diaconus Cardinalis ſuſcripſi. Datum Anagniæ per manum Magiſtri Rolandi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Vicecancellarii v. Kal. Novembris indictione xv. Incarnationis Dominicæ anno MCCLVI. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ IV. anno II.

Ejuſdem. Item Alexander Epiſcopus, dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum, & vota quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Eapropter, dilectæ in Chriſto filiæ, veſtris ſupplicationibus inclinati, auctoritate præſentium diſtrictius inhibemus, ne quis de legatis, oblationibus, ſeu aliis quibuſcumque eleemoſynis, vobis pia fidelium devotione oblatis, aliquid a vobis exigere vel extorquere præſumat. Nulli ergo omnino hominum &c. noverit incurſurum. Datum Laterani VII. Idus Februarii anno III.

Ejuſdem. Item Alexander Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Licet is, de cujus munere venit &c. divinæ gratiæ aptiores. Cupientes igitur, ut Eccleſia veſtra congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in feſtivitatibus beatæ Claræ Virginis, ſancti Franciſci, & ſancti Antonii Confeſſorum, qui in Eccleſia ipſa ſunt præcipui & ſolemnes, venerabiliter viſitaverint, annuatim de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, quadraginta dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer rela-

Digitized by Google

laxamus. Datum Anagniæ VII. *Idus Septembris Pontificatus noſtri anno* II.

Item Alexander Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Devotionis veſtræ precibus inclinati, ut privilegiis & indulgentiis Ordini Fratrum Minorum ab Apoſtolica Sede conceſſis, competentibus vobis, uti poſſitis, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noverit incurſurum. *Datum Viterbii* XVI. *Kal. Julii. Pontificatus noſtri anno* III. Ejuſdem.

Item Nicolaus Epiſcopus. Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Ordinis ſancti Damiani Avenionen. Licet is de cujus munere venit &c. divinæ gratiæ aptiores. *Cupientes igitur ut Eccleſia Monaſterii veſtri, in qua ſicut aſſeritur, multæ Sanctorum reliquiæ reconditæ fore dicuntur, congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad dictam Eccleſiam, in Purificationis, Annuntiationis, Nativitatis, & Aſſumptionis beatæ Mariæ Virginis, & ſancti Franciſci, & ſanctæ Claræ feſtivitatibus, & per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes, devote acceſſerint, annuatim, de omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem* XV. *Kalend. Junii Pontificatus noſtri anno* III. Nicol. IV.

Item Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis in Chriſto filiabus &c. ut in Bullario tomi 5. ep. 18. Bonifacii VIII. Bonif. VIII.

§. II. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuſceptionis, communionis, & conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Avenione IV. Kal. Junii anno I.

XXIII.

Conſtituitur Protector Monaſterii ſancti Silveſtri in capite de Urbe. Reg. Vatic. 781.

Dilecto filio Petro ſancti Angeli Diacono Cardinali.

§. I. Inter opera pietatis, ad quæ nos Apoſtolatus officii cura ſollicitat, illud credimus eſſe pium, ſi perſonis ſub obſervantia regulari degentibus, præſertim in fragilitate ſexus fœminei conſtitutis, quibus favor plenior eſt exhibendus, perſonam illam ad ipſarum protectionis, conſervationis, & defenſionis officium, & jurium earumdem per noſtræ providentiæ ſtudium deputemus, ſub cujus regimine in quietæ mentis tabernaculis habitantes, nullum ſentiant æternæ pacis excidium, & religioſi ſtatus non perferant detrimentum. Optat ut Moniales quiete fruantur.

§. II. Cum itaque, ſicut nuper ad Apoſtolatus noſtri pervenit auditum, Monaſterium ſancti Silveſtri in Capite de Urbe, hactenus ſancti Benedicti, nunc vero Sororum incluſarum, obtentu bonæ memoriæ Jacobi de Columna Diaconi Cardinalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & quondam Joannis de Columna militis patris tui, pro filiabus dicti Joannis, ac neptibus ipſorum Cardinalis & Joannis, aliiſque mulieribus de ipſorum genere, fuerit Apoſtolica auctoritate conceſſum, de quibus quidem filiabus, & neptibus, ac aliis ex eodem genere, & conſanguinitate deſcendentibus, adhuc ultra duodecim Sorores in eodem Monaſterio Domino famulantur, & eadem Monaſterium, ac Sorores, propter dicti Cardinalis obi-

obitum, qui protectionis & defenſionis eorum curam, dum vixit, exercuit, in præſentiarum careant defenſore; Nos nolentes, quod ob defectum defenſionis hujuſmodi pateant incurſibus malignorum, ac ſperantes in Domino, quod idem Monaſterium ſub protectionis tuæ brachio conſtitutum, tanto magis in ſpiritualibus & temporalibus, favente Domino, ſuſcipiet incrementum, quanto tu, qui dictis Sororibus tanta conſanguinitatis linea noſceris eſſe conjunctus, es merito ad ipſorum Monaſterii, & Sororum honores, & commoda majorem diligentiam ſpiritualiter, & temporaliter habiturus; te prædictorum Monaſterii, & Sororum, ac bonorum & jurium eorumdem protectorem, conſervatorem, & defenſorem tenore præſentium conſtituimus, & etiam ordinamus, exercendi ac gerendi curam protectoris, conſervatoris & defenſoris ipſorum Monaſterii, & Sororum, & cetera quæ ad hujuſmodi officium pertinent, necnon per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendi, non obſtante ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras dictæ Sedis non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, plenam tibi concedentes, & liberam auctoritate Apoſtolica facultatem. Nos enim decernimus irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam quavis auctoritate attentatum eſt, vel contigerit impoſterum attentari.

Cura ei Sororũ commendatur.

Datum Avenione Idibus Auguſti anno II.

XXIV.

Conceduntur indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam Clariſſarum Methymnæ Pomerii. Ibid. 2. par. anni 2. ep. 2090.

Univerſis Chriſti fidelibus.

§. I. Licet is de cujus munere venit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, ac laudabiliter ſerviatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit, & vota, bene ſervientibus multo majora retribuat, quam valeant promereri: nihilominus tamen deſiderantes reddere populum Domino acceptabilem, fideles invitamus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

§. II. Cum itaque dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Sancia, uxor quondam Sancii, Sanches de Velaſco, & idem vir ſuus dum viveret, ſicut ipſa expoſuit, propter ſpecialis devotionis affectum, quem ad Ordinem ſanctæ Claræ geſſiſſe noſcuntur, & pro ſuorum venia peccatorum Monaſterium Monialium ſanctæ Claræ de Medina de Pomar Burgen. diœc. fundaverint de bonis propriis, & dotaverint, & in eo plures Sanctimoniales ejuſdem Ordinis jugiter Domino famulentur; Nos cupientes, ut Monaſterium ipſum piis fidelium eleemoſynis augeatur, & devoto populi veneretur acceſſu, de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus et confeſſis, qui ad Eccleſiam dicti Monaſterii beatæ Mariæ Virginis, et ſanctæ Claræ feſtivitatibus, cauſa devotionis acceſſerint, ac eidem Monaſterio pro neceſſariis manum porrexerint adjutricem, unum annum, per octavas vero earumdem feſtivitatum centum dies de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione Idibus Auguſti anno II.

XXV.

XXV.

Ut informent circa mutationem Monaſterii Minorum Traguriem. Ibidem epiſt. 2065.

Venerabili fratri Epiſcopo Faren. & Plebano Eccleſiæ ſancti Petri novi Jaderenſis.

§. I. Dilectus filius frater Michael, Miniſter Generalis Fratrum Ordinis Minorum, in noſtra propoſuit præſentia conſtitutus, quod, cum Milandinus Princeps Croatorum, & Boſnæ in Provincia Sclavoniæ, pararet ſe cum exercitu ſuo tam per mare, quam per terram ad veniendum contra civitatem Tragurien. Cives Tragurienſes timentes ne per locum Fratrum Minorum ſitum extra dictam Civitatem, ſed vicinum tamen mœnibus civitatis ejuſdem, dicta civitas expugnaretur facilius & etiam caperetur, locum ipſum occaſione hujuſmodi funditus deſtruxerunt, ad quorum civium preces Venerabilis frater noſter Epiſcopus Tragurien. de conſilio & aſſenſu Capituli locum Monaſterii ſancti Joannis Tragurien. olim Ordinis ſancti Benedicti quondam Abbatis, & Conventus ejuſdem Monaſterii, qui dictum Monaſterium volebant dimittere, ſicut poſtmodum dimiſerunt, qui ſiquidem Abbas & Conventus ejuſdem Monaſterii ad quoddam aliud eis conceſſum Monaſterium ſe tranſtuliſſe dicuntur, duxit auctoritate ordinaria concedendum, prout in inſtrumento publico inde confecto plenius dicitur contineri.

§. II. Nos igitur volentes ſuper præmiſſis plenius informari, ac de circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum, vocatis qui fuerint evocandi, de præmiſſis omnibus & ſingulis ſimpliciter, & de plano abſque ſtrepitu & figura judicii vos plenarie informetis, & quidquid ſuper his inveneritis nobis, per veſtras patentes litteras harum ſeriem continentes, fideliter intimetis, ut ex relatione veſtra inſtructi, quid ſuper his faciendum fuerit, ſecurius agere valeamus.

Datum Avenione XIII. Kalendas Septembris anno II.

XXVI.

Præficitur Eccleſiæ Mediolanen. Ibid. par. 1. ann. 2. epiſt. 88.

Venerabili fratri Aycardo Archiepiſcopo Mediolanen.

§. I. Superni diſpoſitione conſilii, per quod in regno mundi ordinationem univerſa ſuſcipiunt, ſupremæ dignitatis ſpecula, licet immeriti, præſidentes, ſuper gregem Dominicum noſtræ vigilantiæ creditum, vigilis ſpeculatoris officium exercemus, circa illa potiſſimum intentum animum dirigendo, curamque impendendo ſollicitam, per quæ divini cultus augmentum, exaltatio Catholicæ fidei, & commoda ſalutis proveniant animarum; & ut hæc, auctore Domino, ſubſequi facilius, & efficacius provenire valeant, attentius cogitamus, ut Eccleſiis ſuis paſtoribus deſtitutis viros præficiamus idoneos, per quorum prudentiam, ſcientiam & doctrinam Eccleſiæ ipſæ, ſalubriter & utiliter gubernatæ, ſtatu proſpero floreant & accreſcant. *Papa vigil. ſuper Gregem ſuum.*

§. II. Sane vacante pridem Eccleſia Mediolanenſi, per translationem per nos factam de Venerabili fratre noſtro Caſtono Patriarcha *Mediolanen. Sedes vacat.*

Aqui-

Aquilejen. tunc paſtoris ſolatio deſtitutam; Nos cupientes regimini ejuſdem Eccleſiæ Mediolanen. perſonam, juxta cor noſtrum idoneam præſidere, per quam ipſa Eccleſia Mediolanen. poſſet ſalubriter, & proſpere gubernari, proviſionem dictæ Mediolanen. Eccleſiæ noſtræ diſpoſitioni ea vice duximus ſpecialiter reſervandam, decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, ac deinde ſuper proviſione hujuſmodi cœpimus ſollicite cogitare, & poſt deliberationem, quam de præficiendo eidem Mediolanen. Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam cum Fratribus noſtris habuimus diligentem; demum in te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, cui de litterarum ſcientia, vitæ munditia, morum elegantia, diſcretionis maturitate, circumſpectionis induſtria, ac aliarum virtutum inſignium donis tibi divinitus elargitis, fide digna teſtimonia ſuffragantur, intuitum direximus noſtræ mentis, ac de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus ob præmiſſorum tuorum excellentiam meritorum accepta, de Fratrum ipſorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis providimus Mediolanen. Eccleſiæ memoratæ, teque prefecimus ipſi Eccleſiæ in Archiepiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, & ſubſequenter munus conſecrationis tibi, per Venerabilem fratrem Berengarium Epiſcopum Portuenſem impendi, tibique deinde pallium de corpore beati Petri ſumptum, plenitudinem videlicet Pontificalis officii a te cum ea qua decuit inſtantia poſtulatum, per dilectos filios noſtros Neapoleonem ſancti Adriani, & Guillelmum ſancti Nicolai in Carcere Tulliano, Jacobum ſancti Georgii ad Velum Aureum, & Arnaldum ſanctæ Mariæ in Porticu Diaconos Cardinales, fecimus exhiberi, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod præfatam Eccleſiam, velut ſponſam tibi divinitus copulatam, ſincere diliges, circumſpecte reges ac diriges, & in ſtatu proſpero conſervabis, gregem Dominicum in ea tuæ curæ commiſſum doctrina verbi, ac evidentia operis ſalubriter informando.

Pontifex cogitat de Succeſſore eligendo.

Fr. Aycardum commendat, & eligit.

Quem jubet cõſecrari.

§. III. Oneris igitur ſarcinam tibi in hac parte impoſitam ferens humiliter, in exequendis cura & adminiſtratione hujuſmodi ſic te geras induſtrium, ſollicitum & fidelem, quod prælibata Eccleſia ſponſo utili, & fructuoſo adminiſtratori ſe copulatam gaudenter ſentiat & commiſſam, tuque tamquam fidelis ſervus, & prudens villicus, dignam in extremo examine de villicatione tua poſſis reddere rationem, & nihilominus noſtram, atque Sedis Apoſtolicæ benedictionem, et gratiam conſequi uberius merearis, et poſt vitæ præſentis exilium in dilecta Domini tabernacula glorianter introeas, una cum beatis agminibus felicitatis æternæ gaudiis potiturus.

Datum Avenione IV. Kal. Octobris anno II.

XXVII.

Confirmat aliorum Pontificum litteras circa regimen Clariſſar. Ibid. ep. 112.

Dilectis filiis Generali, & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Tenorem quarumdem litterarum felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in ejus regiſtro repertum inſpeximus diligenter, & ut de ipſis litteris certitudo impoſterum habea-

Bonifacii VIII. litteræ.

beatur, tenorem ipſum de verbo ad verbum præſentibus inſeri fecimus, qui talis eſt.

§. II. *Bonifacius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Dilectis filiis Generali & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum. Quaſdam litteras felicis recordationis Innocentii Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, quæ nobis præſentatæ fuerunt, inſpeximus diligenter, & earum tenorem, & ut de ipſis certitudo impoſterum habeatur, de verbo ad verbum præſentibus fecimus annotari, qui talis eſt. Innocentius Epiſcopus &c. Dilectis filiis Generali & Provincialibus Miniſtris Ordinis Fratrum Minorum &c. Licet olim quibuſdam veſtrum, per noſtras litteras, formas diſſimiles continentes, quædam Monialium Ordinis ſancti Damiani Monaſteria duxerimus committenda. Cupientes tamen ipſarum utilitatibus ſic noſtro miniſterio providere, ne ſanctæ contemplationis otium occurſu occupationum multiplicium valeat impediri, præſentium auctoritate ſtatuimus, ut dictæ Moniales, vel ſi quas vobis de cetero, ſub quacumque forma committi contigerit, Apoſtolicæ Sedis indulgentia conceſſa, vel concedenda impoſterum non obſtante, niſi expreſſam fecerint de præſentibus mentionem, hoc ſolum a nobis commiſſionis noſtræ beneficio conſequantur, videlicet ut ipſæ ſub magiſterio & doctrina veſtra, & eorum, qui pro tempore miniſtri fuerint, debeant permanere, illis gaudentes privilegiis, quæ veſtro Ordini ſunt conceſſa, vel impoſterum concedentur, & contraria conſtitutione ipſius Ordinis non obſtante, animarum ſuarum ſollicitudinem gerentes, & curam, ac eis de conſtitutionibus veſtri Ordinis, quæ ipſis competunt, exhibentes eiſdem Monaſteriis per vos, vel per alios Fratres veſtros, quos ad hoc idoneos videritis, quoties expedierit, viſitationis officium impendere ſtudeatis, corrigendo & reformando ibidem tam in capite, quam in membris quæ correctionis ſeu reformationis officio noveritis indigere, inſtituatis nihilominus & deſtituatis, mutetis, & ordinetis, prout ſecundum Deum videritis expedire. Electio tamen Abbatiſſæ libere pertineat ad Conventum, confeſſiones earum audiatis & miniſtretis eis Eccleſiaſtica ſacramenta; & ne pro eo quod in eiſdem Monaſteriis Fratres veſtri Ordinis reſidere continue non tenentur, pro defectu Sacerdotis poſſit periculum imminere, ad confeſſiones earum in neceſſitatis articulo audiendas, & miniſtranda ſacramenta prædicta, nec non divina officia celebranda deputetis aliquos diſcretos, & providos Capellanos. Quocirca diſcretioni veſtræ, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnia præmiſſa, juxta conſtitutionis hujuſmodi tenorem, cum eas veſtro incorporari Ordini non velimus, curetis diligenter & ſollicite adimplere. Nulli ergo &c.* noverit incurſurum. *Datum Lugduni Idib. Julii Pontificatus noſtri anno* IV.

§. III. *Nos igitur ejuſdem prædeceſſoris veſtigiis inhærendo prædictas litteras, & proceſſus, per eas habitos approbantes, ac omnia in litteris ipſis contenta, quæ idem prædeceſſor ſtatuit, inviolabiliter obſervari debere auctoritate præſentium decernentes, diſcretioni veſtræ ad inſtar dicti prædeceſſoris, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus omnia præmiſſa etiamſi eædem litteræ de cetero nullatenus apparerent, circa præfata Monaſteria, & earum perſonas ſive Ordinis ſanctæ Claræ, ſive ſancti Damiani, ſive Minoriſſæ dicantur, exequi diligenter & ſollicite ſtudeatis. Nulli ergo &c.* noverit incurſurum. *Datum Anagniæ* v. *Nonas Junii Pontificatus noſtri, anno* II.

§. IV. Nos itaque eorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo, prædictas litteras & proceſſus &c. ut in confirmatione Bonifacii uſque *approbantes, ſollicite ſtudeatis.* Nulli ergo &c. noſtræ approbationis & conſtitutionis &c.

Datum Avenione Kal. Octobris anno II.

XXVIII.

XXVIII.

Conceduntur Indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam Clariſſarum Conimbricen. Ibid. epiſt. 788.

Univerſis Chriſti fidelibus.

Vide Conſt. 24. hujus Pontif.

LIcet is de cujus munere venit &c. uſque ad *gratiæ aptiores*. Cum itaque cariſſima in Chriſto filia noſtra Eliſabetha Regina Portugalliæ illuſtris, Monaſterium quoddam prope Colimbriam in honorem ſanctæ Claræ, et Eliſabethæ, de bonis propriis, obtenta prius ſuper hoc ab Apoſtolica Sede licentia, conſtrui fecerit et dotari, Abbatiſſa & Sororibus Ordinis ejuſdem ſanctæ Claræ inibi inſtitutis; Nos cupientes ut Eccleſia ejuſdem Monaſterii devoto populi frequentetur acceſſu, omnibus vere pœnitentibus et confeſſis, qui Eccleſiam ipſam in ſanctarum prædictarum, Corporis Chriſti, glorioſæ Virginis Mariæ, beatæ Mariæ Magdalenæ, ac ſanctorum Joannis Evangeliſtæ, et Franciſci Confeſſoris, in quorum honorem altaria in dicta Eccleſia ſunt fundata, feſtivitatibus, unum annum, eis vero qui per octavas earumdem feſtivitatum annis ſingulis venerabiliter viſitaverint, centum dies de omnipotentis Dei miſericordia, et beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione XII. Kal. Januarii anno II.

XXIX.

Ut gaudeant privilegiis Minorum. Ibid. epiſt. 789.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ prope Colimbriam, Ordinis ejuſdem Sanctæ.

AD Monaſterium veſtrum, quod cariſſima in Chriſto filia noſtra Eliſabetha Regina Portugalliæ illuſtris, de propriis bonis fundaſſe dicitur, et dotaſſe, ac Sorores degentes in ipſo ſinceræ dilectionis gerentes affectum, in iis quæ vobis, et eidem Monaſterio profutura fore conſpicimus, nos libenter favorabiles exhibemus. Ut igitur eo libentius, quo quietius divinis vacetis operibus, & ſtatus veſtri Monaſterii eo celerius augmentetur, quo ſpecialius fueritis privilegio Sedis Apoſtolicæ communitæ, vobis ut de cetero Abbatiſſa et Sorores præfati Monaſterii illis ejuſdem Sedis gratiis, privilegiis, et immunitatibus tam conceſſis, quam etiam concedendis gaudeant, quibus Fratres et Monaſteria Ordinis Minorum gaudent, et in futurum gaudebunt, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione XII. Kal. Januarii anno II.

XXX.

XXX.

Ut augeat numerum Clariſſarum Monaſterii Neapolitani. Ibid. epiſt. 611.

Dilecto filio Generali Miniſtro Ordinis Fratrum Minorum.

CAriſſima in Chriſto filia noſtra, Sancia Regina Siciliæ Illuſtris, zelo fidei et devotionis accenſa, et ad divina obſequia jugiter exequenda diſpoſita, ut cultum divini nominis amplius, et ſacris Virginibus iter paret, quo accenſis lampadibus poſſint obviam ire ſponſo, cum ipſo æternitatis nuptias intrare, quoddam ſolemne Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ in civitate Neapolitana conſtruxit; et licet in eo centum et viginti Sororum numerus dicti Ordinis exiſtere dignoſcatur, dicta tamen affluentis devotionis affectibus deſiderat quamvis amplum prædictum numerum ampliare. Nos igitur ejuſdem Reginæ ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ, de quo plenam in Domino fiduciam gerimus, præſentium tenore committimus et mandamus, quatenus prædictum numerum ampliando, in eodem Monaſterio numerum centum et quinquaginta Sororum, ſi expedire cognoveris, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, auctoritate Apoſtolica ſtudeas ordinare, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obſervandum.

Datum Avenione Idibus Januarii anno II.

XXXI.

Ut informent circa permutationem bonorum in emolumentum Clariſſarum de Calignano. Ibid. epiſt. 771.

Dilectis filiis ſancti Donati, & ſanctæ Mariæ Eccleſiarum Januen. Præpoſitis.

§. I. DEcet Romanum Pontificem, cum inter Eccleſiaſtica loca deiliquorum agitur permutatione bonorum, illam adhibere cautelam, quod ſi ex permutatione ipſa alteri dictorum bonorum provenit commodum, ſic & alteri non proveniat detrimentum. Exhibita ſiquidem nobis ex parte Venerabilis fratris noſtri Leonardi Cathanien. Epiſcopi petitio continebat, quod cum quædam terra, ſive poſſeſſio ſita in loco, qui dicitur Calignanum, ſpectans ad Eccleſiam ſancti Joannis de Pavagrano, Ordinis ſancti Auguſtini Januen. diœceſ. adeo ſit propinqua, & quaſi contigua Monaſterio ſancti Leonardi in Calignano Ordinis ſanctæ Claræ dictæ diœceſis, quod dictus Epiſcopus fundari fecit & conſtrui, quod poſſeſſionem ipſam ab eodem Monaſterio via tantummodo publica dirimat, & per hoc dicta poſſeſſio ſit utilis & accommoda plurimum Monaſterio memorato, ac dilecti filii Prior & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ pluries ab eodem Epiſcopo requiſiti, poſſeſſionem ipſam ſibi ejuſdem Monaſterii nomine noluerint, neque velint pro majori, quam valeat pretio vendere, neque cum terris aliis longe majoris valoris, & pretii permutare.

§. II. Nos volentes tam Eccleſiæ, quam Monaſterii prædictorum utilitati proſpicere, ac utriuſque ipſorum indemnitatibus providere, prænominati etiam Epiſcopi ſuper hoc ſupplicationibus inclinati, gerentes inſuper de circumſpectione veſtra fiduciam in Domino ſpecialem, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de valori-

bus dictæ poſſeſſionis, quæ ab eodem Epiſcopo petitur, nec non & illarum terrarum, quæ ab eo pro permutatione hujuſmodi afferuntur, & de circumſtantiis omnibus ad permutationem ipſam ſine Eccleſiæ & Monaſterii prædictorum incommodo opportunis, diligentius inquirentes, nobis inquiſitionem ipſam mittere quantocius ſtudeatis, ut nos informati per eam providere dictorum Eccleſiæ & Monaſterii & utriuſque ipſorum indemnitatibus, auctore Domino, valeamus.

Datum Avenione v. Kal. Martii anno II.

XXXII.

Ut non ſolvant decimas aut alias exactiones. Ibid. epiſt. 796.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Neapolitan. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

Laudabilis & ſacra religio, quæ in Monaſterio veſtro a vobis & aliis perſonis in eo degentibus, ſub onere voluntariæ paupertatis jugiter colitur, ſic a vobis mundanæ diſſolutionis relegavit illecebras, ut inter alia clauſtralis abſtinentiæ nexibus religatæ, puritate fulgeatis obſervantiæ regularis, & voluntatis libitum coarctantes omnino, ſub obedientiæ debito dignam, & ſedulam exhibeatis Domino ſervitutem. Hinc eſt, quod nos pium & congruum reputantes, ut vos illa proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus fore conſpicimus opportunam, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ad præſtationem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus & aliis omnibus bonis veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & juſtis modis, præſtante Domino, acquiſiveritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum etiam Legatorum, & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & quibuslibet talliis, & collectis, & ad exhibendum pedagia, telonia & alias exactiones quibuſvis Regibus & Principibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus minime teneamini, neque ad id compelli aliquatenus valeatis. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione Kal. Martii anno II.

XXXIII.

Conceduntur indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam ſanctæ Claræ Neapolitan. Ibid. epiſt. 609.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes litteras inſpecturis, &c.

Vide ſup. fol. 500

Licet is de cujus munere, &c. ut in epiſt. 2060. uſque ad *gratiæ aptiores.* Cupientes igitur ut Eccleſia Monaſterii ſanctæ Claræ Neapolitan. Ordinis ejuſdem Sanctæ congruis honoribus frequentetur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui eamdem Eccleſiam in feſtivitate ejuſdem Sanctæ, & per octo dies feſtivitatem ipſam immediate ſequentes, venerabiliter viſitaverint, annuatim de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, annum unum de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione Kalendis Martii anno II.

XXXIV.

XXXIV.

Præficitur Eccleſiæ Lauden. Ibid. par.2. an.2. epiſt.2069.

Dilecto filio Leoni electo Lauden.

§. I. DUm ad univerſas orbis Eccleſias, juxta Paſtoralis officii debitum Apoſtolicæ diffundimus conſiderationis intuitum, illarum nimirum ſollicitudo nos angit, quas propriis deſtitutos Paſtoribus ſubjacere diſpendioſæ vacationis conſpicimus detrimentis, ut per noſtræ providentiæ miniſterium præficiantur illis viri ſecundum cor noſtrum idonei, ſub quorum regimine tam in ſpiritualibus, quam temporalibus jugiter proſperentur. Motivum conſtitut.

§. II. Dudum ſiquidem Eccleſia Lauden. per obitum bonæ memoriæ Ægydii Epiſcopi Lauden. Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum præfixa convenientes in unum, poſt tractatus aliquos ſuper hoc habitos, quibus effectus non extitit ſubſecutus, duæ fuerunt electiones, una videlicet de dilecto filio Roberto Archiepiſcopo Mediolanen. altera vero de Alchero de Laqua ejuſdem Lauden. Eccleſiæ Canonico in dicta Eccleſia a dictis Capitulo in diſcordia celebratæ. Moritur Ægid. Epiſcop. Duæ electiones a Capit. celeb.

§. III. Negotio igitur electionis hujuſmodi ad examen venerabilis fratris noſtri Caſtoni Patriarchæ Aquilegien. tunc Archiepiſcopi Mediolanen. loci Metropolitani deducto, dictoque Caſtone hujuſmodi cauſa coram ipſo pendente, ad regimen Eccleſiæ Aquilegien. tunc vacantis, auctoritate Apoſtolica tranſlato, ac poſtmodum hujuſmodi negotio coram dilecto filio Vicario Capituli ejuſdem Eccleſiæ Mediolanen. per hujuſmodi tranſlationem, ut prædicitur, Paſtore carentis, aliquamdiu ventilato, ac eodem negotio per appellationem ejuſdem Alcherii ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluto, & expoſito coram nobis; nos cauſam appellationis hujuſmodi ac negotii principalis dilecto filio noſtro Arnaldo ſanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali audiendam, & referendam nobis poſtmodum commiſimus oraculo vivæ vocis. Negotium Arnaldo Card. commiſſum.

§. IV. Et cum dictus Cardinalis Archipresbyterum & Canonicum ſupradictos, & omnes & ſingulos, qui ſua putarent & crederent intereſſe, primo, ſecundo, & tertio, & pluribus aliis vicibus citari feciſſet in audientia publica ſucceſſive, cum competentibus intervallis, ut eſt moris, nullusque comparuiſſet in cauſa hujuſmodi coram eo, factaque nobis poſtmodum ſuper hoc per dictum Cardinalem relatione fideli, demum dilectus filius Adigerius de ſancto Vitali Clericus Parmen. procurator dicti Alcherii, ad hoc mandatum habens ſufficiens, omni juri, quod eidem Alcherio competebat in electione prædicta de ſe habita in manibus dilecti filii noſtri Joannis ſancti Theodori Diaconi Cardinalis, nomine dicti Alcherii ſponte ceſſit, quam quidem ceſſionem idem Joannes Cardinalis de mandato noſtro recepit, facto ſibi per nos oraculo vivæ vocis. Noſque ſubſequenter dictum Archipresbyterum ab omni jure, ſi quod ei competere poterat in electione prædicta, excluſum fore decrevimus, juſtitia exigente. Alcherius juri ſuo renunciat.

§. V. Verum de proviſione ipſius Eccleſiæ Lauden. ſollicite cogitantes, & attenta meditatione penſantes, quod ſi ejuſdem Eccleſiæ proviſio differretur, multis ſubjici periculis, & gravia poſſet in ſpiritualibus & tem- Vult Pontif. Eccleſiam lauden. de Epiſcop. providere.

temporalibus incurrere detrimenta, & propterea cupientes ei de celeris & ſalubris proviſionis remedio ſubvenire, poſt deliberationem, quam cum Fratribus noſtris ad præficiendum eidem Eccleſiæ Paſtorem idoneum adhibuimus diligentem, conſideratis muneribus gratiarum, quibus perſonam tuam illarum Dominus inſignivit, ad te Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, direximus oculos noſtræ mentis.

§. VI. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum Cardinalium & aliorum prædictorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem Eccleſiæ Lauden. providemus, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus committentes, firmà concepta fiducia, quod cum ſis litterarum ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, & conſilii maturitate conſpicuus, aliiſque virtutibus multipliciter inſignitus, præfata Eccleſia Lauden. per tuam circumſpectam induſtriam, non ſolum præſervabitur ab adverſis, verum etiam proſperitatis & fœlicitatis augmenta in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus, divina favente clementia, conſequetur. Jugum itaque Domini prompta devotione ſuſcipiens, & ſuavi ejus oneri reverenter colla ſubmittens, dictæ Lauden. Eccleſiæ ſponſæ tuæ ſollicitam curam geras, gregem dominicum in ea tibi commiſſum, doctrina verbi & operis informando, ita quod per tuæ diligentiæ ſtudium eadem Eccleſia votivis conſurgere commodis & optatis proficere valeat incrementis, tuque inventus a Domino ſuper pauca fidelis, ſuper multa in æterna tabernacula conſtitui merearis.

Datum Avenione III. Nonas Martii anno II.

XXXV.

Ut recipiat domum in oppido Platiæ. Ibid. 1. par. an. 1. epiſt. 979.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Clara Ordinis tui religio virtutum fœcunditate referta, & per bonorum operum ſtudia a Domino ſtabilita, ex ſuæ inſtitutionis exordio ad robur & munimentum orthodoxæ fidei dedicata per inſignium gratiam meritorum, & ſacræ prædicationis uberes in univerſali Eccleſia honeſtatis & ſalutis fructus ſemper protulit, & proferre jugiter non deſiſtit. Cupientes igitur, ut Ordo tam conſpicuus amplietur, tuis ſupplicationibus inclinati, tibi acquirendi & recipiendi unum locum in Terra Platiæ Cathanien. diœc. ponendique in eo Fratres dicti Ordinis, prout tibi videbitur expedire, ac ipſis Fratribus in eodem loco ædificandi Oratoria, domos & neceſſarias officinas, conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & qualibet alia in contrarium edita, non obſtante, plenam & liberam concedimus auctoritate præſentium facultatem. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione VI. Idus Martii anno II.

XXXVI. Ei-

XXXVI.

EIDEM.

Clara Ordinis tui religio, &c. ut in proxime ſuperiori uſque ad in Terra Baſilicatæ Agrigentini diœceſis, ponendique in eo Fratres, &c. ut ibidem uſque ad finem.

Datum ut ſupra.

XXXVII.

Conceduntur eis omnia privilegia Fratrum Minorum & peculiares Indulgentiæ. Ibid. epiſt. 775.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſancti Leonardi in Calignano, Ordinis ſanctæ Claræ Januen. diœceſis.

§. I. Et pietatis debitum, & paternæ caritatis exequi reputamus officium, ſi vobis, quæ partem optimam eligentes, devotum impenditis ſub paupertatis onere Domino famulatum, Apoſtolici favoris ſuffragium impertimur.

§. II. Ut igitur eo devotius offerre Domino laudis ſacrificium valeatis, quo erga vos Apoſtolicæ Sedis gratiam magis ſenſeritis affluentem, ac volentes vobis propter hoc, & obtentu venerabilis fratris noſtri Leonardi Epiſcopi Cathanien. veſtri Monaſterii fundatoris, Apoſtolicam gratiam ſuper hoc humiliter implorantis, gratiam facere ſpecialem, vobis, quod tam vos, quam illæ quæ vobis in Monaſterio ipſo ſuccedent, omnibus & ſingulis privilegiis, libertatibus & Indulgentiis generalibus & ſpecialibus quæ Fratribus Minoribus, & Sororibus ſanctæ Claræ Ordinum ab Apoſtolica Sede noſcuntur eſſe conceſſa, in perpetuum uti & gaudere poſſitis, auctoritate præſentium indulgemus. Et inſuper uberiori vos gratia proſequentes, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui Eccleſiam dicti veſtri Monaſterii in feſto beati Leonardi, in cujus honorem dictum Monaſterium noſcitur eſſe conſtructum, devote viſitaverint annuatim, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, unum annum & quadraginta dies de injunctis ſibi pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenion. v. Idus Martii anno II.

XXXVIII.

Conceditur regula Alexandri IV. obſervanda. Ibid. epiſt. 884.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Sororum incluſarum Monaſterii Villæcomitis, Ordinis ſanctæ Claræ, Bracharen. diœceſis.

§ I. Ordinem ſanctæ Claræ tanto ſupponit devota credulitas apud altiſſimum clariorem, quanto magis illum præficientes verbo, & opere proſequentes, ſe a mundi hujus illecebris abdicantes, viam mandatorum Domini currere ſatagunt, per ipſam earum cordibus miſericorditer dilatatis.

§. II. Cum itaque, ſicut dilectus filius nobilis vir Alphonſus Sanctii natus cariſſimi in Chriſto filii noſtri Regis Portugalliæ illuſtris, & dile-

cta

cta in Chriſto filia, nobilis mulier, Taraſia, uxor ejus, nobis ſignificare curarunt, ipſi zelo piæ devotionis accenſi, Monaſterium veſtrum in Villa-Comitis Bracharen. diœceſis de bonis propriis fundaverint pariter, & dotaverint, nobiſque per eorum litteras, humiliter ſupplicarunt, ut regulam ſancti Damiani per fœlicis recordationis Alexandrum Papam IV. prædeceſſorem noſtrum, Monaſteriis ſanctæ Claræ conceſſam, vobis, quæ ipſam obſervaſtis hactenus, & inviolabiliter proponitis perpetuis temporibus obſervare, concedere dignaremur; nos ipſorum ac etiam veſtris in hac parte ſupplicationibus annuentes, vobis & iis, quæ vobis in Monaſterio prædicto ſucceſſerint, prædictam regulam per prædeceſſorem eumdem vobis traditam, a vobis, & eiſdem perpetuis temporibus inviolabiliter obſervandam auctoritate Apoſtolica, de ſpeciali gratia, tenore præſentium duximus concedendam. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenion. Idibus Martii anno II.

XXXIX.

Ut gaudeant privilegiis reliquarum Clariſſarum. Ibid. epiſt. 975.

Dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Monaſterii ſanctæ Claræ Meſſanen. Ordinis ejuſdem Sanctæ.

§. I. AD Monaſterium veſtrum, quod claræ memoriæ Conſtantia, quondam Regina Aragonum, ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ fundaſſe dicitur & dotaſſe, ac Sorores degentes in ipſo, ſinceræ dilectionis gerentes affectum, in iis, quæ vobis, & eidem Monaſterio profutura eſſe conſpicimus, nos libenter favorabiles exhibemus.

§. II. Ut igitur eo liberius, quo quietius divinis vacetis operibus, & ſtatus veſtri Monaſterii, eo celebrius augmentetur, quo ſpecialius fueritis privilegio Sedis Apoſtolicæ communitæ, vobis, ut de cetero Sorores præfati Monaſterii, ac Monaſterium ipſum illis ejuſdem Sedis libertatis & exemptionis privilegiis gaudeant, quibus Sorores & Monaſteria Ordinis ſanctæ Claræ gaudent, & in futurum gaudebunt, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione VI. Nonas Maii anno II.

XL.

Ut pro nova ædificanda domo veterem liceat vendere. Ibid. par. 2. anni 2. epiſt. 1788.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum Aretin.

MEritis veſtræ religionis inducimur, ut illa vos gratia proſequamur, quam veſtris neceſſitatibus fore conſpicimus opportunam. Sane oblata nobis petitio continebat, quod vos olim veſtra commoditate & animarum ſalute penſatis, dimiſſo loco, quem primitus habebatis, alium intra civitatem Aretinam, de licentia Sedis Apoſtolicæ recepiſtis, & in eo ædificare Eccleſiam incœpiſtis. Verum quia ad conſummationem incœpti operis vobis non ſuppetunt facultates, ſupplicaſtis nobis humiliter, ut vendendi prædictum locum veſtrum dimiſſum concedere vobis licentiam dignaremur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, vendendi & alienandi locum prædictum, & recipiendi inde pretium pro ædi-

ædificatione dicti operis jam incœpti, liberam vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem.

Datum Avenione VI. Nonas Maii anno II.

XLI.

Ut liceat Clariſſis Aſſiſiatibus locum permutare. Ibid. epiſt. 1789.

Venerabili Fratri Epiſcopo Peruſino.

§. I. Officii noſtri debitum inſtanter expoſcit, ut de perſonis Eccleſiaſticis, & religioſis præcipue, ſollicite cogitantes, earum commoditatibus occurrere & neceſſitatibus providere, quantum nobis ex alto permittitur, efficaciter ſtudeamus.

§. II. Porrecta ſiquidem nobis dilecti filii Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum petitio continebat, quod Monaſterium Monialium de Pauſio de Aſſiſio, Ordinis ſanctæ Claræ, in loco dictæ civitatis adeo arcto conſiſtat, quod Moniales in eo degentes neceſſarias officinas habere non poſſint, nec ibidem morari commode, juxta earum decentiam honeſtatis, propter quod Monaſterium ipſum cum Capella ſanctæ Mariæ, non longe a dicto Monaſterio poſita earumdem Monialium commoditatibus magis apta, ac domibus & horto eidem Capellæ adjacentibus, & quibuſdam aliis domibus, & hortis ad menſam Epiſcopalem Aſſiſinaten. ſpectantibus, deſiderant permutare, remanentibus poſt permutationem hujuſmodi, utrique parti poſſeſſionibus, & juribus aliis, ſicut ea obtinent in præſenti.

§. III. Quare idem Miniſter nobis humiliter ſupplicavit, ut eiſdem Monialibus permutationem prædictam faciendi, & ſe ad dictam Capellam transferendi, ibique morandi, ac oratorium, & officinas neceſſarias ibidem conſtruendi, conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & quacumque alia, ſeu privilegio, ſeu ſtatuto in contrarium editis, nequaquam obſtantibus, licentiam concedere dignaremur. Quia vero tu de præmiſſis habere poteris notitiam pleniorem, fraternitati tuæ, de qua fiduciam gerimus in Domino ſpecialem, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eiſdem Monialibus auctoritate noſtra licentiam tribuas poſtulatam.

Datum Avenione v. Nonas Maii anno II.

XLII.

Ut recipiant domum in villa de Taraga. Ibid. epiſt. 1141.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali, & Fratribus Provinciæ Aragoniæ, Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Clara Ordinis veſtri religio virtutum fœcunditate referta, & per bonorum operum ſtudia a Domino ſtabilita, ex ſuæ inſtitutionis exordio ad robur & munimentum erecta fidei orthodoxæ, per inſignium gratiam meritorum, & ſacræ prædicationis doctrinam, uberes in univerſali Eccleſia honeſtatis & ſalutis fructus ſemper protulit, & proferre aſſidue comprobatur.

§. II. Hæc venerabilis Frater noſter Epiſc. Vicen. & dilecti filii univerſitas ho-

hominum Villæ de Terraga Vicen. Diœceſis attendentes optant, ficut oblata nuper nobis cariſſimi in Chriſto filii noſtri Jacobi Regis Aragonum illuſtris, petitio continebat, quod Ordo veſter in dicta Villa locum cum Oratorio, et neceſſariis officinis habeat, in quo Fratres dicti Ordinis valeant commorari. Quare pro parte dicti Regis nobis extitit ſupplicatum, ut vobis recipiendi locum in dicta Villa habitationi Fratribus veſtri Ordinis congruum, et in eo ædificandi oratoria, et neceſſarias officinas concedere licentiam dignaremur.

§. III. Nos igitur veſtris ac dicti Regis ſupplicationibus inclinati, recipiendi locum in dicta Villa, ac in eo ædificandi oratoria, domos & neceſſarias officinas, et ibidem morandi, fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, qua inhibetur, &c. nequaquam obſtantibus, plenam et liberam vobis concedimus auctoritate præſentium facultatem. Nulli ergo ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione II. Idus Maii anno II.

XLIII.

Præficitur Eccleſiæ Epheſinæ. Ibidem 1. par. anno 2. epiſt. 847.

Venerabili fratri Conrado Ordinis Fratrum Minorum, Epiſcopo, in Archiepiſcopum Epheſinum electo.

Munus Apoſtolicæ Sedis in proviſ. Eccleſiarum.

§. I. Decet, & expedit Apoſtolicæ Sedis providentiam circumſpectam, locorum, perſonarum, & temporum conditione & qualitate penſatis, circa proviſionem Eccleſiarum vacantium illud debitum ſollicitudinis ſtudium adhibere, nunc præficiendo eiſdem perſonas idoneas, nunc præfectas ab aliis transferendo, ſi expedire cognoverit, opportunis favoribus proſequendo, per quod divinus cultus cum uberibus animarum profectibus de bono in melius, auctore Domino, ſuſcipiat incrementum.

Petitionis tenor.

§. II. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noſter Patriarcha Conſtantinopolitanus, intendens Eccleſiæ Epheſinæ in Patriarchatu Conſtantinopolitano conſtitutæ, cujus ad eum dicebatur proviſio pertinere, quæ ab hoſtibus fidei, quod dolenter referimus, occupata tenetur, ad conſolationem & ſalutem fidelium, qui inibi remanſerunt, & liberationem ipſius a manibus hoſtium prædictorum de opportuno Præſule providere, deliberatione præhabita ſuper hoc diligenti, tamdem in te convertit oculos mentis ſuæ, ac de te utique viro litterarum ſcientia prædito, morum gravitate decoro, converſatione placido, in officio ſanctæ prædicationis inſtructo, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpecto, eidem Eccleſiæ Epheſinæ duxit auctoritate ordinaria providendum, teque præfecit eidem Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, tibique ſubſequenter munus conſecrationis impendit.

§. III. Verum quia propter longam vacationem ejuſdem Eccleſiæ a nonnullis non improbabili rationis indicio dicebatur, quod præfatus Patriarcha nequiverat ad præmiſſa procedere, ſine auctoritate ſuper hoc habita a Sede Apoſtolica ſpeciali, nobis humiliter ſupplicaſti, ut providere tibi ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur. Nos igitur attendentes præmiſſa, & plura alia tibi virtutum merita ſuffragari, ex quibus ſpem firmam concepimus, quod per te, utpote virum in diverſis ſcientiis, & lin-

linguis peritum, ſanctæ converſationis, vitæ laudabilis, & in agendis plurimum circumſpectum, Dominus in illis partibus multorum poterit operari ſalutem, & prædictam Eccleſiam a ſpurcidorum manibus liberare, & præſtare conſilium ad proximas dudum partes catholicas, ſchiſmaticorum contagio depravatas, ad callem veræ fidei reducendas, quod per dictum Patriarcham circa proviſionem, & præfectionem de te factas eidem Eccleſiæ Epheſinæ, & conſecrationem tuam hujuſmodi poſtmodum ſubſecutam factum eſt, ratum & gratum habentes, id ex certa ſcientia, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine confirmamus, ratificamus, & etiam approbamus, omnem defectum, ſi quis ex eo, quod proviſioni hujuſmodi abſque ſpeciali licentia Miniſtri Generalis tui Ordinis conſenſiſti, licet a Vicario Generali ejuſdem Miniſtri ſuper hoc licentiam obtineres, vel quocumque alio modo in tua proviſione, & præfectione hujuſmodi forſitan extitiſſet, ſupplentes, de ipſorum Fratrum conſilio, & ejuſdem plenitudine poteſtatis, & nihilominus ad majorem tui ſecuritatem te eidem Eccleſiæ Epheſinæ, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica, de novo præficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem prædictas tibi in ſpiritualibus & temporalibus committendo. Nulli ergo omnino hominum liceat &c. ratificationis, approbationis, ſuppletionis, præfectionis, commiſſionis infringere &c. *noverit incurſurum*. Electio Fr. Conradi confirmata.

Datum Avenione IV. Non. Julii anno II.

XLIV.

Ut poſſint Minores recipere domum in comitatu Hieracii. Ibidem, 2. par. epiſt. 1359.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Meſſanenſi.

§. I. PErſonam dilecti filii nobilis viri Franciſci Vigintimilien. & Hieracii Comitis, devotionis titulo inſignitam, favoris Apoſtolici plenitudine proſequentes, votis ejus libenter annuimus, in iis præſertim, quæ divini cultus augmentum reſpicere dignoſcuntur.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis ejuſdem Comitis petitio continebat, quod in terris Comitatus ſui Hieracii prædicti, nullus Fratrum Minorum locus exiſtit, & quod ipſe ob reverentiam & ſpecialis devotionis zelum, quem ad eumdem Ordinem habet conſtruere de novo, & fundare intendit in aliqua ex terris dicti Comitatus, ubi tibi videbitur expedire in fundo proprio, unum locum dictorum Fratrum cum Oratorio, ſeu Eccleſia, & aliis domibus, & officinis, Fratribus, qui morabuntur inibi opportunis.

§. III. Quare nobis humiliter ſupplicavit, ut ſibi conſtruendi dictum locum, & fundandi cum Oratorio, ſeu Eccleſia, ac aliis domibus, & officinis; necnon & eiſdem Fratribus hujuſmodi locum recipiendi, & in eo morandi, ac habendi ibidem cœmeterium, & liberam ſepulturam dignaremur concedere facultatem. Nos itaque pium ejus in hac parte propoſitum benigno proſequentes affectu, fraternitati tuæ præſentium tenore committimus & mandamus, quatenus conſiderata loci qualitate, diſtantia locorum dicti Ordinis a loco, quem idem Comes ad hoc deputaverit, id ſuadeat, conſtruendi dictum locum cum oratorio, domibus neceſſariis & officinis, & eiſdem Fratribus hujuſmodi locum recipiendi, & in eo morandi, ac habendi ibidem cœmeterium, & liberam ſepulturam,

Digitized by Google

conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, & qualibet alia contraria non obſtante, plenam auctoritate noſtra tribuas facultatem.

Datum Avenione xv. Kal. Auguſti anno II.

XLV.

Ut confirment donationem Monaſterii S. Laurentii in Pane-Perna, & aliorum Clariſſis factam. Ibidem epiſt. 1675.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Nepeſino, Vicario noſtro in Urbe, & dilectis filiis Matthæo de Columna, Præpoſito ſancti Audomari Morinen. Diœc. ac Joanni Blaſii Canonico ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe.

§. I. Dilectus filius noſter Jacobus de Columna, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, nuper nobis expoſuit, quod dilecti filii Capitulum Lateranen. Eccleſiæ conſiderato prudenter, quod prætextu Eccleſiæ ſancti Laurentiij in Pane-Perna de Urbe, quam fœlicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter, cum omnibus bonis, poſſeſſionibus, juribus & juriſdictionibus ſuis eidem Lateranen. Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica univit atque conceſſit, oportebat gravia ſubire onera expenſarum, ex eo videlicet, quod eadem Eccleſia ſancti Laurentii ejuſque domus, & ædificia erant pro majori parte collapſa, & reparationem neceſſariam expetebant opere plurimum ſumptuoſo; quodque oportebat, ipſos juxta formam litterarum prædeceſſoris ejuſdem ſuper unione hujuſmodi confectarum, Eccleſiaſticas in eadem Eccleſia ſancti Laurentii continuis temporibus habere perſonas pro divinis ibidem officiis celebrandis, ac propter vitanda hujuſmodi onera, credentes iidem Capitulum ſuam & ejuſdem Eccleſiæ Lateranen. conditionem facere meliorem, tractatu ſuper hoc inter ſe præhabito diligenti, prædictam Eccleſiam ſancti Laurentii cum domibus & ædificiis intra clauſuram ejus exiſtentibus, cum certis vineis & hortis Eccleſiæ prædictæ ſancti Laurentii contiguis, necnon cum quibuſdam modicis poſſeſſionibus ſitis in territorio Caſtri-Marini Albanen. Diœceſis, majoribus & uberioribus bonis & poſſeſſionibus ejuſdem Eccleſiæ ſancti Laurentii in jus & proprietatem ipſius Lateranen. Eccleſiæ reſervatis, eidem Cardinali, præſente & conſentiente quondam Petro Capocia Canonico Baſilicæ ſanctæ Mariæ Majoris de Urbe, Vicario dilecti filii noſtri Petri ſancti Angeli Diaconi Cardinalis Archipresbyteri ejuſdem Lateranen. Eccleſiæ, donaverunt liberaliter, & in perpetuum conceſſerunt, ita videlicet, quod dictus Jacobus Cardinalis perſonas religioſas ad ſuæ diſpoſitionis arbitrium, in prælibata Eccleſia ſancti Laurentii pro divinis ibidem celebrandis officiis collocaret, conceſſa ſibi per eoſdem Capitulum & Vicarium donandi, & concedendi perſonis hujuſmodi etiam domos, ædificia, vineas, hortos & poſſeſſiones prætacta, plena & libera facultate.

Eccleſia S. Laurentii pene collapſa.

Capituli Lateranen. conſilium.

Jacobo Cardin. bona largiuntur.

§. II. Voluerunt etiam prænominati Capitulum & Vicarius, quod idem Jacobus Cardinalis per ſe, vel per dictas perſonas in eadem Eccleſia ſancti Laurentii, ut præmittitur, collocandas, reparare Eccleſiam, domos & ædificia prælibata, quodque memoratæ perſonæ certum ſolvere cenſum eidem Lateranen. Eccleſiæ pro Eccleſia ſancti Laurentii, domibus, vineis, ædificiis, hortis, & poſſeſſionibus ſupradictis, annis ſingulis tenerentur, ptout in inſtrumento publico inde confecto præmiſſa omnia plenius continentur. §. III.

Cenſus Eccleſiæ Lateranen. ſolvendus.

§. III. Cumque præfatus Jacobus Cardinalis nonnullas Sorores probatæ vitæ, & honeſtæ converſationis ſub regulari habitu Domino famulantes, de honeſtis & religioſis locis aſſumptas duxerit in eadem Eccleſia ſancti Laurentii collocandas, prædictis Eccleſia, domibus, ædificiis, vineis, hortis, & poſſeſſionibus per ipſum Jacobum Cardinalem eiſdem Sororibus donatis liberaliter & conceſſis, ac in eadem Eccleſia ſancti Laurentii cultus divini nominis per prædictas Sorores laudabiliter obſervetur, ſintque etiam per dictum Jacobum Cardinalem Eccleſia, domus, & ædificia ſupradicta, non ſine magnis ſumptibus reparata, memoratus Jacobus Cardinalis nobis humiliter ſupplicavit, ut hujuſmodi donationem, & conceſſionem ſibi per eoſdem Capitulum & Vicarium, necnon & collocationem ſuam de dictis Sororibus in eadem Eccleſia ſancti Laurentii, ac donationem & conceſſionem de Eccleſia, domibus, ædificiis, vineis, hortis & poſſeſſionibus prælibatis, per ipſum dictis Sororibus, ut præmittitur, factas, ratas & gratas habere, ac ipſas ex certa ſcientia confirmare auctoritate Apoſtolica dignaremur.

Moniales primo in eadem Eccleſia S. Laurentii introductæ.

§. IV. Nos autem licet tam pium dicti Jacobi Cardinalis, & meritorium opus dignis in Domino laudibus commendemus, quia tamen eſt nobis incognitum, an prædictæ Lateranen. Eccleſiæ, ad cujus incrementa nimium afficimur, fiat inde conditio melior, vel an ſaltem graviter non lædatur, ſcire volumus certitudinem veritatis, de ſinceritate veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictæ præcipiendo mandamus, quatenus inquiratis de præmiſſis diligenter & fideliter veritatem, et ſi ea diligentius inquiſita, vobis conſtiterit, quod in donatione, ac conceſſione prædictis fiat ipſius Lateranen. Eccleſiæ conditio melior, vel ſaltem graviter non lædatur, quodque circa donationem, vel conceſſionem hujuſmodi ipſorum Capituli ac Vicarii aſſenſus adfuerit, nos donationem & conceſsionem dictorum Capituli & Vicarii, necnon collocationem dictarum Sororum, ac donationem dicti Jacobi Cardinalis, et conceſsionem ſuperius repetitas, auctoritate noſtra confirmare curetis, facientes habere ipſas perpetui roboris firmitatem.

Supplicatio facta Pontifici.

Delegatos Papa inſtituit.

§. V. Et nihilominus, ſi ſervata forma præſentium vos præmiſſas donationes et conceſſiones, ac collocationem juxta præmiſſum modum confirmare contigerit. Volumus et mandamus obtentu ejuſdem Jacobi Cardinalis nobis exinde ſupplicantis, ut ruralem Eccleſiam ſancti Angeli de Malarteſio Tiburtinæ Diœceſis dudum de Monaſterio de Palatiola Ciſtercien. Ordinis Velletren. Diœc. cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis, et juriſdictionibus ſuis annexam auctoritate Apoſtolica pariter et unitam memoratæ Eccleſiæ ſancti Laurentii, in ſubventione indigentiæ Sororum ipſarum, quæ ſicut accepimus, præmuntur onere paupertatis, cum prædictis bonis, juribus, ac juriſdictionibus ſuis, unire, annectere & incorporare, ac in perpetuos dictarum Sororum uſus concedere, præſertim cum dilectus filius Guillelmus Abbas Ciſtercien. per ſuas patentes litteras, quas vobis volumus exhiberi, ſuum circa hujuſmodi unionem aſſenſum nobis duxerit intimandum, eadem auctoritate curetis, inducentes prælibatas Sorores, vel procuratorem ſuum earum nomine in corporalem poſſeſſionem Eccleſiæ ſancti Angeli bonorum, jurium et pertinentiarum prædictorum, et defendentes inductas, amotis quibuslibet detentoribus ab eiſdem, et facientes eas pacifica dictæ Eccleſiæ ſancti Angeli poſſeſſione gaudere, ipſaſque de ejuſdem Eccleſiæ fructibus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus univerſis integre reſpondere.

Et alia addit bona.

§. VI. Non obſtantibus ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici &c. *appellatione poſtpoſita compeſcendo*. Ceterum ſi comperreritis, quod dicta Lateranen. Eccleſia ex donatione ſeu conceſſione hujuſmodi leviter non lædatur, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus, aut ſi prædicti Capitulum & Vicarius non conſenſerint in prædictis, vos a confirmatione donationum et conceſſionum ac collocationis, necnon et ab unione, annexione et incorporatione et conceſſione prætactis, niſi aliud vobis dederimus in mandatis, ſuperſedentes, ac etiam deſiſtentes omnino, id nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes; fideliter intimare curetis particulariter et diſtincte, ut per veſtras litteras informati, quod per nos agendum extiterit conſultius, providere poſſimus. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, tu frater Epiſcope, ea nihilominus cum eorum altero exequaris.

Datum Avenione Kal. Auguſti anno II.

XLVI.

Ut decimas non ſolvant. Ibidem epiſt. 1620.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii in Enoyma, Ordinis ſanctæ Claræ, Olomucen. Diœceſis.

§. I. PRæſignis veſtra religio, quæ in Monaſterio veſtro &c. ut ſupra in Bulla XXXII. Bonifacii uſque ad *Domino ſervitutem*. Sane exhibita nobis ex parte veſtra petitio continebat, quod licet fœlicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter univerſis Abbatiſſis & Conventibus veſtri Ordinis per ſuas litteras duxerit indulgendum, ut ad præſtationem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus, et aliis bonis eorum, quæ tunc habebant, & juſtis modis poſſent acquirere in futurum, minime tenerentur, neque ad id compelli poſſent, noſque indultum hujuſmodi duxerimus innovandum: tamen venerabilis frater noſter Epiſcopus Olomucen. et Rectores Parochialium Eccleſiarum Olomucen. Diœc. indultum hujuſmodi voluntaria interpretatione aſtringere molientes, aſſerunt quod pro poſſeſſionibus, et bonis hujuſmodi novalia debent intelligi, & quod dictum indultum ſit ad bona, quæ non cadunt ſub decimatione, ſed dumtaxat ad novalia extendendum. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum propter hoc prædictum indultum vobis reddatur inutile, providere vobis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur.

§. II. Nos igitur attendentes hujuſmodi interpretationem verbis indulti, ac intentioni dicti prædeceſſoris, & noſtræ plurimum obviare, cum ſi ſic ſtricta fuiſſet ejuſdem prædeceſſoris intentio, ubi poſuit de poſſeſſionibus quibuſcumque & aliis bonis eorum, ſolummodo de novalibus poſuiſſet: Volumus & auctoritate præſentium decernimus, quod interpretatione prædicta aliquatenus non obſtante, ad præſtationem decimarum quarumcumque poſſeſſionum, & bonorum veſtrorum, quæ in præſentiarum obtinetis, & juſtis modis, dante Domino, potueritis adipiſci, ſive decimalia dudum extiterint, ſive non decimalia per prædictum Epiſcopum & Rectores, vel quoſcumque alios non poſſitis contra ejuſdem indulti tenorem aliquatenus coarctari, cum hujuſmodi conceſſionibus et gratioſis indultis, ut privilegium non cenſeatur inutile, ſit benigna interpretatio facienda. Nulli ergo &c. noſtræ voluntatis & conſtitutionis infringere &c. ſi quis &c.

Datum Avenione VIII. Idus Auguſti anno II.

XLVII. *Ut*

XLVII.

Ut transferantur ad Monaſterium Donnæ Reginæ Clariſſarum Sorores, quæ ſciant cantare. Ibidem ex libro anni 3. epiſt. 1507.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Terræ Laboris.

§. I. Sinceræ devotionis affectus, quem cariſsima in Chriſto filia Mariæ Regina Siciliæ illuſtris ad nos & Romanam Eccleſiam habere dignoſcitur, digne meretur, ut petitiones ſuas, quæ præſertim divini cultus augmentum reſpiciunt, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus.

§. II. Cum itaque, ſicut pro parte ipſius Reginæ fuit expoſitum coram nobis, ipſa in Monaſterio ſanctæ Mariæ Donnæ Reginæ Neapolitanæ Ordinis ſanctæ Claræ, ad quod tamquam ad opus manuum ſuarum ſpecialem gerit devotionis affectum, habere deſideret Moniales ipſius Ordinis in arte cantus ſufficienter inſtructas, quæ Sorores ſeu Moniales juvenes, & novitias ipſius in cantu inſtruere valeant & docere. Nos hujuſmodi ſuum deſiderium, quod a devota mente procedit, in Domino commendantes, illudque ampliari, in quantum cum Deo poſſumus, cupientes, gerentes quoque de diſcretione tua fiduciam in Domino ſpecialem, quod ad requiſitionem dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſæ ipſius Monaſterii duas Sorores, ſeu Moniales Provinciæ Terræ laboris ejuſdem Ordinis conſtitutas, in arte cantus hujuſmodi expertas, ſi tibi alias videbitur expediens, aſſumere valeas, & ad Monaſterium ipſum transferre propterea, ipſæque Moniales per te ſic aſſumptæ de Monaſteriis ſuis exire licite valeant, & Monaſterium ſanctæ Mariæ præfatum intrare perpetuo inibi moraturæ, quacumque ipſius Ordinis conſtitutione, ſeu conſuetudine contraria non obſtante, tibi & eis auctoritate præſentium concedimus facultatem.

Datum Avenione VI. Idus Auguſti anno III.

XLVIII.

Ut deputentur plures Sacerdotes obſequio prædicti Monaſterii. Ibidem epiſt. 1506.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Cum, ſicut ex parte cariſsimæ in Chriſto filiæ noſtræ Mariæ, Reginæ Siciliæ illuſtris, fuit expoſitum coram nobis, in Monaſterio ſanctæ Mariæ Donnæ Reginæ Neapolitanæ, Ordinis ſanctæ Claræ, ad quod præfata Regina, cum ſit opus manuum ſuarum, ſpecialem gerit affectum, quatuor Fratres Ordinis tui in eodem Monaſterio deputati pro divinis obſequiis celebrandis, ea eo maxime non ſufficiant pro eiſdem, quod in Eccleſia ipſius Monaſterii, quam præfata Regina de novo conſtrui facit, plura ſint altaria inſtituta, ipſumque Monaſterium auxilio præfatæ Reginæ, divina favente clementia, incipit ampliari, & propterea plures Fratres ipſius Ordinis in ſacerdotio conſtitutos habere deſideret in Monaſterio ſupradicto; Nos hujuſmodi deſiderium laudabile commendantes in Domino, ipſius Reginæ ſupplicationibus inclinati, præſentium tibi auctoritate committimus & mandamus, quatenus ſi tibi videatur expediens, duos alios Fratres dicti tui Ordinis in Sacerdotio conſtitutos,

tos, de quibus tibi videbitur, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, eum quatuor illis Fratribus ſupradictis, ordines in Monaſterio ſupradicto, ita quod de cetero ſint ſex numero pro divinis in ipſo officiis celebrandis, quodque hujuſmodi ſenarius numerus Fratrum ipſorum per Provinciale capitulum ſeu Miniſtrum ipſius Provinciæ minui nequeat in futurum.

Datum Avenione v. Idus Auguſti anno 111.

XLIX.

Præficitur Eccleſiæ Tyburtinæ. Ibid ep. 90.

Venerabili fratri Jacobo Epiſcopo Tyburtino.

§. I. Licet ex debito paſtoralis officii de univerſis orbis Eccleſiis cogitemus, ad illas tamen attentioris dirigimus conſideſationis intuitum, quas vacationis detrimentis expoſitas intuemur.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Sabaritio Epiſcopo Tiburtino, regimini Tiburtinæ Eccleſiæ, immediate Romanæ Eccleſiæ ſubjectæ, præſidente; Nos cupientes ipſi Eccleſiæ, cum eam per ipſius Epiſcopi obitum, vel alio quocumque modo vacare contingeret, idoneam præeſſe perſonam, proviſionem ipſius Eccleſiæ ea vice diſpoſitioni noſtræ, ac Sedis Apoſtolicæ duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus in hac parte per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. Poſtmodum autem eadem Eccleſia per obitum ipſius Epiſcopi, qui in partibus illis viam fuit univerſæ carnis ingreſſus, ſolatio deſtituta Paſtoris; Nos de proviſione ejuſdem Eccleſiæ, ne prolixæ vacationis ſubjaceret incommodis, cogitare cœpimus diligenter, & poſt deliberationem quam ſuper hoc cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, ad te Ordinem Fratrum Minorum profeſſum, quem litterarum ſcientia præditum, morum gravitate decorum, in ſpiritualibus providum, & in corporalibus circumſpectum aſſeverant teſtimonia fide digna, direximus oculos noſtræ mentis.

§. III. Quibus omnibus diligenti conſideratione diſcuſſis, volentes eidem Eccleſiæ ſalubriter providere, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, præfatæ Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica duximus providendum, teque ipſi Eccleſiæ in Epiſcopum præfecimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, & ſubſequenter tibi per Venerabilem fratrem noſtrum Arnaldum Epiſcopum Albanen. fecimus munus conſecrationis impendi, in eo qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis & diligentiæ ſtudium, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, ſpiritualiter & temporaliter regetur utiliter, & proſpere dirigetur. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus &c. *benevolum impartiri*.

Datum Avenione vi. Nonas Octobris anno 111.

L. De-

L.

Deputantur conſervatores . Ibid. ep. 197.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Moguntino , & Argentinen. ac Ratisbonen. Epiſcopis .

§. I. ETſi quibuslibet religioſis , & perſonis in locis injunctæ nobis ſervitutis officio aſſiſtere defenſionis præſidio teneamur , illis tamen ſpecialius & efficacius adeſſe nos convenit , qui Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecti non habent præter Romanum Pontificem , alium defenſorem .

§. II. Cum itaque , ſicut ex parte dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis , & Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ Alemanniæ ſuperioris , fuit propoſitum coram nobis , ipſi a nonnullis ſuper prædicationibus libere ab eiſdem Fratribus faciendis , & audiendis confeſſionibus eis peccata ſua volentium confiteri , & aliis juribus & libertatibus ipſis ab Apoſtolica Sede conceſſis , a Prælatis , & Rectoribus Eccleſiarum , & Clero , aliiſque perſonis contra indulta privilegiorum eis ab eadem Sede conceſſorum , multipliciter moleſtentur , & gravamina multiplicia inferantur eiſdem . Nos volentes eis ſuper hoc de opportuno remedio providere , fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus , quatenus vos vel duo , aut unus veſtrum per vos , vel alium ſeu alios eiſdem Miniſtro & Fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes , non permittatis eos contra tenorem privilegiorum ipſorum a prædictis , vel aliis quibuſcumque moleſtari , nec eis aliqua gravamina , vel injurias irrogari , facientes ipſis Miniſtro & Fratribus de illatis eis injuriis , moleſtationibus , & gravaminibus contra tenorem eumdem , in illis videlicet , quæ judicialem requirunt indaginem , per viam judicii , in aliis vero prout qualitas eorum exegerit , juſtitiæ complementum . Ita quod officium , poteſtas , & juriſdictio veſtra ex nunc perpetuata cenſeatur . Moleſtatores et injuriatores &c. *Poſtpoſita compeſcendo* . Non obſtantibus tam de duabus dietis in Concilio generali , quam felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. ſeu ſi aliquibus a Sede Apoſtolica ſit indultum quod excommunicari &c. et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum oporteat in noſtris litteris fieri mentionem .

Datum Avenione v. Kalend. Decembris anno III.

In eumdem modum Venerabilibus Fratribus Colonien. et Treveren. Archiepiſcopis , ac Epiſcopo Monaſterienſi pro provincia Colonienſi .

In eumdem modum Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo Magdeburgen. et Hildeſemen. ac Caminen. Epiſcopis &c. pro provincia Saxoniæ .

In eumdem modum Archiepiſcopo Salisburgen. & Buxinen. ac Laudunen. Epiſcopis &c. pro provincia Auſtriæ .

LI. *Ut*

L I.

Ut recipiant domum in civitate Sibinicen. Ibid. ep. 311.

Dilectis filiis Guardiano, & Fratribus Ordinis Minorum Civitatis Sibinicen. Provinciæ Sclavoniæ.

§. I. INter ceteros Ordines in agro plantatos Eccleſiæ ſacrum veſtrum Ordinem, claris ſuis exigentibus meritis, gerentes in viſceribus caritatis, ad ea vigilanter intendimus, ac opem operamque ſollicitam impertimur, per quæ ſtatus ejuſdem Ordinis ad divini nominis gloriam & exaltationem Catholicæ fidei, & augmentum Ordinis ſupradicti tranquillis foveatur eventibus, & votivis proficiat incrementis.

Belli occaſione Minoriticū Cœnobium everſū.

§. II. Sane petitio dilectorum filiorum Poteſtatis, Judicum, & Curiæ Civitatis Sibinicen. nobis exhibita continebat, quod olim incentore malorum pacis æmulo procurante, inter dilectum filium nobilem virum Milandinum Chroatorum, & Boſnæ Banum ex parte una, & Cives civitatis ejuſdem ex altera, gravi diſcordia ſuſcitata, cum idem Banus per terram, & mare civitatem prædictam intenderet impugnare, iidem cives conſiderantes, quod per locum veſtrum tunc ſitum extra Civitatem prædictam, impugnationi hujuſmodi magna commoditas præſtabatur, ac tantis periculis occurrere cupientes, prædictum locum funditus deſtruxerant, ac deinde pro dicto loco volentes infra mœnia civitatis ejuſdem compenſationem vobis facere congruentem, de conſenſu ac voluntate totius majoris, ac generalis conſilii civitatis prædictæ, ad ſonum campanæ, voceque præconia more ſolito congregati, quemdam locum cum omnibus ædificiis, & lignaminibus, certis terminis limitatum, ſitum infra Civitatem prædictam, cum omnibus ſuis juribus, pertinentiis, & adjacentiis univerſis, dilecto filio Miniſtro Provinciali Ordinis veſtri in provincia Sclavoniæ recipienti vice & nomine noſtro, dederunt, & liberaliter conceſſerunt, prout in inſtrumento publico inde confecto ſigillo communi Civitatis ejuſdem munito plenius continetur. Quare pro parte veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut recipiendi locum prædictum cum ædificiis, pertinentiis, & adjacentiis ſupradictis, & conſtruendi in eo Eccleſiam, ſeu oratorium cum officinis, habendique ibidem liberam Eccleſiam, conſtitutione felicis recordationis Boniſaeii VIII. prædeceſſoris noſtri in contrarium edita non obſtante, ſpecialem vobis licentiam concedere dignaremur.

Commenitas Civit. vult aliud conſtruere.

Licentia petitur.

§. III. Attendentes igitur ex eo præcipue, quod locum hujuſmodi non voluntate, ſed potius exigente neceſſitate mutaſtis, petitioni veſtræ in hac parte fore rationabiliter annuendum, veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, dummodo dictus locus ab Eccleſiis aliorum Ordinum, qui ſint in paupertate fundati, per ſpatium centum & quadraginta .... in moderatione ſeu reſtrictione piæ memoriæ Clementis Papæ IV. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc edita definitum, diſtare noſcitur, recipiendi & retinendi locum prædictum cum ædificiis, pertinentiis & adjacentiis memoratis, & in eo morandi, et conſtruendi in ipſo Eccleſiam ſeu oratorium, & officinas, ac habendi in eo cœmeterium, & Eccleſiaſticam ſepulturam, ſine præjudicio tamen Cathedralis, ac Parochialium Eccleſiarum, et juris cujuslibet alieni, prædicta ejuſdem prædeceſſoris Bonifacii, & qualibet alia conſtitutione contraria non obſtante, plenam & ſpe-

Et conceditur.

& ſpecialem auctoritate Apoſtolica licentiam concedimus, & etiam facultatem. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenion. xiii. Kalend. Januarii anno vi.

Anno Christi 1319. Joannis XXII anno 3. & 4.

LII.

Ut diſpenſet ad quinquennium cum filia Regis Franciæ Clariſſa circa aliquas obſervantias regulares. Ibid. ep. 295.

Dilecto filio Miniſtro Provinciali Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Franciæ.

CUm cariſſima in Chriſto filia noſtra Joanna Regina Franciæ & Navarræ Illuſtris, zelo piæ devotionis accenſa, de conſenſu et voluntate cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Franciæ & Navarræ Regis Illuſtris, viri ſui, deſideret unam de filiabus ſuis æterni Regis obſeqniis mancipare, ipſamque in Monaſterio de Longocampo Ordinis ſanctæ Claræ Pariſien. diœceſis, recipi facere in Monacham, & Sororem; Nos pium et laudabile devotionis ſuæ propoſitum in hac parte plurimum in Domino commendantes, ejuſque ſupplicationibus inclinati, devotioni tuæ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, diſpenſandi cum prædicta filia, quæ ut præmittitur in dicto Monaſterio habitum ſumpſerit regularem, in omnibus, quæ de ſubſtantia dicti Ordinis non exiſtunt, in quibus tibi viſum fuerit expedire, ſuper quo tuam conſcientiam volumus onerare, uſque ad quinquennium auctoritate præſentium liberam concedimus facultatem.

Datum Avenione xvi. Kal Februarii anno iii.

LIII.

Ut deputet ejus obſequio & inſtructioni duos Minoritas probatæ virtutis. Ibid. epiſt. 256.

Eidem.

EXimiæ devotionis ſinceritas, cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Joannæ Franciæ & Navarræ Reginæ illuſtris, promereri dignoſcitur, ut in iis quæ pie poſtulat, votis ejus favorabiliter annuamus. Cum itaque dicta Regina, ſicut habet ejus petitionis aſſertio, de conſenſu et voluntate cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi, Franciæ et Navarræ Regis Illuſtris viri ſui, deſideret unam &c. ut in præcedenti uſque ad *ſupplicationibus inclinati*, devotioni tuæ eligendi duos Fratres provectæ ætatis, maturos moribus, & alias ad hoc idoneos, ſuper quo tuam conſcientiam oneramus, quos dicta filia, quæ ut præmittitur, ſeculi vanitate relicta, in dicto Monaſterio habitum ſumpſerit regularem, poſſit habere in dicto Monaſterio ad celebrandum ibidem in ſuo oratorio divina officia, ad inſtruendam eam, non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus &c. *derogari*, auctoritate præſentium concedimus facultatem.

Datum Avenion. xvi. Kal. Februarii anno iii.

LIV.

Ut poſſit deputare obſequio ſuæ filiæ Clariſſæ mulieres duas honeſtas. Ibid. epiſt. 257.

Cariſsimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Franciæ, & Navarræ Illuſtri &c.

EXimiæ tuæ devotionis ſinceritas promeretur, ut in iis, quæ pie poſtulas, votis tuis favorabiliter annuamus. Cum itaque, ſicut habet petitionis tuæ aſſertio, tu zelo piæ devotionis accenſa, de conſenſu & voluntate cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Franciæ & Navarræ Regis Illuſtris viri tui, deſideras unam de filiabus tuis in annis puerilibus conſtitutam æterni Regis obſequiis &c. ut in antecedenti uſque ad *ſupplicationibus inclinati*, quod duas mulieres honeſtas ad viſitandam dictam filiam tuam, & confortandam eam in dicto Monaſterio, quoties tibi viſum fuerit expedire, & referendum tibi certitudinem ſtatus ſui, valeas deſtinare, dictæque mulieres cum ipſa dictum Monaſterium valeant introire, non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus &c. excellentiæ tuæ uſque ad biennium auctoritate præſentium duximus concedendum.

Datum Avenion. xv. Kal. Februarii anno III.

LV.

Ut poſſit ingredi Monaſterium filiam inviſura. Ibid. epiſt. 258.

Eidem.

CElſitudinis tuæ merita promerentur, ut in iis quæ pie poſtulas, votis tuis favorabiliter annuamus. Habet ſiquidem tuæ petitionis aſſertio &c. ut in epiſtola præcedenti uſque ad *ſupplicationibus inclinati*, quod cum decenti comitiva honeſtarum mulierum poſſis, cum prædicta filia tua recipietur, & etiam poſtquam recepta fuerit in Monaſterio memorato, dictum Monaſterium introire, & ibi etiam pernoctare quotieſcumque volueris, quamdiu prædicta filia erit ibi; Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis &c. *auctoritate præſentium indulgemus*. Nulli &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Aven. xvi. Kal. Februarii anno III.

LVI.

Ut prædicta adoleſcentula Clariſſa duas ſecum habeat mulieres in habitu ſeculari. Ibid. epiſt. 259.

Eidem.

EXimię tuę devotionis ſinceritas promeretur, ut petitiones tuas, quantum cum Deo poſſumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Cum itaque, ſicut habet petitionis tuæ aſſertio, tu de conſenſu & voluntate cariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi &c. ut in ſuperiori uſque ad *ſupplicationibus inclinati* eidem filiæ, quæ ut præmittitur, in dicto Monaſterio ſeculi vanitate relicta, habitum ſumpſerit regularem, habendi ſecum in dicto Monaſterio duas mulieres honeſtas in ha-

habitu ſeculari in juvenilis ætatis ſuæ ſolamen, uſque ad biennium a receptionis ſuæ tempore numerandum. Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis &c. *concedimus facultatem*.

Datum Avenione xv. Kalend. Februar. anno III.

LVII.

Conſtitutionem Clementis V. de Beghinis non comprehendere Fratres, aut Sorores Tertii Ordinis. Ibid. epiſt. 359.

Venerabilibus Fratribus univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, aliiſque Prælatis, & Rectoribus Eccleſiarum.

Ordines a ſancta Sede approbati defendendi.

§. I. Etſi Apoſtolicæ Sedis auctoritas tueri debeat, quæ apud ipſam meruerunt approbationis præſidio communiri, ad curam tamen dictæ Sedis ſpecialius pertinere dignoſcitur, ut religionis, per quam ad divini nominis laudem tenditur, & ſalus fidelium impetratur, ſtatus per Sedem approbatus eamdem, inviolabiliter perſeveret, religionem hujuſmodi approbatam manutenere favorabiliter et efficaciter defenſare, ita quod impugnationis cujuslibet ceſſante turbine, perſonæ religionis ejuſdem liberis, clariſque mentibus vacare valeant divinis beneplacitis exequendis.

Fratres ad Pontificem recurrūt.

Tertius Ordo ab Eccleſia approbatus.

Injuſte ejus Profeſſ. vexantur.

§. II. Sane dilecti filii Miniſter, et Fratres Ordinis Minorum nuper in noſtra, et Fratrum noſtrorum præſentia fecere proponi, quod licet Tertius Ordo Fratrum et Sororum, qui continentes, ſeu de Pœnitentia, nuncupantur, a beato Franciſco inſtitutus, & a Sede præfata jamdudum probatus, et confirmatus, ac etiam communitus diverſis privilegiis extitiſſet, dictique Fratres et Sorores ipſius Tertii Ordinis, ſub cura et doctrina eorumdem Fratrum Minorum, juxta tenorem ordinationis a piæ memoriæ Nicolao Papa IV. prædeceſſore noſtro ſuper hoc factæ, vixerint et vivant in obſervantia regulæ Tertii Ordinis antedicti; nonnulli tamen Prælati et Rectores Eccleſiarum, Civitatum, et Diœceſum diverſarum, præſertim in Alemanniæ partibus conſtituti, conſtitutionem per quam felicis recordationis Clemens Papa V. prædeceſſor noſter, quarumdam mulierum, quæ vulgariter nuncupantur *Beguinæ*, quæ non profitebantur aliquam regulam approbatam aut ſtatum, ex cauſis rationabilibus in Conſtitutione ipſa expreſſis, in Concilio Viennenſi, per eum celebrato, perpetuo prohibuit, ac illum ab Eccleſia Dei penitus abolevit, ad dictos Fratres et Sorores de Pœnitentia perperam extendere innitentes, ejuſdem Conſtitutionis prætextu, eoſdem Fratres et Sorores de Pœnitentia ad dimittendum habitum, atque ſtatum hujuſmodi regulæ ipſorum, per excommunicationis et interdicti ſententias, aliaſque pœnas indebite conati ſunt, et conantur jugiter coarctare, in ipſos Fratres et Sorores de Pœnitentia pro eo, quod in iis non paruerunt eiſdem, ſicut nec etiam debuerunt, de facto excommunicationum proferendo ſententias, aliaque diverſa ipſis gravamina inferendo. Prætendunt quoque iidem Prælati et Rectores minus veraciter dictos Fratres Minores ea eo fautores exiſtere perſonarum damnatarum, per Conſtitutionem eamdem, quia eiſdem Fratribus et Sororibus de Pœnitentia communicant, et eos recipiunt ad divina, et propter hoc ipſos Fratres Minores per Conſtitutionem eamdem excommunicationis ſententiam incurriſſe, il-

illos excommunicatos denunciant, et ſententiam ipſam aggravant contra eos. Civitates et loca, in quibus dicti Fratres Minores inhabitant, Eccleſiaſtico interdicto ſupponunt, ac eis eleemoſynas, ac alia vitæ ſubſidia ſubtrahunt, et ab aliis ſubtrahi faciunt, ipſoſque alias multipliciter gravant, appellationibus etiam pro parte dictorum Fratrum et Sororum de Pœnitentia, et Fratrum Minorum ad ipſam Sedem, interjectis propterea vilipenſis. Quare pro parte dictorum Miniſtri, et Fratrum nobis extitit humiliter ſupplicatum, ut providere in hac parte de celeri et opportuno remedio dignaremur.

Non ab Eccleſia proſcripti.

§. III. Cum itaque conſtitutio ſupradicta ad ipſos Fratres et Sorores Tertii Ordinis minime ſe extendat, univerſitati veſtræ, de Fratrum noſtrorum prædictorum conſilio, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus memoratos Fratres et Sorores de Tertio Ordine prælibato, vel Fratres Minores, ſeu quoſvis alios occaſione præmiſſa nullatenus moleſtetis, nec permittatis ab aliis quomodolibet moleſtari, niſi contingeret per Sedem Apoſtolicam aliud ordinari, & ne ſuper his ſecus faciatis diſtrictius inhibemus.

Propterea non moleſtandi.

Acta in contrarium irrita.

§. IV. Nos enim quidquid a Prælatis et Rectoribus ſupradictis, vel quibuslibet aliis contra prælibatos Fratres et Sorores ipſius Tertii Ordinis, vel aliquos eorumdem, ſeu contra Fratres Minores, aut alios, hujuſmodi prætextu attentatum forſitan eſt hactenus, vel a vobis, ſeu quibuslibet aliis contigerit attentari, ex nunc nullius omnino decernimus exiſtere firmitatis, dictoſque Fratres Minores in admittendo ad divina ipſos Fratres & Sorores Tertii Ordinis, & communicando eis, ut præfertur, & prælibatæ conſtitutioni minime derogaſſe.

Datum Avenione VII. Kal. Martii anno III.

LVIII.

Ut liceat eis habere poſſeſſiones & hereditare bona conſanguineorum. Ibid. epiſt. 374.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ de Villacomitis, Ordinis ejuſdem Sanctæ, Bracharen. diœceſ. &c.

§. I. Apoſtolicæ Sedis circumſpecta benignitas ſolet nonnumquam illas, quæ relictis mundanis illecebris, acceptiſque lampadibus obviam Chriſto ſponſo ſe parant, tanto propenſiori ſtudio proſequi, quanto majori eas, propter fragilitatem ſexus conſpicit ſuffragio indigere. Hinc eſt, quod nos Monaſterium veſtrum, in quo ſicut fide digna relatione percepimus, devotum impenditis Altiſſimo jugiter famulatum, & perſonas in ipſo degentes piis affectibus proſequentes, illa vobis libenter concedimus, per quæ vacare divinis obſequiis, eiſque inſiſtere liberius & commodius valeatis.

§. II. Veſtris itaque, & dilecti filii nobilis Alphonſi, nati claræ memoriæ Dionyſii Regis Portugalliæ, & dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Tharaſiæ, ejus uxoris, Apoſtolicæ Sedis in hac parte gratiam implorantium, ſupplicationibus inclinati, ut de cetero poſſeſſiones, jura, & alia bona temporalia pro ſuſtentatione veſtra habere, quodque tam parentibus, & linea conſanguinitatis conjunctis Monialibus, & Sororibus veſtris ad ipſum Monaſterium veſtrum, mundi vanitate relicta, convolantibus, & profeſſionem facientibus in eodem, quam aliis quibuſcumque

que perſonis in bonis, rebus mobilibus & immobilibus jure ſucceſsionis, vel quocumque alio juſto titulo ſuccedere, ac ſi eædem Moniales, et Sorores remanentes in ſeculo ſuccedere potuiſſent, ipſaſque res et bona petere, exigere, et retinere libere poſſitis, dummodo in his regula veſtri Ordinis non repugnet, auctoritate vobis præſentium indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione III. Kal. Martii anno III.

LIX.

Ut liberam habeant ſepulturam. Ibid. ep. 379.

EISDEM.

§. I. EX virtutum veſtrarum meritis, per quæ divinis jugiter vacatis obſequiis, incitamur; ut vos, ac Monaſterium veſtrum paternis affectibus proſequentes, ad illa libenter intendamus, quæ veſtris votis ſint placida, et ejuſdem Monaſterii reſpiciant incrementa. Ex tenore ſiquidem nobilis viri Alphonſi Sanctii nati claræ memoriæ Dionyſii Regis Portugalliæ, et dilectæ in Christo filiæ nobilis mulieris Tharaſiæ ejus uxoris, petitionis accepimus, quod ipſi zelo devotionis accenſi cupientes tranſitoria pro æternis, et temporalia pro cœleſtibus ſalubri commercio commutare, in Villacomitis Bracharen. dioec. in qua juriſdictionem obtinent temporalem, ad Dei honorem, et beatæ Claræ Virginis laudem, dictique Regis, et eorum remedio animarum, veſtrum Monaſterium de bonis propriis fundaverunt, Venerabilis fratris noſtri Archiepiſcopi loci dioeceſani, et dilectorum filiorum Capituli Bracharen. ad id accedente conſenſu. Alphonſus Luſitanus Monaſterium conſtruit.

§. II. Verum quia propter magnam religionis obſervantiam, quæ ex veſtris operibus in ipſo Monaſterio vigere dignoſcitur, præcipua devotione a fidelibus veneratur; Nos volentes in Monaſterio ipſo, quod propterea pio affectu diligimus, hujuſmodi devotionem fidelium adaugeri, dictorum nobilium, et veſtris ſupplicationibus inclinati, ut cœmeterium, et liberam ſepulturam ad ſepeliendum ibidem, poſtquam benedictum extiterit, tam veſtra, quam aliorum fidelium corpora, qui voluerint et elegerint inibi ſepeliri, quemadmodum Monaſterium de Santarena ejuſdem Ordinis Ulixbonen. dioec. obtinere dignoſcitur, habere libere, et licite valeatis, quacumque conſtitutione contraria non obſtante, auctoritate vobis præſentium indulgemus, jure parochialium Eccleſiarum in omnibus ſemper ſalvo. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione III. Kal. Martii anno III.

LX.

Ut ædificare poſſit Cœnobium Minoritarum in Caſtro Seneſii. Ibid. ep. 450.

Dilectæ filiæ nobili mulieri Margaritæ Comitiſſæ de Claromonte, Aglonen. dioeceſ.

§. I. EXpoſita ſiquidem nobis pro parte tua petitio continebat, quod tu in Caſtro Seneſii Aglonen. dioec. in quo quondam Hugo Comes Claromontis, frater tuus, extitit interfectus, quemdam locum Ordinis Fratrum Minorum in fundo proprio, ad honorem Dei et bea-

beati Franciſci, ac remiſſionem peccatorum dicti Hugonis, intendis de novo conſtruere, et conſtrui facere tuis ſumptibus et expenſis. Quare pro parte tua fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut conſtruendi dictum locum in eodem Caſtro tibi auctoritate Apoſtolica licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque obtentu dilecti filii, nobilis viri Thomaſii de ſancto Severino Comitis Marſici, ſoceri tui, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, volentes tuis votis annuere in hac parte, tibi, ut eumdem locum accommodum de novo in dicto Caſtro, ſi Miniſtro Provinciali ejuſdem Ordinis expediens videbitur, conſtruere, et conſtrui facere, libere valeas auctoritate præſentium plenam et liberam concedimus facultatem, conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc edita, in contrarium non obſtante.

Datum Avenione XIV. Kalen. Aprilis anno III.

LXI.

Ut poſſit inſtituere executores ſui Teſtamenti duos Minoritas. Ibidem ep. 555.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ Illuſtri &c.

§. I. Quia fragilis humanæ naturæ conditio ſtatum habet inſtabilem & incertum, tu hoc ſalubri meditatione præmeditans, diem tuæ peregrinationis extremum diſpoſitione teſtamentaria deſideras prævenire. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut, cum Fratres Ordinis Minorum ab annis teneris in confeſſores habueris, & in iis, quæ pertinent ad fidem & mores, laudabiles inſtructores, & ob ipſorum fidelitatem expertam, intendas aliquos de dictis Fratribus, una cum aliis ſecularibus perſonis executores conſtituere tuæ ultimæ voluntatis, eiſdem Fratribus, quos ut præmittitur, in hujuſmodi tua ultima voluntate executores inſtitues, aſſumendi officium hujuſmodi, ac etiam exequendi facultatem concedere dignaremur.

§. II. Nos itaque tuis in hac parte ſupplicationibus annuentes, devotioni tuæ, quod duos Fratres dicti Ordinis ſub propriis, vel officiorum ſuorum nominibus, poſſis executores inſtituere hujuſmodi tuæ ultimæ voluntatis, ipſique Fratres onus executionis hujuſmodi in ſe ſuſcipere valeant, proſequi, & adimplere, alterius ſui ſuperioris in hoc licentia non petita, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. *de gratia concedimus ſpeciali*. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione VI. Kal. Aprilis anno III.

LXII.

Ut mittere poſſit ſacellanum viſum filiam Blancham Clariſſam. Ibidem epiſt. 556.

EIDEM.

Eximiæ tuæ devotionis ſinceritas promeretur, ut in iis, quæ pie poſtulas, deſideriis tuis favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, devotioni tuæ deſtinandi unum de Capellanis tuis, quem ad hoc elegeris, ad dilectam in Chriſto filiam ſo-

ro-

rorem Blancam natam tuam, quam in Monaſterio de Longocampo Ordinis ſanctæ Claræ Pariſien. diœc. divinis obſequiis mancipaſti, ad inveſtigandum, & referendum tibi ſtatum ipſius, quando, & quoties tibi placuerit quouſque dicta Blanca ad annos pervenerit pubertatis, dictoque Capellano prædictum, vel aliud Monaſterium dicti Ordinis, ubi morari dictam Blancam contigerit, uſque ad tempus prædictum libere intrandi, ita tamen, quod ibi non comedat, nec pernoctet. Non obſtantibus &c. *præſentium indulgemus*. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum ut ſupra.

LXIII.

Ut alii poſſint eamdem inviſere. Ibid. epiſt. 557.

EIDEM.

EXimiæ tuæ devotionis ſinceritas, quam ad nos, & Romanam geris Eccleſiam, promeretur, ut petitionibus tuis, quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, quod medicis liberorum tuorum, ac confeſſor tuus de Ordine Fratrum Minorum, vel quicumque alius, quem in confeſſorem impoſterum duxeris eligendum, poſſint, cum eis, vel eorum alteri mandaveris, dilectam in Chriſto filiam ſororem Blancam natam tuam intra clauſuram Monaſterii de Longocampo Ordinis ſanctæ Claræ Pariſien. diœc. vel ubicumque manſerit, viſitare, dummodo inibi non comedant, nec pernoctent, non obſtantibus &c. *indulgemus*. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum ut ſupra.

LXIV.

Indulgetur teneræ ætati prædictæ Clariſſæ. Ibid. epiſt. 558.

EIDEM.

CUm cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Franciæ & Navarræ Rex illuſtris, & tu zelo piæ devotionis accenſi, dilectam in Chriſto filiam Blancam natam veſtram, cupientes ab annis teneris Regis Regum obſequiis mancipare, ſibi habitum Sororum Ordinis ſanctæ Claræ in Monaſterio de Longocampo, dicti Ordinis Pariſien. diœc. feceris exhiberi, ne dictæ Blancæ, quæ adhuc eſt in ætate tenera conſtituta, reddatur difficile obſervantias dicti Ordinis in ætate hujuſmodi ſupportare, tuis ſupplicationibus inclinati, eidem Blancæ pelliceis utendi, & jacendi in lecto plumeo, quouſque ad annos pervenerit pubertatis, non obſtantibus ejuſdem Ordinis contrariis &c. *duximus indulgendum*. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum ut ſupra.

LXV.

Ut permittat Blancæ Clariſſæ conſortium duarum honeſtarum mulierum.
Ibid. ep. 559.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

CUm cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex, & cariſſima in Chriſto filia noſtra Joanna Regina Franciæ & Navarræ Illuſtres, zelo laudabilis voluntatis accenſi, dilectam in Chriſto filiam Blancam natam eorum, cupientes ab annis teneris Regis Regum ſervitiis mancipare, ſibi habitum Sororum Ordinis ſanctæ Claræ in Monaſterio de Longocampo dicti Ordinis Pariſien. diœc. fecerint exhiberi, ſibique ipſorum obtentu, per litteras noſtras habendi ſecum uſque ad biennium, a data litterarum ipſarum computandum, duas mulieres ſeculares honeſtas duxerimus concedendum. Nos ejuſdem Reginæ, quæ in hac parte cum inſtantia nos rogavit, ſupplicationibus inclinati, diſcretioni tuæ concedendi auctoritate noſtra dictæ Blancæ, quod donec quartum decimum annum ætatis ſuæ compleverit, dictas mulieres ſeculares honeſtas ſecum habere valeat, ſi videris expedire, non obſtantibus &c. *tribuimus facultatem.*

Datum ut ſupra.

LXVI.

Ut poſſit ducere in ſuo Comitatu Fratres Minores in ingreſſu Monaſteriorum.
Ibid. epiſt. 560.

Cariſſimæ in Chriſto filiæ Joannæ Reginæ Franciæ & Navarræ Illuſtri.

§. I. EXimiæ tuæ devotionis ſinceritas, quam ad nos, & Sedem Apoſtolicam habere dignoſceris, promeretur, ut petitionibus tuis quantum cum Deo poſſumus favorabiliter annuamus. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod nos dudum, ut Monaſteria Sororum incluſarum Ordinis ſanctæ Claræ, ſeu Minoriſſarum, cum decenti comitiva cauſa devotionis ingredi poſſes, celſitudini tuæ per noſtras certi tenoris litteras duximus concedendum.

§. II. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut cum Fratribus Ordinis Minorum per ſtatuta dictorum Ordinum, & ſpecialia Apoſtolicæ Sedis privilegia ſit prohibitum, ne dicta Monaſteria intrare præſumant, quod prædictum verbum *comitivæ decentis* ad Fratres dicti Ordinis, qui in tua comitiva fuerint, ſe extendat, concedere dignaremur. Nos igitur tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, quod verbum *comitivæ decentis* in prædictis litteris noſtris inſertum ad Fratres dicti Ordinis, dummodo fuerint vitæ laudabilis, & converſationis honeſtæ, & in tua extiterint comitiva, prædictis ſtatutis, & privilegiis contrariis, nequaquam obſtantibus, ſe extendat, devotioni tuæ auctoritate Apoſtolica indulgemus. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum ut ſupra.

LXVII.

LXVII.

Deputantur judices conſervatores. Ibid. epiſt. 151.

Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Biſuntino, & Meten. ac Herbipolen. Epiſcopis.

§. I. Dilectos filios Miniſtrum Generalem, & Fratres Ordinis Minorum, qui in decore ſanctæ Religionis virtutum Domino famulantes, ac crucifigentes cum vitiis & concupiſcentiis carnem ſuam, ad divinæ majeſtatis obſequia trahunt alios per exemplum, infra pietatis Apoſtolicæ ubera complectentes, dignum eſſe conſpicimus eos congruis præſidiis communiri, ut eo devotius, quo quietius famulentur pacis auctori.

§. II. Cum itaque, ſicut ex parte dictorum Miniſtri Generalis, et Fratrum fuit propoſitum coram nobis, ipſi a nonnullis qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, diverſis et gravibus jacturis, injuriis, violentiis et moleſtiis in diverſis mundi partibus extra regnum Franciæ affligantur; nos eorumdem Miniſtri, et Fratrum providere quieti, et malignorum conatibus obviare volentes, Fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel duo, aut unus veſtrum per vos vel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſervatores et judices, eiſdem Miniſtro, et Fratribus efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, non permittatis eoſdem a prædictis vel quibuſcumque aliis indebite moleſtari, vel eiſdem damna, violentias, injurias et moleſtias irrogari, facturi eiſdem Miniſtro, et Fratribus, cum ab eis vel procuratore, aut procuratoribus eorum fueritis requiſiti de prædictis, et aliis perſonis quibuslibet de qnibuſcumque moleſtiis, violentiis, injuriis atque damnis præſentibus, et futuris, in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem de plano ſummarie ſine ſtrepitu et figura judicii; in aliis vero prout qualitas ipſorum exegerit, juſtitiæ complementum. Moleſtatores, præſumptores, et injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, et rebelles cujuſcumque dignitatis, ſtatus, Ordinis, vel conditionis extiterint, etiamſi Pontificali præfulgeant dignitate, quandocumque, et quotieſcumque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, in quibus cavetur, ne aliqnis extra ſuam civitatem, &c. non facientes plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, et eorum perſonis, locis, Ordinibus et nominibus propriis mentionem; et qualibet alia indulgentia dictæ Sedis Generali vel ſpeciali cujuſcumque tenoris exiſtat, per quam præſentibus non expreſſam, vel totaliter non inſertam veſtræ juriſdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, et de qua cujuſque toto tenore de verbo ad verbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis.

§. III. Ceterum volumus, et auctoritate Apoſtolica decernimus quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data præſentium ſit vobis et unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, et eorum ſingulis cœptis, et non cœptis, præſeutibus et futuris, perpetuata poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vi-

gore, eaque firmitate poſitis in præmiſſis omnibus cœptis & non ceptis, præſentibus,& futuris,et pro prædictis procedere,ac ſi prædicta omnia et ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, et juriſdictio veſtra, et cujuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem,vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper conſervatoribus, et alia qualibet in contrarium edita, non obſtante.

Datum Avenione VI. Kalendas Maii anno III.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Colonien. et Treveren. Archiepiſcopis, ac Epiſcopo Trajecten. &c.

In eumdem modum venerabili fratri Archiepiſcopo Magdeburgen. et Ildeſemen. et Caminen. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Moguntino et Bambergen. et Conſtantien. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Leodien. et Monaſterien. ac Minden. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Wratis-Lavien. et Nurenburgen. ac Wavuen. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Biſuntin. et Viennen. Archiepiſcopis, ac Epiſcopo Gratianopolitan.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Iſpalen. et Abulen. ac Calaguritan. Epiſcopis.

In eumdem modum Archiepiſcopo Toletan. et Burgen. ac Palentin. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Compoſtellan. et Ulixbonen. ac Zamoren.Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Bracharen. Archiepiſcopo, et Mindonien. ac Legionen. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Mediolan. et Cuman. et Vercellen. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Caſſellen. et Laonien. ac Converen. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Neapolitan. et Iſernen. ac Gajetan Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Eſculan. et Auximan. ac Penſaurien. Epiſcopis.

In eumdem modum venerabilibus Fratribus Spoletan. Peruſien. ac Aſſiſinaten. Epiſc.

LXVIII.

Ut condere teſtamentum. Ibid. epiſt. 611.

Venerabili Fratri Friderico Archiepiſcopo Rigen.

Quia præſentis vitæ conditio ſtatum habet inſtabilem, et ea quæ viſibilem habent eſſentiam, &c. ut in bulla 40. Clementis V. uſque ad *deputata*, vel quæ Ordinis Fratrum Minorum, quem fuiſti profeſſus, non exiſtant, necnon et quibuſcumque bonis, &c. uſque ad finem.

Datum V. Nonas Maii anno III.

LXIX.

LXIX.

Conceditur indulgentia viſitantibus Sacellum ſancti Ludovici in Eccleſia Minorum Cenomanen. Ibid. epiſt. 727.

Univerſis Chriſti fidelibus, &c.

§. I. ANte thronum divinæ clementiæ fideles Chriſti Sanctorum piis adjuti ſuffragiis, ad eorum feſtiva colenda ſolemnia eo debent ferventiùs excitari, quo Sanctorùm ipſorum fulti præſidiis, potiora retributionis æternæ præmia promerentur.

§. II. Nos quoque vigilis more Paſtoris oves gregis Dominici curæ noſtræ commiſſas, quas cupimus in loco paſcuæ collocari, libenter ad eorumdem Sanctorum ſolemnitates annuas invitamus, ut vanis illecebris abdicatis, illos in conſpectu Domini devota veneratione collaudent. Rogamus itaque univerſitatem veſtram, et hortamur in Domino, in remiſſionem vobis peccaminum injungentes, quatenus ad Capellam conſtructam in honorem beati Ludovici confeſſoris, ſitam in Eccleſia Fratrum Ordinis Minorum Cenomanen. imploraturi a Domino veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis: nos enim ut Chriſti fideles quaſi per præmia ſalubriter invitemus ad merita, de omnipotentis Dei miſericordia, et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus et confeſſis, qui Capellam ipſam in feſto ipſius Confeſſoris viſitaverint annuatim, unum annum; illi vero qui ad Capellam eamdem per octo dies feſtivitates ipſas immediate ſequentes acceſſerint, centum dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Datum Avenione Kalendis Junii anno III.

LXX.

Ut recipiant domum in diæc. Scardonen. Ibid. epiſt. 1247.

Dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum de Sclavonia.

§. I. SAcræ religionis veſtræ merita, ſub qua virtutum Domino militantes, vobis per vitæ meritum, et aliis proficitis per exemplum, inſtanter expoſcunt, ut petitionibus veſtris favorabiliter annuamus.

§. II. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod dilectus filius nobilis vir Benus Maladinus zelo piæ devotionis inductus, Conventum Fratrum veſtri Ordinis in Eccleſia ſancti Joannis Scardonen. Diœceſis quam quondam legitima tunc uxor quondam Pauli Buni, dicti Beni Maladini mater; ad hoc ipſum cum quibuſdam ædificiis Eccleſiæ prædictæ adjunctis, ædificare curavit, cupit habere, ubi majeſtas Altiſſimi collauderur, ac propterea Eccleſiam ipſam accipiendi, ibique ponendi Conventum Fratrum Ordinis ſupradicti vobis largiri licentiam a nobis ſuppliciter poſtulavit.

§. III. Nos igitur qui piis votis fidelium libenter annuimus, eaque quantum nobis ex alto permittitur, favorabiliter exaudimus, dicti nobilis ſupplicationibus inclinati, recipiendi Eccleſiam ipſam cum ædificiis ſupradictis, & ibidem Conventum Fratrum prædictorum ponendi, prout

prout videbitis expedire, non obſtante conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. vobis concedimus facultatem ſine juris præjudicio alieni. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione XII. Kalendas Julii anno III.

LXXI.

Ut reædificare poſſint domos Nuceriæ & Citernæ. Ibid. epiſt. 1205.

Dilectis filiis Magiſtro, & Fratribus Ordinis Minorum, Provinciæ ſancti Franciſci.

§. I. Sacræ religionis, in qua, mundi abdicatis illecebris, in abjectione voluntariæ paupertatis, devotum & aſſiduum Chriſto pauperi famulatum impenditis, merita promerentur, ut quod a nobis pie digneque depoſcitis, ad exauditionis optatæ gratiam favorabiliter admittamus.

Conventus Minorum diruti. §. II. Exhibita ſiquidem nobis devotionis veſtræ petitio continebat, quod dudum Ordo veſter Nuceriæ ducatus Spoletan. unum, & in Caſtro Citernæ prope civitatem Caſtelli alium, loca quæ de Provincia beati Franciſci fore noſcuntur, obtinuit, & in quibus Fratres ipſius Ordinis inibi tunc degentes, majeſtatem Altiſſimi collaudabant, quodque tempore guerrarum in illis partibus invaleſcentium tam oratoria, quam officinæ locorum ſacrilegis manibus injectis in illa, incendio penitus combuſta ſunt, & uno ex eis diruto ab eiſdem Fratribus derelicta. Quare nobis humiliter ſupplicaſtis, ut cum loca præfata in aliis tutis & aptis locis Nuceriæ, atque Caſtri prædictorum conſtruere affectetis, alienatis primitus auctoritate noſtra dictis locis combuſtis, ac etiam derelictis, quod id efficere valeatis, votis veſtris ſuper hoc clementer annuere dignaremur.

Facultatem facit ut alia loca acquirantur. §. III. Nos itaque pium veſtrum in hac parte propoſitum in Domino commendantes, ac volentes vobis in executione illius favore Apoſtolico merito ſuffragari, devotioni veſtræ quod præfata combuſta & derelicta loca per procuratores vobis a Sede Apoſtolica deputatos, venditionis, vel alterius alienationis titulo in alios transferri valeant, Eccleſiis tunc exiſtentibus in eiſdem combuſtis, ac derelictis locis, ſi conſervatæ fuerint dumtaxat exceptis, voſque hujuſmodi alia duo loca cum ſuis oratoriis, ac etiam officinis in prælibatis tutis, & aptis locis, ab eis tamen legitime acquiſita recipere libere, ipſaque conſtruere, ac ædificare, & ad inhabitandum, ac Deo inibi ſerviendum tot ex vobis, de quot videritis expedire, deputare poſſetis, conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. nequaquam obſtante, plenam atque liberam licentiam indulgemus. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione Kalendis Julii anno III.

LXXII.

Ut uniat Monaſterio Clariſſarum Campi Regii Eccleſiam parrochialem. Ibid. epiſt. 1126.

Venerabili fratri Epiſcopo Argentinen.

Pro parte Duciſſæ Calabriæ petitio facta. §. I. Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta devotorum laudabiles actiones intenta conſideratione diſcutiens, illos non immerito amplioris gratia favoris attollit, in quibus uberioris devotionis ſtudia contemplatur. §. II. Exhi-

§. II. Exhibita ſiquidem nobis pro parte dilectæ in Chriſto filiæ nobilis mulieris Catarinæ, Duciſſæ Calabriæ, petitio continebat, quod claræ memoriæ Eliſabeth Romanorum Regina mater ſua de ſalute propria cogitans, & cupiens terrena pro cœleſtibus, ac tranſitoria pro æternis felici commercio commutare, Monaſterium Campi Regis Ordinis ſanctæ Claræ, Conſtantien. Diœceſis de bonis fundavit propriis & dotavit, ibique pro ſe ac ſuis elegit etiam ſepulturam.

§. III. Quia vero antequam dicta Regina, juxta piam intentionem ſuam, dictumMonaſterium plenius dotaviſſet, viam fuit univerſæ carnis ingreſſa, propter quod hujuſmodi intentionem non potuit deducere ad effectum, dicta Duciſſa nobis humiliter ſupplicavit, ut in augmentum dotium ipſius Monaſterii, ut in eo degentes commodius valeant ſuſtentari, Parochialem Eccleſiam in Windeſch dictæ Diœceſis, in cujus parochia dictum Monaſterium ſituatum exiſtit, cujuſque jus patronatus ad dictumMonaſterium dignoſcitur pertinere, cujuſve redditus & proventus juxta antiquam & conſuetam taxationem decimæ ſexaginta marcharum argenti valorem annuum non excedunt, ipſi Monaſterio annectere, ac unire de benignitate Apoſtolica dignaremur. *Fundatrix mortua plena dote Monaſterio non relicta.* *Parochialis Eccleſia Monaſterio petitur quod uniatur.*

§. IV. Cum igitur de facto, & facti circumſtantiis habere poſſis notitiam pleniorem; nos volentes dicto Monaſterio præmiſſis veris exiſtentibus, de opportunæ ſubventionis auxilio providere, ipſius Duciſſæ devotis ſupplicationibus inclinati, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, præfatam Parochialem Eccleſiam eidem Monaſterio auctoritate noſtra unias, & annectas, ita quod poſt annexionem & unionem hujuſmodi cedente vel decedente ejuſdem Eccleſiæ Rectore, liceat dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventus ejuſdem Monaſterii auctoritate propria, Diœceſani loci, vel cujuſcumque alterius aſſenſu minime requiſito, ejuſdem Parochialis Eccleſiæ poſſeſſionem apprehendere, & illam propter hoc in uſus proprios perpetuo retinere, reſervata de ipſius Eccleſiæ proventibus pro Vicario in ea perpetuo virtutum Domino ſervitio divino inſtruendo canonice in eadem portione congrua, ex qua commode ſuſtentari valeat, & Epiſcopalia jura ſolvere, aliaque incumbentia ſibi onera ſupportare, non obſtantibus ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Parochialibus Eccleſiis, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales a Sede Apoſtolica litteras impetrarint, quibus per hoc quoad aſſecutionem Parochialium Eccleſiarum & beneficiorum aliorum præjudicium generetur, ſeu quibuslibet litteris & indulgentiis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ effectus præſentium impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumcumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis. *Pontifex annuit.* *Aliæ conſtitutiones in contrariū non obſtant.*

Datum Avenione VIII. Idus Julii anno III.

LXXIII.

Conceduntur Indulgentiæ Eccleſiam Clariſſarum Iſerniæ viſitantibus. Ibid. ex libro 4. anni epiſt. 1542.

Univerſis Chriſti fidelibus.

§. I. Inter univerſa opera divinæ placita voluntati, fundare & ædificare Cœnobium, in quo prudentes Virgines, cupientes accenſis lampadibus obviam ire ſponſo, gratum& devotum Altiſſimo exhibeant famulatum,

tum, non minimum reputatur, cum in eo divinis laudibus glorificetur Altiſſimus, & per innocentis vitæ merita æternæ gloria beatitudinis acquiratur.

§. II. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Alferius de Iſernia, miles cupiens terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna felici commercio commutare, ob reverentiam Dei, & glorioſæ Virginis matris ejus honorem, quoddam Monaſterium Sororum Ordinis ſanctæ Claræ in fundo ſuo proprio, cum neceſſariis officinis, ac loco apto, & congruo pro Capella propriis expenſis, ſicut aſſerit, ædificare incœperit, circa cujus conſummationem facit aſſidue laborare, illudque intendat ſic convenienter dotare, quod ſaltem viginti quinque Sorores ejuſdem Ordinis in eo decenter valeant ſuſtentari.

§. III. Nos cupientes, ut erga dictum Monaſterium fidelium devotio augeatur, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui ad Eccleſiam ſeu Capellam ipſius Monaſterii, poſtquam in eo Sorores receptæ fuerint, & dotes ſufficienter eidem, ut præmittitur, aſſignatæ, in Nativitatis & Reſurrectionis Dominicæ, Pentecoſtes, & Epiphaniæ, ac quatuor ejus beatæ Virginis glorioſæ, ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſancti Franciſci & ipſius ſanctæ Claræ feſtivitatibus devote acceſſerint, annuatim, de omnipotentis Dei miſericordia & eorumdem Apoſtolorum auctoritate confiſi quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus.

Datum Avenione VI. Kalendas Septembr. anno IV.

LXXIV.

Eximitur prædictum Monaſterium a juriſdictione Epiſcopi. Ibid. ep. 1538.

Venerabili fratri Epiſcopo Iſernien.

§. I. Piis deſideriis gratum nos decet præſtare conſenſum, & ea quæ augmentum religionis cultuſque divini reſpiciunt, ut votivum conſequantur effectum, affectu proſequi gratioſo.

Alferius de Iſernia Monaſteriū conſtruxit.

§. II. Sane dilecti filii nobilis viri Alferii de Iſernia militis petitio nobis exhibita continebat, quod ipſe pro ſuæ & parentum ſuorum animarum remedio, in civitate Iſernien. ad Dei, & glorioſæ Virginis Matris ejus honorem, quoddam Monaſterium Ordinis ſanctæ Claræ in fundo ſuo proprio, cum neceſſariis officinis, ac loco apto & congruo pro capella incœpit conſtruere propriis ſumptibus & expenſis, & quod circa ejus conſummationem aſſidue laboratur, quodque illud ſic convenienter dotare proponit, quod ſaltem viginti quinque Sorores dicti Ordinis decenter vivere valeant in eodem, juxta conſilium & voluntatem Miniſtri & proborum Fratrum Ordinis Minorum Provinciæ ſancti Angeli, in qua dicta civitas Iſernien. conſiſtit, cum ejus intentionis exiſtat, quod idem Monaſterium liberaliter, & ſine retentione, & reſervatione aliqua ſit Ordinis antedicti, & quod per Fratres Minores ad hoc deputandos viſitetur dumtaxat, ſicut viſitantur alia Monaſteria prælibati Ordinis ſanctæ Claræ. Quare nobis humiliter ſupplicavit, ut Monaſterium ipſum cum omnibus ejus membris, & bonis quibuſcumque habitis & habendis, ab officio, juriſdictione & poteſtate Ordinarii, & Metropolitani loci gratioſe eximere dignaremur, nihilominus indulgentes eidem, quod præfatum Monaſterium, & perſonæ degentes in eo nunc & impoſterum ſemper gaudeant omnibus exemptionibus, privilegiis, libertatibus & immuni-

Numerus hor. præſcribitur, ut per Fratres viſitentur. Et ab auctorit. Ordin. eximantur.

ta-

tatibus, quibus gaudent alia loca Monaſteriorum Ordinis prælibati.

§. III. Nos itaque pium ejuſdem militis propoſitum in Domino commendantes, ipſumque favorabiliter proſequi cupientes, Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus poſtquam dictum Monaſterium, ut præmittitur, jam inceptum, conſtructum fuerit, & ſufficienter dotatum pro prædicto numero dictarum Sororum, & perſonis aliis ad earumdem Sororum & dicti Monaſterii ſervitia opportunis, ut eo liberius in eodem divinis laudibus intendatur, quo illud per Sedem Apoſtolicam potiori fuerit libertate munitum, prædictum Monaſterium cum membris, & bonis ipſius quibuſcumque habitis, & habendis ab omni officio, juriſdictione & poteſtate tua, & ſucceſſorum tuorum Epiſcoporum Iſernien. qui erunt pro tempore, & cujuslibet Ordinarii, & Metropolitani loci, auctoritate noſtra, eximere ſtudeas, & eidem etiam indulgere, quod ipſum Monaſterium, & perſonæ degentes in eo nunc & impoſterum ſemper gaudeant omnibus exemptionibus, privilegiis, libertatibus, & immunitatibus quibus alia Monaſteria Sororum dicti Ordinis ſanctæ Claræ perfrui dignoſcuntur. *Juxta poſtulata conceditur.*

Datum Avenione vi. Kalend. Septembris anno iv.

LXXV.

Præficitur Eccleſiæ Salernitanæ. Ibid. ep. 1390.

Dilecto filio Bertrando electo Salernitan.

§. I. Romani Pontificis, quem paſtor ille cœleſtis &c. ut in bulla 19. Joannis uſque ad *Succeſſibus gratulentur*. Sane Eccleſia Salernitana per obitum bonæ memoriæ Onuphrii Archiepiſcopi Salernitani, qui nuper apud Sedem Apoſtolicam diem clauſit extremum, paſtoris ſolatio deſtituta: Nos volentes eidem Eccleſiæ paterna ſollicitudine præcavere, ne diſpendia prolixæ vacationis incurreret, ad proviſionem ipſius Eccleſiæ, cum nullus præter nos hac vice de ipſius Eccleſiæ ordinatione ſe intromittere potuerit pro eo, quod nos dudum circa promotionis noſtræ principium ad apicem Apoſtolicæ dignitatis, proviſiones omnium tam Cathedralium, quam aliarum Eccleſiarum, tunc apud dictam Sedem vacantium, & vacaturarum in antea diſpoſitioni noſtræ reſervantes, decrevimus ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, cœpimus intendere diligenter. *Eccleſiam Salernitanam Paſtore vacantem vult providere de alio Antiſtite.* *Electio Papæ reſervata.*

§. II. Et poſt deliberationem, quam ad deputandum eidem Eccleſiæ perſonam utilem, & etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis ſalubriter dirigi poſſet, ac in ſuis juribus adaugeri, & etiam defenſari, cum noſtris Fratribus habuimus diligentem. Tandem ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, ac ſacræ Theologiæ Magiſtrum, propter laudanda tuæ converſationis merita, vitæ munditiam, gravitatem morum, circumſpectionis expertæ prudentiam, inſigne donum ſcientiæ, aliaſque virtutes multiplices, quibus perſonam tuam bonorum dator altiſſimus decoravit, nobis & eiſdem Fratribus noſtris acceptam, direximus oculos noſtræ mentis, teque de Fratrum ipſorum conſilio, eidem Salernitanæ Eccleſiæ præfecimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenarie committendo, firmam ſpem, fiduciamque tenentes, quod eadem Salernitan. Eccleſia per tuæ diligentiæ ſtu- *Fr. Bertrandus commendatur, & præficitur.*

Digitized by Google

ſtudium præſervabitur a noxiis, & ſpiritualibus et temporalibus, ſavente Domino, proficiet incrementis.

§. III. Tolle igitur jugum Domini tam leve collis humilibus, quam ſuave, & in bonorum operum ubertate paſcendum ſuſcipe gregem Dominicum tuæ cuſtodiæ deputatum, ſuper quem noctis vigilias diligens ſollicituſque cuſtodi, ut liber non pateat aditus invaſori, et Dominus inſuſpicabili hora venturus, ſi te invenerit ſic agentem, curſu conſummato, qui tuo labori præponitur, et horum fide ſervata, quæ tuæ ſollicitudini committuntur, te fidelem repertum in modico ſuper multa conſtituat, ac in dilecta gaudiorum ſuorum tabernacula introducat.

Datum Avenion. III. Nonas Septembris anno IV.

LXXVI.

Ut inſtituant aliquos ex ſuis Fratribus confeſſarios non petita licentia Archiepiſcopi. Ibid: epiſt. 483.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciæ, ac Cuſtodi Fratrum Ordinis Minorum Januen.

§. I. AD noſtrum nuper dilectorum filiorum Civium Januen. relatione pervenit auditum, quod venerabilis frater noſter Porchettus Archiepiſcopus Januen. Fratres aliquos Ordinis Minorum Januen. vita et ſcientia commendatos, et in Ordine ipſo diutius comprobatos per vos ad audiendum confeſſiones fidelium Civitatis et Diœceſis Januen. electos, et eidem Archiepiſcopo, juxta juris exigentiam præſentatos, admittere denegavit, eis in hoc Fratres aliquos ejuſdem Ordinis non ſic ſufficientes præferens pro ſuæ libito voluntatis.

§. II. Nos igitur ſuper hoc de illo remedio, per quod Fratribus ejuſdem Ordinis, & ſaluti animarum fidelium conſulatur providere volentes, ac de circumſpectione veſtra plenam in Domino fiduciam obtinentes, vobis & cuilibet veſtrum, ut aliquos Fratres idoneos dicti Ordinis, prout vobis expedire videbitur, ſuper quo veſtras conſcientias oneramus, eligere & ipſos in Civitate & diœceſi ſupradictis, ipſius Archiepiſcopi licentia minime requiſita, deputare poſſitis, quorum aliqui confeſſiones confiteri volentium, ſicut alii Sacerdotes illarum partium curam animarum habentes audire, ac eis pro modo culpæ injungere pœnitentiam ſalutarem, & abſolutionis beneficium impertiri, ac eorum aliqui quos duxeritis eligendos, prout vobis videbitur, ſuper quo eaſdem veſtras conſcientias oneramus, ſuper caſibus omnibus a jure permiſſis, etiam dicto Archiepiſcopo reſervatis, hujuſmodi confitentes audire & abſolvere, ac eis pœnitentiam injungere valeant ſalutarem, felicis recordationis Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc edita, & qualibet alia conſtitutione contraria non obſtantibus, plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem, præſentibus poſt biennium minime valituris.

Datum Avenione XV. Kalend. Octobris anno IV.

LXXVII.

LXXVII.

Præficitur Eccleſiæ Regen. epiſt. 20.

Venerabili fratri Roſſolmo Epiſcopo Regen.

SUmmi providentia Principis, cujus ineffabilis potentiæ magnitudo cœleſtia pariter, & terrena diſponit &c. *celebritas illuceſcat*. Dudum ſiquidem Eccleſia Regen. per translationem per nos factam de Venerabili fratre noſtro Petro Archiepiſcopo Aquen. tunc Epiſcopo Regen. apud Sedem Apoſtolicam conſtituto, ad Eccleſiam Aquen. tunc paſtore carentem, paſtoris regimine deſtituta; Nos intendentes, quod nullus præter nos de proviſione ipſius Eccleſiæ hac vice diſponere poterat, pro eo quod nos antè vacationem hujuſmodi proviſionem cathedralium, & aliarum Eccleſiarum &c. poſt deliberationem, quam ſuper hoc cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, conſideratis muneribus gratiarum, quibus perſonam tuam illarum Dominus inſignivit, ad te Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus, ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum Fratrum conſilio, eidem Eccleſiæ Regen. duximus providendum, teque illi præficimus in Epiſcopum & paſtorem, tibi curam & adminiſtrationem illius in ſpiritualibus & temporalibus committendo, tibique ſubſequenter fecimus per venerabilem fratrem noſtrum Berengarium Epiſcopum Tuſculanum munus conſecrationis impendi, in illo, qui dat gratias & præmia, confidentes, quod cum ſis vir litterarum ſcientia præditus, morum honeſtate decorus, & conſilii maturitate conſpicuus, aliiſque virtutum meritis multipliciter inſignitus, præfata Regen. Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam & providentiam circumſpectam, gratia tibi ſuffragante ſuperna, proſpere dirigetur, ac in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus ſalubriter proficiet incrementis. Supportans itaque reverenter impoſitum tibi onus a Domino ejuſdem Regen. Eccleſiæ ſponſæ tuæ ſollicitam curam geras; gregem dominicum in illa tuæ gubernationi commiſſum, doctrina verbi & operis, juxta datam tibi ex alto prudentiam informando, ita quod eadem Eccleſia per tuæ vigilantiæ ſtudium votivis conſurgere commodis, & optatis proficere valeat incrementis, tuque inventus a Domino ſuper pauca fidelis, ſuper multa in æterna Domini tabernacula conſtitui merearis. *Vide Conſt. 6. Clem. V.*

Datum Avenione Kal. Octobris anno IV.

LXXVIII.

Ut admittat domum pro ſuis Fratribus conſtruendam. Ibid epiſt. 545.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. SUmma prudentia præditos, & cœleſtis benedictionis rore perfuſos illos infallibiliter credimus, & tenemus, qui ad opera ſalutis intenti terrena pro cœleſtibus, & tranſitoria pro æternis felici commutare commercio cupientes, in benedictionibus ſeminare nituntur in terris, per quæ vitam æternam de benedictionibus metere valeant in ſupernis, propter quæ hujuſmodi vota fidelium libenter favore Apoſto-

Digitized by Google

lico proſequentes, eis aſſenſum gratioſum & benevolum, quantum cum Deo poſſumus impertimur.

§. II. Exhibita ſiquidem nobis ex parte dilectæ in Chriſto filiæ Ilariæ de Lauria relictæ quondam Henrici nati Comitis de ſancto Severino Viduæ, petitio continebat, quod ipſa de ſalute propria cogitans, & extremum peregrinationis ſuæ diem miſericordiæ operibus prævenire deſiderans, gerenſque ad Ordinem tuum, & beatiſſimum Confeſſorem Franciſcum ferventis devotionis affectum, proponit in aliqua de terris ſuis unum locum conſtruere propriis ſumptibus & expenſis, in quo competens Conventus Fratrum ipſius Ordinis decenter valeat immorari.

§. III. Quare nobis humiliter ſupplicavit, ut ſibi conſtruendi locum hujuſmodi cum oratorio, & neceſſariis officinis, ac Fratribus ipſius Ordinis recipiendi locum eumdem, poſtquam ſic per eam conſtructus fuerit, largiri licentiam dignaremur. Nos itaque votis ipſius Ilariæ in divinæ majeſtatis oculis, ut ſperamus, acceptis, annuere cupientes, gerentes quoque de diſcretione tua fiduciam in Domino ſpecialem. Volumus quod præfatæ Ilariæ conſtruendi locum prædictum in aliqua ex terris prædictis, quæ pro loco hujuſmodi magis accommoda fuerit, cum oratorio, & neceſſariis officinis, ſi tibi videatur expediens, ſuper quo tuam intendimus conſcientiam onerare, dictiſque Fratribus recipiendi & inhabitandi locum eumdem, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. &c. *Nequaquam obſtantibus*, plenam & liberam auctoritate Apoſtolica licentiam largiaris.

Datum Avenione Nonis Novembris anno IV.

LXXIX.

Confirmantur donationes factæ a Rege Roberto & Regina Sancia. Ibidem epiſt. 180.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sororum S. Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ.

§. I. Quæ in religionis favorem, ac divini cultus augmentum, pie facta conſpicimus, ut in futurum firma permaneant, libenter illis apponimus Apoſtolici muniminis firmitatem.

§. II. Habet ſiquidem cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Sanciæ, Reginæ Siciliæ illuſtris, Apoſtolatui noſtro pro vobis oblata petitio, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Robertus, Siciliæ Rex Illuſtris, cujus præfata conſors exiſtit, nonnullis ab olim Civitatibus, Caſtris, Caſalibus, terris, & aliis bonis ſitis in diverſis partibus regni ſui in aſſecutione proviſionis redditus annui unciarum auri duorum millium, qui eidem Reginæ pro ſua dote, & dotario fuerat ſibi per Regem eumdem benigne conceſſus, poſt conceſſionem jam factam per Regem eumdem Reginæ præfatæ, videlicet quod liceat præfatæ Reginæ Monaſterio veſtro, ad quod præfata Regina, velut opus manuum ſuarum, ſpecialem gerit devotionis affectum, in ſuo ultimo teſtamento legare, vel alias legitimo modo concedere annuas uncias auri mille habendas in certis civitatibus, & locis aliis, quæ præfata Regina pro ipſius dote noſcitur obtinere, quouſque ſcilicet de ipſis mille unciis annuis dictum Monaſterium ſit completum, & quouſque annuum redditum unciarum auri quadringentarum emendarum de eiſdem unciis auri mille in Burgenſaticis bonis, & aliis non feudalibus Monaſterium ipſum integraliter aſſequatur. Voluit, & per

& per ſuum privilegium ſpeciale conceſſit, ac etiam declaravit, quod ſi det fatalitatis eventus quod præfata Regina præmoriatur Regi prædicto, eodem conſtante matrimonio, poſſit ipſa Monaſterio veſtro prædicto præfatas annuas uncias auri mille ſub modo & forma præmiſſis legare, & quod nihil, quod dicta Regina emet pro Monaſterio ſupradicto vel donabit, aut concedet eidem, vel per alium, ſeu alios oblatum, donatum, & conceſſum extiterit, computetur in ſumma dictarum quadringentarum unciarum auri ex præfatis mille unciis annuis emendarum. Legatum pro Monaſterio factum a Regina.

§. III. Sed eiſdem bonis ſic oblatis, atque conceſſis per Reginam & quoſcumque alios Monaſterio accreſcentibus ſupradicto, idem annuus redditus prædictarum quadringentarum unciarum auri in ſua conceſſione perduret.

§. IV. Quodque poſtmodum Rex præfatus gerens ad Monaſterium ipſum intimæ devotionis affectum, & interne deſiderans ſic ipſum in facultatibus adaugeri, quod vos & aliæ perſonæ degentes in ipſo neceſſariorum carentia non gravatæ, poſſitis liberius vacare divinis, bona Burgenſatica uſque ad valorem annuum unciarum auri ducentarum, quæ in certis terris, & pertinentibus regni ſui in privilegio hujuſmodi conceſſionis expreſſis, a die datæ ipſius, ex quavis legitima cauſa ad regiam curiam ſemel, aut ſæpius devolvi contingeret, eidem Monaſterio veſtro dedit, & conceſſit de gratia ſpeciali, cum certis prærogativis, conditionibus, & cauſis in privilegio hujuſmodi conceſſionis expreſſis, volens etiam & expreſſe declarans per conceſſionem hujuſmodi de ipſis ducentis unciis annuis factam Monaſterio veſtro prædicto conceſſioni jam dictæ, factæ prædictæ Reginæ de prædictis mille unciis Monaſterio veſtro legandis, & annuo redditu quadringentarum unciarum auri emendo de ipſis in bonis Burgenſaticis, & aliis non feudalibus pro ipſo Monaſterio, ut præfertur, nullum præjudicium generari, nec ipſius prætextu ſe & hæredes ſuos ab ea velle quomodolibet liberari, ſed etiam potius in ſua efficacia permanere, adjiciens nihilominus Rex præfatus poſt hæc hujuſmodi ſuæ donationi de gratia ſpeciali, ut ipſa celerius conſequi poſſit effectum, quod procurator ipſius Reginæ unus vel plures ad hoc ab ea legitime conſtituti, quos ipſam conſtituere legitime poſſe conceſſit, hujuſmodi bona Burgenſatica quotiens devolutionis eorum caſus evenerit, uſque ad prædictam ſummam annuam ducentarum unciarum auri, ſine juſſu Præſidis vel auctoritate Prætoris capere libere valeant aſſignanda per eos Monaſterio ſæpefacto, prout hæc in ipſius Regis diverſis privilegiis inde confectis, ipſius ſigillo munitis, plenius & ſerioſius continetur. Et Roberti Regis pietas. Quod ſemper debet in ſuo robore permanere.

§. V. Quare pro parte veſtra nobis præfata Regina ſupplicavit humiliter, ut quæ in hac parte per Regem eumdem ſunt gratioſe conceſſa, firma perſiſtant, & ne per alicujus ſiniſtræ opinionis eventum retractari valeant in futurum, ex certa ſcientia confirmare, ac ſupplere omnem defectum, ſi quis interviniſſet forſitan in præmiſſis, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Regina pro parte Monialium exorat.

§. VI. Nos igitur ejuſdem Reginæ votis in hac parte benignius annuentes, conceſſiones hujuſmodi dicti Regis factas, ut prædicitur, Monaſterio veſtro ſupradicto, & in favorem ipſius cum modis, conditionibus & declarationibus contentis in ipſis ratas habentes & gratas, eas, dum tamen in aliorum jurium injuriam non redundent, auctoritate Apoſtolica ratificamus, approbamus, & ex certa ſcientia noſtra confirmamus, ſupplentes omnem defectum ſi quis intervenerit forſitan in præ- Pontifex conceſſionem confirmat.

miſſis, ac decernentes ad majorem præmiſſorum cautelam, ea omnia & ſingula in privilegiis ipſis contenta, effectum debitum ſortiri debere de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Tenores autem privilegiorum eorumdem ſuper his, ut præmittitur, per Regem eumdem conceſſorum ad majorem præmiſſorum cautelam præſentibus inſeri fecimus, qui tales ſunt.

Regium diploma. *Robertus Dei gratia Rex Hiernſalem & Siciliæ; Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, ac Pedemontis Comes, univerſis tenorem præſentium inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris. Pios affectus & opera caritatis, quæ in augmentam religioſorum locoram noſtra diſpoſitione præcipue fundatorum, fideli mentis devotione dirigi plerumque conſpicimus, ſpeciali ſemper favore proſeqaimur, & in illis uberioris noſtræ gratiæ beneficium coaptamus. Sane olim in conſideratione vertentes vitæ, morum, & converſationis modeſtiam Sanctiæ Hiernſalem & Siciliæ Reginæ, conſortis noſtræ cariſſimæ, quibus per devotæ mentis intentum, & opera continua caritatis eam attendimus ad divina obſequia plenias deſiderans aſpirare, ac proinde de facile poſſe contingere ipſam contemptis mundanis affectibus finaliter fiaire velle apto tempore in religioſo habitu, & regulari obſervantia dies ſuos, ipſi Reginæ ad ſuæ requiſitionis & precum inſtantiam per ſpeciale privilegium noſtrum exinde ſibi datum benigne conceſſimus, quod ipſa dum vixerit nobis matrimonialiter copulata, vel in viduitatis ſtatu, ſi eam ſupervivere nobis fortaſſe contingeret, dum tamen perſeveret in illo continue ad ſecundas nuptias non convolando, etiamſi contingeret eam religionem intrare & profeſſionem facere in eadem, qua intentione inſpirata divinitas ad divinæ majeſtatis laudem & gloriam ex noſtra diſpoſitione jam fundavit & conſtrui fecit ſolemne Monaſterium* hoſtiæ ſanctæ *vocabalo inſignitum, ad divina myſteria & religioſas Moniales Ordinis ſanctæ Claræ centum numero collocandas inibi deputatum, habeat, teneat & poſſideat certo modo in aſſecutionem proviſionis annui redditus unciarum aari duoram millium ponderis generalis, quam eidem Reginæ pro ejus dote & dotario jamdadum fecimus certas civitates, Terras, Caſtra, Caſalia & feudalia bona diverſa, quæ prædictum datum ſibi noſtrum privilegium aperte continet, & diſtinguit; eo verumtamen in privilegio ipſo apertius declarato, quod ubi contingeret prædictam Reginam prius in fata decedere, quam apto, ſicut prædicitur, tempore intret Monaſteriam divinis obſequiis dedicata, vel ſi illad ingreſſa priuſquam profeſſionem in illo fecerit, rebus fuerit humanis abducta, poſſit in ultimis vitæ ſuæ legare ſi velit, vel alio legitimo modo concedere Monaſterio prælibato annuas uncias aari mille ponderis antedicti percipiendas in tot ex civitatibus, terris, caſtris, caſalibus & bonis feudalibus antefatis non exiſtentibus de noſtro mero dominio, per eamdem Reginam utique deſignandis, ex quibus ſecundum diſtinctum annuum valorem eorum dictæ annuæ unciæ mille aari pro præfato Monaſterio integre habeantur: intellecto Monaſterium ipſum dictas mille uncias annuas nihilominus habiturum in eum caſum, quo Regina præfata poſt ipſam ingreſſum ejus & profeſſionem eamdem, diem claudat extremum, ipſaſque civitates, terras, Caſtra, Caſalia & bona feadalia taliter deſignanda teneantur deinde per ipſam Monaſterium ſeu pro parte ipſias illis modo & forma, quibus eas, vel ea nunc prædicta Regina tenere dignoſcitur, ſive tenet, quouſque videlicet de ipſis mille unciis annuis dictum Monaſterium ſit completum ædificiis neceſſariis, & proviſis tam ad divina obſequia & prædictarum centum Monialium congruam manſionem, quam etiam opportuna alia, & quouſque idem Monaſterium annuum redditum unciarum auri*

Digitized by Google

uari quadragiatarum emendam de hujaſmodi annuis unciis auri mille in Burgenſaticis bonis, & aliis non feudalibus, quibus Monaſterium ipſum proviſum eſt, dotari perpetuo integraliter aſſequatur. Sicut hæc & alia in præſcripti privilegii ſerie clarius & apertius diſtinguantur. Ut igitur hajuſmodi noſtra caritativa largitio fructiferis & uberioribus proficiat incrementis, præfatæ noſtræ conceſſioni de certa noſtra ſcientia daximus tenore præſentium annectendam, adjicientes ad gratiam, ut ſi det fatalitatis eveatus, quod dicta Regina præmoriatur nobis, matrimonio conſtante jam dicto, poſſit ipſa Monaſterio prælibato prædictas annuas uncias auri mille ponderis antedicti in ultima volnntate ſua præmiſſis modo & forma legare, aut legitimo alio modo concedere habendas, & percipiendas in certis ex præfatis civitatibus, terris, caſtris, caſalibns, boniſque feudalibns per eamdem Reginam ſimiliter diſtinguendis, ac per Monaſterium ipſum, ſeu pro ejas parte tenendas uſque ad integram perfectionem ipſius tam in ædificiis, quam in aliis prælibatis, & donec antedictum aanuum redditam unciarum aari quadringentarum emendum ex dictis mille unciis idem Moaaſterium aſſeqnatur, prout ſuperius eſt expreſſum; eo quoque de uberiori gratiu volentes & declarantes expreſſe, quod nihil, quod dicta Regina emat, vel præfato Monaſterio, per aliam, vel alios oblatum, datum, donatnm, & conceſſum extiterit, computetur in ſumma valoris annui dictarum unciarum auri quadringentarum, ex præfatis mille unciis annuis, ut prædiſtinguitar, emendarum: ſed eiſdem bonis oblatis, donatis, atque conceſſis ejuſdem Monaſterii accreſcentibas commodo & augmento, idem annaus valor ſeu redditus quadringentarum unciarum nihilominas in ſua integritate remaneat, nec in aliquo propterea mutiletur. Pro commodiori autem adjacientia & habiliori perceptione annua quadringentarum hujuſmodi unciaram præſenti noſtra declaratioae providimus eam pro præfati Monaſterii commodo aanectendam, ut Burgenſatica bona, vel aliu non feudalia annui valoris ejuſdem, quadringentarnm videlicet unciarum, quæ emi contingeret ex prædictis annuis unciis aari mille per milliaria ſexdecim propinqua ſint civitati noſtræ Neapolis, & circiter ſituata. In cujas rei teſtimonium præſentes litteras fieri & pendenti ſigillo majeſtatis noſtræ juſſimas communiri. Datum Neapoli per manus Nicolai de Joha juris civilis profeſſoris, locum tenentis Prothonotarii regni Siciliæ, anno Domini MCCCXV. *die* X. *Julii*, XIII. *indictionis, regnornm noſtrorum anno* VII.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apaliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, ac Pedemontis Comes. Univerſis præſentes litteras inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris. Quidquid Deo datur ab homine, ut creditum ſolvitur, quamvis æquale pari rependio non præſtetur. Cum enim ſpiritualia & temporalia pariter ab illo nobis obveniant, comparabiliter conſequitur, quod nulla pro iis ei rependia condigna ſubſiſtant. Hujas igitur conſiderationis intuitu ad Monaſterium ſanctæ Euchariſtiæ *de civitate noſtra Neapolis, opus quidem manuum Sanctiæ Reginæ conſortis noſtræ cariſſimæ, devotum dirigentes affectum, omnia bona Burgenſatica uſque videlicet ad valorem annuarum unciarum aari ducentarnm, quæ in juſtitiariatibus Terræ laboris, & Comitatus Moliſii, ac Principatus citra terras Montorii ad noſtram curiam ex quavis cauſa legitime devolvi continget, quam primum ſcilicet illa, vel eorum aliquod ſemel aut ſæpius, conjunctim vel diviſim Curiæ præfatæ obvenient, ex nunc prout ex tunc eidem Monaſterio damus, donamus & tradimus, & ex cauſa donationis, proprii motus inſtinctu, de novo concedimas, de liberalitate mera, certa noſtra ſcientia, & gratia ſpeciali. Ita quidem quod ſi contingat per obli-*

Aliud regiũ Diploma.

oblivionem, vel aliam quamvis cauſam bona ipſa vel aliquod, ſeu aliqua eorumdem per nos aut ſucceſſores noſtros alteri fortaſſe concedi, & eum cui dicta conceſſio fieret, illorum, aut illius poſſeſſionem prius aſſequi traditione reali, per hoc memorato Monaſterio nullum præjudicium generetur, quin præſens noſtræ conceſſionis gratia in ſuo robore perſeveret, cum in iis eidem Monaſterio per cujuſvis præventionis ſolertiam, vel taciturnitatis aſtutiam, de ipſa certa ſcientia nullius velimus impugnationis obſtaculum, aut diminutionis incommodum irrogari. Ita etiam, quod tempore realis aſſecationis bonorum ipſorum, præſentes noſtræ litteræ lacerandæ in manibus noſtræ curiæ reſignentur, ut de præmiſſis tunc noſtram privilegium in debita forma fiat, & quia ex affectu caritatis internæ, quem ad augmentum & profectum præfati Monaſterii gerimus, per alias patentes litteras noſtras inter alia gratioſe conceſſimus, quod præfata Regina, ſi eam contingeret vel nobis præmori, vel prius in fata decedere, quam tempore apto Monaſterium intret divinis ſervitiis dedicata, vel ſi illud ingreſſa priuſquam profeſſionem in ipſo fecerit, rebus fuerit humanis abducta, poſſit in ultimis ſuis eidem Monaſterio legare, vel alio legitimo modo concedere annuas uncias auri mille ponderis generalis habendas, & percipiendas in certis civitatibus, terris, caſtris, caſalibus & bonis feudalibus regni noſtri Siciliæ, quæ Regina ipſa pro ejus dote, & dotario noſcitur obtinere, per eam atque deſignandis, quouſque videlicet de ipſis mille unciis annuis dictum Monaſterium ſit completum ædificiis & aliis neceſſariis & proviſis, & quouſque annuum redditum unciarum auri quadringentarum emendum de eiſdem annuis unciis auri mille in Burgenſaticis bonis & aliis non feudalibus integraliter aſſequatur, prout litteræ ipſæ noſtræ clare continent & diſtinguunt. Volumus & declaramus expreſſe quod præſens gratia noſtra facta præfato Monaſterio de jam dictis Burgenſaticis bonis uſque ad prædiſtinctam ſummam annui redditus unciarum auri ducentarum ad noſtram curiam, ut prædicitur, exciſuris proviſioni & conceſſioni noſtræ jam dictæ de præfato annuo redditu quadringentarum unciarum in Burgenſaticis bonis emendis, de prædictis mille, ut præmittitur, aſſequendo, in nullo præjudicet, nec prætextu dictæ præſentis gratiæ a proviſione, & conceſſione prætactis nos & heredes noſtri quomodolibet abſolvamur. Sed ipſa noſtra proviſio, atque conceſſio in ſua nihilominus efficacia perſeveret. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri & pendenti majeſtatis noſtræ ſigillo juſſimus communiri. Data Neapoli per Nicolaum de Joha juris civilis profeſſorem, locum tenentem Protonotharii regni Siciliæ, anno Domini MCCCXV. die XIX. Julii XIII. indictionis, regnorum noſtrorum anno VII.

Tertium regium Diploma.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, ac Pedemontis Comes. Notum facimus univerſis præſentes litteras inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris, quod inducti piæ devotionis affectu erga Monaſterium ſancti Corporis Chriſti de Neapoli Ordinis ſanctæ Claræ, opus quidem manuum Sanciæ Reginæ conſortis noſtræ cariſſimæ, dudum eidem Monaſterio certas noſtras patentes conceſſimus litteras ſeriei quæ ſequitur per omnia contentivas. Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Provinciæ, Forcalquerii, & Pedemontis Comes: Univerſis præſentes litteras inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Quidquid Deo datur ab homine ut creditum ſolvitur, quamvis æquale pari rependio non præſtetur. Cum enim ſpiritualia & temporalia pariter ab illo nobis obveniant &c. ut in præcedenti diplomate uſque ad finem, quadringentarum emendum de ipſis annuis unciis auri mille in Burgenſaticis bonis & aliis non feu-

feudalibus integraliter aſſequatur, prout litteræ ipſæ noſtræ factæ præfato Monaſterio de jam dictis Burgenſaticis bonis uſque ad prædiſtinctam ſummam annui redditus unciarum auri ducentarum ad noſtram curiam ut prædicitur extiſuris proviſioni & conceſſioni noſtræ jam dictæ de præfato annuo redditu quadringentarum unciarum in Burgenſaticis bonis emendis de prædictis mille ut præmittitur, aſſequendo in nullo præjudicet, nec prætextu dictæ præſentis gratiæ a proviſione & conceſſione prætactis nos & hæredes noſtri quomodolibet abſolvamus. Sed ipſa noſtra proviſio, atque conceſſio in ſua nihilominus efficacia perſeveret. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras fieri & pendenti majeſtatis noſtræ ſigillo juſsimus communiri. Datum Neapoli per Nicolaum de Joba juris civilis profeſſorem locum tenentem Prothonotarii regni Siciliæ anno Domini MCCCXV. *die* XIX. *Julii* XIII. *indictionis regnorum noſtrorum anno* VII. *Verum præfata Regina pro effectu omnium præmiſſorum intenta, conſiderans, prout & ſua intereſſe dignoſcitur, quod dicto Monaſterio in reali aſſetutione poſſeſsionis bonorum ipſorum Burgenſaticorum, ſi quidem nobis de regno præfato abſentibus caſus evenerit devolutionis eorum, per alicujus impugnationis obſtaculum, vel ſolertis præventionis aſtutiam in hujuſmodi noſtra præſertim abſentia poſſet faciliter ingeri nocumentum, inde præſcriptæ noſtræ conceſsionis gratia conſequente moroſa vel vacua redderetur, nobis humiliter ſupplicavit, ut ipſius Monaſteris tutiori ſtatui in hac parte dignaremur de abundantioris cautelæ ſuffragio providere. Nos itaque attendentes, quod quæ venerandis Eccleſiis grata largitione conferimus, ut nullius ſubjaceant diminutionis diſpendio, promptis affectibus confovere debemus, hujuſmodi ſupplicationem utpote a pio & laudando propoſito derivatam, delectabiliter admittentes, tenore præſentium eſſe duximus gratioſius annuendum, ut ſi quæ de hujuſmodi Burgenſaticis bonis in prædicto regno noſtro jam devoluta noſcuntur, & in antea quoties caſus advenerit cujuſcumque devolutionis illorum, procurator jam dictæ Reginæ unus vel plures, quos quidem ipſa ad hoc conſtituere poſſit & debeat, per ſeipſos ſine juſſu Præſidis, vel auctoritate Prætoris bona eadem & corporalem poſſeſsionem eorum conjunctim, aut diviſim ſicut exciderint, uſque videlicet ad concurrentem ſummam prædicti annui redditus unciarum auri ducentarum pro parte dicti Monaſterii libere capere valeant tenenda, & procuranda per eos in caſu inſtituendæ litis pro bonis ipſis, ſeu parte ipſorum ab aliquovis in illis forſitan prætendente, quouſque de jure ipſo plenarie ſit diſcuſſum. Et deinde aſsignanda Monaſterio memorato cum per adjudicationem legitime applicata noſtræ Curiæ videbuntur. Intellecto procuratores eoſdem bona ipſa tenere & proturare per bimeſtre ad tardius a die adeptionis illorum in antea numerandum, infra quod niſi litem eamdem moveri contigerit, ſtatim illa tum fructibus, ſi quos inde perceperint, momorato Monaſterio ſtudeant aſsignare. Et amplius quod in utroque caſu hujuſmodi aſsignationis per eos, ut prædicitur, faciendæ infra tres menſes ſi abſentes de dicto regno fuerimus, ſi vero præſentes infra unum tantum, bona eadem, ubi & in quibus conſiſtant, cum particulari annuo valore ipſorum in ſcriptis nobis ſignificare penitus teneantur, ut poſt diligentem inquiſitionem exinde faciendam, ipſi Monaſterio de illis noſtrum privilegium in debita forma fiat. In cujus rei teſtimonium præſentes duplicatas litteras fieri & pendenti majeſtatis noſtræ ſigillo juſsimus communiri. Datum Januæ per magiſtrum Matthæum Felinarium de Neapoli, utriuſque Juris profeſsorem, locum tenentem Prothonotarii regni Siciliæ, conſiliarium, familiarem, & fidelem noſtrum dilectum, anno Domini* MCCCXVIII. *die* XIII. *Novembris* II. *Indictionis regnorum noſtrorum anno &c.*

Nul-

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ratificationis, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, decreti & inſertionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem &c. *incurſurum*. Datum Avenione Idibus Novembris anno IV.

LXXX.

Ut Prædicatores & Minores habeant liberam ſepulturam. Ibid. ep. 545.

Venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Decano, & Capitulo Portugallen. & Guardiano, ac Fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Portugallen.

Epiſcop. & Capitul. Fratribus liberam ſepulturam contendunt.

§. I. Nuper ex parte veſtra filii Prior & Guardiane, ac Fratres, fuit in conſiſtorio propoſitum coram nobis, quod tu frater Epiſcope, & vos filii Decane & Capitulum Portugallen. non permittitis ipſos in Eccleſiis & locis eorum, juxta conſtitutionem, quæ incipit *ſuper cathedram*, dudum per felicis recordationis Bonifacium Papam VIII. editam, ac poſt revocationem ipſius a piæ memoriæ Benedicto Papa XI. ſubſecutam, per bonæ memoriæ Clementem Papam V. prædeceſſores noſtros in ſtatum priſtinum reſtauratam, habere libere ſepulturam, ſed Parochianis & Civibus Portugallen. & aliis veſtris ſubditis inhibetis, ne apud ipſorum Fratrum cœmeteria eligant ſepeliri; ac deinde vobis præfati Epiſcope, & Decane ex parte una, ac procuratore veſtro præfati Prior Guardiane & Fratres ex altera propter hoc in noſtra & Fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, pro parte veſtra præfati Epiſcope & Decane fuit ſuper præmiſſis ex diverſo reſponſum, quod dudum ante editionem conſtitutionis ejuſdem, quædam conventiones & pacta hinc inde habita fuerant, juramento, & confirmatione Sedis Apoſtolicæ roborata, videlicet, ut vos Fratres in Eccleſiis, atque locis veſtris non reciperetis aliquem ad Eccleſiaſticam ſepulturam, quodque vigore juramenti, & confirmationis hujuſmodi, prædicta conſtitutio ad conventiones & pacta prædicta ſe minime extendebat.

Quæ a Pontifice conventionibus non obſtant. conceditur.

§. II. Nos igitur præmiſſis propoſitis, & ad ea reſponſionibus ſubſecutis, & allegationibus factis hinc inde diligenter auditis, & quibuſdam conventionibus & pactis dudum inter partes utrinque habitis, ac in forma communi, per Sedem confirmatis eamdem, lectis coram nobis, & diligentius intellectis, de ipſorum Fratrum noſtrorum conſilio volumus, & auctoritate Apoſtolica ordinamus, ut prædictis conventionibus, & pactis nequaquam obſtantibus, cum per dictam conſtitutionem tollantur omnino, juxta conſtitutionem ipſam, vos præfati Prior, Guardiane & Fratres habeatis liberas ſepulturas, vobis præfate Epiſcope, & Decane pro vobis & dicto Capitulo injungentes, ut ſi quæ alia ſpecialia jura creditis vos habere, per quæ conſtitutioni præfatæ forſitan derogetur, illa uſque ad initium proximæ futuræ Quadrageſimæ, quem quidem terminum ad veſtram inſtantiam vobis pro peremptorio termino aſſignamus, ſtudeatis producere coram nobis, alioquin ex tunc veniendi & allegandi contra conſtitutionem eamdem ſciatis vobis viam quamlibet interdictam.

Datum Avenione Idibus Decembris anno IV.

LXXXI.

LXXXI.

Deputantur executores praecedentis conſtitutionis. Ibid. epiſt. 585.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Compoſtellan. & dilectis filiis Abbati Monaſterii ſancti Joannis de Pendurada Portugallen. diœc. ac Cantori Eccleſiæ Bracharen. ſalutem.

§. I. NUper ex parte dilectorum filiorum Prioris & Guardiani & Fratrum Prædicatorum & Minorum Ordinum Portugallen. fuit in conſiſtorio propoſitum coram nobis, quod Venerabilis frater noſter Epiſcopus, & dilecti filii Decanus & Capitulum Portugallen. non permittunt ipſos Priorem & Guardianum, & Fratres in Eccleſiis & locis eorum, juxta conſtitutionem quæ incipit *ſuper Cathedram* &c. ut in Bulla præcedenti uſque ad *veniendi & allegandi* contra conſtitutionem eamdem præfati Epiſcopus, Decanus & Capitulum ſciant, eis viam quamlibet interdictam. Tertius Ordo ab Apoſtolica Sede approbatus ſub regimine Fratrũ Minorum.

§. II. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum, per vos, vel alium, ſeu alios conſtitutionem prædictam conventionibus & pactis prædictis nequaquam obſtantibus, faciatis ab eiſdem partibus inviolabiliter obſervari, contradictores, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus ſi eiſdem Epiſcopo, Decano & Capitulo, vel quibuſvis aliis communiter vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione Idibus Decembris anno IV.

ANNO CHRISTI 1320. JOANNIS XXII. ANNO 4. & 5.

LXXXII.

Ut citent Epiſcopum & officialem Biſilien. Minoribus, & Tertii Ordinis Fratribus injuſte moleſtos, & Apoſtolici decreti contemptores. Ibidem epiſt. 736.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Biſuntin. & dilectis filiis Decano Conſtantien. ac Swentin. ſancti Joannis Biſuntin. Eccleſiarum.

§. I. DUdum dilectis filiis Miniſtro, & Fratribus Ordinis Minorum ſignificantibus nobis, quod licet Tertius Ordo Fratrum & Sororum, qui continentes, ſeu de Pœnitentia nuncupantur, a beato Franciſco inſtitutus, & a Sede præfata jam dudum approbatus, & confirmatus, ac etiam communitus diverſis privilegiis extitiſſet, dictique Fratres, & Sorores ipſius Tertii Ordinis, ſub cura & doctrina eorumdem Fratrum Minorum, juxta tenorem ordinationis a piæ memoriæ Nicolao IV. prædeceſſore noſtro ſuper hoc factæ, vixerint, & vivant in Obſervantia Regulæ Tertii Ordinis antedicti; nonnulli tamen Prælati, & Rectores Eccleſiarum, Civitatum, & Diœceſum diverſarum, præſertim in Alemanniæ partibus conſtituti, conſtitutionem, per quam felicis recordationis Clemens Papa V. prædeceſſor noſter quarumdam mulierum, quæ vulgariter nuncupantur *Beguinæ*, quæ non profitebantur aliquam re- Tertiarii a variis vexati.

Digitized by Google

regulam approbatam, aut ſtatum, ex cauſis rationabilibus in Conſtitutione ipſa expreſſis, in Concilio Viennenſi per eum celebrato perp tuo prohibuit, ac illum ab Eccleſia Dei penitus abolevit, ad dictos Fratres, & Sorores de Pœnitentia perperam extendere molientes, ejuſdem Conſtitutionis prætextu eoſdem Fratres, & Sorores de Pœnitentia ad dimittendum habitum, atque ſtatum hujuſmodi Regulæ ipſorum, per excommunicationis, & interdicti ſententias, aliaſque pœnas indebite conſtringere nitebantur, in eoſdem, pro eo quod in his non parebant, ſicut etiam nec debebant Prælatis & Rectoribus memoratis, de facto excommunicationum perferendo ſententias, aliaque ipſis diverſa gravamina inſerendo, quodque iidem Prælati & Rectores minus veraciter prætendentes dictos Fratres Minores fautores exiſtere perſonarum damnatarum per conſtitutionem eamdem, pro eo videlicet, quia eiſdem Fratribus & Sororibus de Pœnitentia communicabant, & ad divina recipiebant eoſdem, & propter hoc ipſos per conſtitutionem eamdem excommunicationis ſententiam incurriſſe, & excommunicatos denunciabant & aggravabant hujuſmodi excommunicationis ſententiam contra eos; Civitates inſuper & loca, in quibus ipſi Fratres Minores inhabitabant, ſupponebant Eccleſiaſtico interdicto, ac eis eleemoſynas & alia vitæ ſubſidia ſubtrahebant, & ab aliis ſubtrahi faciebant, ipſoſque alias multipliciter prægravabant, appellationibus etiam pro parte dictorum Fratrum & Sororum de Pœnitentia, & Fratrum Minorum ad dictam Sedem interjectis propterea vilipenſis, ac eiſdem Miniſtro & Fratribus Minoribus nobis humiliter ſupplicantibus, ut providere in hac parte de celeri & opportuno remedio dignaremur.

Conſtit. Clem. ad Tertiar. minime extenditur.

§. II. Nos attendentes, quod conſtitutio ſupradicta ad ipſos Fratres & Sorores Tertii Ordinis ſe minime extendebat, venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis & Epiſcopis, & dilectis filiis electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipresbyteris, aliiſque Prælatis & Rectoribus Eccleſiarum, de Fratrum noſtrorum conſilio per litteras noſtras dedimus in mandatis; ut memoratos Fratres & Sorores de Tertio prælibato Ordine, vel Fratres Minores, ſeu quoſvis alios, occaſione præmiſſa, nullatenus moleſtarent, nec permitterent ab aliis quomodolibet moleſtari, niſi contingeret per Sedem Apoſtolicam

Irrita quæ contra eos ſtatuta ſunt, declarantur.

aliud ordinari; nec ſuper his ſecus facerent, & eis diſtrictius inhibendo, ac nihilominus quidquid a Prælatis & Rectoribus ſupradictis, vel quibuslibet aliis contra prælibatos Fratres, & Sorores ipſius Tertii Ordinis, vel aliquos eorumdem, ſeu contra Fratres Minores, aut alios hujuſmodi prætextu attentatum forſan eſſet, hactenus vel ab eis, vel quibuſvis aliis contingeret attentari, ex tunc nullius omnino decrevimus exiſtere firmitatis, dictoſque Fratres Minores in admittendo ad divina ipſos Fratres & Sorores Tertii Ordinis, & participando cum eis, ut præfertur, prælibatæ conſtitutioni minime derogaſſe, prout in eiſdem litteris plenius continetur.

§. III. Et licet hujuſmodi ad venerabilis Fratris noſtri Geraldi Epiſcopi Baſilien. & Richardi officialis ſui notitiam deveniſſent, & ex parte dictorum Miniſtri, & Fratrum Minorum humiliter requiſiti fuiſſent, ut Fratres & Sorores dicti Tertii Ordinis in ſuis Diœceſi & civitate conſtitutos, dictoſque Fratres Minores occaſione conſtitutionis prædictæ, quæ, ut præmittitur, ad dictos Fratres & Sorores ejuſdem Tertii Ordinis extendi minime noſcebatur, juxta mandatum noſtrum per dictas litteras eis factum, nullatenus moleſtarent, nec permitterent ab aliis mo-

le-

leſtari, ſed gravamina, ſi qua prætextu conſtitutionis hujuſmodi eis intulerant, vel inferri fecerant, revocarent. Iidem tamen Epiſcopus, & officialis prædicti litteris non abſque magnæ temeritatis audacia, irreverentia, & contemptu illudentes, potius quam parentes, infraſcriptis perſonis quilibet eorum litteras infraſcriptas, videlicet ſuis ſigillatas ſigillis dirigere temere præſumpſerunt. Quæ quidem litteræ eorum ſigillis munitæ cum fuiſſent ad Sedem Apoſtolicam deſtinatæ, & ad notitiam noſtram deductæ: nos dilecto filio noſtro Petro tituli ſanctæ Suſannæ Presbytero Cardinali commiſimus oraculo vivæ vocis, ut an dictæ litteræ veræ eſſent, ac veris dictorum Epiſcopi, & Officialis ſigillis munitæ, ſe diligentius informaret, qui tam per procuratorem præfati Epiſcopi apud Sedem Apoſtolicam perſonaliter conſtitutum, quam per nonnullos alios fide dignos, de partibus illis ad ſuam propter hoc præſentiam accerſitos; qui litteras & ſigilla prædicta eis oſtenſa recognoverunt præſentialiter eſſe vera, certioratus, quod dictæ litteræ veræ erant, & veris dictorum Epiſcopi & Officialis ſigillis munitæ, nobis fecit ſuper hoc relationem plenariam & fidelem, propter quod earum litterarum tenores de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendos, qui tales ſunt.

§. IV. *Geraldus Dei gratia Baſilien. Epiſcopus, dilectis in Chriſto univerſis Decanis, Camerariis, Rectoribus, Incuratis, Vicariis & Capellanis Eccleſiarum civitatis & Diœceſis noſtræ Baſilien. Salutem in Domino Jeſu Chriſto. Cum nos ad inſtantiam Fratrum Minorum quoddam* vidimus *de quibuſdam litteris papalibus, ad honorem & reverentiam ſummi Pontificis Domini noſtri & Sedis Apoſtolicæ dederimus: ne propter hoc de obſervatione proceſſuum noſtrorum quorumcumque a nobis vel auctoritate noſtra emanatorum aliquod dubium, propter ignorantiam multorum ſimplicium oriri contingat, vobis univerſis univerſaliter & ſingulis ſingulariter ſignificamus in his ſcriptis, quod propter donationem dicti* vidimus *nolumus proceſſibus noſtris quibaſcumque in aliquo derogari. Datum apud Telpg. ſub ſigillo noſtro anno Domini* MCCCXIX. *in vigilia Pentecoſtes.*

Litteræ Geral. di Epiſc. Baſil.

§. V. *Officialis curiæ Baſilien. Decano citra Otensbuſel, ceteriſque confratribus ejuſdem decanatus ſalutem in Domino. Nuper ad noſtrum veridicorum relatione pervenit auditum, quod Fratres Minores quaſdam bullas Papales in Eccleſiis noſtris & in Diœceſi Baſilien. deferunt, & oſtendunt, per quas ſententias & proceſſus a nobis contra eoſdem, & Beghinas habitum Bighinagii deferentes, auctoritate ordinaria latos & latas evadere moliuntur, quorumque prætextu aſſerunt Beghinas de tertia regula in priſtino ſtatu debere remanere. Quare mandamus vobis univerſis & ſingulis ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, quam in contrarium facientes, monitione trium dierum præmiſſa, ferimus in his ſcriptis, quatenus dictis bullis oſtenſis, & oſtendendis non obſtantibus, quibus per vos nullam fidem ſeu credulitatem volumus adhiberi; omnes proceſſus noſtros contra dictos Fratres Minores, & Beghinas & eorum fautores latos, ſecundum eorum continentiam & tenorem publicatis, obſervetis, & ab omnibus faciatis inviolabiliter obſervari, ipſoſque Fratres & Beghinas arctius evitetis, donec a Domino noſtro Epiſcopo, vel nobis aliud receperitis in mandatis. Datum anno Domini* MCCCXIX. *feria quinta ante Dominicam Palmarum.*

Aliæ litteræ Officialis.

§. VI. Nolentes igitur tantæ præſumptionis exceſſum conniventibus oculis pertranſire, ne ipſorum impunitas præbeat aliis audaciam ſimilia committendi, diſcretioni veſtræ in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per

Jubetur Epiſc. & Officialis citari.

vos, vel alium, ſeu alios præfatos, Epiſcopum, & officialem ex parte noſtra peremptorie citare curetis, ut idem Epiſcopus ſub ſuſpenſionis infra duorum menſium ſpatium, dictus vero Officialis ſub excommunicationis pœnis infra viginti dies poſt citationem veſtram hujuſmodi, quas pœnas eos incurrere volumus ipſo facto, niſi fecerint quod eiſdem injungitur, Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent, ſuper his facturi & recepturi quod juſtitia ſuadebit, eiſdem Epiſcopo & officiali eorum, videlicet cuilibet ſub pœnis ſimilibus, quas eos incurrere volumus ipſo facto, ſi infraſcripto mandato non paruerint cum effectu, ſimiliter injungentes, ut cum occaſione conſtitutionis prædictæ contra Fratres & Sorores dicti Tertii Ordinis, & contra Fratres Minores præfatos, & participantes cum eis ante receptionem dictarum litterarum noſtrarum, & poſt de facto, nonnullos propter præmiſſa dicantur feciſſe proceſſus, in eos etiam excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias proferendo, proceſſus & ſententias hujuſmodi propter præmiſſa habitos & prælatos, prout de facto fecerunt, eoſdem de facto debeant revocare, & revocatos fore in prædictis civitate & Diœceſi facere publicari, quodque deinceps a ſimilibus debeant abſtinere. Diem vero citationis & injunctionis hujuſmodi, & quidquid ſuper his duxeritis faciendum nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes, fideliter intimare curetis.

Datum Avenione xiv. Kalend. Maii anno iv.

LXXXIII.

De eodem. Epiſt. 951.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Biſuntin. & dilectis filiis Succentori ſancti Joannis Biſuntin. & Buxolo de Parma Canonico Tornacen. Capellano noſtro.

DUdum dilectis filiis Miniſtro Generali & Fratribus Ordinis Minorum ſignificantibus nobis, &c. ut in præcedenti uſque ad finem. Datum ut ibidem.

LXXXIV.

Præficitur Eccleſiæ Caphen. Ibid. epiſt. 498.

Venerabili fratri Hieronymo Epiſcopo Caphen.

Conſtitutionis motivum.

§. I. AD univerſalis Eccleſiæ regimen extendendum divina diſpoſitione vocati, ad cujuslibet ſtatum Eccleſiæ intuitum ſollicitæ conſiderationis extendimus, paſtoris parte officii vigilantius adhibentes, ut eorum ſingulæ Paſtoribus gubernentur idoneis, & providis rectoribus diſponantur, quorum circumſpectione provida, & providentia circumſpecta illius cooperante clementia, qui omnium Paſtor & rector agnoſcitur, ſpiritualium & temporalium proficiant incrementis.

Clementis V. eum ad Epiſcopatum abſque titulo promovet.

§. II. Olim ſiquidem felicis recordationis Clemens Papa V. prædeceſſor noſter, te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, tunc in Sacerdotio conſtitutum, & in ſacra pagina eruditum, abſque titulo alicujus Eccleſiæ fecit in Epiſcopum conſecrari, teque ad partes Tartarorum prædicandum inibi verbum Dominicum deſtinavit.

§. III. Nuper vero ex certis manifeſtis & rationabilibus cauſis, quæ ad hoc noſtrum animum induxerunt, civitatem Caphen, tunc villam infra

Digitized by Google

ſra Cambalien. Diœceſ. limites conſtitutam, quæ locus inſignis exiſtit, & ubertate multiplici hominum, & rerum exuberat, de Fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis in Civitatem ereximus, & Civitatis vocabulo duximus decorandam, ac a Villa de Varca in Bulgaris, uſque Saray incluſive in longitudine, & a mari Pontico uſque ad terram Ruthenorum in latitudine, pro Diœceſ. eidem Caphen. Eccleſiæ duximus aſſignandum, ſtatuentes, ac etiam decernentes, ut Eccleſia ſanctæ Agnetis dicti loci Caphen. ex tunc haberetur, & exiſteret perpetuis futuris temporibus Cathedralis. Capha declarata Civitas.

§. IV. Poſtmodum autem de celeri & ſalubri proviſione ipſius Eccleſiæ Caphen. ut ſponſi ſolatio lætaretur, ſollicite cogitantes, ac volentes illum eidem Eccleſiæ Caphen. præficere in Paſtorem, de quo certam haberemus notitiam, quod eum clara morum inſignia redimirent, nec dubia eſſet ejus caritas circa plebem ſuo regimini committendam, & in cujus fida fiducia ſalubriter recumberet ſecuritas ſubjectorum, ad te, quem credimus, & ſperamus in dicta civitate Caphen. se in illis partibus fructus fructiferos producturum, direximus aciem noſtræ mentis. In cujus Sede F. Hieron. collocatus.

§. V. Intendentes itaque tam gregi Dominico, quam dictæ Caphen. Eccleſiæ ſalubriter providere, de perſona tua, de ipſorum Fratrum conſilio, & præfatæ poteſtatis plenitudine, dictæ Caphen. Eccleſiæ providemus, teque ipſi in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, tibi curam & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus, & temporalibus committendo, firma conceptà fiducia, quod virtutibus divinitus tibi traditis inſignitus, eamdem Caphen. Eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis, ipſaque utilis præſidio munita Paſtoris, optatis affluet incrementis.

§. VI. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi munus a Domino devote ſupportans, ſic curam & adminiſtrationem prædictas diligenter gerere ſtudeas, ut ſalubriter & utiliter proſequaris, quod eadem Caphen. Eccleſia tua vigilantia votivis amplietur commodis, & in omnibus, divina favente clementia, proſpere dirigatur, tuque noſtram & dictæ Sedis gratiam, tamquam benedictionis & obedientiæ filius, uberius proſequi merearis.

Datum Avenion. IV. Kalend. Martii anno IV.

LXXXV.

Ut recipiant domum in caſtro Verucoli. Ibid. epiſt. 1127.

Dilecto filio Miniſtro Provinciæ Bononien. Ordinis Fratrum Minorum.

HAbet in nobis tuæ devotionis ſinceritas, ut petitionibus tuis, quas præſertim de pietatis affectu procedere, ac divini cultus augmentum intuemur reſpicere, ad exauditionis gratiam admittamus. Exhibita ſiquidem nobis tua petitio continebat, quod dilecti filii nobiles viri Domini de Malateſtis de Arimino, in caſtro Verucoli Ariminen. Diœceſis, unde originem traxiſſe dicuntur, deſiderant Fratrum tui Ordinis decentem conventum habere. Nos igitur piis deſideriis devotorum libenter impertientes aſſenſum, tuis ſupplicationibus inclinati, recipiendi in eodem caſtro aliquem locum ad hoc aptum, ibique ædificandi oratorium, & neceſſarias officinas, ac ordinandi Conventum Fratrum dicti Ordinis, prout tibi videbitur expedire, ut ſibi & aliis proficere valeant ad ſalutem,

tem, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris, &c. & qualibet alia conſtitutione contraria non obſtante, plenam & liberam concedimus tenore præſentium facultatem.

Datum Avenion. xv. Kalendas Aprilis anno iv.

LXXXVI.

Ut prædia aliqua Monaſterii Montis-ſancti convertantur in emolumentum ipſius ædis. Ibid. epiſt. 1115.

Dilecto filio Miniſtro Provinciæ beati Franciſci, Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. EXhibita nobis dilectarum in Chriſto filiarum, Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii de Monte-ſancto, prope Tudertum, Ordinis ſanctæ Claræ petitio continebat, quod ipſæ terras, domos & caſalina quædam tam in Civitate, quam Diœceſi Tudertin. habere noſcuntur, ex quorum pretio ſe credunt poſſe res magis utiles eidem Monaſterio adipiſci. Quare ex parte ipſarum fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut terras, domos & caſalina prædicta venditionis titulo in alios transferendi licentiam concedere dignaremur.

§. II. Nos igitur in præmiſſis dicti Monaſterii volentes meliora proſpicere, ac gerentes de circumſpectione tua, qui ſuper his habere poteris notitiam pleniorem, fiduciam in Domino ſpecialem, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus inquiſita ſuper his diligentius veritate, ſi tamdem inveneris terrarum, domorum, & caſalinorum prædictorum venditionem in utilitatem dicti Monaſterii redundare, eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui alienandi, ut prædicitur, terras, domos & caſalina prædicta, ita quod eorum pretium in res dicto Monaſterio magis utiles convertatur, juramento quod eadem Abbatiſſa noſcitur præſtitiſſe, de non alienandis bonis dicti Monaſterii, Romano Pontifice inconſulto, ac inhibitione felicis recordationis Alexandri Papæ IV. prædeceſſoris noſtri in contrarium edita, nequaquam obſtantibus, prædictam licentiam eadem auctoritate concedas.

Datum Avenion. xv. Kalend. Aprilis anno iv.

LXXXVII.

Præficitur Eccleſiæ Tyburtinæ. Ibid. epiſt. 720.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Tyburtin.

Pontificis præcipua intentio qualis.

§. I. ONeroſa paſtoralis officii ſummi diſpoſitione paſtoris nobis, licet immeritis, cura commiſſa ſollicita nos pulſat inſtantia, ut inter cetera, quibus noſter animus multiplici redditur varietate diſtractus, ad proviſionem Eccleſiarum vacantium ſollicitis ſtudiis intendamus, ne ipſis paſtorum præſidiis deſtitutis ambulantis in circuitu lupi rapacis aſtutia, illarum oves rapiat, & diſperdat; ideoque reddimur mente pervigiles, ut eiſdem Eccleſiis viri præficiantur idonei, ſub quorum regimine in ſpiritualibus & temporalibus, divina favente clementia, jugiter proſperentur.

Eccleſia Tyburt. Paſtore vacat.

§. II. Nuper ſiquidem Eccleſia Tyburtina Eccleſiæ Romanæ immediate ſubjecta, per obitum bonæ memoriæ Jacobi Epiſcopi Tyburtini, qui in partibus illis diem clauſit extremum, paſtoris ſolatio deſtituta, Nos

Nos ad eamdem Eccleſiam, utpote in brachiis Sedis Apoſtolicæ conſtitutam, ſpecialis dilectionis dirigentes affectum, & cupientes, ut ipſi Eccleſiæ præficeretur perſona ſecundum cor noſtrum idonea, per cujus induſtriam ſtatus ejus poſſet ſalubriter dirigi, & utiliter gubernari, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ, noſtræ ac dictæ Sedis diſpoſitioni ea vice duximus reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper hoc per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

§. III. Verum volentes eidem Eccleſiæ, ne diutinæ vacationis ſubjaceret incommodis, de celeris & ſalubris proviſionis remedio ſubvenire, poſt deliberationem, quam ſuper hoc cum Fratribus noſtris habuimus diligentem, conſideratis muneribus gratiarum, quibus perſonam tuam illarum Dominus inſignivit, ad te Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, virum utique litterarum ſcientia præditum, morum honeſtate decorum, aliiſque virtutum donis multipliciter inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum Fratrum conſilio eidem Eccleſiæ Tyburtin. duximus providendum, teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, tibi curam & adminiſtrationem ipſius in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, tibique ſubſequenter fecimus per venerabilem fratrem noſtrum Berengarium Epiſcopum Portuen. munus conſecrationis impendi, firma ſpe, fiduciaque concepta, quod dirigente Domino actus tuos, præfata Tyburtina Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, non ſolum præſervabitur ab adverſis, verum etiam in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus proſperitatis & fœlicitatis ſuſcipiet incrementa.

Papa proviſionem ejuſdem Eccleſiæ ſibi reſervat.

Fr. Joannes in Epiſcopum præficitur.

§. IV. Jugum itaque Domini prompta devotione ſupportans, ejuſdem Tyburtinæ Eccleſiæ ſponſæ tuæ, ſollicitam curam geras, gregem Dominicum in ea tibi commiſſum doctrina verbi & operis informando, ita quod per tuæ diligentiæ ſtudium eadem Eccleſia votivis conſurgere commodis, & optatis proficere valeat incrementis, tuque laudabili de grege prædicto in die diſtricti judicii reddita ratione, regnum patris æterni cum electis ejus introeas, & gregem ipſum ad uberioris meriti fructum, & majoris retributionis cumulum introducas.

Datum Avenione III. Nonas Maii anno IV.

LXXXVIII.

Præficitur Eccleſiæ Albinganen. Ibid. ep. 1359.

Dilecto filio Joanni electo Albinganen.

§. I. Angit nos cura paſtoralis officii, ſummi nobis paſtoris diſpoſitione commiſſi, ut de ſalubri ſtatu Eccleſiarum omnium ſollicite cogitemus, ut eis præcipue optatæ conſolationis remedia miniſtremus, quæ ſunt paſtorali cura, & ſollicitudine viduatæ, præficiendo ipſis ſecundum cor noſtrum viros idoneos in paſtores.

§ II. Olim ſiquidem bonæ memoriæ Emanuele Epiſcopo Albinganen. præſidente, regimini Albinganen. Eccleſiæ, nos cupientes per Apoſtolicæ Sedis providentiam eidem Albinganen. Eccleſiæ, quam in viſceribus gerimus caritatis, poſt ipſius Emanuelis obitum, perſonam utilem præſide-

ſidere, proviſionem ipſius Albinganen. Eccleſiæ, eum eam vacare contingeret, ea vice ejuſdem Sedis diſpoſitioni duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, & deinde prædictæ Albinganen. Eccleſia per obitum ipſius Emannelis paſtoris ſolatio deſtituta, nos ad proviſionem ipſius Albinganen. Eccleſiæ, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, cœpimus intendere diligenter, & poſt deliberationem, quam ad deputandum eidem Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis dicta Eccleſia in ſuis valeret juribus adaugeri, ac etiam defenſari, cum Fratribus noſtris habuimus diligentem. Tamdem ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in Sacerdotio conſtitutum, qui de litterarum ſcientia, vitæ munditia, religionis obſervantia, & aliarum virtutum meritis laudabili teſtimonio commendaris, direximus oculos mentis noſtræ, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tna, nobis & eiſdem Fratribus ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum Fratrum conſilio eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica providimus, præficientes te præfatæ Eccleſiæ in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus committendo, firmam ſpem fiduciamqne tenentes, quod eadem Eccleſia, divina tibi aſſiſtente clementia, per tuæ circnmſpectionis & induſtriæ ſtudium fructuoſum, proſpere dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino devote ſupportans &c. benevolum impertiri.

Datum Avenione xv. Kal. Auguſti anno v.

LXXXIX.

Conceditur indulgentia viſitantibus ſacellum ſancti Nicolai in Eccleſia Minorum Fulginaten. Ibid. epiſt. 1648.

Univerſis Chriſti fidelibus.

§.I. Splendor paternæ gloriæ, qui ſua mundum illuminat ineffabili caritate, pia vota fidelium de clementiſſima ipſius majeſtate ſperantium, tunc præcipue benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas Sanctorum præcibus & meritis adjuvatur.

§. II. Cum itaque, ſicut accepimus, dilecta in Chriſto filia Riſſabella, uxor dilecti filii Ugolini de Trinzis, militis Fulginaten. ob reverentiam, quam habet ad beatum Nicolaum Confeſſorem in civitate Fulginaten. in loco Fratrum Minorum, quamdam cappellam in honorem, & ſub vocabulo Confeſſoris ejuſdem conſtrui fecerit opere ſumptuoſo. Nos cupientes, ut eadem Capella, congruis honoribus frequentetur, & Chriſti fideles eo concurrant libentius ad eamdem, quo magis ſe ſpiritualibus gratiis proſpexerint confoveri, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui eamdem cappellam in ſingulis ejuſdem Confeſſoris, & beatæ Mariæ Virginis feſtivitatibus devote viſitaverint, annuatim quadraginta dies de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Datum Avenion. III. Kal. Auguſti anno v.

XC.

Ut non ſolvant decimas nec alias exactiones. Ibid. epiſt. 460.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ, & Conventui Monaſterii Sororum incluſarum ſancti Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ.

SAcra veſtra Religio, quæ in Monaſterio veſtro a vobis ſub onere voluntariæ paupertatis, jugiter colitur, ſic a vobis mundanæ diſſolutionis relegavit illecebras &c. *Domino ſervitutem*. Hinc eſt quod nos pium & congruum reputantes, ut vos illa proſequamur gratia, quam veſtris neceſſitatibus conſpicimus opportunam, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ad præſtationem decimarum, de quibuſcumque poſſeſſionibus, & aliis omnibus bonis veſtris, quæ in præſentiarum habetis, & juſtis modis, præſtante Domino, acquiſiveritis in futurum, vel ad contribuendum in procurationibus quorumlibet Ordinariorum, & etiam Legatorum & Nunciorum Sedis Apoſtolicæ, & qnibuslibet talliis & collectis, & ad exhibendum pedagia, telonia, & alias exactiones, quibuſvis Regibus, Principibus, ſeu aliis perſonis ſecularibus minime teneamini, nec ad id compelli aliquatenns valeatis, omnes ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, quas contra hæc in perſonas veſtras, ſeu præfatum Monaſterium proferri contigerit, decernentes, tenore præſentium, irritas & inanes. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione VIII. Kal. Octobris anno V.

XCI.

Conceduntur indulgentiæ viſitantibus Eccleſiam Clariſſarum Neapolitanam. Ibid. epiſt. 398.

Univerſis Chriſti fidelibus &c.

§. I. SPecioſus forma, & plenus gratia, fons virtutum, & ablutio vitiorum, ſanctæ ſponſus Eccleſiæ, Dominus Jeſus Chriſtus Inter cetera ſanctitatis inſignia, præcipue diligit caſtitatem, ut ſibi Virgini nato de Virgine cœtus virginei, & immaculato agno ſponſæ cœlibes famulentur. Hæc eſt virtus, qua mentes divino munere inſignitæ ſpiritualibus angelis imitatione converſationis æquantur. Hæc eſt virtus, per quam glorioſa ſterilitas ſancta fœcundatur in ſobole, & prodit ex illa fœcunditas replens atria paradiſi. Digne igitur ejus vota digno favore proſequimur, quæ ut prudentes Virgines ab incipientis vitæ primordiis oleum ſumant virginitatis in vaſis, & florem mundi, ejuſque oblectamenta contemnentes, accenſis lampadibus ſe parent obviam ire ſponſo, eis propitiationis ædem, & clauſtrum ſanctimoniæ præparavit, ut ad cœleſtis agri nuptias valeant introire. *Caſtitatis præconium.*

§. II. Cum itaque cariſſima in Chriſto filia noſtra Sanctia Regina Siciliæ Illuſtris, offerre Deo cupiens piæ mentis gratiſſimum holocauſtum, ob ipſius reverentiam, & glorioſiſſimæ Virginis matris ejus, in Civitate Neapolitana Monaſterium Sororum fundandum duxerit, & etiam conſtruendum, quod ſancti Corporis Chriſti vnlgariter nuncupatur, ubi chorus virgineus Sororum Ordinis ſanctæ Claræ in copioſo numero gratum Altiſſimo præbeant famulatum, Nos cupientes ut erga dictum Mo- *Sancia Regina Monaſterii fundatrix.*

Monaſterium fidelium devotio augeatur, & ad ejus Eccleſiam dicti fideles ſpiritualibus allecti muneribus in jubilo mentis frequenter accedant, dona divinæ gratiæ percepturi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis, qui in feſto ejuſdem ſancti Corporis, quod in die Jovis ſancto, & poſt feſtum Pentecoſtes, quinta feria celebratur, annum unum, eis vero, qui in ipſarum feſtivitatum octavis ad dictam Eccleſiam devote acceſſerint, annuatim, de omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, centum dies de injunctis eis pœnitentiis, miſericorditer relaxamus.

Datum Avenion. VIII. Kal. Octobris anno V.

XCII.

Præficitur frater Matthæus de Capua Eccleſiæ Surrentinæ. Ibid. ep. 304.

Venerabilibus Fratribus Iſernien. & Sueſan. Epiſcopis.

§. I. Militanti Eccleſiæ, diſponente Domino, licet immeriti, præſidentes circa curam omniumEccleſiarum ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, ut juxta paſtoralis officii debitum, creditam nobis Domini gregis cuſtodiam utiliter gerere, divina cooperante clementia, ſtudeamus. Et licet Eccleſiarum omnium ſollicitudo nobis immineat generalis, circa illas tamen tenemur attentius per debitæ ſollicitudinis Miniſterium vigilare, quæ deplorare viduitatis incommoda dignoſcuntur.

Compromiſſarii pro eligendo Epiſcopo a Capitulo deſtinati.

§. II. Sane dudum, ſicut accepimus, Eccleſia Surrentina per obitum bonæ memoriæ Richarcdi Archiepiſcopi Surrentini vacante, dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ, vocatis omnibus, qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum præfixa, ut moris eſt, convenientes in unum, pro futuri ſubſtitutione paſtoris, & deliberantes per viam procedere compromiſſi, in dilectos filios Matthæum de ſancta Cruce, & Matthæum Serſari Urlin. & Matthæum Serſarii ſerviente Surrentin. & Hugonem de Caſtro Penario Beneventan. Eccleſiarum Canonicos compromittere curaverunt, promittentes, quod illum in ſuum, & ipſius Eccleſiæ Surrentinæ Archiepiſcopum reciperent, & haberent, quem dicti Compromiſſarii in Archiepiſcopum ejuſdem Eccleſiæ concorditer ducerent eligendum.

Præficiunt fratrem Matthæum Minoritam.

§. III. Ipſi vero hujuſmodi compromiſſo recepto, ſecedentes in partem, & demum inter ſe præhabita deliberatione diligenti, dilectum filium Matthæum de Capua Ordinis Minorum in Surrentinum Archiepiſcopum unanimiter, & concorditer elegerunt, qui ſicut aſſeritur, obtenta a ſuo ſuperiore licentia, hujuſindi electioni de ſe factæ ſibi per ſpecialem ejuſdem Capituli nuntium præſentatæ conſenſit, ac poſtmodum licet ipſe ad proſequendum negotium electionis hujuſmodi, & accedendum perſonaliter ad Sedem Apoſtolicam ſe paraſſet, tamen cariſſima in Chriſto filia noſtra Maria, Regina Siciliæ Illuſtris, & dilectus filius Carolus primogenitus cariſſimi in Chriſto filii noſtri Roberti Regis Siciliæ illuſtris, Dux Calabriæ, diligentius attendentes, quod præſentia ejuſdem Matthæi, utpote, ſicut aſſeritur, viri providi ac diſcreti, erat circa eorum obſequia in illis partibus opportuna, voluerunt, quod in illis partibus maneret, ac nobis per ſuas litteras cum inſtantia ſupplicarunt, ut tum propter hoc, tum propter maris & terræ pericula, quæ de partibus illis venientibus ad Sedem prædictam incumbere dignoſcuntur, a per-

perſonali comparatione dignaremur eumdem habere de ipſius Sedis gratia excuſatum, & tam ipſi quam præfati Capitulum, qui cum decreto electionis hujuſmodi duos Canonicos Surrentinos ad Sedem deſtinarunt eamdem, nobis per ſuas litteras humiliter ſupplicarunt, ut examinationem electionis hujuſmodi, & perſonæ ipſius electi, & confirmationem ejuſdem electionis aliquibus diſcretis in illis partibus committere dignaremur.

§. IV. Volentes igitur ejuſdem Eccleſiæ Surrentinæ obviare diſpendiis, quæ poſſent ei ex vacatione diutina imminere, eumdem Matthæum propter præmiſſas cauſas a perſonali comparitione, quam nobis infra ſtatutum tempus a Canone facere tenebatur, de gratia ſpeciali excuſatum habemus, felicis recordationis Nicolai Papæ IV. prædeceſſoris noſtri, & qualibet conſtitutione contraria non obſtante. *Diſpenſatur electus ab itinere verſus Avenion.*

§. V. De veſtra igitur circumſpectione plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel alter veſtrum Deum habendo præ oculis, de modo electionis, eligentium ſtudiis, & electi meritis, & præfata licentia, quæ ſibi aſſeritur fuiſſe conceſſa, inquiratis diligentius veritatem, & ſi prædictam electionem Canonicam repereritis, & de perſona idonea canonice celebratam, ſibique fuiſſe conceſſam licentiam ſupradictam, ipſam auctoritate noſtra confirmare curetis, impendendo, vel faciendo eidem electo munus conſecrationis impendi, ac facientes ſibi a ſuis ſubditis obedientiam & reverentiam debitam exhiberi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. *Commiſſa Epiſcopis ſuper valid. electionis inquiſitio.*

Datum Avenione v. Nonas Octobris anno v.

XCIII.

Inſtituitur Adminiſtrator Eccleſiæ Papienſis. Ibid. epiſt. 86.

Dilecto filio fratri Joanni de Beccaria Ordinis Fratrum Minorum Adminiſtratori Eccleſiæ Papien. in ſpiritualibus & temporalibus, auctoritate Apoſtolica deputato.

§. I. Dudum in Iſnardum, quondam Patriarcham Antiochenum, tunc adminiſtratorem Eccleſiæ Papien. exigentibus ſuis multiplicibus demeritis atque culpis, perpetuæ depoſitionis ſententiam duximus promulgandam, omni honori, Patriarchali dignitate, ac adminiſtratione dictæ Eccleſiæ Papien. privantes eumdem.

§. II. Porro dilectus filius noſter Bertrandus tituli ſancti Marcelli, presbyter Cardinalis, Apoſtolicæ Sedis legatus, ne præfata Papien. Eccleſia providi gubernatoris deſtituta regimine, in ſpiritualibus, & temporalibus ſubiret gravia detrimenta, curam & adminiſtrationem ac gubernationem ejuſdem Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus tibi auctoritate Apoſtolica, eidem Bertrando ſpecialiter in hac parte conceſſa, duxit per ſuas litteras committendas, gerendas a te, & libere in omnibus exercendas. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus curam & adminiſtrationem hujuſmodi ſic geras ſollicite, fideliter, & prudenter circa poſſeſſionum recuperationem, & jurium ipſius Eccleſiæ diſtractorum, ſtudium attentæ ſollicitudinis adhibendo, quod a retributore bonorum æternæ retributionis premium aſſequi merearis, noſque devotionem tuam propter hoc poſſimus dignis in Domino laudibus commendare.

Datum Avenione xvi. Kal. Septembris anno v.

XCIV.

Præficitur Eccleſiæ Vigintimillien. Ibid. epiſt. 276.

Venerabili fratri Raymundo electo Vigintimillien.

§. I. INter cetera, quæ ſuperna diſpoſitione nobis imminent peragenda, ad id nimirum pervigilis ſollicitudo nos angit, ut viduatis Eccleſiis tales præficiamus paſtores, per quorum induſtriam, & ſollicitudinem circumſpectam, earum indemnitati provideatur ſalubriter, & ſpiritualiter, & temporaliter Eccleſiæ ipſæ valeant, auctore Domino, proſperari.

§. II. Dudum ſiquidem bonæ memoriæ Octhone Epiſcopo Vigintimillien. regimini Vigintimilien. Eccleſiæ præſidente, nos cupientes eidem Eccleſiæ, quamprimum ipſam quocumque modo vacare contingeret, perſonam, juxta cor noſtrum idoneam, quæ tanto oneri & honori congrueret, præſidere, proviſionem ipſius Eccleſiæ, ea vice diſpoſitioni noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari.

§. III. Poſtmodum vero eodem Octhone rebus humanis exempto, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ hujuſmodi noſtræ reſervationis forſan ignari, Jacobum de Maximino Presbyterum Alben. diœceſis de facto in Vigintimilien. Epiſcopum elegerunt. Nos igitur attendentes, quod nullus præter nos de proviſione præfatæ Eccleſiæ hac vice ſe intromittere poterat, reſervatione obſiſtente prædicta, præfatam electionem de ipſo Jacobo, utpote poſt, & contra præfatam reſervationem de facto præſumptam, irritam, prout erat, decrevimus & inanem.

§. IV. Deinde vero de ſalutari proviſione ipſius Eccleſiæ, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis ſollicite cogitantes, poſt deliberationem, quam cum Fratribus noſtris ad deputandum eidem Eccleſiæ perſonam utilem, cujus induſtria & ſollicitudine valeret utiliter dirigi, & in ſuis juribus adaugeri, demum ad te Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum Pœnitentiarium noſtrum, in Sacerdotio conſtitutum, virum utique, prout nos familiaris experientia docuit, litterarum ſcientia præditum, vitæ ac morum honeſtate decorum, aliiſque virtutum meritis inſignitum, direximus oculos noſtræ mentis, quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum Fratrum conſilio eidem Vigintimillien Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica providemus; teque illi præficimus in Epiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, firma ſpe fiduciaque tenentes; quod, dirigente Domino actus tuos, dicta Eccleſia per tuam induſtriam & ſollicitudinem curioſam ſalubriter & proſpere dirigetur, & grata ſuſcipiet incrementa.

§. V. Jugum itaque Domini prompta devotione ſuſcipiens, & ſuavi ejus oneri collum flectens, curam & adminiſtrationem prædictas ſic exercere ſtudeas ſollicite, fideliter & prudenter, gregem Dominicum in ea tibi commiſſum, doctrina verbi & operis informando, quod præfata Eccleſia gubernatori provido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, tuque præter retributionis æternæ præmium proinde digne conſequi uberiorem benevolentiam noſtræ gratiæ merearis.

Datum Avenione vi. Kal. Decembris anno v.

XCV.

CXV.

Præficitur Eccleſiæ Brumacen. Ibid. epiſt. 355.

Dilecto filio Gerardo electo Brumacen.

§. I. Rationis oculis intuentes commoda, quæ vacantibus Eccleſiis de ſalubri proviſione proveniunt, reddimur corde ſolliciti, ut circa proviſionem hujuſmodi faciendam fructuoſæ attentionis ſtudium habeatur.

§. II. Sane dudum Eccleſia Brumacen. per obitum bonæ memoriæ Jacobi Brumacen. Epiſcopi ſolatio deſtituta paſtoris, Franciſcus filius quondam Joannis Alegrini Presbyter Brumacen. cum omnes ejuſdem Eccleſiæ Canonici tunc ab eadem Eccleſia abſentes eſſent, nec ibidem ſine perſonarum ſuarum periculis tute reſidere valerent, falſo aſſerens ſe fore Eccleſiæ prædictæ Canonicum, cum non eſſet, & ad eum ea vice jus eligendi Epiſcopum pertinere, Rectorem Eccleſiæ de Coczana Brumacen. diœceſis de facto, cum de jure non poſſet, in Epiſcopum Brumacen. elegit, & tam Franciſcus, quam Rector prædicti electionem hujuſmodi cui idem Rector ſuum conſenſum præbuiſſe infra tempus debitum prætendebat, petierunt a venerabili fratre noſtro Archiepiſcopo Januen. loci Metropolitano, auctoritate Metropolitica confirmari, idemque Archiepiſcopus ipſius electionis diſcuſſo negotio, electionem ipſam tamquam attentatam ab illo, ad quem electio eadem de jure minime pertinebat, decrevit irritam & inanem, juſtitia ſuadente.

§. III. Deinde vero dilecti filii Capitulum ipſius Eccleſiæ dilectum filium Bernardum Abbatem Monaſterii ſancti Siri Januen. Ordinis ſancti Benedicti, tunc in Romana Curia exiſtentem, in Brumacen. Epiſcopum concorditer elegerunt, dictuſque Abbas hujuſmodi electionis per procuratorem dictorum Capituli in dicta Curia ſibi præſentato decreto, eidem electioni renuit conſentire, dictique Capitulum poſtmodum te Ordinem Fratrum Minorum expreſſe profeſſum, & in ſacerdotio conſtitutum, in eorum, & dictæ Eccleſiæ Brumacen. Epiſcopum & paſtorem concorditer elegerunt. Demum tu certis ex cauſis omne jus, ſi quod tibi ex hujuſmodi electione fuerat acquiſitum, reſignaſti libere in manibus Venerabilis fratris noſtri Nicolai Epiſcopi Oſtien. de mandato noſtro vivæ vocis oraculo ſibi facto reſignationem hujuſmodi admittentis.

§. IV. Nos autem de ordinatione prædictæ Eccleſiæ ſollicite cogitantes, ac penſantes virtutum merita, quibus perſonam tuam virtutum Dominus multipliciter decoravit, poſt vigilem, quam circa proviſionem dictæ Eccleſiæ faciendam habuimus diligentiam, ad te noſtræ mentis oculos duximus convertendos, teque cui litterarum ſcientia, vitæ munditia, morum honeſtas, prudentia ſpiritualium, & temporalium providentia ſuffragantur, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis eidem Eccleſiæ præficimus in Epiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi tam in ſpiritualibus, quam temporalibus plenarie committendo, firma ſpe, fiduciaque tenentes, quod prædicta Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & ſtudium fructuoſum, Deo propitio, præſervabitur a noxiis, & ſpiritualibus & temporalibus proficiet incrementis.

§. V. Suſcipiens igitur reverenter a Domino impoſitum tibi onus, ſollicitam ipſius Brumacen. Eccleſiæ curam geras, gregem Dominicum

in

in ea tibi commiſſum doctrina verbi & operis informando, ita quod prædicta Eccleſia per tuæ vigilantiæ ſtudium, auxiliante Domino, votivis proficiat incrementis, & felicibus ſucceſſibus gratuletur.

Datum Avenione XVII. Kalend. Februarii anno V.

XCVI.

Præficitur Eccleſiæ Alben. Ibid. epiſt. 423.

Dilecto filio Guillelmo electo Alben.

§. I. SEdula nos paſtoralis officii cura ſollicitat, ut circa ſtatum Eccleſiarum vacantium attentæ conſiderationis intuitum dirigentes, operoſæ ſollicitudinis ſtudium impendamus, ut vitatis diſpendiis, quæ ſolent illis ex vacatione diutina provenire, præficiamus ipſis perſonas idoneas, & viros providos deputemus, per quorum circumſpectam prudentiam, & ſolertiam ſtudioſam ſpiritualibus & temporalibus, divina favente clementia, proficiant incrementis.

Epiſcopus Alben. ad Eccl. Theat. transfert. §. II. Dudum ſiquidem Eccleſia Alben. pro eo, quod nos Venerabilem fratrem noſtrum Raymundum Theatin. olim Alben. Epiſcopum, tunc & nunc in illis partibus commorantem, a vinculo, quo tenebatur eidem Alben. Eccleſiæ, cui præerat, abſolventes, ad Theatin. Eccleſiam, tunc vacantem duximus transferendum, paſtoris regimine deſtituta. Nos volentes eidem Alben. Eccleſiæ paterna ſollicitudine præcavere, ne dicta Alben. Eccleſia diſpendia prolixæ vacationis incurreret, cum nullus præter nos hac vice de ipſius Alben. Eccleſiæ ordinatione ſe intromittere poterit, pro eo quod nos dudum circa promotionis noſtræ principium ad apicem Apoſtolicæ dignitatis proviſiones omnium Eccleſiarum, etiam cathedralium, tunc apud Sedem Apoſtolicam vacantium, & quas per translationem Epiſcoporum vel electorum, quas per nos de ipſis extra Romanam Curiam exiſtentibus, fieri contingeret, vacare contingeret in futurum, diſpoſitioni noſtræ & Sedis ejuſdem duximus ſpecialiter reſervandas, decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, poſt deliberationem, quam cum Fratribus noſtris ad deputandum eidem Eccleſiæ Alben. perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis in ſuis valeret juribus adaugeri, ac etiam defenſari, habuimus diligentem, ad te Ordinis Fratrum Minorum, Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, in ſacerdotio conſtitutum, cui de litterarum ſcientia, vitæ munditia, honeſtate morum & vitæ, & aliis virtutum meritis fide digna teſtimonia ſuffragantur, direximus aciem noſtræ mentis.

Electiones Epiſ. Papa reſervatæ.

Perſona idonea promovenda.

Eligitur frater Guillelmus. §. III. Quibus omnibus diligenti meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus, ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum Fratrum conſilio, eidem Alben. Eccleſiæ providemus, teque ipſi Alben. Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, firma ſpe, fiduciaque tenentes, quod, dirigente Domino actus tuos, eadem Alben. Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, & ſalubria, dante Domino, ſuſcipiet incrementa.

Et Eccleſia commendatur. §. IV. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino ſuſcipiens reverenter, te in ipſius Alben. Eccleſiæ ampliandis honoribus, & profectibus procurandis ſic

ſic reddas ſine intermiſſione ſollicitum, gregem Dominicum in illa vigilantiæ tuæ commiſſum, doctrina verbi & operis informando, ut exinde apud remotos & proximos tua fama clareat per effectum; & in delectationem nobis veniat te opportuno tempore gratioſe proſequi, ac tuis deſideriis favorem benevolum impertiri.

Datum Avenione v. Idus Februarii anno v.

XCVII.

Deputantur Conſervatores Monaſterii ſanctæ Claræ Neapolitani. Ibid. epiſt. 425.

Venerabilibus fratribus Neapolitan. ac Capuan. & Salernitan. Archiepiſcopis.

§. I. Etſi quibuslibet religioſis perſonis, & locis Eccleſiaſticis ex injunctæ nobis ſervitutis officio aſſiſtere defenſionis præſidio teneamur, illis tamen ſpecialius & efficacius adeſſe Nos convenit, quæ non habent præter Romanum Pontificem alium defenſorem.

§. II. Cum itaque, ſicut ex parte dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſancti Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ conqueſtione percepimus, nonnulli Archiepiſcopi, & Epiſcopi, Abbates, Priores & alii Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ tam religioſæ, quam ſeculares, necnon Comites, Barones, Nobiles, Milites, Univerſitates & alii ſeculares Civitatum, & Diœceſum, ac partium vicinarum, in quibus dictum Monaſterium conſiſtere dignoſcitur, occuparunt, & occupari fecerunt Grangias, obedientias, Caſtra, Caſalia, terras, vineas, poſſeſſiones, redditus & proventus, juriſdictiones, & jura, & nonnulla alia bona mobilia & immobilia ad dictum Monaſterium ſpectantia, ſeu eadem detinentibus præſtant auxilium & favorem, & nonnulli Civitatum & Diœceſum, ac partium prædictarum, qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, dictis Abbatiſſæ & Conventui in Grangiis, Caſtris, Caſalibus, Terris, juriſdictionibus, juribus, bonis & rebus aliis ad dictum Monaſterium ſpectantibus, moleſtias multiplices & injurias inferunt & jacturas. Monaſterium côqueritur apud Apoſtol. Sedem.

§. III. Quare dicta Abbatiſſa & Conventus nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum valde difficile reddatur eiſdem pro ſingulis querelis ad Apoſtolicam Sedem habere recurſum, providere eis ſuper hoc paterna diligentia curaremus.

§. IV. Nos igitur adverſus occupatores, detentores, præſumptores, moleſtatores & injuriatores hujuſmodi illo volentes eis remedio ſubvenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, & aliis committendi ſimilia aditus præcludatur, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos vel unus, aut duo veſtrum per vos vel alium, ſeu alios etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis conſervatores & Judices, eiſdem Abbatiſſæ & conventui efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permittatis eas ſuper his & quibuslibet aliis bonis & juribus ad ipſas ſpectantibus, a præfatis vel a quibuſcumque aliis indebite moleſtari, vel eiſdem gravamina ſeu damna, vel moleſtias, ac injurias irrogari, facturi eiſdem Abbatiſſæ, & Conventui, cum ab iis vel procuratoribus earum fueritis requiſiti, de prædictis & aliis perſonis quibuslibet ſuper reſtitutione Grangiarum, Caſtrorum, Caſalium, terrarum, poſſeſſionum, juriſdictionum, jurium & bonorum mobilium, & immobilium, Inſtituuntur Judices contra moleſtos.

lium, reddituum quoque, & proventuum, & aliorum quorumcumque bonorum, necnon & quibuslibet moleſtiis, violentiis, injuriis, atque damnis præſentibus, & futuris in illis videlicet, quæ judicialem requirunt indaginem ſummarie & de plano ſine ſtrepitu & figura judicii, in aliis vero prout qualitas ipſorum exegerit, juſtitiæ complementum, occupatores ſeu detentores, moleſtatores, præſumptores & injuriatores hujuſmodi, necnon contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, ordinis vel conditionis fuerint, etiamſi Pontificali præfulgeant dignitate, quandocumque & quotieſcumque expedierit, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII., &c.

Conceditur eis ampla facultas.

§. V. Ceterum volumus & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet veſtrum proſequi valeat articulum, etiam per alium inchoatum, quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus: quodque a data præſentium ſit vobis & unicuique veſtrum in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis cœptis, & non cœptis, præſentibus & futuris perpetuata poteſtas, & juriſdictio attributa, ut eo vigore, eaque firmitate poſſitis in præmiſſis omnibus cœptis & non cœptis, præſentibus & futuris, & pro prædictis procedere, ac ſi prædicta omnia & ſingula coram vobis cœpta fuiſſent, & juriſdictio veſtra & cujuslibet veſtrum in prædictis omnibus & ſingulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitiſſet, conſtitutione prædicta ſuper conſervatoribus, & qualibet alia in contrarium edita non obſtante.

Datum Avenione XIV. Kalend. Martii anno V.

XCVIII.

Interdicit omnibus externis incolatum intra ſepta Monaſterii Sororum aut Fratrum. Ibid. epiſt. 424.

Dilectis in Chriſto filiabus, Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii Sororum incluſarum ſancti Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ.

Eximiæ devotionis ſinceritas, quam cariſſima in Chriſto filia noſtra Sanctia, Regina Siciliæ Illuſtris, ad nos & Apoſtolicam Sedem gerit, ſic eam per ſublimia merita noſtris, & ejuſdem Sedis conſpectibus dignam reddunt, ut petitionibus ſuis quantum cum Deo poſſumus, favorabiliter annuamus. Ipſius itaque Reginæ ſupplicationibus inclinati, illamque vobis intendentes gratiam liberaliter impertiri, per quam, ſicut pie cupitis, ſublatis impedimentis quibuslibet, poſſitis eo devotius, quo quietius ſub regularis obedientiæ debito virtutum Domino famulari, ut nulli perſonæ, quibuſcumque ſtatu, ſeu præeminentia fulgeat, vel cujuſvis etiam dignitatis, & conditionis exiſtat, intra ſepta Monaſterii veſtri, cujus ipſa Regina fundatrix exiſtit, ſeu ejuſdem Monaſterii & Fratrum Minorum locum, qui pro veſtra & ipſius Monaſterii gubernatione commorantur ibidem, liceat impoſterum habitare, neque domum ſive quamlibet aliam manſionem inibi facere, ſeu etiam conſtruere cauſa morandi, vobis auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione VI. Kalend. Martii anno V.

XCIX.

XCIX.

Confirmantur donationes & ordinationes Sanctiæ Reginæ factæ Monaſterio Clariſſarum Neapolitano. Ibid. epiſt. 427.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Sororibus Monaſterii ſancti Corporis Chriſti Neapolitan. Ordinis ſanctæ Claræ tam præſentibus quam futuris.

§. I. Speciosus forma, &c. ut ſupra VIII. Kalend. Octobr. anno V. uſque ad *valeant introire*. Sane cariſſima in Chriſto filia noſtra Sanctia, Regina Siciliæ Illuſtris, omnipotenti Deo piæ mentis offerre cupiens gratiſſimum holocauſtum, ob ipſius reverentiam, & glorioſiſſimæ beatæ Mariæ Virginis matris ejus in civitate Neapolitana Monaſterium veſtrum Ordinis ſanctæ Claræ, quod *ſancti Corporis Chriſti* eſt vocabulo inſignitum, & in quo virgineus chorus Sororum dicti Ordinis in copioſo numero gratum præbet altiſſimo famulatum, pia devotione conſtruxit, & ei competentes dotes etiam aſſignavit, & ampliores dotes ad plenam ſufficientiam earumdem Sororum, & certi numeri Fratrum Ordinis Minorum, per quod ad præſens ibidem in divinis officiis deſervitur, & deſervietur impoſterum, diſpoſuit aſſignare, cariſſimi in Chriſto filii noſtri Roberti Regis Siciliæ illuſtris, viri ſui, in conſtructione & dotatione hujuſmodi expreſſo accedente conſenſu, & ut in dicto Monaſterio perpetuis futuris temporibus religio vigeat Deo grata, eadem Regina quamdam piam & providam ordinationem, de ejuſdem Regis conſenſu, feciſſe noſcitur, in dicto Monaſterio perpetuo obſervandam, prout præmiſſa omnia & ſingula in inſtrumento publico inde confecto, ſigillo dictorum Regis & Reginæ munito, cujus tenorem inſpici & examinari fecimus, diligenter de verbo ad verbum, & præſentibus inſeri fecimus, plenius continetur. *Sancia Regina Monaſterium dicat.*

§. II. Nos igitur ejuſdem Reginæ ſupplicationibus inclinati, quæ ſuper conſtructione, dotatione & ordinatione prædictis facta ſunt, rata habentes & grata, illa auctoritate Apoſtolica, ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Tenor autem dicti inſtrumenti per omnia talis eſt. *Apoſtolica confirmatio donationis.*

In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno Nativitatis ejuſdem MCCCXXI. *die penultimo Januarii*, IV. *Indictionis, Maſſiliæ, regnante Domino noſtro Roberto, Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Rege, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Provinciæ & Forcalquerii, ac Pedemontis Comite, regnorum vero ejus anno duodecimo, in præſentia Domini Regis ejuſdem, & Venerabilium Patrum Ingerami Archiepiſcopi Capuani, fratris Guillelmi Epiſcopi Puteolani, fratris Petri de Narnia Ordinis Eremitarum ſacræ paginæ Magiſtri, Laurentii Aconzaiozi de Ravillo, Domini Papæ Capellani, Bonifacii de Fara magnæ regiæ curiæ magiſtri rationalis, & Antonii Marmorarii de Neapoli, publici in regno Siciliæ, & Provinciæ, ac Forcalquerii comitatibus regia auctoritate Notarii. Nos Sancia Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Regina, ad honorem & gloriam omnipotentis Dei, & glorioſiſſimæ Virginis matris ejus, oblationem, & donationem, ſicut poſſumus, efficacius & ſolemnius ſubſequentes facimus cum devotionis ſpiritu, præfatione præmiſſa, in ſerie ſubintexta, quod in retributionis divinæ rependium ex imperfectione ſui purificare nequit conditionis humanæ fragilitas, ſupernæ operationis ſuffragium, ſine quo validum ni-* *Et Inſtrumentũ.*

nihil conſiſtit, auxilianter promoveat, quantumque mortalibus ex alto permittitur efficacia maternæ devotionis adimplet. In examine itaque rectæ conſiderationis adductis largifluis donis, & gratiis a divina clementia nobis benigne conceſſis, ſpiritu augimur, mente conſtringimur, & piæ devotionis affectu pariter excitamur, altiori clementiæ debitum reddere, non quod exigit ratio debiti, ſed quod miniſtrat nunc apta poſſibilitas compenſare. Eapropter ad honorem & reverentiam Dei, & glorioſæ Virginis matris ejus, pro remiſſione noſtrorum peccaminum, & ſereniſſimi Principis Domini Regis præfati, cariſſimi viri noſtri, & parentum ſuorum, noſtrorumque pariter viventium & defunctorum, Monaſterium in civitate Neapolis, in loco qui dicitur extra hortos, *pia fecimus intentione fundari, quod* ſancti Corporis Chriſti *vocabulo providimus nuncupandum, ubi Sorores Ordinis ſanctæ Claræ, & Fratres Ordinis Minorum ordinavimus collocari. Sit quidem quod Abbatiſſæ & Sorores locatæ jam inibi, & etiam collocandæ regulentur & vivant ſecundum regulam datam Sororibus Ordinis ſancti Damiani a Domino Innocentio * Papa IV. quibus Abbatiſſæ, & Sororibus præſentibus & futuris, & per eas Monaſterio memorato offerimus, concedimus, donamus & tradimus omnes domos & Eccleſiam ædificatas per nos in civitate Neapolis in loco prædicto extra hortos ſubſcriptis finibus deſignatas, cum officinis, hortis, juribus & pertinentiis ſuis, & pro victu ac neceſſariis aliis dictarum Sororum, & Fratrum in caſu quo in eodem Monaſterio centum Sorores, & viginti Fratres eſſe contigerit, afferre, concedere & donare permittimus annuas uncias auri quadringentas in bonis ſtabilibus, & Burgenſaticis, quæ ſint in civitate prædicta, vel circiter prope ad ſexdecim milliaria ſituata, emendis quidem de juribus & redditibus certarum terrarum noſtrarum, quas in regno noſtro habemus, tenemus & poſſidemus, juxta tenorem regalium privilegiorum nobis proinde conceſſorum. In præſentiarum autem pro quinquaginta Sororibus, computatis octo ſervitricibus in numero earumdem, & pro decem Fratribus prædicti Ordinis Minorum eidem Monaſterio annuas uncias ducentas aſſignamus, quas in ſumma prædictarum quadringentarum unciarum nolumus computari, ſed volumus, quod quidquid emimus, vel alias ememus, donavimus, vel donabimus ipſi Monaſterio, vel per alium, ſeu alios oblatum, datum, donatum ſeu conceſſum extiterit, non computetur in ſumma ipſius valoris annui unciarum auri quadringentarum, ſed eiſdem bonis, emptis, donatis, oblatis, datis, atque conceſſis & impoſterum alias dandis ejuſdem Monaſterii cedentibus commodo & augmento idem annuus valor ſeu redditus unciarum quadringentarum, nihilominus in ſua integritate remaneat, nec in aliquo propterea minuatur, juxta conceſſionem regiam inde factam, prout in privilegio regio inde ſumpto apertius deducitur, & divina gratia favente, creſcentibus quantumcumque redditibus dicti Monaſterii, ſive ex dono noſtro vel aliorum, aut alias quoquo modo, creſcat pro rata dictarum unciarum ducentarum in dicto Monaſterio numerus perſonarum ipſarum, ut pro ſingulis ducentis unciis annuis eſſe debeant ibidem ſingulæ quinquaginta Sorores & decem Fratres. Ea propter pro dicta annua ſumma unciarum ducentarum, vel parte ipſarum, quantum redditus earumdem aſcendent, offerimus, concedimus, donamus & tradimus eidem Monaſterio infraſcriptas terras, arbuſta, domos & hortos, libera quidem & abſoluta ab omni onere perſonalis & realis ſervitii. Cenſus quoque, redditus vel affictos, inveſtientes per anulum noſtrum Venerabilem Patrem fratrem Guillelmum Puteolanum Epiſcopum hic præſentem, nomine ejuſdem Monaſterii de domibus Eccleſiæ, officinis, terris, arbuſtis, hortiſque prædictis, juribus etiam & pertinentiis ſuis omnibus, ac conſtituentes*

nos

* Forte Urbano.

nos ipſas ex nunc nomine ipſorum Monaſterii & Abbatiſſæ poſſidere, nec non alias annuas uncias auri centum percipiendas ſuper juribus funditi, & Dobanæ ac Tintoriæ Neapolis, juxta conceſſionem & proviſionem factam ſuper eiſdem juribus, propterea per præfatum reverendum & Dominum virum noſtrum. Ipſa vero proviſione regia dictarum unciarum centum ceſſante in totum, vel in parte, ex nunc promittimus eidem Monaſterio tantumdem in bonis ſtabilibus burgenſaticis aſſignare, & taliter, quod ipſe redditus unciarum ducentarum nou inveniatur ullo tempore in aliquo diminutus, ſubſcriptis conditionibus, & ordinationibus in præſenti oblatione, & donatione ſub ſpe quidem obtinendæ in his confirmationis Apoſtolicæ a ſanctiſſimo in Chriſto patre, & Domino noſtro Joanne Papa XXII. ſtatim actu continuo appoſitis & ſubnexis. Primo quidem quod non liceat Abbatiſſæ præfatæ, vel futuris aliis Abbatiſſis, quæ pro tempore præerunt Monaſterio memorato, prædictas domos, Eccleſiam, officinas, hortos & terras, vel earum aliquam, vel illas etiam quas eidem Monaſterio donavimus, & quas prædictus Dominus Vir noſter, ſeu alii, divina gratia concedente, donabunt eidem, vel quocumque modo, ſeu titulo terræ ac bona hujuſmodi pro ipſo Monaſterio acquirentur, vendere, permutare, donare, in emphiteuſim locare, vel ad certum tempus concedere, ſeu alias aut uſufructum earum per quamcumque alienationis ſpeciem in alium transferre. Secundo quod mulieres, quæ recipientur in Sorores & Moniales dicti Monaſterii ac Ordinis, ſint ætatis duodecim annorum, vel ultra, & vitæ laudabilis, & honeſtæ converſationis, ac opinionis electæ, & tales, quæ ex puro mentis affectu, & devotione ſincera, de quo appareant inditia manifeſta, Monaſterium ipſum intrent; quo caſu concurrentibus cauſis prædictis, non quidem favore, nec potentia divitiarum, vel generis, aut alio ſimulato colore, de quo conſcientiam Guardiani, Abbatiſſæ & ſex Sororum diſcretarum eligendarum, ut ſubſcribitur, per Conventum dicti Monaſterii, vel majorem partem ipſius, & majoris partis earum, quæ in electione Abbatiſſæ vocem habuerint, volumus onerare, recipiatur in Monialem dicti Manaſterii, niſi adeo eſſet impotens, vel inhabilis ratione ætatis, complexionis, vel alterius impotentiæ corporalis, quod non poſſet onera & ſervitia dicti Monaſterii ſuſtinere. Si vero aliquæ Mulieres infra ætatem annorum duodecim conſtitutæ, cum Sororibus dicti Monaſterii voluerint converſari & vivere inter eas, cauſa recipiendi habitum earumdem, ac ut ætate adveniente legitima, Sorores fiant & Moniales Monaſterii ſupradicti recipiantur, & converſentur inter eas, uſque ad dictam ætatem, ante quam ætatem eis vivendi, ſeu in dicta religione manendi, nulla neceſſitas regularis obſervantiæ imponatur. Præterea ordinamus, & volumus, quod in receptione puellarum ſeu Monialium, nulla res petatur, nec recipiatur ex pacto ab aliqua, vel parentibus ſuis temporalibus, ſed pura intentio, & excluſa penitus omni pravitate ſimoniaca, liberaliter recipiatur in ipſo Monaſterio dedicanda obſequio Creatoris, ſi tamen voluntarie, non quidem inductæ alia ſuaſione, vel modo, ipſæ puellæ, vel Sorores, ſeu alius aut alii pro eis gratis dare, concedere, vel offerre voluerint, recipi libere poſſit, & haberi valeat, convertendum in communem utilitatem Monaſterii ſupradicti. Et ſi proceſſu temporis poſt introitum puellarum, ſeu Monialium prædictarum parentes forte, conſanguinei, vel alii ipſis Sororibus, vel alicui earum aliquid extraordinarie caritative donaverint cum conſcientia Abbatiſſæ, Gaardiani, qui pro tempore fuerint, & prædictarum ſex diſcretarum Sororum, illud quodcumque ſit, convertatur in neceſſitates Conventus ejuſdem communiter, nulla ſpecialitate ſervata, ita quod omnes pariter perciperent de eodem, & nulla ex eis habere poſſit aliquid

ſpeciale, etiamſi aliquid ſpecialiter donatum, conceſſum aut eleemoſynaliter relictum, vel exemptionaliter ſibi miſſum de foris fuerit, ſed omnia habeant & poſſideant in communi, & continue deputentur Sorores duæ, quæ res ipſas datas, & donatas, relictas, & miſſas, ut prætangitur, recipere debeant, & de ipſis quidem in modica quantitate pro ipſarum Sororum, vel alterius earum uſu comeſtibili, vel potabili miſſæ fuerint, teneantur ipſæ duæ Sorores antequam receperint, conſcientiam facere Abbatiſſæ, ut de ipſius licentia recipiantur hujuſmodi res diſtribuendæ, & convertendæ ſecundum prudentiam & voluntatem ipſius. Ceteras vero res cujuſcumque ſpeciei fuerint, non tamen eſibiles, vel potabiles, ipſæ duæ Sorores ad oculum monſtrare debeant eidem Abbatiſſæ, & ſex diſcretis, converſuris & diſtributuris illas inter omnes, ſicut prætangitur, cum conſcientia earumdem, nec aliqua Soror det extra Monaſterium, nec recipiat aliquid ſine hujuſmodi licentia Abbatiſſæ. Nullam quoque extra Monaſterium litteram mittat, vel memoriale aliquod recipiat, nec legat, nec ſcribat, nec ſcribere addiſcat, nec ſigillum proprium, vel annulum ſculptum, aut cœlatum habeat, niſi primo illam litteram, vel memoriale Abbatiſſa & Guardianus viderint, & legerint. Et cum ipſi regno Siciliæ, divina permittente clementia, præſideamus, ex quo habentes ſpecialem affectionem ad ipſum, velimus quod ſingulæ provinciæ, & regiones illius bono dicti Monaſterii potiantur. Volumus quod de omnibus provinciis ipſius regni, excepta civitate Neapolis, quatuor partes in Sorores, & Moniales recipiantur, de cetero de totali numero earumdem, & cum ad ipſam civitatem Neapolis tum conſideratione ipſius Monaſterii, quod in eadem Civitate fundavimus, tum quia inter omnes ipſius regni nobiliorem, & præcipuam reputamus, ac aliis quam pluribus probabilibus cauſis nobis ipſam reddentibus præ ceteris cariorem, affectum ſincerum probabiliter habeamus, volumus quod Civitas ipſa ſpeciali prærogativa lætetur, ita quod ſolum de corpore civitatis ejuſdem pars quinta totius prædicti numeri recipiatur in Monaſterio ſupradicto, utpote de quinquaginta decem, & creſcente numero, ipſa quinta pars proportionabiliter augeatur. Quod ſi aliquis alius non oriundus de regno ex devotione, quam ſpecialiter haberet ad ipſum Monaſterium, filiam, neptem, aut alio gradu ſibi legitime attinentem, minorem annis duodecim ponere deſiderabit ibidem vel ipſa mulier conſtituta in ætate annorum duodecim, ſeu ultra ex devotione ſola, aliiſque prænarratis bonæ opinionis inditiis, quæ in tali ætate exigi debeant, aſpirabit ingredi Monaſterium prælibatum, tunc ipſa talis inibi pro Sorore recipi debeat, ſic tamen, quod in pauco numero iſtud fiat. Servitrices vero, quæ ſub clauſura perpetua recipientur, intus ad obſequium Monialium ſeu Sororum, ſint mulieres honeſtæ, probatæ vitæ, ac opinionis electæ, & tales, quæ ex devotione veniant ad obſequium ſupradictum, ſintque ætatis annorum decem & octo, vel ſupra, dum tamen ad onera ſervitiorum hujuſmodi ſint potentes, quibus per Conventum debeat provideri, ſicut ceteris Sororibus erit proviſum, de veſtibus & aliis neceſſariis quibuſcumque; numquam tamen portent velum nigrum, nec vocem in electione habeant activam nec paſſivam, & faciant omnia officia domeſtica dicti Monaſterii, adjunctis eis aliis Sororibus communiter per vices ſuas, ita quod inter eas nulla ſit prærogativa vel exceptio perſonarum; & nunc in numero quinquaginta Sororum ſervitrices octo deputentur, & ipſo quinquagenario uſque ad centenarium numerum, gratia divina creſcente, addantur duæ aliæ ſervitrices, ita quod ſingulis centum Sororibus ſint inter omnes decem ſervitrices, & non plures. Nulla inſuper tam de Monialibus & Sororibus, quam de ſervitricibus ipſis in eodem Monaſterio recipi debeat, quæ non fuerit de le-

legitimo thoro nata. Ad vitandum quoque inſidias & tentationes humani generis inimici, ne ipſas Sorores, & Moniales dormientes inveniat, vel aliquatenus otioſas, ordinamus, ac efficaciter ſuademus, quod continue quando poſſunt, divinis orationibus occupentur. Illis vero horis, quibus non oraverint, de mandato Abbatiſſæ, & Magiſtræ operis ad hæc ſpecialiter deputandæ, laborent, & filent ſecundum quod ſciverint, ſeipſas in hujuſmodi laboribus manuum occupantes, & quæ operari neſciverint, per alias inſtruantur, & ſi opus quod fecerint, ſeu laboraverint, utile ſeu neceſſarium fuerit pro Eccleſia ſeu Monaſterio ſupradicto, inibi convertatur, aliud vero in præſentia, & cum notitia dictæ Magiſtræ aſſignetur dictæ Abbatiſſæ, & pretium inde proveniens in communi proficiat deputandum in neceſſitates, & commoditates omnium & ſingularum communiter cum conſcientia prædictarum Abbatiſſæ, Guardiani & ſex diſcretarum. Et ut noviciæ melius valeant informari, volumus, quod per Abbatiſſam eis aſſignetur alia Magiſtra religioſa docta, & circumſpecta, quæ eas informet circa obſervantiam regularem, ipſaſque doceat, quæ ad addiſcendam videbantur habiles, horis congruis legere, & cantare. Præterea ad victum & veſtitum pro ipſis quinquaginta Sororibus, decem Fratribus, & aliis decem perſonis ad obſequium ejuſdem Monaſterii deputandis, reſpectum habentes, hunc modum indeficienter volumus obſervari, & ipſarum creſcente numero pro rata creſcat, & obſervetur ordinatio ſubexpreſſa, videlicet quod de prædictis ducentis unciis annuis omnes prædictæ Sorores numero quinquaginta, & Fratres decem habeant anno quolibet pro indumentis, nec non ligaturis capitis, & flamineis pro dictis Sororibus, & calceamentis etiam earumdem, & Fratrum & aliis neceſſariis privatis ipſorum, uncias ſexaginta, de quibus ematur pannus uniformis unius ſpeciei, & unius per omnia qualitatis, & induantur hoc modo. Uno quidem anno in feſto Nativitatis Domini fiat omnibus Sororibus & Fratribus habitus, & una tunica, & alio habitus & mantellus, ita quod tunicæ & mantelli diverſificentur de anno in annum, habitus vero quolibet anno fiat, exceptis illis veſtibus, cum quibus ipſæ Sorores fuerint conſecratæ, quas ultra prædiſtinctas alias eis liceat retinere. Intellecto quod ſi aliqua ipſarum Sororum in anno, quo habitum & tunicam habitura fuerit, ut præfertur, de panno pro ipſa tunica deputato, forraturam fieri facere voluerit in mantello, liceat dictæ Abbatiſſæ hoc illi concedere cum conſcientia ſex diſcretarum ipſarum. Nulla inſuper Soror habere, nec deferre debeat ſcapulare, & ſi quid de prædictis ſexaginta unciis ſuperfuerit, vel quod pannus & alia prænarrata tanti pretii non fuerint, vel quod tanto ex illis non indiguerint, vel alio quoquo modo, illud ſuperfluum in utilitatem dicti Monaſterii convertatur juxta arbitrium & electionem Abbatiſſæ, Guardiani, & ſex diſcretarum earum, quodque ad opus perſonæ ſuæ quælibet ipſarum Sororum non amplius tenere & habere valeat, quam duos habitus, duos mantellos, & quatuor tunicas albas flamineas, quatuorque flamineæ renoventur ſecundum diſcretionem Abbatiſſæ, & ſex Sororum ipſarum. Idem quoque fiat de aliis minutis opportunis. Jejunent Sorores a feſto omnium Sanctorum uſque ad Nativitatem Domini, & hoc in cibo quadrageſimali, ſcilicet non utendo ovis, nec lacticiniis. Quæ autem voluerint jejunare a feſto Epiphaniæ, uſque ad continuos quadraginta dies, quam quidem quadrageſimam Dominus noſter Jeſus-Chriſtus ſuo ſacro jejunio conſecravit, ſint benedictæ a Deo. Quæ autem noluerint, non ſint adſtrictæ, ſed aliam uſque ad reſurrectionem Domini jejunent. Aliis autem temporibus non teneantur niſi ſexta feria, & diebus ab Eccleſia inſtitutis generaliter jejunare, quæ quidem jejunia ſemper faciant in qua-

quadrageſimali tibo. Tempore vero manifeſtæ neteſſitatis non teneantur Sorores jejunio temporali, unde a ſupradicta lege abſtinentiæ juvenculæ uſque ad quartum decimum annum, & infirmæ penitus ſint exceptæ. Excipiantur etiam illæ Sorores, eum quibus propter nimiam ſenectutem, vel aliam debilitatem corporalem Abbatiſſa, & Guardianus viderint diſpenſandum. Ita pro pitantia qualibet hebdomada uno die in prandio tantum medietas prædicti Conventus habebit de uno potagio, & carnibus uno modo, & alia die ejuſdem ſeptimanæ reliqua medietas hujuſmodi pitantia in loco foreſtariæ potietur, obſervando ſemper ſilentium in menſa & legendo, & in fine gratias agendo, ſicut in refectorio tontinue referunt: aliis vero diebus, quibus eſas carnium eſt conceſſus, excepto tantum die mercurii, utantur in prandio uno potagio condito carnibus ſive lardo. Ab ætate vero duodecim annorum, uſque ad quintum detimum annum ætatis ſuæ ter tantam poſſint veſci in qualibet hebdomoda hujuſmodi carnibus, non ad ſatasitatem, ſed ad ſobrietatem potius, ita ut nullus notari valeat vel committi exceſſus. Poſt ipſum vero quintum detimam annum obſervetur inter omnes æqualitas, ſicut inter majores ætate ſuperius deſignatur. Item de ſumma prædictarum unciarum ducentarum pro infirmaria ad opus Sororum & Fratrum annuas uncias auri duodecim deputamus. Reliquam vero, quod de ipſis ducentis unciis ſupereſt, deductis pro indumentis ſtamineis, ligaturis, & calceamentis & aliis opportunis privatis ipſis unciis ſexaginta, & pro infirmaria unciis duodecim, convertatur in alimoniam, & ſuſtentationem ipſarum Sororum & Fratrum, quibus utantur ſobrie, non prodigaliter abutantur. Ita ut ſicut contigerit ipſarum Sororum numerum adaugeri, ſic pro ipſa infirmaria pro rata talis pecuniæ quantitas augeatur, ut pro ſingulis quinquaginta Sororibus deputentur ſingulæ annuæ unciæ duodecim, de qaibus ſi quid ſuperfuerit, illud tale cum conſcientia prædictoram Guardiani & Abbatiſſæ, & ſex diſcretarum, in utilitatem ejuſdem Monaſterii convertatur. Sileant Sorores ſemper in choro, dum ibi cantatur, vel legitur, ſemper in refectorio, dum ibi ordinate comeditur, utpote in prima, vel in ſetunda menſa, & tempore tollationis in diebus, quibus jejunatur. Iterum poſt completorium dictum in choro, elapſo aliquo ſpatio temporis ab Abbatiſſa provide aſſignato, pulſetur una campanella, & ex tunc ſileatur ubique in toto Monaſterio uſque poſt pretioſa dictum in prima conventus, a feſto etiam Paſchæ uſque ad feſtum Exaltationis ſanctæ Crutis ſtatim poſt ſecundam menſam, Soror quæ legit in prima menſa pulſet campanellam refectorii, & ex tunc ſileatur ubique in toto Monaſterio uſque ad Nonam. Aliis autem horis Sorores uti poſſint verbis decentibus & honeſtis, de licentia Abbatiſſæ, quæ Abbatiſſa diligenter provideat ubi, quando, & quibus licentiam dederit colloquendi. Tempore vero divini officii telebrandi Abbatiſſa non licentiet aliquam ſine manifeſta neceſſitate, vel evidenti utilitate. Et quia diffieile eſt in ſingulis caſibus totum Conventum pro incumbentibus negotiis congregari, ſex Sorores diſcretæ, ut ſupra tangitur, per totum ipſum Conventum vel majorem partem prædictam eligantur, quarum conſilio Abbatiſſa & Guardianus prædicti agant, & gerant negotia Monaſterii ſupradicti, & inſtituant officiales neceſſarias intus in Monaſterio antedicto. Quæ quidem officiales ſtatim quod Guardiano, Abbatiſſæ, & ſex diſcretis, eiſdem inſufficientes apparuerint, per eos ab officiis ſuis amoveri debeant, & in locum earum aliæ ſubrogari. In receptione vero Monialium & Sororum, & aliis ponderoſis negotiis, & ubicumque expediens fuerit, Abbatiſſa, Guardianus & ipſæ ſex diſcretæ, & omnes aliæ vel major pars earum, quæ in electione votem habent, in-

inſimul congregentur, & cum ipſarum vel majoris partis ejuſdem notitia, & conſenſu ad præmiſſa cautius procedatur. Et ne unitas pacis mutuæ, & ſpiritualis concordiæ nutriendæ in Monaſterio ipſo propter partialitatem, conſanguinitatem, vel privatum affectum alicujus ex eiſdem Sororibus valeat impediri, caveant prædicti Guardianus, Abbatiſſa & ſex diſcretæ, & omnes, quibus incumbit, ut nulla mulier, quæ in ipſo Monaſterio Sororem in primo gradu ſibi attinentem habuerit, recipiatur ibidem in Sororem, niſi ejus receptionem tam propter devotionem & ſinceritatem ipſius, quam propter magnum bonum dicti Monaſterii manifeſta ratio ſuaderet. Hoc etiam obſervando pro præſenti tempore, & in antea pro futuro de Abbatiſſis, Guardiano, ipſis ſex diſcretis Sororibus, & duabus procuratricibus præſentibus, ſcilicet in dicto Monaſterio & in antea ſucceſſive futuris, ut videlicet quælibet Abbatiſſa in fine cujuslibet triennii, toti prædicto Conventui intercluſis ſex diſcretis eiſdem, hujuſmodi ſuo cedat officio, & ſi prædictis non videatur expediens, quod a ſuo abſolvatur officia, remanere debeat ſicut prius, ſi autem videatur eis quod amoveri debeat, ſtatim ſignificetur Miniſtro Generali, vel Provinciali terræ laboris, qui ſcilicet Generalis, vel Provincialis ſtatim, juxta votum Guardiani, & ſex diſcretarum ac majoris partis earum, vocem in electione habentium, debeat eam a ſuo officio amovere, & donec alia ſubrogabitur Abbatiſſa, provideant ſtatim ipſi Guardianus, ſex diſcretæ & major pars prædicta de ſufficienti Vicaria profeſſa dictum Ordinem, & quod ſaltem triennio in dicto Ordine fuerit, quæ habeat illam poteſtatem, quam habuit ipſa Abbatiſſa revocata, ut præfertur. Idem autem dicimus quandocumque prædicta Abbatiſſa inſufficiens videretur vel etiam moreretur, quo utroque caſu ſtatim Conventus ipſe Abbatiſſam aliam eligat, quæ ad minus fuerit in Ordine ipſo per annos decem a tempore ſuæ profeſſionis numerandos. In cujus electione nulla Soror de dicto Conventu infra ætatem decem & octo annorum conſtituta, & quæ non fuerit in dicto Ordine annis quinque, vocem habere debeat, neque poſſit, & ſervetur per omnia modus, qui in electione Provincialium Miniſtrorum Fratrum Minorum ſolitus eſt ſervari. Sex autem diſcretæ & duæ procuratrices manebunt in ſuis officiis, ſecundum quod Guardiano, Abbatiſſæ & majori parti ſupradictis viſum fuerit opportunum. Quæ ſex diſcretæ & Procuratrices anno quolibet petent a ſuis officiis amoveri, quarum petitio admittatur, ſi Abbatiſſæ, Guardiano & majori parti prædictis videbitur expedire. Sin autem, pro ſequenti anno in hujuſmodi officiis confirmabant eaſdem. Guardianus inſuper, tempore generalis capituli Fratrum Minorum, renunciare debeat ipſi officio, de cujus renunciatione duo Fratres ipſius Monaſterii, qui mittentur ad dictum capitulum, portabunt litteram ſuam, & aliam ipſarum Abbatiſſæ, & ſex diſcretarum, & Conventus, aliorumque Fratrum ipſius Monaſterii teſtimonialem de bona vel mala adminiſtratione Guardiani prædicti, qui in officio ipſo tamdiu remaneat, donec ei miſſæ fuerint per dictum Generalem de obedientia vel abſolutione litteræ opportunæ, & in caſu abſolutionis ipſius ad omnem partialitatem, & privatam affectionem de dicto Monaſterio perpetuo abolendam, ordinamus quod ille qui ſubſtituetur non ſit de regno, ſed extra de aliis quibuſcumque partibus oriundus, ad hoc ut nulla linea parentelæ, vel ſpecialis amicitia, ſeu alius privatus affectus animum ejus a bono, & conſtanti regimine valeat removere, & quod ſemper in generali capitulo cum conſenſu & conſilio omnium, de Guardiano provideatur, qui ſit religioſus, & zelator ordinatiſſimus regularium, litteratus, providus & circumſpectus ac expertus nihilominus in adminiſtratione temporalium, tui om-

omnes tam Fratres, quam Sorores in dicto Monaſterio exiſtentes, teneantur in omnibus obedire, & qui poſſit amoveri per Miniſtrum Terræ laboris; de conſilio tamen & aſſenſu Cuſtodum omnium, vel majoris partis, & aliquorum diſcretorum ejuſdem Provinciæ, quandocumque ſibi expediens videbitur, juxtu ea, quæ per viſitationem ipſius Monaſterii contra ipſum contigerit inveniri. Miniſter autem prædictus ipſum non amoveat ſine cauſa multum urgente, & rationabili, ſuper qua teneatur in Generali Capitulo reddere rationem, in quo caſu dictus Miniſter, de conſilio prædicta ibidem Vicarium inſtituat uſque ad ſequens Capitulum Generale. Statuimus etiam quod inibi ſint duo Procuratores, receptores, & expenſores, homines quidem bonæ converſationis, & vitæ, ætatis annorum quadruginta vel ſupra, non conſangainei, aut affines Abbàtiſſæ, vel Guardiani, qui, & quæ pro tempore fuerint, niſi ſex diſcretis & majori parte prædictis aliud expediens videretur. Qui Procurutores ſingulis tribus menſibus de introitu & exitu computent Abbatiſſæ, Guardiano, & ſex Sororibus antedictis. Et ſi forte introitus ſuperet exitum, illud ſuperans cum conſilio, notitia & conſenſu Guardiani, Abbatiſſæ, & ipſarum ſex Sororum in communem utilitatem ejuſdem Monaſterii convertatur, ubi magis noſcitur indigere. Et ſi forte ſuper hoc non convenirent, ſufficiat conſenſus Abbatiſſæ, & Guardiani cum tribus de ſex Sororibus ſupradictis, & quod tota pecunia ex redditibus dictorum bonorum, & aliorum donandorum, & concedendorum ipſi Monuſterio tam per nos, quam per quuſcumque perſonas, ex ulia quacumque cuuſa, quomodolibet proventura, in una capſa recondatur, in qua ſint tres claves diverſæ, quarum unam Guardianus, aliam Abbatiſſa & reliquum tertiam dictæ ſex Sorores teneant, & conſervent, quæ capſa reponatur, & ſit ibi continue in aliquo loco dormitorii, qui tutus, & magis aptus probabiliter videatur, & cum dicti Procuratores portari fecerint ad ipſum Monaſterium pecuniam de redditibus, & proventibus ſupradictis, vel illa opus habuerint pro expenſis ejuſdem Monaſterii, & Conventus, eam in dicta capſa reponere, & aliunde pro eiſdem expenſis, & aliis neceſſariis ejuſdem Monaſterii recipere debeant per manus prædictarum Abbatiſſæ, & ſex diſcretarum. Nullum autem depoſitum, ſive in auro, argento, lapidibus pretioſis, pecunia, vel aliis quibuſcumque rebus ab aliqua perſona, præterquam a nobis, recipi poſſit in dicto Monaſterio nec teneri. Item ad obſequium dictarum Sororum, & Fratrum & aliarum perſonarum unus medicus quadragenarius, vel quinquagenarius bonæ converſationis, ac vitæ, de conſilio & conſenſu ipſorum Guardiani, Abbatiſſæ & Sororum diſcretarum deputetur, cui, quamdiu in ſervitiis dicti Monaſterii fuerit, annuas uncias auri ſex de gagiis ſtabilimus, percipiendas per eum anno quolibet, in Camera noſtra, donec ultra ſummam dictarum unciarum ducentarum dicto Monaſterio dederimus alia bona ſtabilia burgenſatica, ex quorum redditu ipſæ annuæ unciæ auri ſex percipi valeant & aſſignari pro ſuis gagiis Phyſico memorato, qui ſimiliter pro manſione ſua habere debeat, juxta ipſum Monaſterium domum unam de domibus aliis dicti loci, pro qua ſeu vice cujus, cum in præſenti conſtructa non ſit, volumus provideri ſibi in dicta camera noſtra in pecunia, unde una domus alia competens pro ipſo conduci valeat & haberi. Habeat etiam annis ſingulis tempore meſſium & vindemiarum ad opus ſui victus de frumento tummos triginta, & de vino latino ſalmas quindecim percipiendas per eum a Monaſterio prælibato, & ipſo deficiente, vel aliter excedente, per eaſdem perſonas alius æque idoneus aſſumatur, & talis, qui non ſit Abbatiſſæ, vel Guardiano conſanguineus, vel affinis, niſi ſex diſcretis & majori parti prædictæ aliud expe-

diens

Digitized by Google

diens videretur. Inſuper declaramus, quod cum in ipſo Monaſterio non liceat niſi in Generali capitulo ordinari, vel ſtatui Guardianum, ſicque plerumque poſſit faciliter evenire, quod in loco ipſo, Guardiano mortuo vel abſoluto, Vicarius ordinetur, idem Vicarius in loco ipſius Guardiani abſoluti vel mortui ordinatus, illam per omnia in præmiſſis omnibus, & ſubſcriptis, auctoritatem & poteſtatem habeat, quam Guardianus ipſe haberet, & omnia & ſingula, quæ de Guardiano loquuntur, de tali Vicario intelligantur expreſſa. Si aliqua Soror, permittente Deo, & inſtigante diabolo, peccaverit mortaliter, ita tamen, ut peccatum ſit notorium, ſi fuerit culpa mediocris, correctio ejus & punitio ad Abbatiſſam pertineat, cum conſcientia & notitia Guardiani. Si autem eſſet multum gravis culpa, correctio & punitio pertineat ad Miniſtram Generalem Ordinis Fratrum Minoram, vel ad Provincialem Terræ laboris, Abbatiſſa, Guardianus ordinent, aut Miniſter Generalis, & Provincialis Terræ laboris cum conſortio Generalis vel Provincialis Capituli, quæ culpa mediocris, & quæ multum gravis debeat judicari. Caveant autem Abbatiſſu, quæ pro tempore fuerit in Monaſterio, & prædicti Miniſtri ut taliter ſe habeant in correctione & punitione delinquentium, ne propter ipſorum negligentiam diſciplinu pereat regularis, quod ſi negligentes fuerint, Conventus Sororum teneantur Abbatiſſam accuſare Miniſtro Generali vel Provinciali, & Miniſtrum Provincialem & Generalem capitulo Generali. Et quia pro rebus divinis, & animaram ſalute cunctis mortalibus eſt cura præcipue ſollicitudinis adhibenda, conſulta deliberatione providimus, ut in dicto Monaſterio inſtituantur per Miniſtrum Generalem vel Provincialem Terræ laboris duo Fratres litterati, maturi, honeſti, providi & diſcreti, ætatis quadraginta annorum, vel ultra, qui audiant confeſſiones Sororum tam ſanarum, quam infirmarum, & miniſtrent eis ſacramenta Eccleſiæ, & iſti habeant auctoritatem abſolvendi eaſdem ab omni peccato occulte commiſſo, & injungendi pœnitentias ſalutares, & quælibet ipſaram Sororum & Abbatiſſa prædicta ſimiliter dictis duobus Fratribus per dictum Generalem aut Provincialem Miniſtrum deputatis, quotiens voluerint, & Guardiano Monaſterii ſemel in anno debeant generaliter confiteri, ſuper quibus confeſſionibus & pœnitentiis dicti duo Fratres & eorum quilibet poteſtatem habeant, quam habet Guardianus ſeu Cuſtos in Fratres dicti Ordinis, quibus præſunt, nec poſſint alii hujuſmodi confeſſiones audire, niſi Miniſter Generalis vel Provincialis, ſi voluerint illi confiteri eædem Abbatiſſa & Sorores; & quod dictus Guardianus ordinare teneatur, quod per ſe vel alios Fratres ibidem exiſtentes, vel alios etiam aliorum Conventuum, ſi ad ipſum Monaſterium cauſa prædicandi venire voluerint, omnibus diebus dominicis, feſtis duplicibus & ſemiduplicibus prædictis Sororibas in dicto Monaſterio fiat ſermo; & ad hoc tam ipſe quam Fratres de dicto Monaſterio firmiter teneantur. Inſuper qualibet hebdomada Abbatiſſa capitulum teneat. Singulis diebus dominicis Corpus Domini noſtri recipiant quælibet ipſarum Sororum, & Abbatiſſa ſimiliter, niſi præcedenti die Sabbati, vel ſequenti die lunæ, quo feſtum advenerit, illud aſſumpſerint ſecundum Ordinis inſtituta, & niſi abſtinere voluerint ex cauſa rationabili, de licentia confeſſoris. Et quia ipſum Monaſteriam ſub Corporis Chriſti nomine eſt ſpecialiter dedicatum, volumus, & hac præſenti ordinatione in dicto Monaſterio tantum perpetuo duratura ſtatuimus, quod officium per totam octavam, & ipſa octava de ipſo ſanctiſſimo Corpore Chriſti fiat, & infra eaſdem octavas de aliquo feſto in dicto Monaſterio officium minime celebretur. Ulterius circa miſſarum celebrationem, & orationes alias faciendas ſive dicendas per Sorores & Fratres

Digitized by Google

præfati Monaſterii totaliter duximus ordinandum. In primis quando Fratres erunt numero decem, die qualibet in præfato Monaſterio celebrent miſſas quinque, duas ſcilicet cum nota, & reliquas tres ſubmiſſa voce. Quarum duarum cum nota una cantetur per Fratres, & alia per Sorores, ſic quod una ſit ſecundum officium divinum proviſum ab Eccleſia, & alia dicatur quando fuerint duæ miſſæ per eamdem Eccleſiam ordinatæ. Quando vero erit una tantum miſſa ordinata celebrari, fiat tunc miſſarum celebratio in ſub expreſſis diebus modo ſubſcripto, videlicet: die dominica dicatur miſſa de Trinitate, vel de Sancto Spiritu alternatim: die Lunæ miſſa de mortuis: die Martis de Angelis: die Mercurii de beato Franciſco, & beata Clara, ordinando miſſam ipſo die Mercurii, ſic quod ſemper in miſſa beati Franciſci fiat ſpecialis commemoratio ſanctæ Claræ, & e converſo: die Jovis de ſancto Corpore Chriſti: die Veneris de Cruce: die Sabbati de beata Virgine; reliquarum vero prædictarum trium miſſarum celebrandarum ſubmiſſe ut ſupra: prima ſit pro Corpore Chriſti dicenda in altari majori, de ipſo Corpore Chriſti deputato, in qua fiat ſpecialis commemoratio, & oratio pro ſanctiſſimo Patre, & domino noſtro, Domino Joanne Papa XXII. ſub cujus tempore prædictum Monaſterium fundatum, & dotatum extitit, & per quem illud libertatum, Indulgentiarum, protectionum & aliis pluribus Apoſtolicis privilegiis extitit inſignitum, pro quo Domino etiam in veſperis, & matutinis dicatur oratio ſpecialis, ut Deus eumdem protegat, & defendat, & conſervet diutius pro ſalute fidelium, & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ. Deinde fiat oratio pro Domino Viro noſtro illuſtri Hieruſalem, & Siciliæ Rege, pro nobis, pro Carolo Calabriæ benedicto filio noſtro, & ſubſequenter pro animabus omnium defunctorum. Secunda pro mortuis, pro genere dicti Domini noſtri Regis, & noſtro, exceptis feſtis duplicibus & Octavis, in quibus Fratres dicant miſſas, ſicut voluerint, dummodo in illis generaliter commemorationem faciant de mortuis. Tertia pro iis, qui dicto Monaſterio benefecerint, viventibus, & defunctis, hoc ſpecialiter reſervando, quod ſicut idem decennarius numerus Fratrum creverit, ſic ipſæ ſecretæ miſſæ creſcant, vel pro quolibet ipſo genere una miſſa dicatur de mortuis, alia pro vivis, alia pro defunctis benefactoribus ipſius Monaſterii, & alia pro animabus omnium defunctorum, præter primam prædictam de Corpore Chriſti ut prædicitur, celebrandam. Totus Conventus Sororum die quolibet ſimul congregetur in choro; ſtatim poſt completorium dicant litaniam Dominæ noſtræ beatæ Virginis, aliam communem Sanctorum, & omnes alias orationes ordinatas, per nos ipſis Sororibus jam aſſignatas, quas litanias, & orationes memoratæ Sorores, ea intentione principaliter & ſpecialiter proferant, ut Dominus noſter Jeſus Chriſtus toti chriſtianitati, prædicto Regi, & nobis ac liberis noſtris, tam ſpiritualiter, quam temporaliter benignus proſperitatem concedat, & pacem, quatenus ipſi ab omnium hoſtium turbationibus expiati univerſis ſuis, præſertim ſubditis, quibus etiam Altiſſimus ipſe ſpiritualem & temporalem ſuam gratiam pacis, & tranquilli ſtatus miſericorditer largiatur, pro bono regimine ubique grati ſemper adveniant, & poſt præſentis finibilis vitæ terminum aſſequi mereamur cœleſtis beatitudinis gaudium ſempiternam. Item in qualibet hora, prima ſcilicet & 3. & 6. & 9. &c. poſt Salve Regina, vel aliam antiphonam, in qua devotionem habebant, dicant Veni Sancte Spiritus, cum oratione: Deus qui corda fidelium, &c. & alia oratione: Quæſumus Domine, &c. & poſt aliam orationem: Abſolve, &c. Item quælibet ipſarum Sororum omni die, illa hora, qua majorem devotionem habebit, dicat ſeptem Ave Maria, ad honorem & pro ſe-

ſeptem gaudiis beatæ Virginis, dicat quinque Pater noſter *ad honorem quinque plagarum Domini noſtri Jeſu Chriſti. Deinde dicat* Salve Regina, *&* Concede nos. Ut interceſſio tua, &c. *cum Pſalmo*: Miſerere mei Deus. *Poſtea* Requiem æternam, *&* Deus veniæ largitor. *Fratres etiam debeant dicere omni die in qualibet hora, prima ſcilicet, tertia, ſexta & nona, &c. prope* Salve Regina *vel aliam antiphonam*, Veni Sancte Spiritus, *cum oratione*: Deus qui corda fidelium, &c. *Et alia oratione*: Quæſumus omnipotens Deus ut famuli tui Rex Robertus, &c. *cum illa oratione*: Abſolve, &c. *Cum vero per humanæ fatalitatis excurſum contingat prædictum Dominum Papam, vel Dominum Regem, aut nos decedere, tunc in die obitus, & anniverſarii uniuſcujuſque anno qaolibet revolato, iidem Fratres, & Sorores miſſa anniverſarii ſolemniter decantata, pſalmos, orationes, & alia divina cantent, & faciant, ſicut haberent facere pro quolibet ex eiſdem Fratribus, vel Sororibus moriente, & amplius ipſi Fratres poſtmodum tam ipſo die obitus, quam in ante uſque ad annum unum completum, dicent pro ipſius Domini Papæ, Domini Regis, & noſtra anima ſecundam miſſam de illis, quæ debent cantari de mortuis ex primis duabus in* 1. *capitulo declaratis. Sorores autem ipſæ dicto die obitus, & uſque per totum annum continuum congregatæ in choro, dictis veſperis, dicent officium mortuorum cum novem pſalmis, & totidem lectionibus pro anima cujuſque noſtrum. Quod ſi alius de genere dicti Domini Regis, qui fuerit Dominus dicti Regni Siciliæ, vel de genere noſtro, qui fuerit Rex & Dominus regni Majoricarum, ſicut placebit Domino, morietur, iidem Fratres prædictam ſecundam miſſam de mortuis cantando dicent, dictæque Sorores facient officium mortuorum novem diebus die ſui funeris computato; ſimile quoque faciant pro conſorte alterutrius dominorum ipſorum, quæ fuerit domina & Regina. Præterea pro filio primogenito cujuſcumque Regis, & Domini dicti regni Siciliæ, vel regni Majoricarum prædicti, dum tamen de alterutro præfati regii generis ſit, qui viam fuerit univerſæ carnis ingreſſus, dicti Fratres & Sorores dicent quinque diebus hujuſmodi miſſam ſecundam & orationem de mortuis alta voce die ſui funeris computato. Simile faciant pro conſorte ejus, in caſu ſui obitus, durantibus ipſis quinque diebus, pro patruo, fratre, aut alio filio vel nepte alterius dominorum ipſorum, qui, ut præfertur, extiterit de alterutro ipſo Regio genere eorumque uxoribus, pro quolibet ſcilicet, quando obierit, per dictos Fratres & Sorores ipſa ſecunda miſſa, & orationes mortuorum alta voce dicentur tribus diebus ſolemniter die funeris ipſorum alterutrius computato. Volumus etiam, quod ſive prænominati Domini, & Dominæ, ſive quicumque alii benefacientes de bonis eorum Monaſterio ſupradicto, ſic ample providerint, unde ſingulis annis pro eorum animabus in dicto loco anniverſarium fieri poſſit, illud iidem Fratres, & Sorores facere teneantur, & debeant cum omni ſolemnitate divinorum perpetuo obſervanda. Adjicientes, quod ſi aliqua perſona ex devotionis ſpiritu, quam ad ipſum Monaſterium habuerit, in eo cappellam conſtrui fecerit, & ipſam dotaverit redditibus annuis, ex quibus Cappellanus unus, vel plures valeant ſuſtentari, in iſto caſu Guardianus, & Abbatiſſa prædicti ordinent de uno Fratre, vel pluribus ſecundum dictorum redditnum quantitatem, qui in dicta Cappella pro anima ædificantis & dotantis illam, vel ſecundum voluntatem ipſius, miſſas celebrare diebus ſingulis teneantur. Item Clericorum & ſecularium familiaritas, & frequentia in dicto Monaſterio evitetur, nec ibidem ad tantundem admittantur ſine licentia Abbatiſſæ & Guardiani. Præmiſſas vero ordinationes, proviſiones, conditiones & ſuperimpoſitiones perpetuo per* So-

Sorores, & Fratres, qui ſunt nunc, & erunt pro tempore in ipſo Monaſterio, tenaciter obſervari jubemus, quas non liceat variari, ſeu matari totaliter, vel in parte, nec per eos, nec per alias perſonas Eccleſiaſticas, vel ſeculares cujuſcumque ſtatus, præeminentiæ vel conditionis exiſtant. Promittentes firmiter Deo Patri ſpecialiter; & dictæ Abbatiſſæ nomine Monaſterii præfati civiliter, cum generalis obligationis annexu, præmiſſas noſtras oblationem, tradicionem, & promiſſionem per nos hæredes & ſucceſſores noſtros ratas habere perpetuo, & contra illas directe vel per obliquum modo aliquo non venire. Ut autem in præmiſſis & circa præmiſſa omnis dabitationis tollatur occaſio, & materia cavillandi, jam dictus Dominus noſter Rex Hieruſalem, ac Siciliæ in præſentia mei notarii, ac teſtium prædictorum prælibatas oblationem, conceſſionem, donationem, traditionem, & promiſſionem ratificavit, & acceptavit, & de ſuo beneplacito & conſenſu eas habere voluit effectam immatubilis firmitutis, ut tollatur præſumptionis, juris unfractus, quæ per uxorem, matrimonio conſtante, quæſita de bonis viri adveniſſe ſibi probabiliter arbitratur. Ceterum ut prædicta omnia per nos Reginam prædictam, conſulto ordinata melius, & diligentius per dictas Sorores debeant perpetuis temporibus obſervari, quod in noſtris deſideriis inceſſanter geritur, ſtatuimus ut ſingulis diebus Veneris mane, antequam primam horam dicant, tenebunt capitulam, & una die legent regalam earum, & alia ulterius hebdomadæ immediate ſequentis totam ordinationem ſapradictam, ita ut ſemper in ipſis diebas Veneris alternatim legantur regala, & ordinatio memorata. Prædictæ vero terræ, arbuſta, domus & poſſeſſiones aliæ, ut prædicitur, nunc donatæ ipſi Monaſterio ſunt hæ, videlicet: Petia una de terra arbuſtata, quæ eſt in menſura modiorum trium, & quartæ unius, ſita in Villa Ponticelli parvi de pertinentiis Neapolis, quæ fuit quondam Joannis Bonifacii de Neapoli militis, cujus ab uno latere eſt terra, quæ fuit quondam Venturæ Surrentinæ de Neapoli, ab alio latere eſt terra hæredum quondam Sbirilli, ab uno capite eſt via publica, qua itur verſus Sammam & ad alia loca, ab alio capite eſt via publica, qua itur ad ipſam Villam Ponticelli, & ad alia loca. Item campus unus de terra Arbaſtatus, qui eſt in menſura modiorum ſex, quartarum novem, & novarum ſex, ſitas in loco, qui nominatur caput de Monte de Poſilipo, qui fuit quondam Venturæ Sarrentinæ de Neapoli, qui eſt conjunctas cum terra Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Pedecripta, & cum terra Monaſterii ſancti Gregorii majoris, & cum terra, quæ fuit Bartholomæi Grandatii, & cum Cava communi, & cum aliis, quæ ibidem ſunt. Item alia petia de terra arbuſtata, ſita in loco qui nominacur Foriſgripta, & dicitur in pede de Monte, quæ fuit prædictæ quondam Venturæ, & eſt conjuncta cum terra Magiſtri Nicolai, qui nominatur Mayone, & cum terra Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Coſmedin, & cum via publica, & cum terra Ricteri Alope. Item alius campus de terra arbuſtatus, qui eſt in prædicto loco, qui nominatur Foriſgripca, & dicitur in pede de Monte, qui fuit prædictæ quondam Venturæ, & eſt conjanctus cum viis pablicis, & cum ipſa terra ipſias Eccleſiæ ſanctæ Mariæ ad Coſmedin, & cum ipſa terra ipſius Ricteri Alope. Item alia petia de terra arbaſtata, quæ eſt quaſi duæ corrigiæ de terra, una juxta aliam conjuncta, ſita in prædicto loco, qui nominatur Foriſgripta, ubi dicitar ad cannitum, quæ eſt in menſara modiorum quatuor, & fuit prædictæ quondam Venturæ, & eſt conjuncta cum terra Sergii de Judice, & cum ſemita communi, & ſi qui ſunt alii confines. Item fundus unus de terra cum daabus curtibus, & hortus juxta ſe ſitus in prædicto loco, qui nominatur Foriſgripta intus ipſam Villam, qui fundus cum prædictis curtibus, & horto

eſt

eſt in menſura modii unius & quartarum ſex, & fuit quondam Venturæ prædictæ, & eſt conjunctus cum fundo Philippi de Griffo clerici, & cum fundo crucis Eccleſiæ ſancti Joannis Majoris, & cum viu publica, & cum aliis, qui ibidem confines ſunt. Item campus unus de terra arbuſtatus ſitus in prædicto loco, qui nominatur Ponticellum parvum, qui eſt in menſura modiorum ſex, & fuit prædictæ quondam Venturæ, & eſt conjunctus cum terra prædicti quondam Joannis Bonifacii, & cum viis publicis, & cum aliis, qui ibidem confines ſunt. Aliu petia de terra arbuſtata, quæ eſt menſura quartarum novem, ſita in prædicto loco, qui nominatur Ponticellum parvum, & fuit Nicolai Grandatii, & Gregorii fratris ejus, cujus ab uno latere partim eſt alia terra dicti Monaſterii, quæ fuit ipſius quondam Venturæ, ab alio latere eſt partim terra, quam tenet Rogerius Ruccaplanude de Neapoli miles, ab uno capite eſt via publica, & ab alio capite eſt terra Gualterii Gubrotæ de Neapoli militis. Item domus ſeu apothecæ, quæ videntur eſſe duo fundici, unus juxta alium conjunctus ſimul ſitæ in civitate Neapolis in platea Portus intus anditus, ſeu tranſendam communem, & ſunt conjunctæ cum prædicto andita, ſeu tranſenda communi ſicuti paries exſinat, & cum horticello Marci Surrentini, domo, quæ fuit ejuſdem Venturæ, quæ nunc eſt Eccleſiæ ſanctæ Mariæ novæ, & cum aliis, quæ ibidem confines ſunt. Item apothecæ ſeptem cum uno loco, ubi eſt calcaria, juxta ipſas apothecas, cum curtibus juxta ſe a parte occidentis, in quibus curtibus ſunt ædificia ſimul in uno conjuncta, quæ ſitæ ſunt extra ipſam civitatem, & extra portum quæ dicitur Petruzulo, quæ fuerunt Sinibuldi Pennenſis, dicti Cannaburii, quarum ab una parte ſcilicet orientis eſt via publica, a parte occidentis eſt alia via publica, quæ dicitur cava ſancti Viti, a parte meridiei eſt alia via publica, ſicut parietes exſinant, a parte ſeptemptrionis ſunt aliæ domus ipſius Sinibaldi. Item domus una, quæ dicitur apotheca, ſita in Civitate Neapolis in platea portus, juxta viam publicam, per quam itur ad Caſtrum novum, & ad alia loca, quæ fuit Marci Cemini dicti Surrentini, cujus ab una parte, ſcilicet orientis, ſunt domus Petri Baſilis de Neapoli militis, a parte meridiei eſt prædicta via publica, & ſi qui alii ſunt confines. Item domus alia ſita in civitate Neapolis intus tranſendam, & anditum communem, qui exeunt ad viam publicam de platea portus, per quam itur ad caſtrum novum, & ad alia loca, quæ fuit Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Novæ, ibi legata per dictam quondam Venturam, & eſt conjuncta cum curti propria, & aliis domibus prædicti Monaſterii, & cum prædicta tranſenda communi ſicut parietes exſinant, & cum aliis, qui ibidem confines ſunt. Item domus alia ſeu fundici balneus apothecæ, curtes & horti ſiti, juxta portam Petruczuli, qui fuerunt Jacobi Buliani de Neapoli militis, quorum ab una parte, ſcilicet Orientis eſt deſcenſus, qui dicitur Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Novæ, ſicuti parietes exſinant. Item ex ipſa parte orientis eſt murus prædictæ civitatis Neapolis, a parte occidentis ſunt apothecæ exinde pertinentes, & extra ipſas eſt via publica qua itur ante ipſam portam Petruczuli, ſicuti paries exſinut, & a parte meridiei eſt via publica, qua itur ad portam, & ante ipſam portam Petruczuli, ſicuti paries exſinat, & a parte ſeptentrionis eſt murus prædictæ civitatis Neapolis, & extra ipſum murum verſus prædictam partem ſeptentrionis ſunt horticellus & apothecæ exinde pertinentes, & extra ipſum horticellum & apothecas, exinde pertinentes, verſus partem ſeptentrionis ſunt apothecæ, Curtes, & horticellus illorum cognomine de arcu de Odominova. Item quædam terra vacua ſita juxta ipſum Monaſterium in parte meridiei, in qua nunc factæ ſunt domus, cujus ab una parte, ſcilicet orientis, eſt domus dicti Monaſterii, ſeu eſt introitus & via, per quam ingredi-

ditar in dicta terra vacua, a parte occidentis eſt ortus dicti Monaſterii ſanctæ Mariæ ad Albinum, & ſi qui alii a reliquis duabus partibus ſunt confines. Item quamplures domus ſitæ prope dictum Monaſterium in parte meridiei, quarum ab una parte, ſcilicet orientis, ſunt domus Roſtagni de Raynaldo aurifabri, & nepotum ſuorum, a parte occidentis ſunt domus Magiſtri Guidi de Viola Phyſici, hortus unus, qui fuit disjunctim diverſarum perſonarum, & nunc eſt ſimul conjunctus, ſitus juxta curtim prædicti Monaſterii, & juxta prædictum Monaſterium, in parce ſcilicet ſeptentrionis & occidentis, cujus a parte orientis eſt prædictum Monaſterium cum cartibus ſuis, ſeu eſt caput viæ per quam ingreditur ad dictum hortum occidentis, circumquaque eſt murus prædictæ civitatis Neapolis. Hortus unus ſitus prope portam Petruczuli in loco, ubi dicitur Summario, qui fuit Matthæi Ravignani, & eſt conjunctus cum via publica, & ſi qui alii ſunt confines. Item quædam quantitas terræ vacuæ, in qua fuit domus fabricata, & nunc eſt via qua traducuntur lignamina, & lapides ad opus conſtructionis dicti Monaſterii, ſita in corrigiis ſeu juſtis ſubtus mœnia dictæ civitatis Neapolis. Item quædam quanticas cerræ vacuæ, quæ fuit pars unius horti, & nunc eſt apta via dicto Monaſterio, & eſt in menſura quartæ duæ, & nonæ tres & fuit Petri Grandacii Rabuſii de Neapoli, cujus ab una parte eſt hortus, qui fuit Thomaſii Guindatii. Item domus ſeu apothecæ cum horto ſitæ in Petruczulo extra muros civicatis, quæ fuerunt Magiſtri Joannis Mareſcalli, quarum a duabus partibus eſt via publica, ab alia parte via, quæ eſt communis ad hortos vicinos, & ab alia purte hortus Bartholomæi Venatæ. Item domus una cum horticello ſita juxta domos Monaſterii præfati, quæ fuit Eccleſiæ ſancti Joannis Majoris de Neapoli, cujus ab una parte eſt hortus dictæ Eccleſiæ ſancti Joannis, a duabus aliis partibus, ſcilicet occidentis & ſeptentrionis via publica, a parte meridiei tranſenda, ſeu anditus communis, & qui alii in prædictis omnibus bonis ſunt confines. In quorum omnium teſtimonium præſens inſtrumentum publicum factum eſt exinde per me prædictum Antonium, ſigillis pendentibus eorumdem Dominorum Regis & Reginæ, & prænominatorum Archiepiſcopi Capuani, & Epiſcopi Puteolani, & ipſorum aliorum teſtium prædictorum ſubſcriptionibus roboratum. Actum Maſſiliæ in præſentia dictorum Dominorum Regis & Reginæ, & teſtium præmiſſorum anno, die, menſe, & indictione præſcriptis. Superius vero in octava linea, ubi legitur: inveſtientes per annullum noſtrum Venerabilem Patrem fratrem Guillelmum Epiſcopum Puteolanum hic præſentem, ratum ac reſcriptum fuit per me prædictum notarium, non vitio ſed errore. Nos Rex prædictus ad tollendum omnis dubitationis anfractum, ſi quis in regno noſtro ſuperſtitioſa ſolliciiudine poſſet inferri, volumus, ut præſens ſcriptum publicum factum, de mandato & conſciencia noſtra, & ad requiſitionem dictæ Reginæ conſortis noſtræ, per notarium ſupradictum ſcriptum, quod expreſſe conſcientiam noſtram tenet, perinde valeat, & fortius, quam ſi eſſet cujuſcumque Judicis auctoritate, & ſubſcriptione munitum. Nos Rex prædictus Hieruſalem & Siciliæ fatemur, quod præmiſſa omnia proceſſerunt de ſpeciali noſtra conſcientia & conſenſu. Nos Sancia Regina Hieruſalem, & Siciliæ prædicta, fatemur, & nos propria manu ſubſcripſimus. Et ego prædictus Antonius Marmorarius de Neapoli publicus in regno Siciliæ, & Comitatibus Provinciæ, & Forcalquerii, regia auctoritate notarius, prædictis omnibus, una cum prænominatis teſtibus, præſens interfui, & ad requiſitionem dictæ D. Reginæ præmiſſa omnia propria manu ſubſcripſi, & publicavi, meoque ſigno ſignavi, & ego Ingeramus Archiepiſcopus Capuanus prædictis interfui & ſubſcripſi, & ſigillum appoſui meum. Et ego

ego prædictus frater Guillelmus Epiſcopus Puteolanus teſtis ad præmiſſa interfui, & propria manu mea ſubſcripſi. Et ego Laurentius de Ravello magnæ regiæ Curiæ Magiſter notarialis, D. Papæ Cappellanus, qui ſupradictis interfui & me ſubſcripſi. Ego frater Petrus prædictus teſtis ad præmiſſa interfui & propria manu me ſubſcripſi. Et ego prædictus Bonifacius de Fara magnæ regiæ Curiæ Magiſter rationalis prædictis interfui, & ſubſcripſi.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel el auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Avenione IV. Kal. Martii anno V.

C.

Præficitur Eccleſiæ Aquenſi. Ibid. epiſt. 647.

Dilecto filio Petro Electo Aquen.

§. I. Sponſo cœleſti, eujus dignatio inclytæ ſponſæ ſuæ militantis Eccleſiæ curam & cuſtodiam noſtræ humilitati commiſit, in eo potiſſimum placere ſemper exquirimus, ut ſtatum Eccleſiarum omnium, quantum nobis ex alto conceditur, erigamus ad proſpera, & ad ſalutaria dirigamus, quod profecto credimus veriſimiliter, & efficaciter proventurum, cum Eccleſiis, quas conſpicimus propriis carere paſtoribus, de perſonis idoneis providemus, taleſque viros ad earum regimina deputamus, quorum ſcientia & virtute hujuſmodi Eccleſiæ ipſis commiſſæ, Deo propitio, in ſpiritualibus floreant, & in temporalibus augeantur. Præfatio.

§. II. Nuper ſiquidem Aquen. Eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, pro eo quod nos dilectum filium Petrum titularem ſanctæ Pudentianæ Presbyterum Cardinalem, Archiepiſcopum Aquen. tunc apud Sedem Apoſtolicam perſonaliter conſtitutum, a vinculo, quo ipſi Eccleſiæ, cui præerat, tenebatur aſtrictus, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis abſoluentes, ipſum ad dignitatem Cardinalatus, ut regiminis univerſalis Eccleſiæ nobiſcum onera portaret, duximus aſſumendum; Nos attendentes, quod nullus præter nos de ordinatione ipſius Eccleſiæ Aquen. ſe hac vice intromittere poterat, pro eo quod nos diu ante vacationem hujuſmodi, proviſiones omnium Eccleſiarum tam Cathedralium, quam etiam aliarum, tunc apud Sedem ipſam vacantium, & vacaturarum in antea, diſpoſitioni noſtræ duximus reſervandas, decernendo ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, de præficiendo eidem Aquen. Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam cogitare cœpimus diligenter, & poſt deliberationem, quam cum dictis Fratribus, ſuper hoc attentam habuimus: demum in te Ordinis Fratrum Minorum Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, ac Sacræ Theologiæ Magiſtrum, virum quidem morum gravitate laudabilem, vitæ munditia commendandum, diſcretionis & conſilii maturitate conſpicuum, aliarumque virtutum muneribus circumfultum, aciem direximus noſtræ mentis. Archiep. Aquen. Cardinalatum obtinet. Nullus alius a Papa poteſt Succeſſorem eligere. F. Petri dotes.

§. III. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus exigentia hujuſmodi tuarum virtutum accepta, præfatæ Aquen. Eccleſiæ, de Fratrum prædictorum conſilio, auctoritate Apo- Eligitur Archiep.

Digitized by Google

Apoſtolica providemus,teque ipſi Aquen. Eccleſiæ præficimus in Archiepiſcopum & paſtorem, curam & adminiſtrationem illius tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod dirigente Domino actus tuos, eadem Aquen. Eccleſia ſub tui cura regiminis augmenta recipiet commodi & honoris.

§. IV. Suſcipiens igitur jugum Domini tam leve collis humilibus, quam ſuave, in procurandis profectibus & honoribus ampliandis dictæ Aquen. Eccleſiæ, te gerere ſatagas ſollicitum & fidelem, proficiendo tibi per vitæ meritum, & aliis per exemplum. Ita quod velut fidelis ſervus, & prudens digna in diſtricto examine de villicatione tua reddita ratione, Regnum æterni patris paratum electis introire fœliciter merearis.

Datum Avenione 3. Kal. Martii anno v.

CI.

Præficitur Eccleſiæ Salernitanæ. Ibid. epiſt. 657.

Dilecto filio Arnaldo electo Salernitan.

§. I. Paſtoralis officii debitum exigit, ut inter ſollicitudines varias, quibus aſſidue premimur circa Eccleſias ſolertiam adhibentes, ipſarum utilitatibus intendamus, in eo maxime, ut viduatis Eccleſiis, ne longæ vacationis diſpendia patiantur, de talium noſtræ diligentiæ ſtudio provideatur ſuſtentatione paſtorum, per quos ſpiritualiter & temporaliter, auctore Domino, continuum ſuſcipiant incrementum. Ad hoc enim noſtra intendit intentio, & circa id inſtantia noſtræ vigilationis invigilat, ut tales in partem ſollicitudinis evocemus, qui commiſſum ſibi gregem Dominicum ſciant non ſolum verbo, ſed opere informare, prudenter regere, ac in viam dirigere ſalubrium actionum, commiſſaſque illis Eccleſias velint & valeant utiliter & ſalubriter gubernare.

§. II. Dudum ſiquidem Salernitana Eccleſia pro eo, quod dilectum filium noſtrum Bertrandum tituli S. Vitalis Presbyterum Cardinalem, tum Archiepiſcopum Salernitanum,licet abſentem,a vinculo quo tenebatur eidem Eccleſiæ Salernitanæ, cui præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis abſoluentes, ipſum ad dignitatem Cardinalatus ut nobiſcum univerſalis Eccleſiæ onera ſortiretur, ſuis claris exigentibus meritis, duximus aſſumendum, paſtoris ſolatio deſtituta; Nos cupientes regimini ejuſdem Salernitanæ Eccleſiæ perſonam utilem per noſtræ ſollicitudinis ſtudium præſidere, proviſionem ipſius Ecelefiæ Salernitanæ ea vice diſpoſitioni noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ duximus reſervandam, decernentes ex tunc irritum & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter vel ignoranter contingeret attentari, ac poſtmodum de proviſione ejuſdem Eccleſiæ Salernitanæ, ne prolixæ vacationis ſuſtineret incommoda, ſollicite cogitantes, poſt deliberationem, quam ad deputandum eidem Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis valeret ſalubriter dirigi,ac in ſuis juribus adaugeri,& etiam defenſari,cum dictis Fratribus habuimus diligentem: tamdem ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, & Sacræ Theologiæ Magiſtrum, propter laudanda tuæ converſationis merita, vitæ munditiam, gravitatem morum,circumſpectionis expertæ prudentiam,inſigne donum ſcientiæ,aliaſque virtutes multiplices, quibus perſonam tuam bonorum Dator Altiſſimus decoravit, nobis & Fratribus noſtris

noſtris acceptum direximus aciem noſtræ mentis, teque de ipſorum Fratrum conſilio eidem Salernitanæ Eccleſiæ præficimus in Archiepiſcopum & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ tibi tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus plenarie committendo, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod eadem Eccleſia ſub tuo fœlici regimine dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, ſalubriter & proſpere dirigetur, & grata ſuſcipiet incrementa. Tolle igitur jugum Domini tam leve collis humilibus, &c. *Tabernacula introducat*.

Datum Avenione 2. Kal. Maii anno 5.

CII.

Ut recipiat locum in Caſtro Thauſignani. Ibid. ep. 1145.

Dilecto filio Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

Quia tua potiſſimum verſatur intentio circa cultum divini nominis ampliandum, in quo tua devota ſinceritas, & ſincera devotio jugiter delectatur, nos hujuſmodi tuum pium propoſitum proſequentes, illa tibi & Ordini tuo libenter concedimus, per quæ ad Dei laudem & gloriam hujuſmodi propoſitum ad efficacem effectum, dextera Domini tibi aſſiſtente propitia, perducatur. Oblata ſiquidem nobis tuæ petitionis ſeries continebat, quod univerſitas hominum Caſtri Thauſignani Imolen. Diœceſis ad Ordinem tuum ſpecialis devotionis habentes affectum, cupiunt ut unus locus Fratrum dicti Ordinis in dicto Caſtro poſſit ædificari, conſtrui, & haberi. Quare nobis ad inſtantiam dictæ univerſitatis humiliter ſupplicaſti, ut perficiendi deſiderium hujuſmodi prædictæ univerſitatis tibi licentiam concedere dignaremur. Nos itaque ad te, & Ordinem ipſum ſpecialis gerentes caritatis affectum, tuis in hac parte devotis ſupplicationibus inclinati, ut in eodem Caſtro locum aptum & congruum cum officinis, & oratorio opportunis, pro eodem Ordine licite acquirere, ac recipere atque conſtruere valeas, ſine juris præjudicio alieni, conſtitutione fœlicis recordationis Bonifacii Papæ octavi, &c. & qualibet alia contraria non obſtante, auctoritate tibi præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Aven. Idibus Maii anno 5.

CIII.

Transfertur ab Eccleſia Ulyſſiponen. ad Conchen. Ibid. ep. 1195.

Venerabili Fr. Stephano Epiſcopo Conchen.

§. I. Romani Pontificis, &c. *Succeſſibus gratulentur*. Dudum Eccleſia Conchen. per obitum bonæ memoriæ Paſchaſii Epiſcopi Conchen. Paſtoris ſolatio deſtituta, dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ, vocatis omnibus qui voluerunt, debuerunt, & potuerunt commode intereſſe, die ad eligendum præfixa, ut moris eſt, convenientes in unum, dilectum filium Petrum Martini Decanum ipſius Eccleſiæ per viam compromiſſi in Conchen. Epiſcopum eligere curarunt, dictuſque Decanus hujuſmodi electioni præſentatæ ſibi pro parte dictorum Capituli, ad inſtantiam Capituli prædictorum infra tempus a jure ſtatutum conſenſit. Hujuſmodi autem electionis negotio ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluto, tamdem idem Decanus, poſt aliquos proceſſus habitos coram ali- Habes Formulam in conſtit. 19. hujus Pontif. fol. 493.

quibus auditoribus, a nobis in hujuſmodi electionis negotio deputatis, omni juri, ſi quod ſibi ex hujuſmodi ſua electione quomodolibet competebat, in manibus noſtris renunciavit pure, libere & expreſſe.

§. II. Nos igitur volentes dictam Conchen. Eccleſiam a diſpendiis, quæ ex longiori vacatione imminere poterant, præſervare, ſibique de paſtore illico providere, ad te tunc Epiſcopum Ulixbonen. convertimus aciem noſtræ mentis. Intendentes igitur tam gregi Dominico, quam prædictæ Conchen. Eccleſiæ ſalubriter providere, ac ſperantes, quod tu præfatam Eccleſiam Conchen. divina tibi propitiante clementia, utiliter, & ſalubriter gubernabis, te a vinculo, quo tunc eidem Ulixbonen. Eccleſiæ tenebaris, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis abſolventes, te ad prædictam Eccleſiam Conchen. transferimus, teque ipſi Conchen. Eccleſiæ in Epiſcopum præficimus & Paſtorem, tibi curam & adminiſtrationem ejuſdem Conchen. Eccleſiæ in ſpiritualibus & temporalibus plenarie committendo, tibique tribuendo licentiam ad eamdem Conchen. Eccleſiam tranſeundi, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod præfata Conchen. Eccleſia, tibi cœleſti gratia ſuffragante, per tuæ providæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam defendetur a noxiis, & præſervabitur ab adverſis, ac in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus, auctore Domino, proficiet incrementis. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus à Domino, &c. *Introducas*.

Datum Aven. 12. Kal. Sept. anno VI.

CIV.

Ut ingredi poſſit Monaſterium ſancti Audomari a ſuo patre conſtructum. Ibid. epiſt. 72.

Dilectæ in Chriſto Filiæ Nobili Mulieri Mathildi Comitiſſæ Atrebaten. Burgundiæ Palatinæ, & Dominæ de Salinis.

Devotionis tuæ ſinceritatis promeretur, ut quæ a nobis ſuppliciter poſtulas, affectu tibi benevolo concedamus. Hinc eſt, quod tuis ſupplicationibus inclinati, ut cum decenti & honeſta mulierum comitiva Monaſterium Sororum incluſarum, Ordinis S. Claræ, quod in Villa de S. Audomaro Morinen. Diœceſis quondam progenitor tuus, ut aſſeris, pia devotione fundavit, non obſtantibus ipſorum Monaſterii, &c. de die, horis congruis & honeſtis dumtaxat, quotiens tibi placuerit, libere poſſis ingredi, dummodo Abbatiſſæ ipſius Monaſterii ad id accedat aſſenſus, ita tamen, quod nec tu nec mulieres prædictæ, quæ in tua, ut præmittitur, fuerint comitiva, comedatis vel pernoctetis ibidem, auctoritate præſentium indulgemus. Nulli ergo, &c. noſtræ conceſſionis, &c.

Datum Avenione Idibus Octobris anno VI.

CV.

Ut citent ad curiam Abbatem, & Monachos Virgiliacen. propter injurias Minoribus illatas Ibid. ep. 257.

Dilectis Filiis de Regniaco, & de Cueure Monaſteriorum Abbatibus, & Priori de Valles Georgii Antiſiodoren. & Eduen. Diœc.

Monachi S. Benedicti Minoribus valde moleſti.

§. I. Dilectorum filiorum Guardiani, & Fratrum Ordinis Minorum, Virgiliacen. Eduen. Diœc. gravis nobis inſinuatio patefecit, quod dilecti filii Abbas & Conventus Monaſterii ejuſdem loci Virgiliacen.

cen. Ord. S. Benedicti dictæ Diœc. qui in dicto loco utramque juriſdictionem habere dicuntur a principio, quod dicti Fratres locum inibi receperunt, ad eorum gravamina & injurias aſpirantes, ipſos diverſis contumeliis affecerunt, de manibus eorum ornamenta altaris, nec non calicem, libros, veſtimenta ſacra, campanam, cruces & alia bona in dicto loco reperta rapiendo temere & ſecum per violentiam aſportando, altare etiam ſubvertendo, & quæ ſecum deferre non poterant ſuis pedibus conculcando, nec his contenti, in dictos Fratres excommunicationis ſententiam promulgarunt.

§. II. Deinde dictis Fratribus hujuſmodi injurias & gravamina in Apoſtolicæ Sedis deducentibus notitiam, & ſuper eis quibuſdam judicibus deputatis a Sede prædicta, quibus inter alia ſpecialiter fuit commiſſum, ut dictam excommunicationis ſententiam revocare poſſent, vel dictos Abbatem & Conventum compellere ad publice revocandum eamdem, eoſque compeſcere ab injuriis & gravaminibus prælibatis, licet iidem judices monuiſſent eoſdem, ut a dictis ceſſarent injuriis, dictamque ſententiam revocarent, iidem tamen Abbas & Conventus mandatum dictorum judicum contemnentes, non ſolum revocare dictam ſententiam non curarunt, ſed in majoris inobedientiæ cumulum, cum ipſam dicti judices auctoritate noſtra revocaſſent, eam in ipſorum judicum præſentia innovarunt, & pulſatis campanis, & candelis accenſis, coram populo aggravaverunt, ac deinde ad domum dictorum Fratrum euntes, domum ipſam, & ad eam pertinentia, & omnia in ipſa reperta penitus deſtruxerunt, & ea quæ voluerunt, ad ſuum Monaſterium nequiter aſportarunt. *Judices deputantur ad cauſam.* *Adhuc in impia manent pervicacia.*

§. III. Et quamvis iidem judices, juxta commiſſionem ſuper hoc a Sede prædicta ſpecialiter eis factam, locum congruentem cum quadam vinea ſubtus locum prædictum dictis Fratribus aſſignaſſent pro hortalitiis faciendis; dicti tamen Abbas & Conventus dictam vineam per violentiam intraverunt, & ex tunc tenuerunt, & adhuc detinent violenter occupatam, & temere, licet a tempore aſſignationis hujuſmodi, ſicut & cetera bona dictorum Fratrum Minorum ad Romanam Eccleſiam pertineret, contempta excommunicationis ſententia in contradictores & rebelles per dictos judices promulgata, quamvis aſſignationi prædictæ prius in præſentia dictorum judicum conſenſiſſent, ſicut per patentes litteras inde confectas poteſt, ſicut aſſeritur, fieri plena fides. Nec injuriis prædictis contenti, alia plurima gravamina ex tunc per ſucceſſus temporum, & contumelias in funeralibus, & aliis juribus, & bonis ad dictos Fratres ſpectantibus, contra ſacros canones, & contra tenorem conſtitutionis felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Super cathedram*, irrogaverunt eiſdem, & irrogare continue non deſiſtunt.

§. IV. Quare prædicti Guardianus & Fratres ad nos ſuper his humiliter recurrentes, nobis humiliter ſupplicarunt, ut ſuper tot injuriis & gravaminibus providere ipſis de opportuno remedio dignaremur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum eoſdem Abbatem, & Conventum ex parte noſtra peremptorie citare curetis, ut infra unius menſis ſpatium poſt citationem hujuſmodi, per ſe vel per procuratorem idoneum & ſufficienter inſtructum cum omnibus actis, juribus & munimentis eorum, Apoſtolico ſe conſpectui repræſentent, eiſdem Guardiano & Fratribus ſuper præmiſſis, & quibuſcumque aliis gravaminibus & injuriis, *Fratres ad Pontificem recurrũt.*

quæ contra ipſos proponere voluerint, reſponſuri, & facturi ſuper his, & recepturi quod juſtitia ſuadebit, non obſtante quod hujuſmodi cauſæ forſan non ſint de ſui natura in Romana Curia agitandæ. Diem vero citationis & formam, & quidquid ſuper præmiſſis duxeritis faciendum, nobis per veſtras litteras harum ſeriem continentes fideliter intimare curetis.

Datum Avenione x. Kal. Decembris anno vi.

Anno Christi 1322. Joannis XXII. anno 6. & 7.

CVI.

Ut reponat in Monaſterio ſancti Silveſtri de urbe fratrem Deodatum Præneſtinum. Ibid. epiſt. 354.

Dilecto filio Miniſtro Generali, Ordinis Fratrum Minorum.

Jacobus Cardinalis Monaſterio Minores Miniſtros aſſignat.

§. I. PEtitionem dilectarum in Chriſto filiarum Abbatiſſæ & Conventus Monaſterii ſancti Silveſtri de Capite de Urbe, Ordinis Sororum Minorum incluſarum recepimus continentem, quod bonæ memoriæ Jacobus de Columna ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconus Cardinalis, ad cujus inſtantiam fuit ab hactenus dictum Monaſterium eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, quarum plurimæ de genere Colomnenſium, & conſanguineorum ſuorum exiſtere dignoſcuntur, Apoſtolica auctoritate conceſſum, exercuit, dum in illis partibus extitit, viſitationis & correctionis officium per ſe ipſum in Monaſterio prælibato, quodque aliqui de Ordine tuo fuerunt ex tunc & in præſentiarum exiſtunt in eodem Monaſterio, pro cura dictarum Abbatiſſæ & Conventus, & pro miniſtrandis eis Eccleſiaſticis Sacramentis.

Frater Deodatus electus Director a Miniſtro Generali ab officio revocatur.

§. II. Tamdem dictus Cardinalis ſe ad Romanam Curiam transferens, hujuſmodi viſitationis & correctionis officium dilecto filio Deodato de Præneſte dicti Ordin. ob religionis zelum & merita probitatis ipſius, qui diutius fuerat laudabiliter immoratus in Monaſterio memorato, commiſit, & quod dictum officium uſque ad ipſius Cardinalis obitum dictus Deodatus laudabiliter exercuit, & prudenter, ſed tu, dicto Cardinali ſublato de medio, præfatum Deodatum ab eodem Monaſterio revocaſti. Cum autem ex revocatione hujuſmodi eædem Abbatiſſæ & Conventus, ut aſſerunt, gravia ſentiant in ſpiritualibus & temporalibus detrimenta, nobis humiliter ſupplicarunt, ut providere ipſis de remittendo ad dictum Monaſterium præfactum Deodatum, moraturum ibidem, exercendo viſitationis & correctionis officium ſicut prius, de opportuno remedio dignaremur.

§. III. Nos autem eaſdem Abbatiſſam & Conventum, de quarum vitæ munditia ſuaves, per Dei gratiam ſentimus odores, paternis brachiis amplectentes, & ſupplicationibus earum Apoſtolicum impertiri, quantum cum Deo poſſumus, volentes aſſenſum, diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus memoratum Deodatum remittas ad Monaſterium antedictum, non revocaturus eum exinde, niſi ex cauſa rationabili, de qua nos cures indilate reddere certiores.

Datum Avenione xi. Kal. Februarii anno vi.

CVII.

CVII.

Ut viſitet & pacificet Monaſterium de Paliciano. Ibid. epiſt.419.

Eidem.

Exquiſita tuæ circumſpectionis induſtria nobis fiduciam ingerit, ut quæ tibi committuntur a nobis, prudenter & fideliter exequaris. Cupientes igitur, ut Monaſterium Sororum ſancti Antonii de Paliciano prope Ferrariam Ordinis ſanctæ Claræ, ſubductis obſtaculis, & impedimentis quibuslibet procul pulſis, pacis commodis affluat, & ſucceſſibus proſperis gratuletur, diſcretioni tuæ præſentium auctoritate committimus & mandamus, quatenus per te vel alium, præfatum Monaſterium, & perſonas degentes in ipſo, quotiens opus fuerit, dummodo viſitatio, inquiſitio, correctio & reformatio dicti Monaſterii ad alium non pertineant, cui non intendimus per hoc præjudicium aliquod generari, viſites, & in eo tam in capite, quam in membris inquiras, corrigas, & reformes, quæ correctionis & reformationis officio videris indigere, proceſſurus circa hoc ſecundum juris officium, & conſtitutiones ipſius Ordinis approbatas, contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, non obſtantibus ipſius Monaſterii quibuſcumque privilegiis contrariis, aut ſi aliquibus communiter vel diviſim a Sede Apoſtolica ſit indultum, quod interdici ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Avenione x. Kal. Febr. anno vi.

CVIII.

Ut recipiat domum in Caſtro novo Parmen. diœc. Ibid. epiſt.185.

Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum.

§. I. Oblata nobis dilecti filii Azonis Præpoſiti Burgen. & nobilium virorum Simonis & Guidonis filiorum quondam Giberti de Corrigia petitio continebat, quod idem Gibertus, cum adhuc viveret, cupiens tamquam de propria ſalute ſollicitus, terrena pro cœleſtibus & tranſitoria pro æternis felici commercio commutare, in Caſtro ſuo, quod dicitur Caſtrum novum Parmen. diœc. Eccleſiam in honorem beati Franciſci, et locum Fratrum tui Ordinis Minorum, in quo decem tui Ordinis Fratres poſſent continue commorari, et divina officia celebrare in ſua ultima voluntate pro ſua ac parentum ſuorum ſalute de propriis bonis conſtrui voluit et mandavit.

§. II. Cum itaque pro conſtruendis Eccleſia, et loco prædictis, ſicut pro parte dictorum Præpoſiti, et nobilium fuit expoſitum coram nobis, bona ſufficientia ſint poſtmodum; Nos intendentes ut ſatisfiat piæ voluntati teſtatoris ipſius, et ejuſdem Ordinis palmites ad laudem et gloriam divini nominis latius extendatur, tibi ad opus eorumdem Ordinis et Fratrum in eodem caſtro hujuſmodi locum recipiendi, ſi videritis expedire, felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, et qualibet alia Sedis Apoſtolicæ conſtitutione contraria non obſtante, plenam et liberam, auctoritate præſentium, licentiam largimur.

Nulli ergo &c. Datum Avenione viii. Kalen. Februarii anno vi.

CIX.

CIX.

Præficitur Eccleſiæ Raguſinæ. Ibid. epiſt. 1271.

Dilecto filio Laurentio electo Raguſin.

§. I. ROmana Eccleſia, quæ ſuper univerſalias orbis Eccleſias obtinet divina inſtitutione primatum, circa ſingulas materna diligentiæ cura ſedula vigilans earum profectibus, velut ſollicita mater ardenter intendit, ſtudens ut per ſuæ prudentiæ miniſterium Eccleſiis ipſis præſertim cathedralibus præficiantur viri idonei in paſtores, qui eas in ſpiritualibus et temporalibus poſſint, et ſciant ſalubriter gubernare.

§. II. Olim ſiquidem bonæ memoriæ Petro Archiepiſcopo Raguſino Eccleſiæ Raguſinæ regimini præſidente ..... Nos intendentes eidem Eccleſiæ Raguſinæ, cum vacaret, de perſona idonea providere, proviſionem faciendam ea vice dictæ Eccleſiæ de Prælato, quam cito eam contingeret paſtore carere, diſpoſitioni noſtræ, certis de cauſis, duximus ſpecialiter reſervandam, decernentes ex tunc irritum et inane ſi ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari.

§. III. Poſtmodum autem dicto Archiepiſcopo viam univerſæ carnis ingreſſo, nos de ipſius Eccleſiæ Raguſinæ ordinatione ſollicite cogitantes ne prolixioris vacationis incommodis expoſita remaneret, poſt vigilem quam ad præficiendam eidem Eccleſiæ Raguſinæ idoneam approbatamque perſonam adhibuimus diligentiam, ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſum, in Sacerdotio conſtitutum, virum utique, prout fide dignorum habet aſſertio, vitæ laudabilis, converſationis placidæ, morum honeſtate decorum, diſcretionis et conſilii maturitate conſpicuum, in ſpiritualibus providum, et in temporalibus circumſpectum, direximus oculos mentis noſtræ. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, intendentes tam gregi Dominico, quam dictæ Raguſinæ Eccleſiæ ſalubriter providere, de perſona tua ipſi Raguſinæ Eccleſiæ, de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi in Archiepiſcopum præficimus et paſtorem, curam et adminiſtrationem ipſius tibi in ſpiritualibus et temporalibus committendo plenarie, firma concepta fiducia, quod, dirigente Domino actus tuos, præfata Raguſina Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam proſpere dirigetur, ſibique, divina favente clementia, ſalubria provenient incrementa. Tolle igitur jugum Domini &c. *Tabernacula introducat*.

Datum Avenione IV. Idus Februarii anno VI.

CX.

Ut publicent decretum Pontificium in urbe Spiren. in favorem Minorum emiſſum. Ibid. epiſt. 546.

Dilectis filiis in Mulubriumen. & in Uſſerſtal ac in Clingeumunſter Monaſteriorum Abbatibus, Spiren. Diœceſis.

Tertius Ordo a Minoritis directus. §. I. DUdum felicis recordationis Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter, dilectis filiis univerſis Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis continentium de pœnitentia ſancti Fran-

Franciſci vulgariter nuncupatis, per Alemanniam conſtitutis per ſuas litteras ſpeciales indulſit, ut ipſi, qui ob reverentiam ejuſdem Sancti, qui Ordinis eorum extiterat inſtitutor, juxta ſalubre ſuper hoc conſilium a Sede Apoſtolica eis datum, dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum doctrina dirigebantur, viſitatores ſuos de ipſis Fratribus aſſumebant, poſſent ab eiſdem Fratribus, quotiens exiſteret opportunum, dominici corporis recipere Sacramentum, præterquam in feſto reſurrectionis deminicæ, in quo pro divinis officiis audiendis, & eodem Sacramento recipiendo conſueverant in ſuis parochialibus Eccleſiis convenire, juribus dictarum Eccleſiarum parochialium ſemper ſalvis, ac nihilominus excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias, ſi quas in ipſos ſeu ipſorum aliquem contra hujuſmodi conceſſionis noſtræ tenorem fieri contingeret, idem prædeceſſor decrevit irritas & inanes, pro ut in litteris prædeceſſoris ejuſdem plenius dicitur contineri.

Qui Tertiariis Sacramentũ Euchariſtiæ miniſtrant.

§. II. Poſtmodum vero, ſicut aſſeritur, nonnullis ex dictis Fratribus Minorum hujuſmodi indulti prætextu per civitatem Spiren. publice deferentibus cum campanella & lumine prædictis Fratribus & Sororibus de pœnitentia Euchariſtiæ Sacramentum, ac ob hoc inter venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum Spiren. ac Clerum civitatis & Diœc. Spiren. ex parte una, dictoſque Fratres Minores ex altera materia diſſenſionis exorta, tamdem dicti Epiſcopus & Clerus aſſerentes indultum hujuſmodi per conſtitutionem piæ memoriæ Clementis Papæ V. prædeceſſoris noſtri, quæ ſic incipit: *Religioſi*, poſtmodum edita in Concilio Viennen. revocatum fuiſſe, impediebant dictos Fratres Minores, quominus hujuſmodi Sacramentum eiſdem Fratribus & Sororibus de pœnitentia poſſent libere miniſtrare. Propter quod per conſervatores privilegiorum eiſdem Minoribus a Sede deputatos eadem, contra ipſum & clerum prædictos nonnulli habiti ſunt proceſſus, dictuſque Epiſcopus verſa vice ex eo, quod dicti Minores contra prohibitionem ſuam eiſdem Fratribus & Sororibus de pœnitentia Sacramentum hujuſmodi miniſtrabant, cum id non crederet eis de jure licere, ſed ob hoc ipſos crederet per dictam conſtitutionem ejuſdem Clementis prædeceſſoris ipſo facto excommunicationis ſententiam incurriſſe, fecit eoſdem excommunicatos publice nunciari.

Ob hoc inter Epiſc. & FF. orta diſſenſio.

§. III. Partibus igitur propter hoc in noſtra & Fratrum noſtrorum præſentia conſtitutis, & auditis, quæ partes hinc inde per ſe & advocatos ſuos ſuper præmiſſis allegare & proponere voluerunt: nos conſideratis multiplicibus rationabilibus cauſis, & variis circumſtantiis in talibus attendendis, ſic in hac parte prædictorum Fratrum Minorum, & Rectorum parochialium Eccleſiarum quieti providimus procedendum, videlicet quod præfatum indultum, & ejus effectum ejuſdem prædeceſſoris Bonifacii eiſdem Fratribus, & Sororibus de pœnitentia conceſſum in civitate Spiren. ejuſque Diœc. ſuſpendimus, donec per Sedem prædictam aliud fuerit ordinatum, omneſque excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias per dictos conſervatores contra Epiſcopum & Clerum præfatos vel aliquas ſingulares perſonas ejuſdem Cleri, vel majorem & alias Eccleſias civitatis & Diœceſis prædictarum, vel in ipſam civitatem & loca eorum promulgatas, & proceſſus quoſcumque alios ob præmiſſa factos & habitos contra eos, necnon excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti ſententias per eumdem Epiſcopum, vel quemcumque, ſeu quoſcumque alios auctoritate ipſius, aut dictum clerum contra dictos Fratres Minores, & perſonas Tertii Ordinis, & benefacto-

Suſpenditur Bonifacii indultum.

Et cenſuræ relaxantur.

ctores eorum, ſeu participantes cum eis occaſione prædicta prolatas, & quaſcumque ſententias dictæ partes vel perſonæ aliquæ partium earumdem utrinque, præmiſſorum occaſione, quomodolibet incurrerunt, de ipſorum Fratrum conſilio, auctoritate Apoſtolica relaxamus & revocamus omnino, ac nihilominus cum Epiſcopo & perſonis Eccleſiaſticis quibuſcumque ejuſdem Cleri & Civitatis ac Diœceſis prædictarum, necnon cum dictis Fratribus Minoribus, & perſonis Tertii Ordinis eorumque benefactoribus, & participantibus cum eiſdem ſuper irregularitate, ſi quam forſan prædictis ligati ſententiis celebrando divina vel ſe ingerendo eiſdem, vel interdicta hujuſmodi utrinque prolata violando, vel in locis ob hoc interdictis etiam celebrando contraxerunt; auctoritate præſentium diſpenſamus. Non intendentes, quod per hoc aliæ excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti ſententiæ, ſi quibus forte ex cauſis aliis præfati Epiſcopus, Clerus & perſonæ Eccleſiaſticæ, eorumque Eccleſiæ ac civitas & Diœceſis prælibatæ & alia loca eorum ſeu dicti Minores & perſonæ Tertii Ordinis, & benefactores eorum, ſeu participantes cum eis præmiſſorum occaſione forſitan ſubjacebant, aliquatenus revocentur, ſed ſicut prius debeant obſervari donec canonice fuerint relaxatæ. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus veſtrum per vos vel alium ſeu alios ſuſpenſionem, revocationem, et diſpenſationem hujuſmodi per nos factas in dicta civitate Spiren. et aliis locis Civitatis, et Diœceſis prædictarum, ubi expedire videritis ſolemniter publicetis.

Datum Avenione Kalend. Martii anno VI.

CXI.

Ut examinent quoſdam de Tertio Ordine Pœnitentium de quibuſdam erroribus inſimulatos. Ibid. epiſt. 97.

Vener. Fratribus univerſis Archiepiſcopis & Epiſcopis, per Narbonen. Tholoſan. Auxitan. Burdegallen. Terraconen. Arelaten. Aquen. Viennen. & Ebredunen. provincias conſtitutis.

Munus Pontificis culpas in Eccleſia corrigere. §. I. Si ea, quæ pro ſalute fidelium in propagationem exemplarium actionum, et in perennis vitæ præmium conſequendum per ſanctorum Patrum veneranda ſtudia, ſancta et pia ſumpſere principia, poſtmodum ex humanæ malignitate naturæ, quæ ſemper ad vetita labitur, et plus quærit ſapere, quam oportet, in pernicioſos revolvuntur errores, animarum pernitiem parituros, ad Romani Pontificis providentiam pertinet, errores ipſos non pertranſire ſilentio, ſed priuſquam ſpacientur et affluant, perſonas in ipſis demerſas erroribus, vel paterna caſtigatione corrigere, vel in eis, ſi opus fuerit, condignæ ultionis acrimoniam exercere.

Sanctus Franciſcus Trium Ordin. inſtitutor. §. II. Conſtat ſiquidem, glorioſum illum beatum Franciſcum, Domini confeſſorem, tres Ordines priuſquam ad cœleſtia regna tranſiret, inſtituiſſe ad Chriſtianæ Religionis augmentum, et ſalutem fidelium populorum in univerſalis Eccleſiæ firmamentum. Primum namque Fratrum Minorum Ordinem voluit appellari, ſecundum ſanctæ Claræ, ſeu Minoriſſarum, juxta provinciarum idiomata nuncupatum, et tertium continentium, ſperans Confeſſor ipſe, juxta ſanctiſſima ſine ruga et macula vota ſua, quod profeſſores ipſorum Ordinum per virtutum odoramenta percurrerent, et in æternum Eccleſiæ Dei ſuaviſſima redderent holocauſta.

§. III. Et

§. III. Et licet ex primis duobus Ordinibus, prout in Domino congaudemus, ſuaves et emeritos laudibus ſentiamus odores, de nonnullis profeſſoribus tamen ejuſdem Tertii Ordinis, gravis ad noſtri Apoſtolatus auditum, quod dolenter referimus, pervenit infamia, ultionis acrimonia in profeſſores ipſos, ſi dictis facta conveniunt, relatura: videlicet eſſe in hujuſmodi Ordine tertio nonnullas ſexus utriuſque perſonas, quæ volentes potius ſuo errore perire, quam Evangelica doctrina & ſalubri perſuaſione proficere, de articulis fidei, de ſacramentis Eccleſiæ, de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac in quantum claves ejuſdem Eccleſiæ ſe extendunt, altercari, & diſputare; nonnulli etiam ex eis aliter, quam Romana Eccleſia doceat, et ſentiat, ſentire, ac profiteri præſumunt, in derogationem quantum in eis extat, Catholicæ fidei, et in perniciem ſuarum et aliarum, quas aſtute decipiunt, ſimplicium animarum. De TertioOrdine Pontifex conqueritur.

§. IV. Nos itaque dignum cenſentes, et debitum, ut ſuper his per nos et veſtrum quemlibet auctoritate noſtra, cum ſitis in partem noſtræ ſollicitudinis evocati, habeatur indago et certitudo plenaria veritatis, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta in virtute obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus ne talis morbi contagium in fideles ſubrepat populos, animaſque ſimplicium, quod abſit, inficiat, perſonis utriuſque ſexus ejuſdem Tertii Ordinis in veſtris Diœceſibus conſtitutis, ad veſtram, prout commodius fieri poterit, evocatis præſentiam, inquiratis, tam ſuper præmiſſis et ſingulis præmiſſorum, quam de ingreſſu eorum ad hujuſmodi Tertium Ordinem, et per quem, vel quos ad ipſum Ordinem fuere recepti, et in cujus, ſeu quorum manibus, ac ubi, et quando, et quid ſpecifice fuere profeſſi, juxta datam vobis ex alto prudentiam, et habita de ingreſſu, receptione, profeſſione ipſorum, ac de diſputationibus et erroribus, ut præfertur, et utrum tamquam fideles, atque Catholici firmiter de prædictis et aliis ſentiant, quod ſancta Romana ſentit Eccleſia, certitudine veritatis, illis, ex eis, quorum repereritis ſub vita laudabili et doctrina Eccleſiaſtica, et fide Catholica, et juxta ritum ſuæ regulæ et obſervantias vivere, ſeque in dictis diſputationibus, et errorum maledictionibus non involui, jacturam, ſeu moleſtiam aliquam, cum non ſit æquum innocentes cum nocentibus ad paria judicari, nullatenus inferatis, ſed exhortari ſedulo ſtudeatis eoſdem, ne puram ſuarum mentium maſſam pravi fermenti commixtione coinquinent, ac per vitæ puritatem, innocentiam, atque munditiam Domino militantes, mereantur conſequi felicitatis æternæ præmium, quod conſtat non inchoantibus repromitti, ſed perſeverantibus, in conſummatione præſtari. Commiſſio demandata Prælatis illos examinandi.

§. V. Illos vero quos in præmiſſis articulis, aut ipſorum aliquo, videlicet vel in articulis fidei, vel in Sacramentis Eccleſiæ, aut in Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu in quantum claves ejuſdem Eccleſiæ ſe extendant, aut quomodolibet deviantes inveneritis ab eo, quod Romana ſervat, et docet Eccleſia, et a Catholicæ fidei rectitudine deviare, vobis et inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, ſecundum canonicas ſanctiones et privilegia ſuper hoc ab Apoſtolica Sede conceſſa relinquimus, vel ad veritatis ſemitam, ſi Deus dederit, ſervato juris ordine redeuntes..... vel juxta ipſorum culpas et demerita, debita et canonica animadverſione plectendos. Dignum eſt equidem, ut quos timor Dei et inſtituta ſanctorum, ac propriæ ſalutis conſideratio a malo non revocant, animadverſio debita et divini ac humani juris cenſura præcellant.

Datum Avenione IV. Kalend. Maii anno VI.

CXII.

Ut condere poſſit teſtamentum. Ibid. epiſt. 944.

Venerabili fratri Joanni Epiſcopo Trecoren.

QUia præſentis vitæ conditio, &c. ut ſupra in bulla 40. Clementis V. uſque ad *vel etiam Ordini Minorum, quem fuiſti profeſſus, quomodolibet deputata, &c.* uſque ad finem.
Datum Avenione Idib. Maii anno VI.

CXIII.

Confirmatur fundatio & dotatio Monaſterii Clariſſarum Meſſanen. Ibid. epiſt. 813.

Dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſæ & Conventui Monaſterii ſanctæ Claræ Meſſanen. Ordinis ſanctæ Claræ.

Clariſſarum Ordinis elogium.

§. I. DUm prudenter attendimus, quod vitalis odor, quo Eccleſiam Dei Ordo veſtræ religionis implevit, pium ſuſcepit incrementum, ac inſignis lucerna operum ſanctitatis, quam Domious in vobis ad illuminationem domus ſuæ inter alia cœleſtium exemplarium lampades ſuſcitavit, extingui neſcit nube caliginis, vel obduci, ac quod directa in vultum Dei mentium veſtrarum ſtudia, ſurſum aſſiduis deſideriis eriguntur, quodque indeſinenter proficitis in cenſura morum et regularis obſervantiæ diſciplina, gratum nobis redditur plurimum, et acceptum, ut vos illa gratia proſequamur, quæ vobis et Ordini veſtro Religionis profectum pariat, et quietis gaudia ſubminiſtret.

Conſtantia Regina Monaſterii fundatrix, & Monialis.

§. II. Sane petitio pro parte veſtra nobis exhibita continebat, quod claræ memoriæ Conſtantia Regina Aragonum Monaſterium veſtrum, de licentia et conceſſione beati Petri de Murrone confeſſoris, tunc Cœleſtini Papæ V. de bonis propriis conſtruxit, pariter et dotavit, aſſumens ejuſdem Ordinis habitum in eodem; quodque poſtmodum nos; eidem Monaſterio dicimur conceſſiſſe, quod vos et Monaſterium veſtrum omnibus privilegiis, indulgentiis et libertatibus gauderetis, quibus gaudent alia Monaſteria Ordinis ſupradicti; verum quia per venerabilem Fratrem noſtrum Archiepiſcopum Meſſanen. loci Ordinarium aſſeritur, ſeu etiam allegatur, quod pro eo, quod dictum Monaſterium ex conceſſione dicti Cœleſtini fundatum, conſtructum extiterat et dotatum, et quod felic. rec. Bonifacius Papa VIII. prædeceſſor noſter omnes gratias, et conceſſiones per eumdem Cœleſtinum quibuſcumque perſonis factas, ſubſequenter duxerat revocandas, dicta fundatio et conſtructio ejuſdem Monaſterii, et quæcumque indulgentiæ, privilegia, et libertates a Sede Apoſtolica ei conceſſa de jure ſubſiſtere minime videbantur, nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut fundationem, conſtructionem, dotationem, et dictorum privilegiorum, indulgentiarum, et libertatum conceſſionem, revocatione ejuſdem Bonifacii non obſtante, approbare, atque ex certa ſcientia confirmare, et decernere hujuſmodi conceſſionem per nos factam perinde valere debere, ac ſi in litteris ipſius conceſſionis de præmiſſis omnibus et ſingulis plena et expreſſa fuiſſet mentio habita, dignaremur.

Revocata privilegia petitur cōfirmari.

Annuit Pontifex petitioni.

§. III. Nos itaque veſtris, et cariſſimæ in Chriſto filiæ noſtræ Alionoræ

ræ Reginæ Trinacriæ illuſtris, quæ ad dictum Monaſterium præcipue gerit devotionis, et dilectionis affectum, nobis ſuper hoc humiliter ſupplicantis, ſupplicationibus inclinati, fundationem, conſtructionem, dotationem et eorumdem privilegiorum, indulgentiarum et libertatum conceſſionem, præfata revocatione dicti Bonifacii non obſtante, dummodo aliud rationabile non obſiſtat, approbamus, eaque ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica confirmamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, decernentes hujuſmodi conceſſionem per nos, ut præmittitur, factam perinde valere debere, ac ſi in eiſdem noſtris litteris ipſius conceſſionis de præmiſſis omnibus et ſingulis plena et expreſſa mentio habita extitiſſet. Nulli ergo, &c.

Datum Avenione III. Non. Julii anno VI.

CXIV.

Præficitur Eccleſiæ Lodouen. Ibid. ep. 942.

Dilecto Filio Joanni electo Lodouen.

§. I. Sedula nos paſtoralis officii cura ſollicitat, ut circa ſtatum Eccleſiarum vacantium attentæ conſiderationis intuitum dirigentes, operoſæ ſollicitudinis ſtudium impendamus, ut vitatis diſpendiis, quæ ſolent illis ex vacatione diutina provenire, præficiamus ipſis perſonas idoneas, & viros providos, per quorum circumſpectam prudentiam, & ſolertiam ſtudioſam ſpiritualibus, & temporalibus, divina favente clementia, proficiant incrementis.

§. II. Nuper ſiquidem Lodouen. Eccleſia, pro eo quod nos Venerabilem Fratrem noſtrum Jacobum, Epiſcopum tunc Lodouen. in Archiepiſcopum Aquen. electum, apud Sedem Apoſtolicam conſtitutum, a vinculo quo tenebatur eidem Lodouen. Eccleſiæ, cui præerat, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſolventes, ad Aquen. Eccleſiam, tunc vacantem, duximus transferendum, præficiendo ipſum eidem Aquen. Eccleſiæ in Archiepiſcopum & paſtorem, ſolatio deſtituta paſtoris; Nos ad celerem proviſionem ejuſdem Lodouen. Eccleſiæ, ne prolixæ vacationis exponeretur incommodis, ſollicite intendentes, cum nullus præter nos hac vice de ipſius Lodouen. Eccleſiæ ordinatione ſe intromittere poſſet, pro eo quod nos dudum ante vacationem ipſius, &c. *contingeret attentari*.

§. III. Poſt deliberationem quam ad deputandum eidem Lodouen. Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis in ſuis valeret juribus utiliter gubernari, ac etiam adaugeri, cum dictis Fratribus habuimus diligentem, ad te Ordinis Fratrum Minorum profeſſorem, in ſacerdotio conſtitutum, cui de vitæ munditia, litterarum ſcientia, gravitate morum, circumſpectionis expertæ prudentia, & aliis virtutum meritis fide digna teſtimonia ſuffragantur, direximus aciem mentis noſtræ. Quibus omnibus diligenti meditatione diſcuſſis, volentes præfatæ Lodouen. Eccleſiæ ſalubriter providere, de perſona tua nobis, & eiſdem Fratribus, ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, memoratæ Lodouen. Eccleſiæ, de ipſorum Fratrum Conſilio, auctoritate apoſtolica, providemus, teque illi in Epiſcopum præficimus, & Paſtorem, curam & adminiſtrationem ipſius Lodouen. Eccleſiæ tibi tam in ſpiritualibus quam temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias, & largitur præmia confidentes, quod eadem Lodouen. Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & prudentiam circumſpectam, non Vide Conſt. 95. hujus Pontif. ſol.

ſolum præſervabitur a noxiis, verum etiam ſalubria in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus, divina favente clementia, ſuſcipiet incrementa. Jugum itaque Domini prompta devotione ſuſcipiens, &c. *valeat incrementis*.

Datum Avenione 7. Idus Julii anno VI.

CXV.

Præficitur Eccleſiæ Paphenſi. Ibid. ep. 1087.

Venerabili Fratri Aymerico Epiſcopo Paphen.

§. I. Apoſtolicæ Sedis benignitas circa Eccleſiarum utilitates intenta, & in munificentiis liberalis, non incongruum reputat proprio juri detrahere, ut perſonis benemeritis ſe exhibeat gratioſam.

§. II. Sane dudum Paphen. Eccleſia, per obitum bonæ memoriæ Iacobi Epiſcopi Paphen. ſolatio deſtituta paſtoris, nos de vacatione hujuſmodi ex fide dignis relatibus certiores effecti, ac cupientes, quod eidem Eccleſiæ per noſtræ providentiæ ſtudium perſona præficiatur idonea in paſtorem, proviſionem ejuſdem Eccleſiæ duximus ſpecialiter reſervandam.

§. III. Verum quia dilecti filii Capitulum ejuſdem Eccleſiæ ante reſervationem hujuſmodi, te Minorum Ordinis profeſſorem in ſuum & ejuſdem Eccleſiæ Epiſcopum duxerant concorditer eligendum, tu hujuſmodi reſervationis, poſt electionem hujuſmodi per nos factæ forſan ignarus, per Venerabilem Fratrem noſtrum Joannem Archiepiſcopum Nicoſien. cui prædicta Eccleſia jure Metropolitico eſt ſubjecta, obtinuiſti electionem hujuſmodi confirmari, & ſubſequenter tibi munus conſecrationis impendi, ac poſt confirmationem bonorum ipſius Eccleſiæ adminiſtrationem recipiens in ſpiritualibus, & temporalibus adminiſtraſti libere in eadem. Poſtmodum vero reſervatione hujuſmodi ad notitiam tuam deducta, tu prudenter attendens, quod prædicta electionis ejuſdem confirmatio & conſecratio reſervationem & decretum hujuſmodi ſubſecutæ, omni juris carebant effectu, ad prædictam Sedem te perſonaliter contuliſti, ac in noſtra ac Fratrum noſtrorum præſentia conſtitutus, te ſuper his omnibus noſtris, & ejuſdem Eccleſiæ beneplacitis devote & humiliter commiſiſti.

§. IV. Nos igitur fide digna relatione multorum plenius informati, quod tibi vita laudabilis, religionis zelus, morum elegantia, litterarum ſcientia, & alia multiplicia virtutum merita adeo ſuffragantur, quod Clero & populo Paphen. civitatis & Dioec. acceptus, quodque per tuæ circumſpectionis prudentiam prædicta Eccleſia a noxiis & adverſis præſervari laudabiliter poterit, & in ſpiritualibus & temporalibus, auctore Domino, ſalubria ſuſcipere incrementa, & propterea dignum cenſentes & congruum, ut circa perſonam tuam reſervationi prædictæ uberem ejuſdem Sedis gratiam præferentes, te in hac parte ſpecialis favoris & gratiæ proſequamur prærogativa, electionem prædictam de te factam, & confirmationem electionis ejuſdem, ac conſecrationem perſonæ tuæ poſtmodum ſubſecutas, ac ea, quæ ſpiritualiter & temporaliter alias utiliter & prudenter in adminiſtratione prædicta geſſiſſe dignoſceris, de ipſorum Fratrum conſilio, & Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, perinde valere decernimus, ac robur habere perpetuæ firmitatis, ac ſi nulla reſervatio proviſionis ejuſdem Eccleſiæ per nos facta, nullumque decretum interpoſitum extitiſſet. Volentes ut curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus præmiſſis, nequaquam obſtantibus, libere valeas exercere. Nulli ergo, &c. noſtræ conſtitutionis & voluntatis, &c.

Datum Avenione 15. Kal. Auguſti anno VI.

CXVI.

CXVI.

Præficitur Eccleſiæ Coriſopiten. Ibid. ep. 1029.

Dilecto Filio Bernardo Electo Coriſopiten.

§. I. SEdula nos paſtoralis officii cura ſollicitat, &c. olim ſiquidem bonæ memoriæ Thoma Coriſopiten. Epiſcopo, regimini Coriſopiten. Eccleſiæ præſidente, cupientes per Apoſtolicæ Sedis providentiam eidem Eccleſiæ, poſt ipſius Epiſcopi obitum, perſonam utilem præſidere, proviſionem ipſius Eccleſiæ, cum eam vacare contingeret, ea vice diſpoſitioni noſtræ & ejuſdem Sedis duximus ſpecialiter reſervandam; decernentes ex tunc irritum & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque ſcienter vel ignoranter contingeret attentari. — Vide conſtit. 114. hujus Pontif.

§. II. Poſtmodum eodem Epiſcopo in partibus illis univerſæ carnis viam ingreſſo, nos attendentes, quod nullus præter nos de proviſione ipſius Eccleſiæ hac vice ſe intromittere poteſt, reſervatione hujuſmodi obſiſtente, poſt vigilem, quam ad præficiendum eidem Eccleſiæ perſonam utilem, ac etiam fructuoſam, cujus induſtria probitatis eadem Eccleſia in ſuis valeat juribus adaugeri, ac etiam defenſari, cum Fratribus noſtris habuimus diligentiam, ad te Ordinis Fratrum Minorum Profeſſorem, Ordinem ipſum expreſſe profeſſum, in ſacerdotio conſtitutum, cui Religionis zelus, litterarum ſcientia, morum elegantia, vitæ honeſtas, aliaque dona virtutum tibi deſuper conceſſarum laudabiliter ſuffragantur, direximus aciem mentis noſtræ. Quibus omnibus debita meditatione penſatis, de perſona tua nobis & eiſdem Fratribus noſtris, ob hujuſmodi tuorum exigentiam meritorum accepta, de ipſorum Fratrum conſilio, eidem Eccleſiæ auctoritate Apoſtolica providemus, teque illi in Epiſcopum præficimus, & paſtorem, curam & adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ tibi tam in ſpiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in illo qui dat gratias & largitur præmia confidentes, quod eadem Eccleſia per tuæ circumſpectionis induſtriam, & providentiam circumſpectam, non ſolum præſervabitur a noxiis, verum etiam in eiſdem ſpiritualibus & temporalibus, divina favente clementia, ſuſcipiet incrementa.

§. III. Quocirca diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus a Domino ſuſcipiens reverenter, in ipſius Eccleſiæ ampliandis honoribus & profectibus procurandis, ſic te reddas ſine intermiſſione ſollicitum, gregem dominicum in illa vigilantiæ tuæ creditum, doctrina verbi & operis informando, quod exinde apud remotos & proximos tua fama clareat per effectum, & in dilectionem nobis veniat, te opportuno tempore gratioſe proſequi, ac tuis deſideriis favorem benevolum impertiri.

Datum Avenione 14. Kal. Aug. ann. VI.

CXVII.

Digitized by Google

CXVII.

Deputantur Conſervatores Monaſterii Clariſſarum Del-Peyrat. Ibidem epiſt. 924.

Venerabilibus Fratribus Agennnen. & Petragoricen. ac Lemovicen. Epiſcopis.

§. I. SUb religioſis habitu vacantibus piæ vitæ ſtudio debemus eſſe propitii, ut in divinis beneplacitis exequendis malignorum non poſſint obſtaculis impediri.

§. II. Cum igitur dilectæ in Chriſto filiæ Abbatiſſa & Conventus Monaſterii Del-peyrat de Maron, extra muros caſtri de Gordonio, Ordinis ſanctæ Claræ, Caturcen. diœceſis, ſicut ex parte ipſarum fuit propoſitum coram nobis, à nonnullis qui nomen Domini in vanum recipere non formidant, ſuper poſſeſſionibus & aliis bonis ſuis graves patiantur injurias, & jacturas; Nos earumdem Abbatiſſæ & Conventus providere quieti, & malignorum malitiis obviare volentes, fraternitati veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios eiſdem Abbatiſſæ & Conventui, pro noſtræ & Apoſtolicæ Sedis reverentia, opportuni favoris præſidio aſſiſtentes, ipſos contra indulta privilegiorum eis a Sede conceſſorum eadem, non permittatis ab aliquibus indebite moleſtari. Moleſtatores hujuſmodi quicumque & cujuſcumque condititionis, religionis, aut ſtatus exiſtant, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; non obſtantibus tam felic. recordation. Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri &c. *nullatenus excedatis*.

Datum Avenione Kal. Auguſti, anno VI.

CXVIII.

Ut procedant contra Fratricellos. Ibid. epiſt. 1189.

Venerabilibus Fratribus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & dilectis filiis Fratribus Prædicatorum, & Minorum Ordinum Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, ad quos præſentes litteræ pervenerint.

§. I. DUdum fide digna relatione ad Apoſtolatus noſtri pervenit auditum, quod nonnulli viri peſtiferi, qui vulgariter Fratricelli &c. ut in Extrav. *Sancta Romana*, uſque ad *Nos attendentes* quod talium damnanda temeritas in ejuſdem fidei detrimentum, fidelium ſcandalum, præfati Minorum & aliorum Ordinum opprobrium, ac etiam ſuarum & aliarum animarum multarum perniciem redundabat, ſectam, ritum & ſtatum hujuſmodi, de Fratrum noſtrorum conſilio, auctoritate Apoſtolica, nullius fuiſſe & eſſe decrevimus firmitatis, & quatenus de facto proceſſerant, de conſilio & auctoritate præmiſſis revocantes omnino, perpetuæ prohibitioni ſubjecimus, eoſque ab Eccleſia Dei penitus duximus abolendos, eiſdem perſonis, & aliis quibuſcumque ſub pœna excommunicationis, quam eos ſi ſecus facerent, incurrere voluimus ipſo facto, injungentes expreſſe, ne ſtatum ſive ſectam, & ritum hujuſmodi ab ipſis aſſumptum ulterius ſectarentur, vel de novo ipſum aſſumere præſumerent, prout in conſtitutione noſtra ſuper hoc edita, quæ incipit: *San-*

Sancta Romana, atque univerſalis Eccleſia plenius continetur.

§. II. Quia igitur, ſicut accepimus, in nonnullis ciſmarinis, & ultramarinis partibus prænominati peſtiferæ ſectæ viri contra prædictos proceſſus venire, & facere moliuntur, Nos attendentes, quod parum eſſet prohibuiſſe præmiſſa, niſi ſit qui eadem tueatur, & puniat tranſgreſſores, diſcretioni veſtræ in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus vos, & ſinguli veſtrum ad requiſitionem Rectorum, & Vicariorum, ſeu Procuratorum, & Nunciorum dicti Ordinis Fratrum Minorum, & cujuſcumque eorumdem, conſtitutionem, ſeu prohibitionem hujuſmodi noſtram, quoad omnia ejus capitula, prout jacent, auctoritate noſtra faciatis per cenſuram Eccleſiaſticam, & alia juris remedia, prout expedire videritis, appellatione remota, inviolabiliter obſervari, contra quoſcumque, qui adverſus contenta in ea vel eorum aliquod facere præſumpſerint, cujuſcumque ſtatus aut conditionis extiterint, ad pœnas debitas procedentes, juxta canonicas ſanctiones, contradictores per cenſuram eamdem, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, non obſtantibus ejuſdem Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri &c. & alia qualibet conſtitutione contraria non obſtante.

Datum Avenione Kal. Auguſti anno VI.

CXIX.

Ut poſſint transferre domum ſuam intra civitatem Albinganen. Ibidem epiſt. 1467.

Dilectis filiis Miniſtro Provinciali Fratrum Ordinis Minorum in Provincia Januen. & Fratribus ejuſdem Ordinis loci Albinganen.

§. I. INter ceteros Ordines in agro plantatos Eccleſiæ ſacrum veſtrum Ordinem, claris ſuis exigentibus meritis, gerentes in viſceribus caritatis, ad ea vigilanter intendimus, ac opem, operamque ſollicitam impertimur, per quæ ſtatus ejuſdem Ordinis ad divini nominis gloriam proſperis ſemper ſucceſſibus affluat, & præſervetur a noxiis & adverſis.

§. II. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod locus veſter, quo hactenus juxta muros civitatis Albinganen. conſiſtebat, per fideles Eccleſiæ, per quos tunc dicta civitas tenebatur, pro ipſius civitatis tutela, & ne per obſidionem hoſtium eidem periculum immineret, fuit uſque ad fundamenta deſtructus. Unde nos attendentes, quod ſi dictus locus in eodem fundo, in quo fuerat, reædificetur de novo, frequenter eadem civitas ſimili poſſet periculo ſubjacere, quodque locus idem intra fortalitia ſeu mœnia civitatis ejuſdem propter parvitatem ambitus ipſius mutari non poteſt, quin eſſet, propter Eccleſiam dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Prædicatorum civitatis prædictæ, infra cannarum ſpatium, infra quod prope dictam Eccleſiam eis locum recipere & habere non licet contra conſtitutionem per felicis recordationis Clementem Papam IV. prædeceſſorem noſtrum ſuper hoc ſpecialiter editam, nobis humiliter ſupplicaſtis, ut ne contingat vos propterea in dicta civitate loco carere, hujuſmodi neceſſitatis articulo depoſcente, providere vobis ſuper hoc de opportuno remedio dignaremur.

§. III. Nos itaque vobis in hac parte paterno compatientes affectu, ve-

veſtriſque ſupplicationibus inclinati, quod prædictum locum poſſitis mutare, ac etiam infra dictum ſpatium prope Eccleſiam dictorum Fratrum Prædicatorum civitatis prædictæ, in fundo ſeu territorio a vobis alias legitime acquiſito, vel etiam acquirendo reædificare, & conſtruere libere valeatis, conſtitutione prædicta, & qualibet alia contraria non obſtantibus, vobis auctoritate præſentium liberam concedimus facultatem.

§. IV. Volumus autem, quod in mutatione loci præfati diſplicentiam & moleſtiam dictorum Fratrum Prædicatorum curetis omnino, quantum poteritis, evitare, quodque conſtitutioni prædictæ quoad alia loca, nullum per hoc præjudicium generetur. Nulli ergo &c. noſtræ conceſſionis &c.

Datum Avenione Kal. Septembris anno vii.

CXX.

Ut permittat Minoritis ædificare domum in villa Cordiglanæ. Ibidem epiſt. 1653.

Rectori Ducatus Spoletani.

§. I. PRo parte dilectorum filiorum Hermanni Raynerii, & Ugolini & Raynerii ejuſdem Hermanni nepotum, Militum Peruſin. nobis exhibita petitio continebat, quod ipſi zelo devotionis accenſi, cupientes terrena pro cœleſtibus, & tranſitoria pro æternis ſalubri commercio commutare, gerentes quoque ad Ordinem Fratrum Minorum ſpecialis devotionis affectum, in quibuſdam poſſeſſionibus eorum ſitis in diſtrictu Villæ Cordiglanæ, juxta Tiberim Peruſin. diœc. quemdam locum ad uſum Fratrum ejuſdem Ordinis fundare & ædificare proponant, nec non Fratribus ponendis in loco hujuſmodi de neceſſariis providere; nobis humiliter ſupplicarunt, ut Fratribus Conventus Peruſini prædicti Ordinis recipiendi locum hujuſmodi, ac in eo Fratres ipſius Ordinis ponendi, ſeu locandi largiri licentiam dignaremur.

§. V. Nos vero de ſtatu & conditione poſſeſſionum, ſeu loci hujuſmodi conſtruendi, an ſit habilis & ſufficiens, notitiam non habentes, gerentes quoque de tuæ circumſpectionis induſtria fiduciam in Domino ſpecialem, diſcretioni tuæ præſentium tenore committimus & mandamus, quatenus de ſufficientia & habilitate hujuſmodi loci plenarie te informans, cum ad hoc ſufficientem & habilem pro Conventu ipſorum Fratrum inibi ordinando, eiſdem Fratribus ipſius Conventus Peruſin. quod inibi locum Fratrum Ordinis prælibati cum cappella ſeu oratorio, domibus & aliis neceſſariis officinis, parochialis Eccleſiæ ejuſdem Villæ, & cujuslibet alterius jure ſalvo, conſtruere, & ædificare, ac in eo Fratres ipſius Ordinis ponere ſeu recipere, uſque ad certum numerum, prout eis expediens fore videbitur, libere valeant, conſtitutione felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri ſuper hoc in contrarium edita non obſtante, concedas auctoritate noſtra liberam & plenariam poteſtatem.

Datum Avenione xviii. Kal. Septembris anno vii.

IN-

Digitized by Google

INDEX

RERUM NOTABILIUM

Notæ Arabicæ paginam, Romanæ marginalem paragraphum denotant.

A

ABbatiſſa quædam defunctas Moniales ad obedientiam vocat. 330. XLV.

Abrahami Bzovii menda deteguntur, & calumniæ refutantur. 4. V. 46: XXIV. 106. VIII. 110. XV. ſeqq. HI. XIX. 196. II. 197. III. 198. VI. 199. VIII. 200. XII. 228. XV. 232. VII. 235. XIII. 261. II. 279. XXV. 285. XXXVII. 287. XLI. 289. XLIV. ejùs opinio de Fratricellorum hæreſiarcha. 288. XLII.

Adamus Godamus ſacræ Theologiæ Oxonii profeſſor. 344. I.

Adamus Guardianus Bertwici Nuncius pro componendis inter Reges Angliæ, & Scotiæ diſſidiis. 338. XII.

Adamus ſocius Antonii de Duratio miraculis glorioſus. 65. IV.

Ademarus, aut Aldemarius præclarus vir a Benedictinis ad Minoritas tranſit. 153. VII. ejus virtutes. 154. VII. & miracula. 154. VIII. ſeqq. moritur. 155. X. quinam ejus ſcripſere geſta. 156. X.

Beatus Ægidius Aſſiſias beato Conrado apparet. 75. III.

Ægidius Columna Auguſtinianus doctrinam examinat Petri Joannis Olivi. 167. II.

Ægidius Patriarcha Gradenſis Legatus ad Regem Sclavorum. 102. IV.

Ægidius Zamorenſis doctrina & pietate inſignis. 6. II.

Agnes de Francia Imperatrix Neapoli ſepulta. 279. XX.

Agnes quædam Monaſterii Monticelli Reformatrix. 344. III.

Agneſina Raynerii Clariſſa virtute celebris. 31. V.

Agreſtius quidam calumniator punitus. 221. III.

Alanus Provincialis Turoniæ Communitatem Ordinis defendit. 171. IV.

Alarinus Conventus. 219. XX.

Alaſia beatæ Delphinæ Soror. 337. IX.

Albarii Conventus. 54. XXXIX.

Alberſtadenſis Conventus. 165. XXVIII.

Albertus Conzaga Yporegienſis Epiſcopus apud Minores tumulatus. 353. III.

Albertus Krantius Fratricellorum hæreſiarcham recenſet. 288. XLII.

Albertus de Mediolano Canonicus Ravennatenſis. 173. IX.

Albertus Peruſinus Mathematicus Fontem Peruſii perficit. 394. XLIX.

Albertus de Viis Conſtantinopoli ſepultus 59. XL.

Albinganenſis Conventus. 408. LXXIII.

Alcherus Delaqua de Laudenſi Epiſcopatu contendit. 323. XXXI.

Aldemarius. V. *Ademarus*.

Alexander ab Alexandria Miniſter Generalis. 213. III. Ordinis Communitatem defendit. 167. II. Romæ obiit. 223. VII. plura ſuæ doctrinæ monumenta reliquit. ibid.

Alexander Bononienſis Ordinis jura ſuſtinet. 171. IV.

Alexander Terræ laboris. ibid.

Alexandri Alenſis; & Alexandri V. Pontificis effigies Scoti ſepulcrum exornant. 120. XLII.

Alexerina nobilis Fœmina Altaria in Eccleſia Heidelbergenſi conſtruit. 349. XI.

Alferius de Iſeruia Monaſterii Iſernienſis fundator. 342. XX.

Alionorda Regis Convenarum filia. 408. LXXI.

Alphonſus Luſitanus Dionyſio Regi Fratri reconciliatur. 188. XII.

Alphonſus alius Luſitanus Dionyſii, & ſanctæ Eliſabethæ filius. 189. XV.

Alphonſus de Oroſco vitam ſcribit beatæ Claræ de Monte Falco. 146. LXXXII.

Alphonſus Sancius Regis Dionyſii Luſitani nothus. 329. XLIV.

Alphonſus Siculorum Rex Monaſterium Clariſſarum Meſſanenſe auget. 327. XXXIX.

Alvarus Pelagius quando factus Minorita. 39. XIII. fuit Scoti diſcipulus. 136. LXVI. in Fratricellos ſcriptis invehitur. 285. XXXI.

Alvernæ Montis conſecratur Eccleſia. 176. XII. Henricus Imperator ejus patrocinium ſuſcipit. 184. V.

Amadeus Sabaudiæ Comes, cum Rege Roberto diſcordat. 264. v. Henricum Imperatorem per Alpes comitatur. 193. I. recuſat Imperium. 220. III.
Amaneus Comes de Lebreto cum Sanſanerio de Piſis pugnat. 265. VII. a ſancto Franciſco a multis liberatus periculis. 27. XXVIII. 67. IX.
Amaneus de Foſſato injurias Pontificiis Nunciis factas ulciſcitur. 266. VII.
Ambroſius Catarinus Scotum laudat. 131. LVIII.
Aodreas Calabriæ Dux intereſt conſecrationi Eccleſiæ Clariſſarum Neapolis. 180. XXI.
Andreas de Grimaldis Conſtautinopoli ſepultus. 55. XL.
Aodreas de Peruſio Epiſcopus Cabalienſis. 86. I. 92. VIII.
Andreas Semarita Sectam Fratricellorum propagare ſtudet. 288. XLI.
Andreas Vega Scotum laudat. 135. LXIV.
Andreas Venetus Minoritis addictus. 5. VII.
Andriola Monialis defuncta beatæ Claræ de Moute Falco meritis revocatur ad vitam. 145. LXXX.
Beata Angela Fulginas ſpiritum pœnitentiæ concipit. 156. XI. quibus gradibus ad perfectionis ſtatum pervenit. 156. XII. ei Diabolus multas infert moleſtias. 157. XIII. ſanctus Franciſcus benedictiooem largitur. ibid. ſpiritu Divino familiaris. 158. XIII. cordium arcana detegit. ibid. ſæpe in extaſim rapitur. 158. XIV. Chriſti amplexibus fruitur. ibid. Eumque ſub ſpeciebus eucharisticis latentem videt. 158. XV. duodecim annis ſolo ſacræ Synaxis cibo nutritur. 159. XV. pati deſiderat. 159. XVI. in extremis Chriſtum conſolatorem habet. 161. XIX. obitus horam prædicit. 160. XVII. Teſtamentum condit. 160. XVIII. moritur. 161. XX. honorifice ſepelitur. 162. XX. plurima ſcripſit Opuſcula. 162. XXI. quinam ipſius geſta narrarunt. 162. XXI.
Angeli beato Joanoi de Alverna familiares. 392. XLVI. Raguſii miraculoſæ eorum figuræ. 302. LIX.
Angelus Averſanus Cooveotus Ruremondenſis reformator. 303. LXIII.
Angelus Cæſius Tudertinus Epiſcopus. 78. X.
Angelus Clarenus coram Pontifice ſuam cauſam defendit. 319. XXIII. relictis aliis ſociis, cum diſcipulis in Piceno moratur. 12. VIII. in judicium vocatus coram Pontifice. 271. XV.
Angelus de Clavaſio doctrina, & virtute illuſtris. 302. LXII.
Angelus quidam pro fide a Bulgaris occiſus. 96. XIV.
Angelus del Pas Fratricellorum recenſet hæreſiarcham. 288. XLII.
Angelus Senenſis beatæ Claræ de Monte Falco geſta narrat. 146. LXXXII.
Angelus Spoletanus martyr. 228. XIII.
Antiphona contra luem de cœlo miſſa. 304. LXVIII.
S. Antoninus Scotum commendat. 134. LXIII.
Antonius Albergati Apoſtolicus Nuncius adeſt dum Scoti oſſa exhumaotur. 121. XLIII. 122. XLIII.
Antonius Andreas Scoti diſcipulus. 124. XLVI. Præceptorem laudat. ibid. & 134. LXIII.
Antonius Belluer apologetice pro Raymundo Lullo ſcribit. 234. XI.
Aotonius Epiſcopus Caetanus Cœoobium Valentinum exornat. 408. LXXIII.
Antonius de Fuxiraga Monaſterium Clariſſis ædificat. 28. XXXI.
Antonius Inquiſitor Tuſciæ. 290. XLV.
Aotonius Maria Spelta Fratricellorum Patriarcham oſtendit. 288. XLII.
Antonius Mediolanenſis martyrium ſubit. 224. IX.
Antonius de Monte Falco hiſtoriam beatæ Claræ de Monte Falco ſcribit. 141. LXXIV. 146. LXXXII. ejus doctrina, & pietas. 141. LXXV. 146. LXXXII.
Antonius Philotheus eamdem hiſtoriam corrigit. ibidem.
Aotonius Tegrimius pietate celebris moritur. 215. IX. præſcit obitus diem. ibid. multa patrat miracula ibid.
Aquenſis Conventus. 54. XL.
Aquiſgrani Conventus. 340. XV.
Aretinus Conventus. 324. XXXIV.
Arlatenſe Monaſterium. 165. XXIX.
Armeniæ Rex Oſinus Minoritis addictus. 183. II. ſex ad eum Fratres a Pontifice mittuntur. ibid.
Arnaldus Albertinus Raymundi Lulli vitam ſcribit. 235. XII.
Arnaldus Aymericus Lector Tholoſanus. 265. VII.
Arnaldus Deüſia Joannis XXII. Pontificis Parens. 243. II.
Arnaldus Garſiæ Delget Comes Leomaniæ. 148. LXXXVII.
Arnaldus de Pelagrua Cardinalis Ordinis Protector. 213. IV. Fratres devios ad Ordinis obedientiam redire compellit. ibidem.
Arnaldus Rogerii Salernitanus Archiepiſcopus. 410. III.
Arnaldus de Villanova. 198. VI. ejus opera proſcripta. ibidem.

Ar-

Arnoldus Alemannus Joannis de Monte Corvino ſocius. *69.* XIII.
Arnoldus beatæ Angelæ Fulginatis confeſſarius, & vitæ ſcriptor. 162. XXI. ei Chriſtus benedictionem largitur. 217. XIII.
Arnoldus Peregrinus Raymundi Lullii advocatus. 233. X. & Reginæ Aragoniæ Confeſſarius. ibid.
Artaniſius Procurator Generalis Ordinis. 102. IV.
Aſſiſienſe Monaſterium de Pauſio. 327. XXXIX.
Aſſiſiates Theſaurum e Templo ſancti Franciſci diripiunt. 373. XXXIX.
Aſteſanus de Aſte pietate, & doctrina inſignis. 245. VII.
Aſteſanus alius quædam Opuſcula ſcripſit. 246. VII.
Aſtorgius de Aureliaco defunctus a beato Ademaro ad vitam revocatur. 155. IX.
Auberti Miræi corriguntur errores. 164. XXVII. 303. LXIII.
Audomarenſe Monaſterium. 375. XLV.
Averſanum Monaſterium. 326. XXXIX.
Auguſtiniani non ſoli fuerunt olim Pontificii Sacriſtæ. 18. V.
S. Auguſtinus in re litteraria ſequendus, ſed non ſolus. 129. LVI.
Auguſtinus Antolinez vitam ſcribit beatæ Claræ de Monte Falco. 146. LXXXII.
Aurienſis Epiſcopus Minoritis infeſtus. 148. LXXXVII.
Aycardus Mediolanenſis Archiepiſcopus Pontificiæ partis propugnator. 298. LIV. Vir erat ſpectatæ religionis. 299. LV. in Matthæum Vicecomitem proceſſit. 410. II.
Aymericus Paphenſis Epiſcopus. 408. LXXII.
Azzo Ferrariæ Marchio cum Bononienſibus pacem init. 147. LXXXIII: comburi jubet corpus Hermanni hæretici. 288. XLII.

B

Bachienſis Conventus. 5. VII.
Balearium Regis filius Minorum Inſtitutum amplectitur. 39. XIII.
Banenſis Conventus. 5. VII.
Banez quid ſentiat de Chriſti paupertate. 402. LVIII.
Baptiſta Mantuanus Scotum laudat. 135. LXIII.
Bartholomæus ſive Bartholus Bardi Spoletanus, & Interamnenſis Epiſcopus. 347. VIII. 408. LXXII.
Bartholomæus Miniſter Tuſciæ ad Feſulanum Epiſcopatum promotus. 3. IV.
Bartholomæus Piſanus Epiſcopus Emporienſis. 4. IV. alius fuit ab Auctore libri conformitatum. ibidem.
Bartholomæus Sicardi ob cauſam Petri Joannis Olivi a Pontifice vocatus in judicium. 168. III. 316. XVI.
Bartholus Longus beati Conradi amicus. 241. XXIII.
Baſilienſis Conventus. 177. XVII.
Beantrienſis Conventus. 200. XVII.
Beatrix Imperatrix apud Minores tumulata. 184. IV.
Beatrix Regis Caſtellæ filia Alphonſo Luſitano deſponſata. 189. XIV.
Beguini V. *Fratricelli*.
Bejarienſis Conventus. 178. XVIII.
Belingerius de Monte Acuto miraculis glorioſus. 64. IV.
Bellarminus Cardinalis Fratricellorum fundatorem recenſet. 288. XLII. qualis ejus de Chriſti paupertate ſententia. 402. LVIII.
Benedictus XI. ad ſummum Pontificatum evehitur. 17. XXVI. Tres ex ſuo Inſtituto Fratres ad Cardinalatum promovet. ibidem. Conſtitutionem Bonifacii de ſepulcris moderatur. 28. XXXII. obit in Domino. 53. XXXVI. Ejus humilitas. ibidem. Varias controverſias oppreſſit. 57. XLIV. multas litteras in favorem Ordinis noſtri expedivit. 57. I. ſeqq. V. *Epiſtola*.
Benedictus Aſculanus Epiſcopus Eccleſiam Minorum Fabriani conſecrat. 384. XXVI.
Benedictus Canonicus Antibarenſis renunciatus Suacinenſis Epiſcopus. 147. LXXXIV.
Benedictus a Græcio vir inſignis floret. 63. IV.
Beneſio de Wartenbertk Pontifex mittit epiſtolam. 311. VI.
Beneventanum Monaſterium. 15. XVI.
Benevenuta de Aliprandis Clariſſa. 31. V.
Benevenuta Anconitana Jeſum Chriſtum Conradum expectantem intuetur. 77. VI. Idem Conradus ei epiſtolam mittit. 76. VI.
Berengaria Arias Monaſterium Ciſtercienſe incipit. 185. VII.
Berengaria Monialis humilis mirabili eventu in Abbatiſſam eligitur. 330. XLV. Mortuas Sorores ad obedientiam vocat. ibid.
Berengarius Africanus vitam beatæ Claræ de Monte Falco ſcribit. 140. LXXIII. Ejuſque virtutes examinat. 143. LXXVII.
Berengarius Stedellus judex conſtitutus in cauſa Petri Joannis Olivi. 167. II.

Bernardinus Coirus Scotum commendat. 134. LXIII.

B. Bernardinus de Feltrio quid ſentiat de beatæ Claræ de Monte Falco Inſtituto. 142. LXXV.

S. Bernardinus Senenſis Tomum quartum operum, quæ ſub ejus nomine circumferuntur, non compoſuit. 114. XXV.

S. Bernardus Abbas in Fratricellos invehitur. 287. XL.

Bernardus de Belega virtutibus, & miraculis clarus. 74. I.

Bernardus delli Conſi cauſam Reformatorum coram Pontifice defendit. 320. XXIV. varias moleſtias patitur. 321. XXVI. in carcere moritur. 321. XXVII.

Bernardus Coriſopitenſis Epiſcopus. 408. LXXII.

Bernardus Ermengaudus Raymundi Lullii Advocatus. 233. X.

Bernardus Hortulanus Pontificius Pœnitentiarius. 89. I.

Bernardus a Lutzemburgo Patriarcham Fratricellorum recenſet. 288. XLII.

Bernardus de Monte Faveſio Cardinalis. 259. XXXIX.

Bertranda Carmara miraculoſe Euchariſtiam recipit. 255. XXVIII. Chriſtum intuetur in lecto beati Elzearii recumbentem. ibidem.

Bertrandi Cardinalis imago Scoti ſepulcrum exornat. 121. LXII.

Bertrandus Garſiæ Delguet Comes Leomaniæ. 148. LXXXVII.

Bertrandus Gottus Pontifex eligitur. V. *Clemens V.*

Bertrandus de Turre Cardinalis a Papa contra Fratres Inobedientes delegatus. 305. I. & Nuncius pro Papa inter quoſdam Principes. 305. II. ad Archiepiſcopatum Salernitanum promovetur. 339. XIII. & ad Cardinalatum. 346. V. Matthæi Vicecomitis audaciam comprimit. 410. II. quando mortuus. 246. V.

Bitterenſi Conventus. 324. XXXV.

Bizochi V. *Fratricelli*.

Blancha ſive Candida Aragonia Clariſſa. 327. XXXIX.

Blancha, ſive Candida Burgundia ſancti Ludovici Epiſcopi conſanguinea. 295. XLVIII.

Blancha ſive Candida ſancti Ludovici Regis Francorum filia Monialis. 202. XV.

Blancha, ſive Candida, Philippi Pulchri Galliarum Regis Filia Clariſſa. 242. XXIV.

S. Blaſii imago a lue multas Moniales tuetur. 331. XLVI.

Bocaſius Benedicti XI. Genitor. 29. II.

Bosleao Wratislavienſium Duci Pontifex ſcribit. 311. VI.

Bonagratia de Bergomo contra Ubertinum de Caſali ſcribit. 171. IV. a Pontifice condemnatur. 317. XVII. Bernardum delli Conſi perſequitur. 321. XXVI. Procurator Ordinis apud Pontificem in controverſia de paupertate. 401. LVI.

S. Bonaventuræ imago Scoti ſepulcrum exornat. 121. XLII.

Bonifacii Conventus. 54. XXXIX.

Bonifacius VIII. Minoritas quoſdam ad Cardinalatum promovet. 9. IV. a Sciarra Columnenſi capitur. 25. XXIV. liberatus hoſtibus parcit. ibidem a Philippo Pulchro exagitatur. ibidem. Monaſterium ſancti Laurentii de Urbe Capitulo Lateranenſi commendat. 327. XLI. Confeſſionem ſubterraneam Eccleſiæ ædificari jubet. 328. XLII. Breve Matthæo Aquaſpartano dirigit. 5. I. aliaſve litteras pro noſtratibus expedit. ibid. V. *Epiſtola*. Quando, & quam ob cauſam mortuus. 25. XXIV. Ejus corpus repertum incorruptum. 113. XXI. laudatur. 26. XXIV.

Bonifacius de Saubo Conſtantinopoli tumulatus. 55. XL.

Bonnenſis Conventus. 177. XVI.

Boyſſet Tartarorum Imperator. 408. LXXI.

Brancha de Spinolis Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.

Briccius Sortinus beato Conrado auxiliatur. 241. XXII.

S. Birgitta Vidua in Monaſterio ſancti Laurentii in pane & perna de Urbe obiit. 328. XLII.

Buttifaniæ Conventus. 13. XII.

Bzovius V. *Abrahamus*.

C

CAlignani Monaſterium. 326. XXXIX.

Calumniator miraculoſe punitus. 187. XI.

Cameneciæ Conventus. 348. VIII.

Camiola Senenſis Clariſſa celebris. 327. XXXIX.

Campi Regii Monaſterium. 341. XVIII.

Candida V. *Blancha*.

Capitula Generalia Ordinis Aſſiſii. 39. XIII. Barcinone. 213. III. Ianuæ. 7. I. Maſſiliæ. 333. I. Neapoli. 243. III. Patavii. 172. VI. Peruſii. 396. LII.

Cardanus de Scoto quid ſentiat. 135. LXIII.

Carlinus de Grimaldis Guardiano Januenſi paſſionem SS. Martyrum narrat. 224. IX.

Ca-

Carolus Bovillus Raymundum Lullium celebrat. 238. XVII.
Carolus Lomellinus Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.
Carolus Martellus Minoritis addictus. 5. VII. ſalutatur Rex Hungariæ. 101. I.
Carolus IV. Rex Francorum Philippo ſuccedit. 375. I.
Carolus Roberti Regis primogenitus Neapoli ſepultus. 178. XIX.
Carolus Siciliæ Rex Minoritis plures domos largitur. 4. VI.
Carolus Valeſius Concilio Viennenſi intereſt. 183. I. a factionibus in Tuſcia vexatus. 5. I.
Carrigfergi Conventus. 324. XXXV.
Caſſanus Rex Tartarorum ad Fidem convertitur. 48. XXIX.
Caſtellæ Rex V. *Ferdinandus*.
Caſtriboni Conventus. 323. XXXIII.
Caſtri Cæſaris Conventus. 242. XXV.
Caſtri Novi Conventus. 408. LXXIII.
Catalogus ſucceſſorum S. Barnabæ ſcatet erroribus. 298. LIII.
Catarina Alberti Imperatoris filia Monaſterium Campi Regis ditat. 341. XVIII. valde Minores diligit. ibidem.
Catarina de Albertis Monialis virtute conſpicua. 345. III.
Catarina Aragonia prima Monaſterii Meſſanenſis Abbatiſſa. 327. XXXIX.
Catarina Ardiera Monaſterii Gerundenſis reformatrix. 341. XVII.
Catarina a Coalla Conventui Conchenſi Collegium adjungit. 218. XIX.
Catarina Vaaz floret in Monaſterio Villæ Comitis. 331. XLVI.
Cathalanus Fabri Inquiſitor ab hæreticis interemptus. 364. XXI. ejus corpus Valentiæ multis miraculis claret. 366. XXIV. quorum examen Epiſcopo Valentino committitur. 366. XXV.
Caytonis Epiſcopi recenſentur. 94. XII.
Cham Tartarorum Chriſtianis beneficus. 69. XIII. Ei Pontifex Clemens mittit epiſtolam. 93. XI. ad Fidem cum ſua Genitrice convertitur. 176. XII. Ejus corpus integrum poſt annos triginta repertum. ibidem.
Charitatis emolumentum. 160. XVIII.
Cherodoriorum familia Conventum Franciſcanis extruit. 5. VII.
B. Cherubinus de Spoleto quid ſentiat de Inſtituto beatæ Claræ de Monte Falco. 142. LXXV.
Chringeſveldenſis Conventus. 178. XVIII.
SS. Chriſpini, & Chriſpiniani corpora apud Clariſſas condita. 329. XLIII.
Chriſti Domini Raguſii miraculoſa imago. 302. LIX.
Chriſtiani Rhodum capiunt. 152. III.
Ciaconi mendum corrigitur. 346. V.
Ciaconenſe Monaſterium. 351. XV.
Citernæ Conventus. 340. XIV.
Civitatulæ Conventus. 14. XV.
Clara Monaſterii Monticelli reformatrix, 344. III.
B. Clara de Monte Falco cujus fuerit Inſtituti. 140. LXXII. an habitum Franciſcanum geſtarit. 140. LXXIII. Ejus parentes quinam fuerint: 142. LXXVI. iterato recluſorium ingreditur. ibidem, ubi Regulam ſancti Auguſtini profitetur, & Abbatiſſa eligitur. ibidem. Cordi ejus Jeſu Chriſti paſſionis veſtigia impreſſa. 143. LXXVI. 144. LXXIX. & in veſſica fellis tres inventi admirandi lapilli. 145. LXXIX. Coronatur violis a Chriſto. 144. LXXIX. a quo etiam ſacram Euchariſtiam ſuſcipit. ibidem. Ejus in infantia virtutes. 143. LXXVIII. mira pœnitentia ibid. ſeq. Modeſtia & caſtitas. 144. LXXVIII. ſpiritu prophetico multa prædicit. 144. LXXIX. Duos ad vitam defunctos revocat. 145. LXXX. alia patrat poſt mortem miracula. 145. LXXX. ſeq. Obit in Domino. 146. LXXX. Ejus animam beatus Bartholus de Corſiniano ad cœlos evolantem videt. 146. LXXX. Quinam ejus geſta ſcripſerunt. 146. LXXXI. 147. LXXXII.
Clarendalenſe Monaſterium. 56. XLI. 57. I.
Clariſſæ non tenentur ſolvere decimas. 57. XLV. 305. LXIX. alia earum privilegia V. in fine cujuſque anni. Earum Monaſteria V. ibidem, & verbo *Monaſterium*.
Clarus Florentinus virtute celebris. 149. II.
Clavaſienſis Conventus. 302. LXII.
Clemens V. ad ſupremum Pontificatum aſſumitur. 63. I. Die coronationis periclitatur. 64. II. inſignia Pontificia a Cardinali Urſino ſuſcipit. ibidem. Litteras dirigit ad Regem Armenorum, & Græcorum Patriarcham. 85. XXV. 150. I. 183. II. ad magnum Cham. 93. XI. ad Reges Raſſiæ. 103. V. & Cypri. 150. II. pro Terra Sancta. 73. I. alias epiſtolas expedit. V. *Epiſtola*. Mittit ad Tartaros ſeptem Minoritas Epiſcopos. 94. XII. ad Regem Raſſiæ Legatos. 102. IV. Tertiariorum confirmat Regulam. 155. XXIX. Concilium Viennenſe convocat. 183. I. ad divinum judicium citatus a Templariis. 221. I. & a beato Gualtero. 222. V. moritur. 220. I. Ejus ſepulcrum ab hæreticis violatum. 221. I.
Clementia de Francia ubi tumulata. 179. XX.

Digitized by Google

xx. Ei Pontifex ſcribit. 295. XLVIII.
Clementina *Exivi*. 202. I.
Cluſinus Epiſcopus beatum Jacobum de Caſtroplebis occidi mandavit. 33. II.
Coldam Dominicanus Inquiſitor. 308. II.
Collegia pro Orientalibus opera Raymundi Lullii fundantur. 199. VIII.
Collegium Laurentianum Coloniæ fundatum. 325. XXXVII.
Colonienſe Monaſterium. 56. XLII.
Colonienſis Conventus. 325. XXXVII.
S. Columbani Calumniator ſecuri percutitur. 221. III.
Comitia Generalia V. *Capitula*.
Comitia Provincialia in Hibernia. 148. LXXXVI. 301. LVII.
Conceptionem immaculatam Deiparæ Scotus defendit. 91. XXXIV.
Conchenſis Conventus. 218. XIX.
Concilium Hiſpanicum Doctrinam Scoti tutam declarat. 128. LIV.
Concilium Viennenſe celebratur. 193. I.
Connimbricenſe Monaſterium. 303. LXVI.
Conradus de Albis a Sarracenis pro fide occiſus. 227. XIII.
Conradus Archiepiſcopus Epheſinus vir doctrina præditus. 323. XXXI.
Conradus eques Thuringiæ Wenceslaum Regem occidit. 86. I.
Conradus de Monte Puellarum quid ſentiat de ſecta Fratricellorum. 287. XXXIX.
Conradus Offidanus cœlitus prohibetur in Orientem ire. 11. VIII. Ejus humilitas. 74. I. 76. VI. cœleſtes conſolationes experitur. 74. I. ſæpe ei Chriſtus Virgo, & beatus Ægidius apparent. 75. III. in extaſim rapitur, ibidem Lupum cicurat. 75. I. adoleſcentulam obſeſſam liberat. 75. II. mores Juvenis incompoſiti corrigit. 75. II. ejuſdem animam a Purgatorio liberat. 75. II. verba ejus, & conſilia ſalutaria. 76. IV. ad amicum mittit epiſtolam. 76. V. Angelum Cuſtodem eumdem, quem ſanctus Franciſcus habuit. 75. III. In ſuſcipiendo Chriſti Corpore religioſiſſimus fuit. 77. VI. moritur, miraculiſque coruſcat. 77. VII. Corpus Peruſini rapiunt. ibidem.
Conradus Placentinus. 240. XX. Ejus familia, & converſionis cauſa ibidem. Uxor dat Clariſſis nomen. 240. XXI. Tertii Ordinis Inſtitutum profitetur. ibidem. Romam eunti diabolus inſidiatur. 241. XXI. Apoſtolorum limina inviſit. ibidem. transfretat in Siciliam. 241. XXII. in Montem ſolitarius recedit. 241. XXIII. miraculis fulget. ibidem. ſeqq.
Conradus de Albis pro Chriſto interemptus. 227. XIII.
Conradus Sileſiæ Dux fundum pro conſtruendo Minoritis Cœnobio emit. 377. IV.
Conſtantia Aragonia Monaſterii Meſſanenſis Abbatiſſa. 327. XXXIX. & fundatrix. 182. XXV. 326. XXXIX. 409. LXXIV. quando mortua. 10. VI.
Conſtantia ſanctæ Eliſabethæ Portugalliæ filia Regi Caſtellæ nubit. 189. XIV. moritur, & e Purgatorio liberatur. 191. XXI.
Conſtantia Florentina a ſponſo fugit, & Monaſterium ingreditur. 345. IV. ad nuptias coacta virginitatem ſuam Deo commendat. ibidem, corpore infirmitatibus attrito, pie moritur. ibidem. Dantis Poetæ Florentini de ipſa carmen. 346. IV.
Conſtantinopolitanus Conventus. 55. XL.
Conſtantius Sarnanus Scotum celebrat. 131. LXV.
Conventus Alarinus. 219. XIX. Albarii. 54. XXXIX. Alberſtadenſis. 165. XXVIII. Albinganenſis. 408. LXXIII. Aquenſis. 54. XL. Aquiſgrani. 340. XV. Aretinus. 324. XXXIV. Bachienſis. 5. VII. Bannenſis. 5. VII. Baſilienſis. 177. XVII. Beantrienſis. 100. XVII. Bejarienſis. 178. XVIII. Bitterenſis. 324. XXX. Bonenſis. 177. XVI. Bonifacii. 54. XXXIX. Buttifaniæ. 13. XII. Cameneciæ. 348. VIII. Carrigfergi. 324. XXXV. Caſtri Cæſaris. 242. XXV. Caſtriboni. 323. XXXIII. Caſtrinovi. 408. LXXIII. Chringeſueldenſis. 178. XVIII. Citernæ. 340. XIV. Civitatulæ. 14. XV. Clavaſienſis. 301. LXII. Colonienſis. 325. XXXVII. Conchenſis. 218. XIX. Conſtantinopolitanus. 55. XL. Corregii. 374. XLII. Curdilianæ. 409. LXXIII. Darenſis. 14. XIII. Daventrenſis. 303. LXIV. ſancti Dominici de Silos. 4. VI. Dunenſis. 218. XVIII. Dunfriſii. 27. XIX. Exeæ Equitiæ. 193. XXIII. Faurienſis. 5. VII. Friburgenſis. 326. XXXVIII. ſancti Geneſii. 73. XVII. Hardevici. 303. LXIV. Heydelbergenſis. 348. IX. Intimilienſis. 219. XX. Kildarienſis. 14. XIII. 260. XL. Laberani. 165. XXVIII. Lemovicenſis. 325. XXXVI. Leucatæ. 323. XXXIII. Lievani. 348. VIII. Limburgenſis. 211. III. Limoſanus. 219. XX. Lingonenſis. 325. XXXVI. Londinenſis. 86. XXVIII. Lubecenſis. 177. XVII. Luceriæ. 4. VI. Lutenenſis, ſeu Lutabenſis. 164. XXVII. Mauſi. 148. LXXXVI. Mantuanus. 54. XXXIX. ſancti Marci. 347. VIII. Meliti. 14. XIV. Montoni. 148. LXXXVI. Murcienſis. 177. XVII. Neapolitanus ſanctæ Claræ. 304. LXIX. 181. XXII.

Ne-

Nemenſis. 324. xxxvi. Nicoteræ. 148. lxxxvi. Nitrienſis. 5. vii. Noveſii. 340. xv. Nuceriæ. 340. xiv. V. *Luceriæ* Oſtunii. 54. xxxix. Oxonienſis. 165. xxviii. Plateæ. 323. xxxiii. Quinque eccleſienſis. 5. vii. Raguſinus. 301. lviii. Reſcheburenſis. 340. xvi. Rhegii. 28. xxx. Robreciminicus. 201. xiii. Ruremondenſis. 306. lxiii. ſancti Geneſii. 73. xvii. Scardonenſis. 340. xiv. Seneſiii. 339. xiv. Serræ Comitum. 228. xvi. Sibenicenſis. 375. xliv. Sicambricenſis. 5. vii. De ſilos. 4. vi. Tarvienſis. 177. xvii. Tarviſii. 86. xxviii. Taviræ. 211. iii. Tauſignani. 374. xliii. Terdonenſis. 165. xxviii. Tarragenſis. 323. xxxiv. Traguri enſis. 302. lx. Tranenſis. 326. xxxviii. Tricaricenſis. 228. xvi. Trincienſis. 5. viii. Trumenſis. 324. xxxv. Valentinenſis. 408. lxxiii. Valiſdienſis. 5. vii. Varadienſis. 5. vii. Verucoli. 348. viii. Vindocienſis. 100. xix. Zagrabienſis. 5. vii. Zamoræ. 6. ii. Zegedienſis. 73. xvii.

Conventus Clariſſarum. V. *Monaſteria*.

Corregii Conventus. 374. xlii.

Cremonenſe Monaſterium. 304. lxix.

Curdilianæ Conventus. 409. lxxiii.

Curſus de Donatis Conſtantiam Sororem e Monaſterio extrahit. 345. iv. ſuum ſcelus agnoſcit. ibidem.

D

DŒmon nihil contra Viros Dei tentationibus proficit. 67. viii. Franciſco Dyrrachino cœleſtes favores invidet. 66. vi. ſancto Conrado Placentino inſidiatur. 241. xxi.

Damianus parens beatæ Claræ de Monte Falco. 142. lxxvi.

Daniel o Beghan. Epiſcopus Darenſis. 14. xiii.

Daniel Oſvilivan. Comes. 100. xvii.

Daniel de Purziliis collector operum ſancti Bernardiui, cujus fidei. 114. xxv. 115. xxviii.

Daniel de Therdona Epiſcopus Tharſis. 184. iii.

Danſmellus Comes in prælio occiſus. 16. iii.

Darenſis Conventus. 14. xiii.

Daventrienſis Conventus. 303. lxiv.

B. Delphina deſponſatur ſancto Elzeario. 248. xiv. quem ad ſervandam virginitatem inducit. ibid. eamque cum viro vovet. 337. ix. V. *Sanctus Elzearius*. ejus meritis tentationes caruis fugantur 256. xxxi.

Demetrius a Tartaris pro fide necatus. 227. xiii.

Deodato Præneſtino cura Monaſterii ſancti Silveſtri de Urbe commiſſa. 409. lxxiv.

Dionyſius Luſitaniæ Rex fidem conjugii non ſervat. 187. x. ſanctæ Eliſabethæ conjugis opera fratri Alphouſo reconciliatur. 188. xii. item Ferdinando Regi Caſtellæ. 189. xiii. & Alphonſo filio. 189. xv. ſeqq.

Dionyſius de Vece Monaſterium Clariſſarum ingrediendi obtinet facultatem. 193. xxiv.

S. Dominici de Silos Conventus. 4. vi.

Dominicus Cardinalis Grimaldus Scoti doctrinam commendat. 127. liii.

Dominicus Cardinalis Pinellus Eccleſiæ ſancti Laurentii in Paue, & Perua Urbis Titularis. 328. xlii.

Dominicus Senura pietate celebris. 193. xxiii.

Donatus o Ruart in manus hæreticorum incidit. 218. xviii.

Dublinii Univerſitas inſtituta. 200. xii. 351. xvi.

Dulcinus Novarienſis Fratricellorum Sectarius. 287. xli.

Dunenſis Conventus. 218. xviii.

Dunfriſii Conventus. 27. xix.

E

EClesiæ deſertorum infelicitas, & pericula. 312. x.

Eccleſia Minorum Cunei reſtaurata. 220. iv.

Edmundus Bernardenſis unus ex primis Univerſitatis Dublinienſis Magiſtris. 200. xii.

Edmundus Simon in manus hæreticorum incidit. 218. xviii.

Eduardus II. Anglus cum Rege Scotiæ bellum init. 338. xii.

Eduardus Geraldinus de Minoritis benemeritus. 350. xi.

Eduardus de Offaly in Eccleſia Conventus Darenſis tumulatus. 14. xiii.

Electus beatus Vir. 67. viii.

Electus alius. 84. xxiii. item alius ejuſdem uominis. ibid.

Eleonora Angliæ Regis filia Monaſteria Minoritis extruir. 303. lxiv.

Eligerus virtute, litteris, & nobilitate clarus. 247. ix.

Eliſabetha Boema filio Henrici Imperatoris deſponſata. 166. i.

Eliſabetha de Burgo Templum Londini Minorum complet. 86. xxviii.

Eliſabetha a ſancto Franciſco in Monaſte-

ſterio Villæ Comitis floret. 331. XLVI.

Eliſabetha a ſancto Ludovico. ibid.

Eliſabetha Namurcenſis Cœnobium Heidelbergenſe abſolvit. 348. IX.

S. Eliſabetha Portugalliæ Regina omnibus indiſcriminatim gratiſſima. 185. VI. & majeſtate Regia fulgens. 185. VII. ſacra viſitat loca. 185. VI. conſtruit Monaſteria Monialium Almoſterii. 185. VII. & Conimbricenſe. 303. LXVI. 332. XLVIII. domos pro pueris expoſitis alendis. 186. VIII. pro nobilibus pauperibus. 186. IX. & pro pœnitentibus meretricibus. ibidem. Templum etiam ædificat in Spiritus ſancti honorem. 186. IX. Roſas miraculoſe in pecuniam vertit. 186. IX. Pediſſequam liberat a lethali morbo. 191. XVIII. Sanctimonialem a moleſto tuberculo. 191. XIX. & propriam filiam a purgatorii pœnis. 191. XXI. Puellæ cœcæ lumen reſtituit. 191. XX. diviſis aquis, per fluvii Alveum tranſit. 192. XXII. prudenter fert vanos Regis amores. 187. X. adulterinos filios affectuoſe educat. 187. X. indigne traducitur apud Regem a quodam Aulico. 187. XI. qui tandem miraculoſe plectitur. ibidem. pacificat Dionyſium conjugem cum Alphonſo fratre. 188. XII. cum Rege Caſtellæ. 189. XIV. & cum Alphonſo filio. 189. XV. Jacobum etiam Aragonium cum eodem Rege Caſtellæ. 189. XIII.

Eliſabetha Romanorum Regina Monaſterii Campi Regis fundatrix. 341. XVIII.

Eliſabetha Uratiſlavienſis Ducis filia Clariſſa. 303. LXIII.

S. Elzearius in Caſtro Auſoiſii naſcitur. 247. X. conceptus pietatem in Genitrice fovet. ibid. ab eadem Deo donatus. 247. XI. apud Monachos educatur. 248. XIII. decennis cum beata Delphina matrimonio jungitur. 248. XIV. a qua ſervare virginitatem ſuadetur. ibid. a Caſtro Auſoiſii ad caſtrum Podii Michaelis tranſit. 255. XXIX. mores optimos præſcribit domeſticis. 255. XXIX. qui plurimum proficiebant. 256. XXXI. factus Comes venit in Italiam. 334. IV. redit in Galliam. 337. VII.

Sancti Elzearii virtutes.

Adhuc infans eleemoſynarum officiis delectatur. 247. XII. puer ad menſam pauperes invitat. 248. XII. alia in pauperes miſericordiæ ſpecimina. 258. XXXVI. & XXXVII. terras ſuas oppreſſas ſublevat. 336. VI. debitoribus parcit. ibidem. cum miſericordia juſtitiam jungit. ibid. a ſubditis rebellibus pœnam non repetit. 334. IV. mira ejus in adverſis conſtantia. 335. V. in puerili ætate optimi ejus mores. ibidem. conſtanti animo veneri nuncium remittit. 249. XV. ſeque prodit mirum caſtitatis exemplar. 250. VIII. cujus voto ſe conſecrare decernit. 336. VII. 337. IX. pudicitia ejus cœleſti ſigno oſtenditur. 254. XXVI. mundana deſpicit. 336. VII. 249. XVII. Deoque ſoli placere ſtudet. ibidem. ſuæ conditionis miſeriam agnoſcit. 250. XIX. lavat pauperum pedes & oſculatur leproſos. 258. XXXV. Paſſionem Dominicam continuo meditatur. 255. XX. 335. V. mori pro Chriſto deſiderat. 251. XX. canonicas horas quotidie perſolvit. 257. XXXII. in orando methodo particulari utitur. 254. XXV. & in hoc exercitio integras noctes expendit. 250. XIX. dormiens etiam plorat. 253. XXIV. jejuniis, cilicioque corpus affligit. 257. XXXII. ſacratiſſima Euchariſtia ſæpe reficitur. 257. XXXII.

Sancti Elzearii Gratiarum Dona, & Miracula.

Mirabilibus viſionibus inſtruitur de ſacrificio Miſſæ. 251. XX. deque primis fidei noſtræ myſteriis. 252. XXXII. ſeq. divina luce perfunditur. 251. XXI. luminoſus ab eo radius procedit. 258. XXXV. ejus Magiſtra beatiſſima Virgo. 253. XXV. Chriſtus in ejus lecto recumbit. 255. XXVIII. viſus eſt caſtrorum agmina ducere. 254. XXVII. exemplo multos ad pietatem provocat. 256. XXXII. tentationes carnis profligat. 256. XXXI. oſculo leproſos ſanat. 250. XXXV. amplexu flagitioſum hominem ad meliorem frugem convertit. 337. VIII. dum egenis frumentum largitur, multiplicatum miraculoſe recipit. 259. XXXVIII.

Epiſtola Benedicti XI. Pontificis, qua Minoritis audiendi Confeſſiones, prædicandi &c. facultas conceditur. 58. I.

Clementis V.

Georgio Patriarchæ, & Regi Armenorum. 85. XXV. 183. II. Ægidio Patriarchæ Graden. &c. 105. VI. Archiepiſcopis Januen. Lucan. &c. 213. V. Epiſcopis Aretin. Lucan. &c. 214. VI. Regibus Tartarorum. 93. XI. Baſſiæ. 103. V. Cypri. 150. II. Generali Miniſtro, & aliis Fratribus Minoribus. 168. III. eiſdem de non ſtando ad apicem in proceſſibus. 87. II. eiſdem de non admittendis Tertiariis in Eccleſiis tempore interdicti. 88. III. eiſdem in Oriente degentibus. 97. XV. eiſdem declaratio Regulæ. 202. II. Joanni de Mon-

Monte Corvino. 93. x. Gregorio de Cataro. 106. VII. Guillelmo de Villanova. 147. LXXXV. Guillemo de ſancto Marcello. 174. x.

Joannis XXII.

Univerſis Eccleſiarum Prælatis &c. 263. III. Epiſcopis Valentin. Vivarien. &c. 364. XXII. 366. xxv. Cracoviæ. 309. v. Archiepiſcopis de Aguemaz, Artamar &c. 369. XXXII. Regibus Trinacriæ. 266. IX. Franciæ, & Navarræ. 269. LI. Aragoniæ. 297. LII. Georgianorum. 367. XXVII. Tartarorum, 368. XXX. 372. XXXVI. Mariæ Reginæ Siciliæ. 295. L. Minoritis in terris Orientis degentibus. 367. XXVIII. & apud Tartaros manentibus. 372. XXXVII. Univerſis Chriſtifidelibus. 295. XLIX. FF. Bertrando Guidonis, & Bertrando de Turre. 261. II. 263. IV. Michaeli de Monacho. 269. XIV. Ubertino de Caſali. 271. XVI. Peregrino Opolien. Prædicatorum, & Nicolao Hypodinet Minorum. 308. III. Coldæ Prædicatorum, & Hertmanno Pilnec, Minorum. 309. IV. Vaitan, & Sacriſtæ Iſrael &c. 369. XXXI. Chriſtianis penes Tartaros degentibus. 372. XXXVII. Cancellario Pariſienſi. 322. xxx. Officialibus Biterrenſi. 268. XII. & Narbonenſi. 268. XI.

Sanciæ Reginæ Siciliæ.

Miniſtro Generali Ordinis. 244. IV.

Beati Conradi Offidani.

Ad amicum. 76. v.

Capituli Generalis Peruſini.

Univerſis Chriſtifidelibus. 396. LII. 397. LV.

Miniſtri Generalis Ordinis.

Joannis de Muro, Miniſtris, Cuſtodibus, & Guardianis. 7. II.

Gondiſalvi Antonio Miniſtro Tuſciæ. 40. xv. Paci Miniſtro ejuſdem Provinciæ. 172. VIII. Guillelmo Guardiano Pariſien. vel ejus Vicario &c. 51. XXXII.

Michaelis de Ceſena Miniſtro Provinciæ N. N. 277. XXII.

Carlini de Grimaldis.

Guardiano Januenſi. 224. IX.

Jordani Ordinis Prædicatorum.

Prædicatoribus, & Minoribus in Tauriſio commorantibus. 359. XIV.

Joannis de Monte Corvino.

Vicario Generali Minorum, & Magiſtro Generali Prædicatorum. 71. XIV. Univerſis Fratribus. 69. XIII.

Equites Hieroſolymitani e Paleſtina expulſi. 149. I.

Evangeliſta Balionius virtute, & miraculis illuſtris. 301. LVIII.

Euphemia Aragonia Clariſſa. 327. XXXIX.

S. Euſtachius Monachus ad divinum judicium quemdam calumniatorem provocat. 221. III.

Exeæ Equitiæ Conventus. 193. XXIII.

Eymericus Raymundo Lullio infenſus. 233. X. 238. XVII. ejus corriguntur errores. 283. XXXI. 213. XII.

Eynomenſe Monaſterium. 326. XXXIX.

F

FAlco Provincialis Apuliæ. 54. XXXIX. Farinata Sicarius Conſtantiam Florentinam e Monaſterio extrahit. 345. IV. perit cum ſociis. 346. IV.

Faurienſis Conventus. 5. VII.

Ferdinandus Caſtellæ Minorita contra Ubertinum de Caſali ſcribit. 171. IV.

Ferdinandus Caſtellæ Rex reconciliatur Regibus Aragoniæ. 189. XIII. & Luſitaniæ. 189. XIV. Conſtantiæ filiæ ſanctæ Eliſabethæ matrimonio jungitur. 189. XIV. vocatus ad judicium certo die moritur. 221. II.

Ferdinandus Haro Conventum Minoritis conſtruit. 242. XXV.

Ferdinandus Mendeſius integræ vitæ ſacerdos. 192. XXI.

Fdei profeſſio a Rege Sclavorum exigitur. 104. V.

Fortes vivaris ab hæreticis pro fide occiſus. 148. LXXXVI.

Fortibracnius Senator Urbis. 175. XI.

Franciſcani. V. *Minoritæ.*

S. P. Franciſcus quantum paupertatem coluerit. 7. II. a multis periculis ſibi addictos liberat. 27. XXVIII. 67. IX. lumen cœco reſtituit. 68. X. vinum multiplicat. 68. XI. muſtum in acetum, & acetum in vinum convertit. ibidem. beatæ Angelæ Fulginati impartitur benedictionem. 157. XIII. beato Joanni Firmano apparet. 389. XXXVIII.

Franciſcus de Arca ad Benedictinos tranſit. 376. III.

Franciſcus Aſculanus Regius Conſiliarius Neapoli floret. 374. XL.

Franciſcus Cajetanus Epiſcopus. 85. XXVII.

Franciſcus Catalanus ſanctitate celebris. 84. XXIII.

Franciſcus Damiani beatæ Claræ de Monte Falco Germanus. 144. LXXVIII. ei Moniales commendantur a beata Sorore. 146. LXXX.

Franciſcus Donatenſis ad obedientiam Miniſtri Generalis revertitur. 27. XXV.

Franciſcus de Dyrachio, ſive Dyrachinus virtute præclarus. 65. V. ejus pœni-

nitentia admirabilis. ibidem. inſigni miraculo ſacram adorat Synaxim. 66. vi. cœlitus pro Fratribus de annona providetur. ibidem. mirabilia ab eo patrata poſt obitum. 66: vii.

Beatus Franciſcus Fabrianenſis Bibliothecam extruit. 277. i. quantum in pauperes beneficus. ibidem. ejus abſtinentia, pœnitentia, & caritas. ibidem. Guardianatus muneri exacte ſatisfacit. 379. x. mutæ loquelam reſtituit. 378. ii. Languentem ſanat. ibid. & apoſtemate laborantem. ibidem. alia operatur miracula. 378. iii. ſeqq. ei obediunt hyrundines. 379. vii. ſcorpionem, quem deglutierat, emittit. 379. viii. liberat Energumenam. 379. ix. & quemdam adoleſceutem ægrotum. 380. xi. obit in Domino. 380. xii. triduo cadaver remanet inſepultum. 380. xii. egregium teſtimonium de ſuis virtutibus. 381. xiii. in feretro manum movet. 381. xiv. alia operatur mirabilia, & gratias largitur. 181. xv. ſeqq. ejus prima translatio. 383. xxii. poſt quam plura beneficia impartitur. 383. xxiii. ſeq. Templum, iu quo jacet conſecratur. 384. xxvi. quotanuis ad ejus ſepulcrum ſolemnes ſupplicationes fiunt. 385. xxvii. iterato ejus corpus transfertur. 385. xxvii. Opuſcula, ab eo ſcripta. ibidem.

Franciſcus Ferracanus a Matthæo Vicecomite e ſuggeſtu deturbatus. 407. lxx. 410. ii.

Franciſcus Gallorum Rex Obſervantibus Conventum Aquenſem concedit. 54. xl.

Franciſcus Gonzaga corrigitur. 328. xlii. 331. xlvii.

Franciſcus de Marchia Scoti diſcipulus. 137. lxvi.

Franciſcus Martyr cum ſociis. 96. xiv.

Franciſcus de Mayronis Scoti diſcipulus. 136. lxvi. ejus ſimulacrum Magiſtri exornat ſepulcrum. 121. xlii.

Franciſcus Penna corrigitur. 283. xxx. Fundatorem Fratricellorum recenſet. 288. xlii. 313. x.

Franciſcus Pennenſis vir Dei araneam cum vivifico Calice ſumit. 65. iv.

Franciſcus de Petriolo a Sarracenis interemptus. 224. ix.

Franciſcus Sancius coram Pontifice objurgatus. 320. xxiv.

Franciſcus Vigintimillienſis Comes Conventus Caſtriboni conſtructor. 323. xxxiii.

Francus Comeſtabilis in prælio occiſus. 16. iii.

Fratricelli, ſeu Bizochi, aut Beguini ſe Franciſcanos jactant. 279. xxiii. alii fingunt Tertium profiteri Inſtitutum. 279. xxiv. quod eſſe falſum oſtenditur. 280. xxvi. 306. iv. eorum mores deſcribuntur, & vita. 283. xxxi. quis eorum Auctor. 288. xlii. & qualis habitus forma. 289. xliii.

Friburgenſis Conventus. 326. xxxviii.

Fridericus Aragonius auxilio eſt in bello deſtitutus. 4. v.

Fridericus Archiepiſcopus Rigenſis. 339. xiii.

Fridericus Auſtriacus Ludovici Bavari Æmulus. 348. ix.

Fridericus Bavariæ Dux Palatinus a Ferdinando Imperatore in bello ſuperatus. 349. x. Neapoli apud Moniales cum filio ſepultus. 350. xii.

Fridericus Iſelbech Altare majus Eccleſiæ Heidelgergenſis conſtruit. 349. xi.

Fridericus de Monte Feretro de hæreſi, & idolatria ſuſpectus. 339. xii. a Spoletanis exercitus Dux conſtituitur. 407. lxx.

Fridericus Rex Siciliæ curam Monaſterii Meſſanenſis Clariſſarum Minoritis committit. 182. xxiv. eumque ditat. 327. xxxix.

Fucaldus Engoliſmenſis Epiſcopus. 175. xi.

G

GAbriel de Ceſpedes, quæ in Accademia Complutenſi ſtatui debent, examinat. 130. lvii.

Gabriel Dionyſii Minoritis ſuas relinquit facultates. 192. xxiii.

Gabriel de Trejo Cardinalis Scoti doctrinam decreto confirmat. 128. lv.

Galharda de Claverio a beato Ademaro ſanatur. 154. viii.

Garſias Loaiſia de Epiſcopatus Lutenenſis erectione veritatem detegit. 164. xxvii.

Gaſpar Schatgeyer Provincialis Argentinenſis. 326. xxxviii.

Gaſparus Stoltzentampff Altare in Ecleſia Heidelbergenſi ædificat. 349. xi.

Gaſto Bearnii Vice-Comes de Clariſſis benemeritus. 305. lxix. Monaſterium Montis Martiani ditat. 342. xxi.

Gaucelinus Cardinalis de Oſſa ad Reges Angliæ, & Scotiæ miſſus. 338. xii.

Gaufredus de Cornone ſe ſiſtit coram Pontifice. 319. xxii. in vinculis detinetur. 320. xxv.

Ge-

Genebrardus in Raymundum Lullium obloquitur. 238. XVII.
Generales Miniſtri Alexander de Alexandria. 213. III. Gondiſalvus de Vallebona. 39. XIII. Joannes de Muro. 7. I. Michael Ceſenas. 244. III.
S. Geneſii Conventus. 73. XVII.
Gentilis de Monte Florum Cardinalis renunciatus. 27. XXVI. Legatus mittitur in Hungariam. 101. I. Carolum Humbertum Hungariæ Regem haberi jubet. 102. I. proſcribit Tranſilvaniæ Principem. 102. II. commendatur. 102. III. defendit Bonifacium VIII. 196. II. moritur. 199. X.
Georgius Grittus Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.
Georgius Rex Neſtorianus ad fidem convertitur. 69. XIII. ad eum Pontifex mittit Epiſtolam. 367. XXVII.
Gerardus Brumacenſis Epiſcopus. 373. XL.
Gerardus, ſive Gerardinus Humanatenſis Epiſcopum Templum Minorum Maceratæ conſecrat. 260. XXXIX.
Gerardus Mercator Scotum celebrat. 135. LXIII.
Gerardus Mutinenſis ſuorum Concivium pacis auctor. 303. LXIV.
Gerardus Pauli Pœnitentiarius Scoti exhumationi præſens. 120. XLI.
Gerardus de Pomerio Provinciæ Coloniæ Miniſter. 56. XLII.
Gerardus Provinciæ in Ubertinum de Caſali ſcriptis invehitur. 171. IV.
Gerardus Romerus ſacræ Theologiæ Doctor inſtrumentum exhumationis corporis Scoti ſcribit. 122. XLIII.
Gerardus Segarellus Sectam Apoſtolicorum incepit. 287. XLI.
Gerardus Spoletanus Epiſcopus Monialibus Montis Falci Regulam tradit. 140. LXXIII.
Gerardus Valentinus Cœnobium Patriæ ſuæ exornat. 408. LXXIII.
Gerundienſe Monaſterium. 342. XVII.
Gero Archiepiſcopus Colonienſis moritur. 113. XXIII.
Giffredus Cigalla Conſtantinopoli pias extruit domos. 55. XL.
Gilbertus Comes Glouceſtrenſis Templum Londini Minorum complet. 86. XXVIII.
Gilbertus de Corrigia Conventus Minoritis conſtrui teſtamento decernit. 408. LXXIII.
Gerardus de Montecucco Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.
Godefridus Brabantinus in prælio occiſus. 16. III.
Gondiſalvus de Vallebona Miniſter Generalis renunciatus. 39. XIII. Fratribus circumſtantias præſcribit ingrediendi Monaſteria Monialium. 39. XIV. Philippum Peruſinum conſulit de petendo Protectore. 72. XV. quotus ipſe in ordine Miniſtrorum adnumerandus. ibidem. Capitulum Generale Toloſanum indicit. 83. I. & Paduanum. 172. VI. ad Fratres Etruriæ ſcribit. 172. VIII. ad Viennenſe Concilium accedit. 183. I. regularem Ordinis diſciplinam inſtaurat. 199. IX. Scotum laudat. 124. XLVI. contra Ubertinum de Caſali pro Ordinis Communitate ſcribit. 171. IV.
Gordianenſe Monaſterium. 56. XLI.
Gotifredus Epiſcopus Tiferni. 86. XXVII.
Gregorii XV. decretum pro Immaculata Conceptione. 123. XLIV.
Gregorius de Cataro Regi Raſſienſi aſſiſtere jubetur. 106. VII.
Gregorius Epiſcopus Suacinenſis. 147. LXXXIV.
Gregorius Ruiz Scoti vitam ſcribit. 139. LXX.
Gregorius Zagabrienſis Cuſtos. 5. VII.
Guadalfagiaræ Monaſterium. 301. XIII.
Gualterus in Raymundum Lullium obloquitur. 238. XVII.
Gualterus Brimbel Oxonienſis præclarus Doctor. 246. IX.
Gualterus Burgenſis Pictavienſis Epiſcopus in Domino obdormit. 67. VIII. Pontificem Clementem ad Divinum Tribunal citavit. ibid.
Gualterus Winckterburnus Cardinalis doctrinam examinat Petri Joannis Olivi. 167. II.
Guido Caſtrenſis in prælio occiſus. 16. III.
Guido de Levis a Pontifice ad Religionis cauſam diſcutiendam vocatus. 168. III. obit in Domino. 343. II.
Guido de Mirapice. 316. XVI.
Guido Turrianus Henrico Imperatori obſiſtit. 193. I.
Guillelma Mediolanenſis cujus vitæ, & fidei. 287. XLI.
Guillelmus de Agantico ob cauſam Petri Joannis Olivi a Pontifice vocatus. 168. III.
Guillelmus Albenſis Epiſcopus. 352. II. 374. XL.
Guillelmus Almuebiæ cum aliis epiſtolam ſcribit in controverſia de paupertate. 396. LII.
Guillelmus de ſancto Amantio apud Pontificem accuſatus. 320. XXIV.
Guillelmus Angelus cum aliis pro paupertate tuenda ſcribit epiſtolam. 396. LII.
Guillelmus Archiepiſcopus Patracenſis. 299. LVI.

Guillelmus Arcuſatus Cardinalis ſuper cauſam Petri Joannis Olivi judex conſtitutus. 168. II.
Guillelmus Baraſci a beato Ademaro ſanitatem recipit. 154. VIII.
Guillelmus Bloc cum aliis pro paupertate edit epiſtolam. 396. LII.
Guillelmus Bucherius Eremita. 241. XXII.
Guillelmus de Cornelione vocatus coram Pontifice. 168. III. & ad Viennenſe Concilium. 315. XIII.
Guillelmus Coronatus miraculis illuſtris. 84. XXIII.
Guillelmus de Cuna Epiſcopus Caſanenſis. 3. IV.
Guillelmus Eyſſengrenius Scotum laudat. 724. XLVI. 135. LXIII.
Guillelmus de Franchya Epiſcopus apud Tartaros. 92. VIII.
Guillelmus de Gandavo Nuncius in Flandriam mittitur. 265. VI. 306. III.
Guillelmus Gareſburgus Epiſcopus Wigornienſis. 12. IX.
Guillelmus Longus Cardinalis memoriam Bonifacii VIII. defendit. 196. II.
Guillelmus Malesfeldius Cardinalis Ordinis Prædicatorum. 27. XXVI.
Guillelmus de ſancto Marcello Inquiſitor in Provincia. 27. XXVII. Nuncius ad civitatem Eduenſem. 152. IV. & ad Urbem. 174. X. 166. I.
Guillelmus Mediolanenſis propagator Fratricellorum. 287. XLI.
Guillelmus Nogaretus Bonifacium VIII. proditorie capit. 25. XXIV.
Guillelmus Occamus Scotum celebrat. 134. LXIII. fuit Scoti diſcipulus. 137. LXVI. Ejus ſimulacrum Præceptoris exornat ſepulcrum. 121. XLII.
Guillelmus Petri de Godivo doctrinam examinat Petri Joannis Olivi. 167. II.
Guillelmus Syrletus Cardinalis non eſt auctor Catalogi Mediolanenſis. 298. LIII. fuit Titularis Eccleſiæ ſancti Laurentii in Pane, & Pena Urbis. 328. XLII.
Guillelmus de Portugallia floret Bergomi. 100. XVI.
Guillelmus de Villanova Archiepiſcopus Cambalienſis. 147. LXXXIV.
Guillelmus Vorilongus Scotum celebrat. 135. LXII. 124. XLVI.

H

HÆretici cogitant doctrinam Scoti extinguere. 131. LVIII. irruunt in Conventus Dunenſem. 218. XVIII. Kildarienſem. 260. XL. Ruremondenſem. 303. LXIII. Bitterrenſem. 324. XXXV. Nemenſem. 325. XXXVI. Heidelbergenſem. 349. X. non gaudent Eccleſiaſtica immunitate. 406. LXVIII.
Hardervici Conventus. 303. LXIV.
Hartmannus Pilnenſis Inquiſitor. 309. IV.
B. Helias de Pulcis moritur. 344. II, ſpiritu donata prophetico, ibidem.
Hedvigis Ducis Uratislavienſis filia Clariſſa. 303. LXIII.
Helena ejus Soror item Clariſſa. ibidem.
Helena de Spenter Templum Minorum Londini complet. 86. XXVIII.
Henricus Boemiæ Rex Confeſſarium Minoritam habet. 86. I.
Henricus de Ceva Pſeudo Generalis. 312. VIII.
Henricus Cogre Magiſter in Dublinienſi Univerſitate. 200. XII. 351. XVI.
Henricus Curienſis Epiſcopus Templum Minorum Colonienſe conſecrat. 325. XXXVII.
Henricus Cypri Rex ad Regem Aragoniæ Minoritas Legatos mittit. 224. VIII. ei ſcribit Clemens V. 150. II.
Henricus Dux Uratislavienſis apud Clariſſas tumulatus. 303. LXIII.
Henricus Epiſcopus Baſileenſis. 177. XVII.
Henricus Hiſpaniæ Regis filius moritur. 53. XXXVII.
Henricus II. Imperator Eccleſiam Minorum Aquiſgrani extruxit. 340. XV.
Henricus IV. Imperator quando electus Rex Romanorum. 106. VIII. ad Imperium evehitur. 149. I. in Italiam deſcendit. 193. I. Genuam pervenit. 184. IV. coronatur in Urbe. 202. I. multa privilegia Monti Alvernæ quem inviſit, largitur. 184. V. a beato Joanne Firmano inſtruitur. 387. XXXII. moritur. 220. III. ejus cor apud Minores conditum. 184. IV.
Henricus de Lipa a Pontifice epiſtolam recipit. 311. VI.
Henricus a Metternich chorum Eccleſiæ Heidelbergenſis ædificat. 349. XI.
Henricus de Monte Luado. 311. VI.
Henricus Provincialis Germaniæ cum aliis pro paupertate tuenda ſcribit. 396. LIII.
Henricus Willot Scotum celebrat. 134. LXIII.
Henricus de Wirnenburg Archiepiſcopus Eccleſiam Minorum Coloniæ conſecrat. 56. XLII.
Hermannus Epiſcopus Nomenſis Eccleſiam Aquiſgrani conſecrat. 340. XV.
Hermannus Italus ſectæ Fratricellorum Fundator. 287. XLI. ſeq.

Hermannus Raynerii, Curdilianenſis Cœnobii extructor. 409. LXXIII.
Hermongaus a Sabrano ſancti Elzarii Parenſ. 247. X.
Heydelbergenſis Conventus. 348. IX.
Heyſo Kravel Commiſſarius Cœnobium Heidelbergæ Obſervantibus tradit. 349. X.
Hibernia dicta Scotia. 43. XIX.
Hieronymus Caſſenſis Epiſcopus. 97. XV.
Hieronymus Capugnanus vitam beatæ Angelæ Fulginatis latine ſcriptam italice vertit. 162. XXI.
Hieronymus Epiſcopus Cambalienſis ſuffraganeus. 184. III. inde Caphenſis Antiſtes eligitur. 346. VII. ex Tartaria in Italiam revertitur. 371. XXXV. exulanti ab Epiſcopatu Pontifex jubet ſatisfieri. 373. XXXVIII.
Hieronymus Romanus vitam ſcribit beatæ Claræ de Monte Falco. 146. XXXII.
Hieronymus Zurita Raymundum Lullium celebrat. 235. XII.
Hilaria de Lauria Minoritis Conventum extruit. 340. XIV.
Hodorona de Noviam Neapoli apud Clariſſas tumulata. 179. XX.
Hugo de Beduinis a Rege Cypri ad Regem Aragoniæ Legatus. 224. VIII.
Hugo Cavellus apologetice pro Scoto ſcribit. 139. LXX.
Hugo de Dina. 195. I.
Hugo Magneſius Scoti partes ſuſcipit. 139. LXX.
Hugo de Novo Caſtro Scoti diſcipulus. 137. LXVI.
Hugo de Prato virtute, & doctrina illuſtris. 215. VIII.
Hugo de Vece Monaſterium Clariſſarum ingrediendi obtinet facultatem. 193. XXIV.
Hugolinus Epiſcopus Faventinus. 176. XII. 184. III.
Hugolinus de Monte ſanctæ Mariæ vitam beati Joannis de Firmo ſcribit. 394. XLIX.
Huguccio Fagiolanus Comes Piceni cum habitu Minorum tumulatus. 346. VI.
Huguccio de Monte Atteſtio Epiſcopus Sarſinæ. 72. XIV.

I

JAcoba Genitrix beatæ Claræ de Monte Falco. 143. LXXXVI.
Jacobinus Bargius Scotum laudat. 135. LXIV.
Jacobus Aragoniæ Rex ſancti Ludovici Sororius. 297. LII. rogat Pontificem ut Cœnobium conſtruatur Minoritis. 323. XXXIV. reconciliatur Regi Caſtellæ. 189. XIII.
Jacobus Aſculanus contra Ubertinum de Caſali ſcribit. 171. IV.
Jacobus Bernardi Inquiſitor. 364. XXI.
B. Jacobus de Caſtro Plebis occiditur. 32. I. cœleſtibus prænunciatus indiciis. 32. I. ejus virtutes. ibid. occultum corpus Deus miraculoſe revelat. 33. II. quod Caſtro Plebis adjudicatur. ibidem. & poſt multos annos integrum repertum. 33. III. falſo dicitur Servorum Ordinis fuiſſe. 34. III.
Jacobus Columna Cardinalis digitum ſanctæ Annæ largitur beatæ Claræ de Monte Falco. 144. LXXIX. vitam beatæ Angelæ de Fulgineo approbat. 162. XXI. Monaſterium ſancti Laurentii Panis Pernæ fundat. 328. XLI. Monaſterii ſancti Silveſtri Protector. ibidem.
Jacobus Contarenus Epiſcopus Venetus. 27. XXVII.
Jacobus de Fabriano Marchiæ Inquiſitor. 339. XII.
Jacobus de Fallerone cujus virtutis, cœlitus revelatum. 389. XXXVII.
Jacobus filius Regis Balearium Minorita moritur. 39. XIII. 62. III.
Jacobus de Gordiano Pontificius Pœnitentiarius. 15. XVI. 56. XLI.
Jacobus Gualterus Fratricellorum hæreſiarcham oſtendit. 288. XLII.
Jacobus Laicus miraculis clarus. 84. XXIII.
S. Jacobus de Marchia inſigne prodigium Raguſii eventurum prædicit. 302. LIX.
Jacobus Martyr. 227. XIII.
Jacobus Minorita ad Tartaros remittitur. 368. XXIX.
Jacobus de Monte ad obedientiam Miniſtri Generalis revertitur. 11. VIII.
Jacobus de Oſſa Gallus. V. *Joannes XXII.*
Jacobus de Padua in Indiis pro fide necatus. 353. I.
Jacobus de ſancto Paulo in prælio occiſus. 16. III.
Jacobus Philippus Bergomas Fratricellorum fundatorem oſtendit. 288. XLII.
Jacobus Sabellus Cardinalis Eccleſiam ſancti Silveſtri de Urbe conſecrari jubet. 328. XLII.
Jacobus Saurus Inquiſitor Venetiis. 407. LXX.
Jacobus Sottoripa Epiſcopus translationi reliquiarum SS. Prothi, & Hyacinti intereſt. 301. LVI.
Jacobus Thomaſius Cardinalis Benedictum X.

ctum X. in Pontificem cum aliis eligit. 27. XXVI.

Jacobus Tyburtinus Epiſcopus. 323. XXXI.

B. Jacoponus capturam Bonifacii Pontificis prædicit. 77. VIII. ſuavi concentu modulatur. ibid. a beato Joanne Alvernicola miraculoſe inviſitur. 78. IX. in Domino requieſcit. ibidem. Tuderti tumulatus. 78. X. ejus rithmus de mundi vanitate. 79. XI. ejuſque alia ſalutaria monita. 80. XII. ſeqq. multorum ſcriptis celebratur. 84. XXII.

Januenſes renuunt cum Pontifice reconciliari. 4. V. eorum mulieres Principibus in exemplum proponuntur. 4. VI.

Ildebrandinus Aretinus Epiſcopus Eccleſiam Montis Alvernæ conſecrat. 177. XII.

Imagina Regina Monaſterium de Clarendale ædificat. 56. XLI.

Imago miraculoſa Chriſti Domini Raguſii exiſtens. 302. LIX.

Inquiſitores. V. *Minoritæ*.

Intimilienſis Conventus. 219. XX.

Joanna Armenorum Regina ſancti Ludovici Epiſcopi Neptis. 295. XLVIII. erga Franciſcanos pientiſſima. 407. LXXI.

Joanna Franciæ Regina translationi corporis ſancti Ludovici aſſiſtit. 334. II. in Eccleſia Conventus Guincampenſis tumulata. 63. IV.

Joanna Siciliæ Regina apud Clariſſas tumulata. 179. XX.

Joanna Soror beatæ Claræ de Monte Falco. 142. LXXVI.

Joannes Ægidius Zamorenſis virtute, & doctrina conſpicuus. 6. II.

Joannes Alvernicola de Firmo beato Jacopono ſacramenta miniſtrat. 78. IX. Henricum Imperatorem inſtruit. 184. IV. ſex quadrageſimis jejunat. 385. XXVIII. qualis ejus veſtitus, & lectus. 386. XXIX. ex nimiis vigiliis gravem infirmitatem contrahit. 386. XXX. cœlitus monitus rigorem temperat. ibid. pro animabus lucrandis zelo fervet. 386. XXXI. frequenter in extaſim rapitur. ibidem. & 389. XXXVI. ei ſacræ Scripturæ ſcientia infunditur. 387. XXXII. graviſſimas Theologiæ difficultates explicat. 387. XXXIII. ope librorum non eget. ibidem. gratia ei ad concionandum collata. 387. XXXII. in magna pluvia cum audientibus ab aquis non læditur. 387. XXXIII. ſuper ejus cellam ignea deſcendit Columba. 388. XXXIV. cordium cogitationes revelat. 388. XXXV. ei declaratur Jacobi Falleronii virtus. 389. XXXVII. apparent ei Divina Majeſtas. 388. XXXVI. Chriſtus Dominus. 389. XXXIX. beata Virgo. 392. XLIV. ſanctus Laurentius. 389. XXXVII. S. P. Franciſcus. 389. XXXVIII. mens ejus illuſtratur mirifice. 390. XL. 391. XLII. ejuſdem ingens affectio erga ſacratiſſimam Euchariſtiam. 390. XLI. magna vis amoris. 391. XLII. ejus meritis multi e purgatorio liberantur. 390. XXXIX. ab eo Dominus ſe paulisper ſubtrahit. 391. XLIII. ſed denuo ad ipſum ſe miſericordem convertit. 392. XLIII. Angelos familiares habuit. 392. XLVI. ad Dæmones fugandos poteſtate donatus. 392. XLV. revelatur ei obitus dies. 393. XLVII. mirus in attenuato corpore fervor. 393. XLVIII. receptis Sacramentis, ſe præparat ad mortem. ibid. pſallens, & orans in Domino quieſcit. 394. XLVIII. quinam ejus geſta ſcripſerunt. 394. XLIX. Auctor fuit præfationis miſſæ ſancti Franciſci. ibid.

Joannes Alvianus miraculis clarus moritur. 215. X.

Joannes Apuliæ contra Ubertinum de Caſali ſcribit. 171. IV. quieſcit Mantuæ. 63. IV.

Joannes Aragonius Monaſterii Gerundenſis Fundator. 341. XVII.

Joannes de Aribaldis in Eccleſia Valentiæ Minorum tumulatus. 408. LXXIII.

Joannes Armeniæ Rex Franciſcanus. 84. XXIV.

Joannes de Auricalco virtutibus, ſigniſque admirandus. 65. IV.

Joannes Balæus hæreticus in Scotum invehitur. 131. LVIII.

Joannes Baptiſta Pigoa Fratricellorum recenſet fundatorem. 288. XLII.

Joannes Barontius miraculis clarus. 64. III.

Joannes Baſſolius Scoti diſcipulus. 136. LXVI. floruit, & docuit in civitate Rhemenſi. 217. XVI.

Joannes de Baſtita Fabriani ſepultus. 384. XXVI.

Joannes de Beccaria Eccleſiæ Ticinenſis adminiſtrator. 347. VII.

Joannes de Belua Dominicanus Inquiſitor. 361. XVI.

Joannes Boemiæ Rex a Pontifice epiſtolam recipit. 311. VI.

Joannes Bremenſis Archiepiſcopus cauſam Theutonicorum examinat. 173. IX.

Joannes Brittaniæ Dux in Pontificis Clement. V. electione perit. 64. II.

Joannes de Briten. Eccleſiam Minorum Londini incipit. 86. XXVIII.

Joan-

Joannes Bruliacus in prælio occiſus. 16. III.

Joannes de Bruratis Epiſcopus Faventinus. 184. III.

Joannes Caetanus Urſinus Aſteſano ſuadet ut ſummam ſcribat. 245. VII.

Joannes de Caudia, ſive de Cambia virtute & doctriua celeberrimus. 153. V.

Joannes Canonicus Scoti diſcipulus. 137. LXVI. floruit Pariſiis. 343. I.

Joannes Caſus hæreticus in Scotum invehitur. 131. LVIII.

Joannes Cuſter Guardianus Coloniæ. 120. XLI.

Joannes de Dione Apoſtolicus Nuncius. 152. IV.

Joannes Dolu Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.

Joannes Duns Scotus ubi natus. 41. XVII. judicatur Hibernus. 42. XVIII. 44. XXII. quare dictus *Duns*. 42. XIX. non fuit Anglus. 44. XXI. quo tempore ortus. 45. XXIII. a beata Virgine optimam conſequitur indolem. 45. XXIII. dat nomen Minoritis. ibidem. quiſnam ejus Magiſter fuerit. 46. XXIV. ſuæ doctrinæ encomia. 46. XXV. ſeqq. docuit Oxonii. 48. XXVIII. & Pariſiis. 107. IX. ſuper quatuor ſententiarum ſcribit. 48. XXIX. laudatur hoc opus. ibidem. modeſte alias opiniones refellit. 49. XXX. ejuſque omnes ſententiæ orthodoxæ. 49. XXX. num ejus opera ſint pariſienſia reportata. 50. XXXI. quid Pariſiis ſcripſerit. ibidem. præſentatur ad Baccalaureatum. 51. XXXII. Immaculatam Conceptionem Pariſiis defendit. 51. XXXIV. unde ipſi fama percrebuit. 52. XXXV. & nomen *Subtilis* datum. 53. XXXV. Opera Raymundi Lullii nou approbavit. 119. XXXVIII. ejus elogia & virtutes. 123. XLV. ſeqq. ipſum viri graves commendant. 51. XXXIII. 124. XLVI. 125. XLVIII. Chriſtum Infantem ulnis excipit. 125. XLVII. & a Deiparæ Imagine ſalutatur. 52. XXXV. mittitur Coloniam. 107. IX. univerſa civitas advenienti obviam procedit. 109. XIV. ibi pie moritur. 110. XV. nou apoplexia correptus. 110. XVI. neque vivus tumulatus. 111. XVIII. oppoſita fabella refutatur. 111. XIX. ſeqq. 113. XXII. 115. XXVIII. 117. XXXIV. ſuper hoc Auctoris judicium. 116. XXIX. Epitaphia ad ejus Tumulum. 117. XXXV. variæ corporis translationes recenſentur. 119. XXXIX. 120. XL. 121. XLIII. ſe invocantibus adeſt. 125. XLIX. ejus doctrina Eccleſiæ proficua, 126. L. & tuta. 130. LVII. minime contraria doctrinæ ſancti Thomæ. 126. LI. in Accademiis celeberrima. 127. LII. hæreticis odioſa. 131. LVIII. ab Ordine in communem Magiſtrum, & Scholæ Principem adoptatur. 138. LXIX. ejus diſcipuli. 136. LXVI. & vitæ Scriptores. 139. LXX.

Joannes Echius Scotum laudat. 135. LXIV.

Joannes Eleemoſynarius Papæ. 100. XIX.

Joannes Epiſcopus in Armenia. 86. I.

Joannes Felix de Brixia iu Scoti corporis exhumatione Notarius. 122. XLIII.

Joannes Francigena de Minoritis benemeritus. 95. XIII.

Joannes de Gabilone Monaſterium Clariſſis extruit. 165. XXIX.

Joannes Hannoniæ Comes in prælio occiſus. 16. III.

Joannes de Janduno Scoti Diſcipulus. 137. LXVI.

Joannes Juliani Confeſſarius Genitricis ſancti Elzearii. 247. XI.

Joannes Kildariæ Comes apud Minores tumulatus. 260. XL.

Joannes Lavelot Archiepiſcopum Lichfoldenſem falſo accuſat. 15. XVII.

Joannes Lechus Dublinienſis Archiepiſcopus. 200. XII.

Joannes Marquez acta beatæ Claræ de Monte Falco ſcribit. 147. LXXXII.

Joannes Megiuedi a Pontifice epiſtolam recipit. 311. VI.

Joannes Mouneus beato Conrado auxilium præbet. 241. XXII.

Joannes a Moute Corvino Cambalienſis Antiſtes. 68. XII. 92. VIII. duas ſcripſit e Tartaria epiſtolas. 69. XIII. ſeqq. in quibus plura ab ipſo facta narrantur. ibidem. Septem ei ſuffraganeos Minoritas Pontifex aſſignat. 91. V. Æthiopes ei Nuncios mittunt. 91. VI.

Joannes de Muro Generalis Miniſter Ordinis Comitia indicit. 7. I. univerſis Fratribus ſcribit paupertatem commendans. 7. II. ad Cardinalatum evehitur. 8. III. adhuc Ordinem regit. 9. IV. cujus poſtea Protector eligitur. 89. I. Bonifacii VIII. memoriam defendit. 196. II. obit in Domino. 200. X.

Joannes Nepeſinus Epiſcopus. 300. LVI.

Joannes Offidanus Nicopoli Antiſtes Eccleſiam Minorum Fabriaui conſecrat. 384. XXVI.

Joannes Olorcan pro fide ab hæreticis interemptus. 218. XVIII.

Joannes ab Ortega Conveutui Conchenſi Collegium adjungit. 218. XIX.

Joannes XXII. Papa eligitur. 243. II. afflictæ Italiæ ſuccurrere conatur. 261. II. varios Nuncios ob hanc cauſam mittit. ibi-

ibidem . Quoſdam apoſtatas ad gremium Religionis reducere curat . 267. x. hac de re plures ſcribit epiſtolas. 266. ix. 268. xi. 268. xii. ſeqq. V. *Epiſtola*. Dubia circa Regulæ obſervationem explicat . 273. xviii. Sanctum Ludovicum Tholoſanum Epiſcopum in Sanctorum album recenſet . 290. xlvi. ad regales ejus conſanguineos epiſtolas mittit . 294. xlviii. ſeqq. Inquiſitores ad varia loca deſignat . 307. i. hujus rei diplomata . 308. iii. ſeqq. V. *Epiſtola*. Minoritas mittit ad Tartaros . 367. xxvi. 368. xxix. Fidem propagantibus indulgentias largitur. 369. xxxi. Schiſmaticos ad Eccleſiæ obedientiam vocat , 369. xxxii. Fatetur , animas purgatas mox recipi in cœlum. 371. xxxiv. Decretalem *Exivi* examinari jubet . 394. l. Renunciat dominio rerum Ordini conceſſarum . 401. lvii. & uſum ſyndici interdicit . ibidem.

Joannes Pariſienſis Nuncius Regis Cypri ad Pontificem . 409. i.

Joannes Parmenſis converſatione beati Conradi delectatur . 76. iv.

Joannes Pelchinghius Provincialis Coloniæ . 122. xliii.

Joannes Picus Mirandulanus Scotum celebrat . 136. lxv.

Joannes a Pola pro Scoto ſcribit . 139. lxx.

Joannes de Poliaco in ſuis proſcriptus erroribus . 374. xli.

Joannes Richardi Senator Urbis . 175. xi.

Joannes de Raguſio Scotum laudat . 134. lxiii.

Joannes a Ripa Tranſona floret in Ordine . 334. iii.

Joannes Romanus Pontificius eleemoſynarius & Tertii Ordinis Miniſter. 100. xix.

Ioannes Senenſis Conventum Faurienſem reformat . 5. vii.

Joannes de Septimio vitam ſcribit beati Joannis de Firmo . 394. xlix.

Joannes Stomelius apologetice pro Scoto ſcribit . 139. lxx.

Joannes Tentialbene vir ſanctiſſimus . 215. x.

Joannes de Texendria Epiſcopus Rivenſis . 300. lvi.

Joannes Tiburtinus Epiſcopus . 346. vii.

Joannes Tozalius virtute conſpicuus. 99. xvi.

Joannes Trecorenſis Epiſcopus . 299. lvi.

Joannes de Verunia Inquiſitor . 200. xi. 269. xiii.

Joannes de Vico cum habitu Franciſcano tumulatus . 346. vi.

Joannes Viel confeſſarius Regum Galliæ , & Pontificis Pœnitentiarius . 290. xlv.

Joannes a Villa Majori in Conventu Conchenſi ſepultus . 219. xix.

Joannes Wallius Theologiam Pariſiis docet . 246. ix.

Jordanes Dominicanus epiſtolam in Italiam Prædicatoribus , & Minoritis dirigit . 359. xiii.

Jordanus Eugubinus laicus ſepultus in Conventu Bittonii . 84. xxiii.

Joſeph Bergaigne de Conventu Heidelbergæ benemeritus . 349. xi.

Joſeph Pamphilus vitam ſcribit beatæ Claræ de Monte Falco . 146. lxxxii.

Joſeph Piſcullius Chirographum in Scoti arcula inventum in Colonienſi archivo reponit . 120. xi.

Iſabella Geldrenſis Clariſſa . 303. lxiii.

Iſernienſe Monaſterium . 342. xx.

Iſernus de Monte Alto Guardianus Conventus Aggenenſis . 265. vii.

Iſidorus Moſchovius ſcribit compendium vitæ beatæ Claræ de Monte Falco. 146. lxxxii.

Iſnardus Patriarcha Antiochenus . 347. vii.

Julia de Azarolis Comitiſſa hoſpitale Meliti pro peregrinis conſtruit . 14. xiv.

Julianus Cæſarinus Cardinalis Legatus in Germania . 349. x.

Julianus Servus Dei ſepultus in Conventu de Vallis . 65. iv.

S. Ivo Presbyter naſcitur . 20. ix. ejus pia adoleſcentia . ibidem . Judex Eccleſiaſticus conſtituitur . ibidem . ſeqq. ejus virtutes . 21. x. ſeqq. Capitium pauperi datum miraculoſe recipit . 22. xii. precibus ſanat ægrotam . 22. xiii. & dœmoniacum . 22. xiv. ponti ſtruendo ligna magno prodigio aptat . 23. xiv. incendium extinguit . 23. xv. pacem fovet . 23. xv. patrocinatur Eccleſiæ immunitati . 23. xvi. & pauperum cauſis . ibidem . concionatur ſæpiſſime . 23. xvii. viam per fluminis alveum ſibi aperit . ibidem . Angelum Dei convivam habet . 23. xviii. & aves familiares . 24. xix. diem obitus præſcit . 24. xx. pie moritur . ibidem . multia claret miraculis . 24. xxi. Sanctis a Pontifice adſcriptus . 24. xxii. quinam ejus geſta narrarunt . 25. xxiii.

K

Kildarienſis Conventus . 14. xiii. 260. xl.

La-

L

Laberani Conventus. 165. xxviii.
Ladiſlaus Colocenſis, & Bacbienſis Epiſcopus. 259. xxxix.
Ladiſlaus Polonus Minoritis addictus. 5. vii.
Ladiſlaus Princeps Tranſilvaniæ excommunicatur. 102. ii.
Landus Tarentinus ſanctitate, & miraculis glorioſus. 64. iv.
Lanfrancus de Amicis Bergomates diſſidentes componit. 100. xvi.
Lapus Dominicanus ad Regem Sclavorum Legatus. 102. iv.
Laudanum Monaſterium. 28. xxxi.
Lauduna Albana ſancti Elzearii Genitrix. 247. x.
Laurentianum Colonienſe Collegium. 325. xxxvii.
S. Laurentius martyr beato Joanni de Firmo apparet. 389. xxxvii. in Urbe Monaſterium ejus nomini dicatum. 327. xl.
Laurentius Groningenſis Colonienſis Collegii primus moderator. 325. xxxvii.
Laurentius Minorita Servus Dei. 65. iv.
Laurentius de Mondayno Marchiæ Anconitanæ Inquiſitor. 339. xii.
Laurentius Raguſiuus Epiſcopus. 408. lxxii.
Ledeimæ qualis ſententia de Chriſti paupertate. 402. lviii.
Lemovicenſis Conventus. 325. xxxvi.
Leo X. Eccleſiam ſancti Laurentii in Pane & Perna Urbis Titulo Cardinalitio exornat. 328. xlii.
Leo Laudenſis Epiſcopus. 323. xxxi.
Leodienſis Præpoſitus moritur ea die qua ad divinum judicium citatus. 221. iv.
Leodonenſe Monaſterium. 165. xxix.
Leonardus Cathanienſis Epiſcopus Monaſterii CaliguaniFundator. 326. xxxix.
Leonardus Groſſus de Ruvere poteſtatem quamdam Fratribus largitur. 73. xvii.
Leouardus Leſſius Scotum laudat. 135. lxiv.
Leonardus Lucenſis vir pius. 344. iii.
Leonardus Patraſſus an fuerit Minorita. 9. v.
Leonardus Socius beati Martii. 3. ii.
Leonardus de Spinolis Conſtantinopoli tumulatus. 55. xl.
Leucatæ Conventus. 323. xxxiii.
Liberatus Maceratenſis cum ſociis commoratur in Achaja. 10. vii. calumnias varias patitur. 11. vii. 89. ii. ſeqq. ſeveris tormentis afficitur. 90. iii. injuſte damnatur. 91. iii. obit. 89. ii.
Lievani Conventus. 348. viii.
Limburgenſis Conventus. 211. iii.
Limoſanus Conventus. 219. xx.
Lingonenſis Conventus. 325. xxxvi.
De Lintz Monaſterium. 307. vii.
Londinenſis Conventus. 86. xxviii.
Longi Campi Monaſterium. 86. xxix.
Lopez de Salinis ſanctitate celebris apud Clariſſas tumulatus. 332. xlvii.
Lubecenſis Conventus. 177. xvii.
Lucas de Fliſco Cardinalis ad Reges Angliæ, & Scotiæ miſſus. 338. xii.
Luceriæ Conventus. 4. vi.
Lucia Maſi Monialis ad Monaſterium Januenſe tranſit. 304. lxix.
Ludovicus de Avargour Epiſcopus Sembriocenſis tumulatus apud Minores. 343. ii.
Ludovicus Bavarus in Imperatorem eligitur. 228. xv. Fridericum Auſtriacum æmulum habet. 348. ix.
Ludovicus de Caſtro Provincialis Leodienſis. 122. xliii.
Ludovicus Comes Nivernienſis. 265. vi.
Ludovicus Epiſcopus Toloſanus Sanctorum Apotheoſi aſcriptus. 290. xlvi. in canonizationis Bulla a Pontifice vita ejus narratur. 290. xlvii. ſeqq. Indulgentia Chriſtifidelibus conceſſa ſepulcrum viſitantibus. 294. xlvii. ad regios Principes ejus conſanguineos Pontifex epiſtolas dirigit. 295. xlix. ſeqq.
Ludovicus Jacobillus vitam beatæ Angelæ de Fulgineo ſcribit. 162. xxi.
Ludovicus a Marganella Scoti geſta narrat. 139. lxx.
Ludovicus Miranda vitam beatæ Claræ de Monte Falco exaravit. 146. lxxxii.
Ludovicus a Paramo Raymundum Lullium beatum vocat. 235. xii.
Ludovicus Rebelledo Vitæ beatæ Claræ de Monte Falco auctor. 146. lxxxii.
Ludovicus Roberti Regis filius Neapoli apud Clariſſas ſepultus. 181. xxiii.
Ludovicus Siculorum Rex Monaſterium Clariſſarum Meſſanæ auget. 327. xxxix.
Lutenenſis, ſeu Lutabenſis Conventus. 164. xxvii.
Lutzemburgus cum quibuſdam aliis Raymundo Lullio adverſatur. 238. xvii.

M

Ablina a Simana mirabilem de ſancto Elzeario viſionem habet. 254. xxvii.

Magdalena a Conſtantio miraculis celeberrima. 351. XIV.
Magdalena Monialis Monaſterii Monticelli Reformatrix. 344. III.
Magdalena Soleria Virgo nobilis Clariſſa. 31. V.
Malachias Hibernus Doctor inſignis. 176. XIV.
Manſi Conventus. 148. LXXXVI.
Mantuanus Conventus. 54. XXXIX.
Manuaſcenſe Monaſterium. 219. XXI.
Manuel de la Cerda acta ſcribit beatæ Claræ de Monte Falco. 147. LXXXII.
B. Marcellinæ corpus apud Clariſſas conditum. 202. XIV.
Marcellus Minorita Inquiſitor. 149. I.
S. Marci Conventus. 347. VIII.
Marcus Delphinus Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.
Marcus Ulyſſiponenſis Scoti vitam ſcribit. 139. LXX. & geſta beatæ Angelæ Fulginatis. 162. XXI.
Margarita Aragonia Clariſſa. 327. XXXIX.
Margarita a Bolonia Clariſſa. 201. XIV.
Margarita de Cavalcantibus Monialis virtute præclara. 345. III.
Margarita de Claromonte Comitiſſa Cœnobium Minoritis ædificat. 339. XIV.
Margarita Galliarum Regina Eccleſiam Minorum Londini conſtruit. 86. XXVIII.
Margarita Monialis Monaſterii Monticelli Reformatrix. 344. III.
Margarita Pembrochiæ Comitiſſa Templum Londini complet. 86. XXVIII.
Margarita a Spoleto ſanctitate celebris. 219. II.
Margarita Torniella in Monaſterio Novarienſi floret. 219. II.
Maria beatiſſima Virgo Deipara apparet beato Joanni Firmano. 390. XL. 392. XLIV. ejus domus Babyloniæ. 96. XIV. Scoto ſe oſtendit propitiam. 45. XXIII. qui Pariſiis immaculatam ejus Conceptionem defendit. 51. XXXIV.
Maria Aragonia num privilegium pro Conventu Plateæ conſtruendo proventum aſſignaverit. 323. XXXIII.
Maria Brabantiæ Ducis filia Amadeo Sabaudo Nupta. 193. I.
Maria de Cabaliacis Clariſſa. 31. V.
Maria Duratii Duciſſa conſecrationi Eccleſiæ ſanctæ Claræ Neapoli intereſt. 180. XXI.
Maria Fernandez Monaſterii Gualdafagiaræ fundatrix. 201. XIII. ejus, ac filiæ corpus poſt multos annos integrum repertum. ibid.
Maria de Francia Imperatrix Neapoli apud Clariſſas tumulata. 179. XX.
Maria Majoricarum Regina a Pontifice epiſtolas recipit. 295. XLVIII.
Maria de Sepulcro floret in Monaſterio Villæ Comitis. 331. XLVI.
Maria Siciliæ Regina ſancti Ludovici Epiſcopi Genitrix. 294. XLVIII. Monaſterii ſanctæ Mariæ Donnæ Reginæ Neapoli fundatrix. 341. XIX.
Marianus Florentinus vitam ſcribit beatæ Angelæ de Fulgineo. 162. XXI. ejus mendum corrigitur. 68. XII.
Marinus Sanutus ad Paulinum Puteolanum mittit epiſtolam. 407. LXX.
Martha Beamii Vicecomitiſſa de Clariſſis benemerita. 305. LXIX.
Martinus de Boleſlavia Miniſter Bohemiæ. 333. II.
Martinus Caſtri Cæſaris beatiſſimæ Virgini devotiſſimus. 242. XXV.
Martinus Epiſcopus Oſcenſis. 218. XVII.
Martinus Minorita miraculis clarus. 153. VI.
Martinus Senenſis Canonicus Regularis Fratrum Schiſma fovet. 172. VII.
Martinus Siciliæ Rex quando regnare cepit. 323. XXXIII.
Martius ſancti Franciſci aſſecla quo anno, & quibus parentibus ortus. 3. II. moritur. ibidem.
Matthæus Aquaſpartanus Legatus in Lombardia, & Romandiola. 3. III. Jacobum Paganum Epiſcopatu privat, ibidem. honorifice a Bononienſibus recipitur. ibidem. Florentinorum factiones ſupprimit. ibidem. plura loca Eccleſiæ conciliat. 5. I. moritur 10. VI. Protector fuit Ordinis Servitarum. ibidem.
Matthæus de Capua Epiſcopus Surrentinus. 347. VII.
Matthæus Epiſcopus Imolæ. 12. IX.
Matthæus Ferchius iterato pro Scoto apologetice ſcribit. 139. LXX.
Matthæus Paris quid de Fratricellorum ſecta opinatur. 287. XL.
Matthæus Rubeus Cardinalis in ſolemniis Clementis V. perit. 64. II. fuit Ordinis Protector. 89. I.
Matthæus Rubiauus ſanctitate clarus. 182. II.
Matthæus Surrentinus Epiſcopus. 352. II.
Matthæus Vegleuſis Provinciæ ſancti Bonaventuræ Miniſter, Scoti exhumationi præſens. 122. XLIII.
Matthæus Vicecomes Pontifici infeſtus. 298. LIV. cogitat Genuenſem civitatem invadere. 305. II. ad eum Minores Nuncii mittuntur. 264. V. mortuo non datur Eccleſiaſtica ſepultura. 410. II.
Mauritius Hibernicus Scotum laudat. 134. LXIII.
Maximilianus Bavariæ Dux Conventum Hei-

Heidelbergenſem Fratribus reſtituit. 349. XI.

Maximilianus Imperator Conventum Friburgenſem Obſervantibus concedit. 326. XXXVIII.

Mayronius Scoti diſcipulus. 136. LXVI.

Mectildis de Naſave fundum pro Conventu Heidelbergenſi Fratribus largitur. 348. IX.

Meliti Conventus. 14. XIV.

Meſſanæ Monaſterium. 182. XXIV. 409. LXXIV.

Methymne Pomerii Monaſterium. 331. XLVII.

Michael Cœſenas ad Generalatum aſſumitur. 244. III. evellere abuſus in Ordine ſtudet. 245. V. ſcientia eminet. 245. VII. Fratres Narbonenſes ad Ordinem revocare curat. 267. X. ad Miniſtrum Provinciæ circa qualitatem habitus ſcribit. 277. XXII. Peruſii Comitia generalia convocat. 396. LII. ſuam ſententiam de Chriſti paupertate declarat. 396. LIII.

Michael de Mediolano quid ſentiat de Inſtituto beatæ Claræ de Monte Falco. 142. LXXV.

Michael de Monaco Inquiſitor. 269. XIII. ad eum Pontifex mittit epiſtolam 269. XIV.

Milandinus Croatiæ Princeps Minoritis Conventum ædificat. 302. LX.

Mimatenſe Monaſterium. 165. XXIX.

Miniſter Generalis. V. *Generalis*.

Minores poſſunt prædicare, & confeſſiones audire. 57. I. 62. II.

Nequeunt admittere in Eccleſiis Tertiarios tempore interdicti. 88. III. ſuccedere in hæreditatibus, & poſſidere bona. V. *Clementina*.

Eliguntur Inquiſitores. 13. XI. 200. XI. 269. XIII. ſeqq. 308. II. ſeqq. 311. VII. 339. XII. 344. I. 15. I. 62. II. 149. I. 406. LXVII. 407. LXX. Præfecti Apoſtolici Sacrarii. 17. II. Pontificii Pœnitentiarii. 18. IV.

Mittuntur Nuncii a Rege Cypri ad Pontificem. 409. I. a Pontifice ad Reges Raſſiæ. 101. I. 102. IV. & Armeniæ. 183. II. ad Principes Italiæ. 261. II. Flandriæ. 265. VI. Vaſconiæ. 265. VII. 305. II. ſeq. Tartariæ. 407. LXXI. in Siciliam, & in Urbem. 174. X. Prædicatores apud Infideles. 97. XV. 372. XXXV. 94. XIII. in Tartariam Epiſcopi. 92. VIII. 184. III.

Vexantur a quodam Dominicano Inquiſitore. 90. III. ab Aurienſi Epiſcopo. 148. LXXXVII. a Theutonicis. 174. IX. a quibuſdam Clericis Valentinis. 265. VII. a Prælatis Germaniæ. 323. XXXII. a Capitulo Portugallenſi. 342. XXII. ab Archiepiſcopo Porchetto. ibidem.

Non tenentur in proceſſibus juris regulas ad apicem ſervare 87. II. nec juriſdictioni Ordinariorum ſubeſſe. 57. XLIV.

In duas dividuntur factiones. 91. IV. circa obſervationem paupertatis diſſident. 167. I. præcipuos eorum ad ſe Pontifex vocat. 167. I. Actores controverſiæ recenſentur, & Judices. 167. II. ſeq. quidam ab obedientia Prælatorum eximuntur. 168. III. cauſæ reſolutio differtur. 171. V. Qui ab Ordine receſſerunt reddere compelluntur. 213. V. reſiſtunt aliqui, & fugiunt in Siciliam. 214. VII. Annuis redditibus renunciant. 192. XXIII. de eorum Regula in Concilio Viennenſi agitur. 196. III. in Peruſino Capitulo ſuam ſententiam de Chriſti paupertate declarant. 396. LII. eamque defendere ſtatuunt. 401. LVI. quæ rationibus urgetur. 404. LIV. Pontifex renunciat dominio rerum apud ipſos exiſtentium. 401. LVII. uſumque Syndici interdicit. 401. LVII. Fratrum hac dare querela. 405. LXVI. Eorum Regula declaratur a Clemente V. 202. I. & a Joanne XXII. 273. XVIII. Conceduntur eis conſervatores, & defenſores. 323. XXXII. eorumque Eccleſiis indulgentiæ. 219. XXII.

Quando primum ingreſſi Livoniam. 192. XXIII. Scotiam. 43. XX. & Terræ Sanctæ loca. 68. XII. 74. III. 333. I.

Minores ſtrictioris Obſervantiæ a corpore Religionis recedunt. 172. VII. 223. VIII. eorum improbatur temeritas. 266. VIII. contra eos Pontifex ad Regem Siciliæ ſcribit. 266. IX. & ad alios. 268. XI. ſeq. coram eodem Pontifice comparere jubentur. 269. XIII. honeſtæ traduntur cuſtodiæ. ibid.

Mirandæ Conventus. 307. VI.

Monaldus Anconitanus & Socii Sarracenis fidem prædicant. 224. IX. cum eiſdem diſputant, & ab eis occiduntur. 225. IX. ſignis honorantur cœleſtibus, 226. IX. lumen cœco reſtituunt. ibidem.

Monaſteria Monialium Arlatenſe. 165. XXIX. Aſſiſienſe ſanctæ Claræ de Pauſio. 327. XXXIX. Audomarenſe. 375. XLV. Averſanum. 326. XXXIX. Beneventanum. 15. XVI. Caliguanum. 326. XXXIX. Campi Regii. 341. XVIII. Ciaconenſe. 351. XV. Clarendalenſe. 56. XLI. Colonienſe. 56. XLII. Conimbricenſe. 303. LXVI. Cremonenſe. 304. LXIX. Eynomenſe. 326. XXXIX. Gerundienſe. 241. XVII. Gordianenſe. 56.

 XLI. Gual-

xli. Gualdafagiaræ. 201. xiii. Iſernienſe. 342. xx. Laudanum. 28. xxxi. ſancti Laurentii a Pane Pernæ. 327. xl. Leodonenſe. 165. xxix. de Lintz. 307. vii. Longi Campi. 86. xxix. Manuaſcenſe. 219. xxi. Meſſanenſe. 182. xxiv. 409. lxxiv. Methymnæ Pomerii. 331. xlvii. Mimatenſe. 165. xxia. Monticellenſe. 201. xiii. Montis Sancti. 351. xv. Neapolitanum Corporis Chriſti. 178. xix. Neapolitanum ſancti Franciſci. 351. xiii. Neapolitanum Donnæ Reginæ. 341. xix. Novarienſe. 31. v. Noviſiauum. 56. xlii. de Paliciano. 409. lxxiv. de Pauſio Aſſiſii. 327. xxxix. Petragoricenſe. 86. xxix. del Peyrat. 303. lxv. Ravellenſe. 28. axxi. Senenſe. 100. xviii. Taurinenſe. 57. xliii. Tergeſtinum. 14. xvi. Trebienſe. 219. xxi. Villæ Comitis. 329. xliv. Uirodunenſe. 411. iv. Yporegiæ. 29. iii. 31. v.

Monaſteria Monialium quando liceat Fratribus ingredi. 39. xiv.

Moniales. V. *Clariſſæ*.

Monticellenſe Monaſterium. 201. aiv.

Montis Sancti Monaſterium. 351. xv.

Montoni Conventus. 148. lxxxvi.

Murcienſis Conventus. 177. xvii.

N

NEapoleon Cardinalis acta beatæ Claræ de Monte Falco refert. 143. lxxvi.

Neapolitanum Corporis Chriſti Monaſterium. 178. xix.

Neapolitanum ſancti Franciſci Monaſterium. 351. xiii.

Neapolitanum Donnæ Reginæ Monaſterium. 341. xix.

Neapolitanus Conventus. 304. lxix.

Nemenſis Conventus. 324. xxavi.

Nerius de Fagiola Comes cum habitu Franciſcano tumulatus. 346. vi.

Nerus Piſanus Tertiarius. 100. xix.

Neuſtaurus Groſſetanus Epiſcopus. 85. xxvii.

Nicolai Lyrani imago Scoti ſepulcrum exornat. 121. xlii.

Nicolai IV. Pontificis ſimulacrum ſimiliter. ibid.

Nicolaus Anconitanus Epiſcopus Templum Minorum Maceratenſe conſecrat. 259. xxxix. Piceni conſtituitur Inquiſitor. 339. xii.

Nicolaus de Apulia Epiſcopus ad Tartaros mittitur. 92. viii.

Nicolaus Andec Scotum celebrat. 135. lxiii.

Nicolaus Bocaſius ad Pontificatum evehitur. 29. ii.

Nicolaus Farinula Cardinalis doctrinam examinat Petri Joannis Olivi. 267. ii.

Nicolaus Hypodiuet Inquiſitor. 308. ii.

Nicolaus Janſenius corrigitur. 236. xv.

Nicolaus Occamus docet Oxonii. 344. i.

Nicolaus Oſtienſis Cardinalis in cauſa canonizationis beatæ Claræ de Monte Falco Delegatus. 143. laxvii.

Nicolaus V. ſummus Pontifex beatam Claram de Monte Falco veneratur. 147. lxxxiii.

Nicolaus Pratenſis Avenione moritur. 346. v.

Nicolaus Vaſſallus beati Conradi amicus. 241. xxiii.

Nicolaus Vernulæus apologiam pro Scoto edidit. 139. lxx.

Nicoteræ Conventus. 148. lxxxvi.

Nigellus le Bruin Anglus apud Minores tumulatus. 178. xviii.

Nitrienſis Conventus. 5. vii.

Novarienſe Monaſterium. 31. v.

Noveſii Conventus. 340. xv. & Monaſterium. 56. xlii.

Nubia Civitas. 194. ii.

Nuceriæ Conventus. 340. aiv.

Nuncii Minoritæ V. *Minores*.

Nutius Epiſcopus Camers Eccleſiam Minorum Fabrianenſem viſitantibus indulgentias largitur. 384. xxvi.

O

OBedientiæ virtus commendatur. 277. xxi. 330. xlv.

Occhamus Scoti diſcipulus. 137. lxvi. Capitulo Peruſino intereſt. 396. lii. ejus ſimulacrum Scoti ſepulcrum exornat. 121. xlii. Scotum laudat. 134. lxiii.

Odoricus de Foro Julio in Indiis verbum Dei prædicat. 358. xi.

Oratione utilius pugnatur, quam armis. 152. iii.

Ordo Minorum. V. *Minores*.

Ordo Templariorum extinguitur. 194. i. 211. iii.

Ordo Tertiariorum. V. *Tertiarii*.

Oſinus Rex Armeniæ Minoritis valde addictus. 183. ii.

Oſtunii Conventus. 54. xxxix.

Otto Gereon Epiſcopus Cyrenſis. 122. xliii.

Otto Henricus Palatinus in Conventum Heidelbergenſem irruit. 349. x.

Oxonienſis Conventus. 165. xxviii.

Pæ-

P

PŒnitentiarii Minoritæ. Vide *Minores*.
Pœnitentiarius Apoſtolicus num ſemper ſacriſtæ munere fungatur. 18. IV.
Pagano Inquiſitori Minoritæ Pontifex ſcribit. 6. I.
Palantius vir nobilis ædes Minoritarum Aquiſgrani reſtaurat. 340. XV.
De Paliciano Monaſterium. 409. LXXIV.
Panciroli mendum corrigitur. 328. XLI.
Papirii Maſſonii error corrigitur. 164. XXVII.
Paſchalina Fulginas diſcipula, & ſocia beatæ Angelæ. 216. XI. doloribus ſuæ magiſtræ pie compatitur. ibidem. Varias mortificationes pro Chriſto ſubit. 216. XII. virtutum ſuæ magiſtræ conſcia 217. XIII. e Chriſti latere ſanguinem potat. 217. XIII. donis cœleſtibus ditatur. 217. XIII. pie moritur. 217. XIV.
Paſchaſius Guardianus Cœnobium Bejari ædificat. 178. XIX.
Patientia in quo potiſſimum conſiſtat. 83. XX.
Patriarchæ Antiochenus, & Alexandrinus Concilio Viennenſi interſunt. 183. I.
Paulinus Berti Scoti vitam ſcribit. 139. LXX. eumque commendat. 132. LX.
Paulinus de Venetiis Pœnitentiarius, & ſacellanus Pontificius. 407. LXX.
Paulus Jovius qualis fidei auctor. 111. XIX.
Paulus laicus ſervus Dei in Conventu Aquaſpartano moritur. 17. I.
Paulus alius Minorita miraculis inſignis. 84. XXIII.
Paulus Nepeſinus Epiſcopus. 12. IX.
Paulus Roſellus hiſtoriam beatæ Angelæ Fulginatis ſcribit. 162. XXI.
Paulus V. ſummus Pontifex decretum pro Immaculata Conceptione edit. 123. XLIV.
Paupertas. 7. II. quanto ſtudio a Minoribus ſervetur. ibid. de Chriſti paupertate controverſia. 361. XVI. de hac re Ubertini Caſalenſis ſententia. 362. XVIII. ſedata lis iterum reviviſcit. 394. L. ſeqq. Paupertas Ordinis a laxitatibus defenditur. 172. VIII.
Penna V. *Franciſcus Penna*.
Percevallus Nubienſis Epiſcopus. 200. XI. 194. XI.
Peregrinus Bononienſis vir probatæ virtutis a Miniſtro Generali conſulitur. 72. XV.
Peregrinus Oppolienſis Ordinis Prædicatorum Inquiſitor. 308. II.
Perfectio quomodo gradatim acquiratur. 156. XII.
Peſtis quomodo expellenda. 304. LXVIII.
Petragoricenſe Monaſterium. 86. XXIX.
Petronilla Schervæ Monaſterii Colonienſis Abbatiſſa ſerva Dei. 56. XLII.
Petronilla de Troja Monialis virtute celebris. 201. XIV.
Petrus Antonius Camillus Conventualium Generalis Nuceriæ tumulatus. 340. XIV.
Petrus Aragoniæ Rex ſumptus omnes pro Generali Capitulo Barcinonenſi impendit. 213. III.
Petrus Aureolus Epiſcopus Aquenſis. 352. II. ejus ſimulacrum Scoti tumulo appoſitum. 121. XLII.
Petrus de Ayerva invalide cum Violanta Laſcara matrimonium contrahit. 218. XVII.
Petrus de Capella Cardinalis in cauſa Petri Joannis de Oliva judex. 167. II.
Petrus de Caſſano Ruthenenſis Epiſcopus. 150. I.
Petrus de Caſtello Epiſcopus ad Tartaros cum aliis miſſus. 92. VIII.
Petrus de Colle medio Cardinalis Gallus. 84. XXIII.
Petrus de Columna Cardinalis conſervator privilegiorum Monaſterii ſancti Silveſtri de Urbe. 305. LXIX.
Petrus Dulcis a Sarracenis pro fide occiſus. 227. XIII.
Petrus Fernandez a Velaſco inſigne Xenodochium conſtruit. 332. XLVII.
Petrus de Florentia ſuffraganeus Cambalienſis. 184. III.
Petrus de Galetiano Nuncios Pontificios injuriis afficit. 265. VII.
Petrus Joannes Olivi converſatione beati Conradi delectatur. 76. IV. ejus examinatur doctrina. 167. II. de qua agitur in Viennenſi Concilio. 197. IV.
Petrus Legatus a Pontifice epiſtolam recipit. 149. I.
Petrus Malodil ſuper cauſam Petri Joannis Olivi a Pontifice vocatus. 168. III.
Petrus Minorita ad Tartaros remittitur. 368. XXIX.
Petrus Moguntinus Archiepiſcopus, Imperialis exercitus ductor. 166. I.
Petrus de Monte Roſarum Pontificias epiſtolas recipit. 311. VI.
Petrus de Palude Dominicanus Nuncius in Flandriam miſſus. 265. VI.
Petrus Paſchalis Inquiſitor ab hæreticis occiſus. 364. XXI. corpus Valentiæ miraculis coruſcat. 366. XXIV. Miraculorum examen Epiſcopo Valentino committitur. 366. XXV.
Petrus Piſaurenſis Epiſcopus & alius item Petrus. 299. LVI.
Petrus Provincialis Provinciæ S. Franciſci. 397. LIII.

Pe-

Petrus Rapollanus Epiſcopus. 163. xxiv.
Petrus Raymundi de Cornelione ſuper cauſam Petri Joannis Olivi a Pontifice vocatus. 168. III.
Petrus Rhegienſis Epiſcopus. 4. IV. & alius item Petrus. ibidem.
Petrus Rodulphus Scoti vitam ſcribit. 139. LXX.
Petrus Ruthenenſis Epiſcopus Apoſtolicus Legatus. 184. III.
Petrus de Scalea Epiſcopus Neocaſtrenſis. 347. VII.
Petrus de Senis in Indiis martyrium cum Sociis patitur. 353. I. ſeqq.
Petrus Siciliæ Rex Aſſiſium petit indulgentiam lucraturus. 229. I. Monaſterium Meſſanenſe Clariſſarum auget. 327. XXXIX.
Petrus de Vienna Allobrogum Nuncius Regis Cypri ad Pontificem. 409. I.
Petrus Viretus hereſiarcha. 325. XXXVI.
Del Peyrat Monaſterium. 303. LXV.
Philippa Geldrienſis Clariſſa. 303. LXIII.
Philippus Aquerius Neapoli tumulatus. 181. XXIII.
Philippus de Artres Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.
Philippus ex Balearicam Regibus Tertii Ordinis. 62. III.
Philippus Bonaccurſus Epiſcopus Tridentinus. 17. II.
Philippus de Carfagnano in Tuſcia Inquiſitor. 246. VIII.
Philippus de Caſtellione Theologus inſignis. 246. VIII.
Philippus de Duratio virtutibus, & miraculis clarus. 64. IV.
Philippus de Florentia in Philoſophia, & Theologia Magiſter. 246. VIII.
Philippus Galliarum Rex Monaſterium Montelli conſtruit. 201. XIV. Ei Pontifex ſcribit. 294. XLVIII.
Philippus Lomellinus Conſtantinopoli ſepultus. 55. XL.
Philippus Longus Rex Galliæ cum Flandris ad concordiam invitatus. 265. VI. quando mortuus. 375. I.
Philippus Maſſinus B. Conrado Ophydano ſepulcrum extruit. 77. VII.
Philippus Pictavienſis Comes cogit Cardinales ut Pontificem eligant. 243. I.
Philippus Pulcher Rex Galliæ Bonifacium VIII. acerrime perſequitur. 25. XXIV. proſcriptionem ejus obtinere nequit. 9. III. 195. II. Concilio Viennenſi intereſt. 193. I. Monaſterium Montellæ conſtruit. 201. XIV. miſere moritur. 222. VI.
Philippus Rhegienſis beatæ Delphinæ cognatus. 254. XXVIII.
Philippus ſocius beati Martii miraculis clarus. 3. II.
Philippus Tarentinus Princeps a Pontifice epiſtolas recipit. 294. XLVIII. intereſt conſecrationi Eccleſiæ ſanctæ Claræ Neapoli. 180. XXI.
Philippus de Vicomercato claret Bergomi. 99. XVI.
Pileus Cardinalis Eccleſiæ Heidelbergenſi indulgentias largitur. 348. IX.
B. Pilingottus Tertiarius cujus Patriæ, & Familiæ. 34. IV. mundana reſpuit. ibidem. mirabiliter in contemplatione abſorptus. 35. V. Eremum petit, & Tertio Ordini aſcribitur. 35. VI. Ejus auſteritas. 35. VI. humilitas. 36. VII. IX. caritas. 36. VII. ſpiritu prophetico fulget. 36. VIII. ſanctiſſime moritur. 37. X. apud Franciſcanos tumulatus. 37. XI.
S. Pius V. Monaſterium ſanctæ Claræ Neapoli Obſervantium curæ commendat. 181. XXIII.
Plateæ Conventus. 323. XXXIII.
Porchetus Spinola Januenſi Sedi reſtituitur. 4. IV. quædam ei a Pontifice injuncta. 4 V. & miſſæ epiſtolæ. 5. I.
Portiunculæ Indulgentiæ teſtimonia. 72. XVI. 163. XXV.
Potonus de Pogerich Pontificias epiſtolas recipit. 311. VI.
Prateolus Raymundo Lullio infeſtus. 138. XVII.
Præfatio miſſæ S. P. Franciſci opus beati Joannis Firmani. 394. XLIX.
Privilegia. V. *Minores*, *Clariſſæ*, *Tertii*, & in fine cujuslibet anni.
Profeſſio fidei V. *Fides*.
Protectores Ordinis. V. *Arnaldus de Pelagrua*, *Joannes de Muro*, *Matthæus Rubeus*.
Provinciale, ſive Provinciarum catalogus. 227. XI.

Q

Quinque Eccleſienſis Conventus. 5. VII.

R

Raguſini Cives Cœnobium Minoritis extruunt. 301. LVIII.
Rambauda de Tornello Monaſterium Clariſſis ædificat. 165. XXIX.
Rambauda Clariſſa filia ejuſdem. ibidem.
Rambottus Camerinenſis Epiſcopus multas Sanctorum exuvias transfert. 73. XVII.
Raphael Cardinalis cauſam definit circa bea-

beatæ Claræ de Monte Falco inſtitutum. 142. LXXV.

Raſcheburenſis Conventus. 340. XVI.

Ravellenſe Monaſterium. 28. XXXI.

Raymundus de Cardona Vicecomitis conatus opprimit. 410. II.

Raymundus Gaufredus ob varias cauſas vocatus a Pontifice. 168. III. 316. XVI. & ad Viennenſe Concilium. 315. XIII.

Raymundus de Giniaco Aragoniæ olim Provincialis. 168. III. 315. XIII.

Raymundus Lullus ad Concilium Viennenſe accedit. 199. VIII. Principes chriſtianos ad ſacrum bellum excitat. 229. II. in Africa multa patitur. ibid. venit Piſas. ibid. Tertio Ordini adſcribitur. 230. III. hiſtoriam ſuam exaravit. ibid. deſiderio martyrii flagrat. 230. IV. iterum in Africam transfretat. 231. V. ibi martyr occubuit. ibid. tumulatus apud Minores Majoricæ. 231. VI. quid de ejus vita ſentiendum. 232. VIII. de zelo fidei propagandæ. 233. VIII. de doctrina. 233. X. ſeq. 237. XVI. Plerique eum vocant Beatum. 235. XII. alii ſed perperam hæreticum. 235. XIII. 238. XVII. ſeq. Multa opera ipſi falſo aſcribuntur. 237. XV. Opera genuina S. M. Eccleſiæ Criterio ſubjecit. 238. XVII. quæ tamen Scotus approbare nequivit. 119. XXXVIII. Eum cognovit viditque. ibidem.

Raymundus Pœnitentiarius Pontificius. 347. VII.

Raymundus Procurator Generalis Ordinis. 168. III.

Raymundus de Villanova Obſervantibus addictus. 167. I.

Raynaldus Ravennæ Archiepiſcopus Eccleſiam Montis Alvernæ conſecrat. 176. XII.

Raynerius Aretinus miraculis glorioſus. 38. XII.

Raynerius de Samaritanis inter Magnates Romandiolæ pacis ſequeſter. 15. XVII.

Reginaldus de S. Artemia cauſam canonizationis beatæ Claræ de Monte Falco examinat. 143. LXXVII.

Reginaldus Lector ſacri Palatii an Archiepiſcopus, & Cardinalis fuerit. 9. V.

Reginaldus de Nella in prælio occiſus. 16. III.

Regula Minorum a Clemente V. declaratur. 202. I. & a Joanne XXII. 273. XVIII. V. *Minores*.

Reinaldus Comes Geldriæ Conventum Ruremondenſem conſtruit. 303. LXIII. ejus filiæ Clariſſæ. 56. LXII.

Religio Minorum. V. *Minores*.

Reliquiæ in Mantuana Eccleſia aſſervatæ. 17. II.

Rhegii Conventus. 28. XXX.

Rhodum a Chriſtianis ſubjugatur. 152. III.

Richarda Comitiſſa Jullacenſis Clariſſis Monaſterium extruit. 56. XLII.

Richardus Anglus Communitatem Ordinis contra Ubertinum de Caſali tuetur. 171. IV.

Richardus Ledredus Oſſorienſis Epiſcopus. 300. LVI.

Richardus de Mediavilla doctrina præclarus. 13. X. ejus imago ad Scoti ſepulcrum. 121. XLII.

Richardus Mediolanenſis in Ubertinum de Caſali ſcriptis invehitur. 171. IV.

Richardus Petronus Cardinalis Clariſſarum Monaſterii Senenſis fundator. 100. XVIII. Bonifacium VIII. contra Regem Galliæ defendit. 195. II.

Richardus Porlondus ſanctitate, & eruditione clarus. 16. II.

Riſabella de Trinciis ſacellum in Eccleſia Minorum extruit. 375. XLVI.

Robertus Artheſienſium Comes in prælio occiſus. 16. III.

Robertus de Battifole virtutibus, miraculiſque clarus Aſſiſii decedit. 229. I.

Robertus Betunienſis Comes. 265. VI.

Robertus de Brus Rex Scotiæ Conventum Kildarienſem diripit. 260. XL.

Robertus Convenarum Comes Pontificias recipit epiſtolas. 265. VII.

Robertus Mediolanenſis Archipresbyter de Epiſcopatu Laudenſi contendit. 323. XXXI.

Robertus de Monte-cucco Conſtantinopoli tumulatus. 55. XL.

Robertus Rex Siciliæ ſancti Ludovici Epiſcopi Germanus. 294. XLVIII. in Regimine Genitori ſuccedit. 163. XXIII. conſtruit Monaſterium ſanctæ Claræ Neapoli. 178. XIX. & ſancti Franciſci ejuſdem urbis. 351. XIII. Conventus Alarinæ. 219. XX. & Limoſani. ibid. aſſiſtit Comitiis Minorum. 243. III. & translationi corporis ſancti Ludovici. 334. II. diſcordia inter ipſum & Sabaudiæ Ducem. 264. V. 305. II.

Robertus Tarentinus Dux conſecrationi Templi ſanctæ Claræ Neapoli aſſiſtit. 180. XXI.

Robertus Terræ Albenſis Epiſcopus. 12. IX.

Robertus Winchelſejus Archiepiſcopus Cantuarienſis. 15. XVII.

Rohreciminicus Conventus. 201. XIII.

Rodulphus in ſuis mendis corrigitur. 243. III. 333. I. 334. II.

Rodulphus Agricola vir clariſſimus habitum Franciſcanum ſuſcepit. 350. XIII.

Ro-

Rodulphus Moguntinenſis translationem Conventus Heidelbergenſis procurat. 348. IX.
Rodulphus quidam ſanctitate celebris. 101. II.
Rogerii Varonis ſimulacrum Scoti exornat ſepulcrum. 121. XLII.
Rogerius de Tudinis Epiſcopus Callienſis. 163. XXIV.
Romæus Aragonius Communitatem Ordinis cum aliis defendit. 171. IV.
Roſina de Verdina apud Franciſcanos tumulata. 324. XXXV.
Roſtagnus a Sabrano meritis ſancti Elzearii convertitur. 337. VIII.
Ruremondeuſis Conveutus. 303. LXIII.
Rutgerius de Battinge Coloniæ ſtudii Magiſter. 120. XLI.

S

SAbellicus Scotum celebrat. 134. LXIII.
Sacriſta Apoſtolicus non ſemper Auguſtinianus extitit. 18. III. non idem Sacriſta, & Pœnitentiarius. 18. IV. hoc munere Philippus Bonaccurſus Minorita functus eſt. 17. II.
Salmaticenſe ſtatutum quoddam ab Hiſpanica Synodo reprobatum. 128. LIV. & ſeqq.
Salvetrus beati Martii germanus. 2. II.
Sancia Siciliæ Regina aſſiſtit Comitiis Minorum. 243. III. & translationi corporis ſancti Ludovici. 334. II. cujus affinis extitit. 294. XLVIII. conſtruit Neapoli Monaſterium ſanctæ Claræ. 178. XIX. ſeq. 202. XV. fuit erga Minores pientiſſima. 244. IV. epiſtolas mittit Miniſtro Generali. ibid.
Sanchez opinio de Chriſti paupertate. 401. LVIII.
Sancio Regi Majoricarum Pontifex gratulatur. 295. XLVIII.
Sancius Sanchez de Velaſco Monaſterium pro Clariſſis extruit. 331. XLVII.
Sanſanerius de Pinibus cum Amanevo de Lebreto diſcors. 265. VII.
Scardonenſis Conventus. 340. XIV.
Sciarra Columnenſis a Philippo pulchro e captivitate liberatus. 28. I. ſummo Pontifici maximam injuriam irrogat. 25. XXIV. 29. II.
Scoti hæretici. V. *Hæretici*.
Scotiam quando Minoritæ ingreſſi. 43. XX.
Scotus. V. *Joannes Duns*.
Scrupuloſitas quorumdam condemnatur. 273. XVIII.
Sebaſtianus Fabrinus hiſtoriam beati Franciſci Fabrianenſis ſcribit. 384. XXVI.
Senenſe Monaſterium. 100. XVIII.
Seneſii Conventus. 339. XIV.
Senſus Corporis quomodo coercendi. 82. XVIII.
Sibenicenſis Conventus. 375. XLIV.
Sicambricenſis Conventus. 5. VII.
Silentium gratiæ cuſtos. 82. XV.
De Silos Conventus. 4. VI.
Simon de Donatis beatæ Conſtantiæ Florentinæ Parens. 345. IV.
Simon Donatenus ad obedientiam Ordinis revertitur. 27. XXV.
Simon Pacenſis Epiſcopus. 163. XXIV.
Simon Philippi Inquiſitor, Magiſter celebris. 344. I.
Simon Provinciæ Turoniæ Miniſter cum aliis Chriſti altiſſimam paupertatem defendit. 397. LIII.
Simon Wormatienſis Epiſcopus Eccleſiæ Conventus Heidelbergenſis indulgentias largitur. 348. IX.
Soldanus Babiloniæ benevolus erga Fratres. 95. XIII.
Soti ſententia de Chriſti paupertate. 402. LVIII.
Spoletani Cives Fridericum de Monte Feretro ſibi conſtituunt Ducem. 407. LXX.
Stanislaus Hoſius Scotum encomiis celebrat. 136. XLV.
Stephana Sabella ſepulcrum ſanctæ Brigittæ exornat. 328. XLII.
Stephanus Coucbenſis Epiſcopus. 408. LXXII.
Stephanus Hungarus ab Alanis pro fide occiſus. 228. XIII.
Stephanus de Neriaco Nuncius Pontificius in Flandriam miſſus. 265. VI. 305. III.
Stephanus Sarraicenſis Epiſcopus. 373. XXXVIII. ab Epiſcopatu ejectum Pontifex conſolatur. 407. LXXI.
Stephanus Ulyſſiponenſis Epiſcopus. 218. XVII.
Stigmata S P.N. Franciſci ſub ritu duplici celebranda ſtatuitur. 39. XIV.
Svilivan Beara Vir nobilis Conventus Beantri fundator. 100. XVII.
Syffridus Epiſcopus Curienſis pro translatione Conventus Heidelbergæ facultatem concedit. 348. IX.

T

TArtarorum Rex Chriſtianam fidem amplectitur. 48. XXIX. ex eis multi a Joanne de Monte Corvino convertuntur. 69. XIII. ad eos plures ex Minoritis Epiſcopi mittuntur. 584. III. 68. XII.

Tar-

Tarviſii Conventus. 86. xxviii.
Tarvienſis Conventus. 177. xvii.
Taviræ Conventus. 211. iii.
Taurinenſe Monaſterium. 57. xliii.
Tauſignani Conventus. 374. xliii.
Templarii num juſte profligati. 194. i.
Terdonenſis Conventus. 165. xxviii.
Tergeſtinum Monaſterium. 14. xvi.
Terragenſis Conventus. 323. xxxiv.
Terræ ſanctæ loca quando Minoritis conceſſa. 68. xii.
Tertiarii nequeunt a Fratribus in Eccleſiis interdicti tempore admitti. 88. iii. ejs indulgentiæ conceduntur. 100. xix. approbatur eorum Regula. 165. xxix. non fuerunt a Joanne Pontifice condemnati. 406. lxvii.
Theobaldus Minorita miraculis clarus Spoleti jacet. 334. iii.
Theobaldus Uffredutius Epiſcopus Aſſiſias. 91. v.
Theodatus Minorita Servus Dei. 334 iii.
Theodinus Piceni Miniſter vir celebris. 339. xii.
Theodorus Montis Ferrati Marchio Conventus Clavaſii fundator. 302. lxii.
Theodorus a Reinfeld Cœnobium Heidelbergæ repetit. 349. xi.
Theutonicorum in Livonia varii exceſſus. 174. ix.
Thobias Moravus Boemiæ Miniſter. 260. ii.
S. Thomas de Aquino non ſolus in doctrina ſequendus. 129. lvi. Fabellæ de ipſo relatæ. 130. lvii.
Thomas Averſanus Inquiſitor. 89. ii.
Thomas Epiſcopus Suffraganeus Archiepiſcopi Cambalienſis. 184. iii.
Thomas Joiſius Cardinalis doctrinam examinat Petri Joannis Olivi. 167. ii.
Thomas de Mandeville apud Minores tumulatus. 324. xxxv.
Thomas Miniſter Provinciæ Bononiæ pro Ordinis Communitate ſcribit. 397. liii.
Thomas de Riveriis ut Epiſcopus a Pontifice non receptus. 300. lvi.
Thomas Saxonus contra Ubertinum de Caſali ſcribit. 171. iv.
Thomas de Sola ſitum pro ædificanda domo Minoribus concedit. 1. i.
Thomas Spoletanus Epiſcopus beatam Claram de Monte Falco in Monaſterio introducit. 142. lxxvi.
Thomas Tolentinas ad obedientiam Ordinis revertitur. 11. viii. Pontifici mirabilia narrat a Joanne de Monte Corvino apud Tartaros patrata. 92. vii. pro fide moritur. 353. i.

Thomas Veglenſis Epiſcopus. 12. ix.
Tondellinus de Gangalanda doctus & mirificus Concionator. 246. viii.
Tozalius humilitate inſignis. 99. xvi.
Traguricnſis Conventus. 302. lx.
Tranenſis Conventus. 326. xxxviii.
Tranſilvaniæ Princeps excommunicatur. 102. ii.
Trebienſe Monaſterium. 219. xxi.
Tricaricenſis Conventus. 228. xvi.
Trincienſis Conventus. 5. vii.
Trumenſis Conventus. 324. xxxv.
Tyſina Soleria Virgo nobilis Clariſſa. 31. v.

U

Valentinenſis Conventus. 408. lxxiii.
Valentinus Claver Neapoli apud Clariſſas ſepultus. 179. xx.
Valentinus de Solario Inquiſitor. 100. xvi.
Valiſdienſis Conventus. 5. vii.
Varadienſis Conventus. 5. vii.
Ubaldinus Provincialis in Achaja. 301. lvii.
Ubertinus de Caſali communitati Ordinis varias objicit transgreſſiones. 157. ii. nimis zelotes pro ſtrictiori Obſervantia. 171. iv. cogitat ſe a communitate ſeparari ſed fruſtra. 197. v. ad judicium a Joanne XXII. vocatus. 271. xv. & a Clemente V. 316. xvi. cui animoſe reſpondet. 318. xx. 319. xxii. Obtinet facultatem tranſeundi ad Benedictinos. 271. xv. Ejus de Chriſti paupertate ſententia. 362. xviii. beatam Angelam Fulginatem laudat. 162. xxii.
Ubertinus de ſancto Caſſiano oratione, & pœnitentia celebris. 229. i.
Ventura Piſcinianenſis vir ſanctus. 176. xiii.
Venutus Epiſcopus. 149. i.
Virginius Florentius Epiſcopus beati Martii Corpus transferri curat. 3. ii.
Verucoli Conventus. 348. viii.
Ugolinus Raynerii Conventus Curdilianenſis fundator. 409. lxxiii.
Viennenſe Concilium quando convocatum. 183. i. 193. i. quinam interfuerunt. ibidem. ſecunda ſeſſio celebratur. 194. i. & tertia. 196. iii.
Villæ Comitis Monaſterium. 329. xliv.
Vincentius Gradenigus Conſtantinopoli ſepultus. 55. xl.
Vindocienſis Conventus. 100. xix.
Violanta Aragonia Clariſſa. 327. xxxix.
Violanta Laſcara invalide cum Petro de Ayerna matrimonium contrahit. 218. xvii.

Violanta Sabella prima Abbatiſſa Monaſterii ſancti Laurentii in Pane & Perna Urbis. 328. XLII.
Virodunenſe Monaſterium. 411. IV.
Vitalis de Furno doctrinam Petri Joannis Olivi cum aliis examinat. 167. II. ad Cardinalatum aſſumitur. 200. X. Translationi intereſt corporis ſancti Ludovici. 334. II. quando mortuus. 346. V.
Umbertus Burgundiæ pro Ordinis communitate ſcribit. 171. IV.
Vivianus Ruthenenſium Epiſcopus. 150. I.
Vorilongus Scotum laudat. 134. LXIII.
Ad Uroſium Sclavorum Regem Nuncii Minoritæ mittuntur. 103. IV. & Pontificiæ epiſtolæ. 103. V. Eorumdem Fratrum conſortio gaudet. 106. VII.
Walterus Gravius Epiſcopus Conventrenſis a pleriſque liberatus calumniis. 15. XVII.
Walterus Guardianus translationem Conventus Heidelbergenſis procurat. 348. X.
Wenceslaus Boemus occiditur. 86. I.
Wenceslaus Polonus Minoritis cum aliis favet. 5. VII.
Weſſellus Gosbrinch Coloniæ Miniſter. 120. XLI.
Wicboldus Colonienſis Archiepiſcopus. 56. XLII.
Willelmus Franck lector Coloniæ. 120. XLI.
Willelmus de Sabrano S. Elzearii Patruus. 248. XIII.
Willelmus de Hardith primus univerſitatis Dublinienſis Lector. 351. XVI.
Willelmus de Rodiard decanus ejuſdem Eccleſiæ. ibid.
Willelmus de Waldeck, & Willelmus de Laudſtein a Pontifice recipiunt epiſtolas. 311. VI.
Wladislaus Locticus Cracoviæ Dux. 311. VI.

Y

YOgheliæ Provincialia Comitia celebrata. 201. XII.
Yporegiæ Monaſterium. 29. III. 31. V.

Z

ZAgrabienſis Conventus. 5. VII.
Zamoræ Conventus. 6. II.
Zegedienſis Conventus. 73. XVII.
Zenonis Iſauri infelix mors. 113. XXII.

INDEX BULLARUM

Quæ in hujus Sexti Tomi Regeſto continentur.

Numerus Arabicus indicat paginam, Romanus per ordinem poſitas Bullas.

AD cœleſtes delicias. *Clementis V.* 454. IX.
Ad Monaſterium. *Joannis XXII.* 504. XXIX
Ad Monaſterium. *Ejuſdem.* 510. XXXIX.
Ad noſtrum nuper. *Ejuſdem.* 536. LXXVI.
Ad Ordinem Fratrum. *Clementis V.* 458. XV.
Ad Regimen univerſalis. *Bonifacii VIII.* 432. XXI.
Ad univerſalis Eccleſiæ. *Ejuſdem.* 415. I.
Ad univerſalis Eccleſiæ. *Joannis XXII.* 548. LXXXIV.
Angit nos cura. *Ejuſdem.* 551. LXXXVIII.
Ante Thronum. *Ejuſdem.* 531. LXIX.
Apoſtolatus officium. *Bonifacii VIII.* 429. XVII.
Apoſtolicæ Sedis. *Clementis V.* 460. XVIII.
Apoſtolicæ Sedis. *Joannis XXII.* 524. LVIII.
Apoſtolicæ Sedis. *Ejuſdem.* 532. LXXII.
Apoſtolicæ Sedis. *Ejuſdem.* 588. CXV.
Cœleſtis diſpoſitione conſilii. *Joannis XXII.* 481. II.
Cariſſima in Chriſto filia. *Ejuſdem.* 505. XXX.
Celſitudinis tuæ ejuſdem. *Joannis XXII.* 522. LV.
Clara Ordinis tui. *Ejuſdem.* 508. XXXV.
Clara Ordinis tui. *Ejuſdem.* 509. XXXVI.
Clara Ordinis veſtri. *Ejuſdem.* 511. XLII.
Claris tuæ celſitudinis. *Ejuſdem.* 483. IV.
Conſiderantes. *Bonifacii VIII.* 424. XIII.
Cum cariſſima. *Joannis XXII.* 485. VII.
Cum cariſſima. *Ejuſdem.* 521. LII.
Cum cariſsimus. *Ejuſdem.* 527. LXIV.
Cum cariſsimus. *Ejuſdem.* 528. LXV.
Cum dilectæ. *Clementis V.* 455. X.
Cum felicis. *Bonifacii VIII.* 417. IV.
Cum ſicut ex parte. *Clementis V.* 458. XIV.
Cum ſicut ex parte. *Ejuſdem.* 462. XXI.
Cum ſicut ex parte. *Joannis XXII.* 517. XLVIII.
Cum ſicut in noſtra. *Clementis V.* 469. XXIX.
Cum ſicut oblata. *Ejuſdem.* 454. VIII.
Cura paſtoralis. *Joannis XXII.* 492. XVIII.
Decet, & expedit. *Ejuſdem.* 512. XLIII.
Decet Romanum Pontificem. *Ejuſdem.* 505. XXXI.
Devotionis tuæ. *Ejuſdem.* 486. VIII.
Devotionis tuæ. *Ejuſdem.* 578. CIV.
Devotionis veſtræ. *Clementis V.* 470. XXXII
Devotorum vota. *Benedicti XI.* 445. XI.
Dilecti filii. *Clementis V.* 474. XXXIX.
Dilectorum filiorum. *Joannis XXII.* 578. CV.
Dilectos filios. *Ejuſdem.* 529. LXVII.
Dilectus filius. *Ejuſdem.* 501. XXV.

Dilectus filius. *Ejuſdem*. 514. XLV.
Dudum dilectis. *Ejuſdem*. 545. LXXXII.
Dudum dilectis. *Ejuſdem*. 548. LXXXIII.
Dudum felicis. *Benedicti XI*. 436. III.
Dudum felicis. *Joannis XXII*. 437. IV.
Dudum fide digna. *Ejuſdem*. 590. CXVIII.
Dudum in Iſnardum. *Ejuſdem*. 555. XCIII.
Dum ad univerſas. *Ejuſdem*. 507. XXXIV.
Dum prudenter. *Ejuſdem*. 586. CXIII.
Eccleſiarum utilitati. *Clementis V*. 476. XLIII.
En quod expectabamus. *Bonifacii VIII*. 419. VI.
En pietatis. *Joannis XXII*. 509. XXXVII.
Etſi Apoſtolicæ. *Ejuſdem*. 523. LVII.
Etſi quibuslibet. *Ejuſdem*. 484. VI.
Etſi quibuslibet. *Ejuſdem*. 519. L.
Etſi quibuslibet. *Ejuſdem*. 559. XCVII.
Exhibita nobis. *Clementis V*. 463. XXIII.
Exhibita nobis. *Ejuſdem*. 465. XXVI.
Exhibita nobis. *Joannis XXII*. 550. LXXXVI.
Eximiæ devotionis. *Clementis V*. 472. XXXV.
Eximiæ devotionis. *Ejuſdem*. 477. XLIV.
Eximiæ devotionis. *Joannis XXII*. 521. LIII.
Eximiæ devotionis. *Ejuſdem*. 560. XCVIII.
Eximiæ tuæ devotionis. *Ejuſdem*. 522. LIV.
Eximiæ tuæ devotionis. *Ejuſdem*. 522. LVI.
Eximiæ tuæ devotionis. *Ejuſdem*. 526. LXII.
Eximiæ tuæ devotionis. *Ejuſdem*. 527. LXIII.
Eximiæ tuæ devotionis. *Ejuſdem*. 528. LXVI.
Ex incumbenti. *Bonifacii VIII*. 416. III.
Expoſita quidem. *Joannis XXII*. 525. LX.
Expoſuit Nobis. *Clementis V*. 470. XXXIII.
Exquiſita tuæ. *Joannis XXII*. 581. CVII.
Ex tenore. *Clementis V*. 455. XII.
Ex veſtrarum. *Bonifacii VIII*. 422. X.
Ex virtutum. *Joannis XXII*. 525. LIX.
Felicis recordationis. *Bonifacii VIII*. 426. XV.
Grandis devotionis. *Clementis V*. 474. XXXVIII.
Grandis, & ſincera. *Joannis XXII*. 483. V.
Grave gerimus. *Bonifacii VIII*. 433. XXII.
Grave gerimus. *Clementis V*. 457. XIII.
Habet in nobis. *Joannis XXII*. 549. LXXXV.
Iis, quæ bene. *Clementis V*. 473. XXXVII.
In Concilio. *Bonifacii VIII*. 420. VII.
In Eccleſiæ. *Joannis XXII*. 494. XX.
In excelſo. *Bonifacii VIII*. 430. XIX.
Injunctæ Nobis. *Benedicti XI*. 442. VIII.
In ſupremæ dignitatis. *Ejuſdem*. 446. XIII.
Inter cetera. *Bonifacii VIII*. 425. XIV.
Inter cetera. *Joannis XXII*. 479. I.
Inter cetera. *Ejuſdem*. 488. XII.
Inter cetera. *Ejuſdem*. 556. XCIV.
Inter ceteras. *Bonifacii VIII*. 428. XVI.
Inter ceteros. *Ejuſdem*. 416. II.
Inter ceteros. *Benedicti XI*. 445. XII.

In-

Inter ceteros. *Joannis XXII.* 520. LI.
Inter ceteros. *Ejuſdem.* 591. CXIX.
Inter Opera. *Ejuſdem.* 491. XVI.
Inter Opera. *Ejuſdem.* 492. XVII.
Inter Opera. *Ejuſdem.* 499. XXIII.
Inter ſollicitudines. *Clementis V.* 466. XXVII.
Inter univerſa. *Joannis XXII.* 533. LXXIII.
Juſtis petentium. *Ejuſdem.* 496. XXII.
Laudabilis & ſacra. *Ejuſdem.* 506. XXXII.
Laudabilis veſtra. *Clementis V.* 476. XLII.
Licet ea. *Benedicti XI.* 438. V.
Licet ex debito. *Joannis XXII.* 518. XLIX.
Licet is. *Ejuſdem.* 500. XXIV.
Licet is. *Ejuſdem.* 504. XXVIII.
Licet is. *Ejuſdem.* 506. XXXIII.
Marino Stolio. *Bonifacii VIII.* 422. IX.
Meritis veſtræ. *Joannis XXII.* 510. XL.
Militanti Eccleſiæ. *Clementis V.* 451. V.
Militanti Eccleſiæ. *Joannis XXII.* 490. XV.
Militanti Eccleſiæ. *Ejuſdem.* 554. XCII.
Movet animum. *Ejuſdem.* 487. X.
Movet animum. *Ejuſdem.* 487. XI.
Nuper ex parte. *Joannis XXII.* 544. LXXX.
Nuper ex parte. *Ejuſdem.* 545. LXXXI.
Oblata Nobis. *Benedicti XI.* 444. X.
Oblata Nobis. *Joannis XXII.* 587. CVIII.
Ob tuorum excellentiam. *Ejuſdem.* 482. III.
Odor famæ. *Clementis V.* 453. VII.
Officii noſtri. *Joannis XXII.* 511. XLI.
Oneroſa paſtoralis. *Ejuſdem.* 550. LXXXVII.
Ordinem ſanctæ Claræ. *Joannis XXII.* 509. XXXVIII.
Perſonam dilecti. *Ejuſdem.* 513. XLIV.
Perſonam tuam. *Clementis V.* 471. XXXIV.
Petitio Cariſsimæ. *Benedicti XI.* 442. VII.
Petitio tua. *Ejuſdem.* 447. XIV.
Petitio veſtra. *Clementis V.* 449. I.
Petitionem dilectarum. *Joannis XXII.* 580. CVI.
Pia deſideria. *Benedicti XI.* 435. II.
Pietatis opera. *Clementis V.* 450. IV.
Piis deſideriis. *Joannis XXII.* 534. LXXIV.
Præſignis veſtra. *Joannis XXII.* 5.6. XLVI.
Pro parte dilectorum. *Ejuſdem.* 597. CXX.
Quæ in Religionis. *Joannis XXII.* 538. LXXIX.
Quanto ſtudioſius. *Clementis V.* 449. II.
Quia fragilis. *Joannis XXII.* 526. LXI.
Quia præſentis. *Clementis V.* 475. XLI.
Quia præſentis. *Joannis XXII.* 490. XIV.
Quia præſentis. *Ejuſdem.* 530. LXVIII.
Quia præſentis. *Ejuſdem.* 586. CXII.
Quia tua, *Ejuſdem.* 571. CII.
Quia fecit ſalutem. *Bonifacii VIII.* 423. XI.
Quoniam ut ait. *Clementis V.* 461. XIX.
Rationis oculis. *Joannis XXII.* 557. XCV.
Receptis litteris. *Bonifacii VIII.* 421. VIII.

Re-

Regimini univerſalis. *Ejuſdem*. 430. xviii.
Regimini univerſalis. *Clementis V.* 459. xvi.
Regimini univerſalis. *Ejuſdem*. 464. xxv.
Regimini univerſalis. *Ejuſdem*. 472. xxxvi.
Religionis, in qua. *Benedicti XI.* 434. i.
Religionis veſtræ. *Clementis V.* 463. xxii.
Religionis veſtræ. *Ejuſdem*. 464. xxiv.
Rex Regum. *Clementis V.* 467. xxviii.
Rex Regum. *Ejuſdem*. 469. xxx.
Rex Regum. *Ejuſdem*. 469. xxxi.
Romana Eccleſia. *Joannis XXII.* 582. cix.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 493. xix.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 535. lxxv.
Romani Pontificis. *Ejuſdem*. 577. ciii.
Romanus Pontifex. *Ejuſdem*. 489. xiii.
Sacra veſtra Religio. *Benedicti XI.* 448. xv.
Sacra veſtra Religio. *Clementis V.* 553. xc.
Sacræ Religionis. *Benedicti XI.* 441. vi.
Sacræ Religionis. *Clementis V.* 474. xl.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 531. lxx.
Sacræ Religionis. *Ejuſdem*. 532. lxxi.
Sacri Ordinis. *Ejuſdem*. 450. iii.
Sedula nos. *Joannis XXII.* 558. xcvi.
Sedula nos. *Ejuſdem*. 587. cxiv.
Sedula nos. *Ejuſdem*. 589. cxvi.
Si ea quæ. *Ejuſdem*. 584. cxi.
Sincera devotio. *Clementis V.* 460. xvii.
Sinceræ devotionis. *Ejuſdem*. 478. xlvi.
Sinceræ devotionis. *Joannis XXII.* 517. xlvii.
Specioſus forma. *Ejuſdem*. 561. xcix.
Specioſus forma. *Ejuſdem*. 553. xci.
Sperantes in Domino. *Bonifacii VIII.* 424. xii.
Splendor paternæ. *Joannis XXII.* 552. lxxxix.
Sub Religionis. *Ejuſdem*. 495. xxi.
Sub Religionis. *Ejuſdem*. 590. cxvii.
Summa prudentia. *Ejuſdem*. 547. lxxviii.
Summi Providentia. *Clementis V.* 452. vi.
Summi Providentia. *Joannis XXII.* 537. lxxvii.
Super ægenum. *Benedicti XI.* 443. ix.
Superni diſpoſitione. *Joannis XXII.* 501. xxvi.
Suſcepti cura. *Bonifacii VIII.* 431. xx.
Tenorem cujuſdam. *Clementis V.* 462. xx.
Tenorem quarumdam. *Joannis XXII.* 502. xxvii.
Tuæ devotionis. *Ejuſdem*. 486. ix.
Vacante dudum. *Bonifacii VIII.* 418. v.
Veſtræ ſacræ. *Clementis V.* 455. xi.
Vitæ perennis. *Ejuſdem*. 478. xlv.

FINIS TOMI SEXTI.

Menda, quæ in hujus Sexti Tomi editione irrepſerunt, benevole Lector ita corriges.

Pag. 39.	§. XIII.	*lin.* 4.	Balbo a	Balbua
54.	§. XXXIX.	*lin.* 23.	germanus	Germanus
80.	*in margine.*		Judicium	Indicium
94.	§. XII.	*lin.* 7.	Licentinis	Picentinis
136.	§. LXV.	*lin.* 23.	Barbatus	Barbarus
164.	*in margine.*		*Baron. anno* 189.	*anno* 589.
208.	§. I.	*lin.* 45.	expetiri	experiri
339.	§. XIII.	*lin.* 6.	Laurentius de Mondagno	de Mondayno
349.	§. X.	*lin.* 3.	Julianus Çaſarius	Julianus Cæſarinus
353.	§. II.	*lin.* 1.	Joannem	Joannæ
384.	§. XXVI.	*lin.* 10.	de Baſtila	de Baſtita

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google